V 24

№ 678

WBP Opole

III

7.
25.

2492 I.

J. N.

Niedziela
Czwartek

N 678

Z



Ex Libris Admodu Rdi Casimiri Weysse donatio & Applicatio pro
Cujus Anima Benigna Lector dicat Ave Maria

WBP
Opole

Ex libris Perillustris Adm. Rdi Dni Casimiri Weyssedonatis et
Appli: Bibli: P.P. Capp: Conventus Lubartoviensis p Cujus
Ad. benignus Lector dicat Ave Maria

SYLLABUS MARIANVS
Syllabarum Consonantium
aliàs
DISCVRSVS CONCIONATORII
In Titulos B. V. MARIÆ a Syllabis initiatos:
in quibus, [præmissa congrua moralitate]
Scripturaliter, Figuraliter, Doctoraliter, Miraculosè, Historicè,
SS. DEIPARÆ
Laudes, Prærogativæ, Mysteria &c: per omnes Solemnes eius Festivitates
DE PRÆDICANTUR.

Cum Indice locupletissimo, nedum S. Scripturæ, & Rerum; sed & Concionum reductarum pro Dominicis ac Festis per annum.

Authore P. ANTONIO WĘGRZYNOVIO Polono, Ord: Minorum Reformatorum, Provinciæ Minoris Poloniæ Patre, & S. Th: Lectore.

Anno salutis nostræ 1717.

LEOPOLI
Typis S.R.M. & Confraternitatis SSS. TRINITATIS.

SIcut DEVM ipsum, non uno tantùm nomine nominamus, sed multis, ut sic ejus incomprehensibilitatem enuntiemus; sic & gloriosam Virginem MARIAM multis nominibus designamus, & nunc Lucem, nunc Solem, & hujusmodi, nominare solemus, ut sic ad sublimitatem ejus cognoscendam aliquantulùm pertingamus: immensitas quippe gloriæ ejus, omnis humani sermonis excedit inopiam.

S. Bernardinus Senensis in Tractatu de Virgine. Serm: 1.

WBP Opole

Akc.-K-105/3/78

PROFASIS
Ad SS. DEIPARAM

Ad TVVM
AVGVSTALE
Potentiſsima Cœlorum Regina,
TVAMque
ad CATHEDRAM
Divinioris Sapientiæ Magiſtra, ac Pædagoga eorum, qui ſuperexaltandæ Tuæ gloriæ, ſua ſacrauêre ſtudia:
Ad TE, (inquam) DEIPARA VIRGO
(parce benigna precor devotæ temeritati)
ille, non ita pridem Abecedarius tuus,
cuius ruditas, ne nunc quidem parvulorum in Schola tua diſciplinam exceſſit,
iam ſaltim ſub Magiſterio Tuo, tardo ſatis progreſsu, Syllabiſta laudum tuarum factus, cum debito Tibi penſo, non tam comparet, quàm ſuæ vilitatis conſcius, pronus adrepit.
idque TVIipſius animatus invitatione,
quæ clamitas in plateis, Vt Parvuli veniant ad TE.
Ea etenim, & tam immenſa eſt prærogativarum Tuarum magnitudo; ut omnem cuiuſcunque Creaturæ excedat capacitatē: & quæ proinde, inſtantaneos non facilè admittit Laudatores, niſi prius, TV eoſdem erudiendo, ipſa facias.
Paucos profectò habes Albertos Magnos, eiſq; ſimiles, quorum quia devotio in TE, gyganteis proceſsit paſsibus; etiam Sapientia Tua, longa in illis intervalla moraſque neſcivit, quin ſubitaneè eoſdem in numerū Præconū Tuorū adſciſceres.
Nobis longè diſpar conditio,
quorum etiam multò inferior in TE pietas ac devotio:
lentis proin valde progredimur paſsibus.
Allicit plerumque Tuarum prærogativarum amplitudo, acuitque conceptum; aſt retrahit a conatu vilitas ingenii, probitaſque exigua:
imò, ipſa dives fandi materia, pauperes reddit nos in laudando.
Inde eſt,
ut qui ante aliquot annos, ad Portas nonniſi Immaculatiſsimi ortūs

S. Andr: Cretenſ: orat: 2. de Annūt:

S. Ignat: M. Idiota. Geometra. ap: Poliant: Marianam.

Proverb: 8.

Tui admiſsus, privilegia Conceptionis Tuæ alphabetico complexûs ſum elencho; iam tandem Syllabis auctior, in profundiora Scholæ Tuæ abdita, vel unico paſsu, pedẽ inferre præsũpſi,

CLEMENTISSIMA MAGISTRA;

dum in illis, ſub Titulorum varietate,

quos non tam Syllabarum conſonantia; quàm potiùs, a teneris meis, Cœlitùs per TE inſtillatus affectus ſubminiſtravit,

Solemniorum Tuarũ Feſtivitatũ myſteria celebro ac deprædico: TEque in ipſis veneror & adoro.

Arena hæc, & exilis athomus eſt, TUO tamen Pelago debetur.
Immenſus utique Oceanus, ita gemmas, pretioſoſque confovet uniones; ut tamen minimas non rejectet arenas, imò eaſdem in ſe recipit, quaſi gratus obſequii, quòd illis circumvalletur.

VIRGO DIVINISSIMA!

In Mariali orat: de Præſ: BVM. Magnalia tua *[ut ait S. Germanus Conſtantinop:]* vaſtiſsimum Pelagus ſunt, quod fecit gutta illa Cœleſtis, quæ a Te manavit. Ergo exiguas haſce, noſtrorum in TE ſtudiorum, ac ſtudioſitatis devotæ, clementiſsimo Pietatis Tuæ oculo, reſpice arenulas. Sterilis quippe cogitatio, altiora de Te concipere, aut inerudita locutio, nobiliora parturire non potuit.

O NIMIS EXALTATA!

quam ſequi conatur affectus animæ meæ:

S. Anſelm: orat: ad B. V. M. O pulchra ad intuendum, amabilis ad contemplandum! delectabilis ad amandum! quæ ita aufugis aciem mentis, & evadis capacitatem cordis mei; ut tamen ſemper conatum irrites & provoces ad ampliora, novas ſemper ſubminiſtrando Elogiorum adinventiones,

Licebitne per vitam & donum Filii Tui, ab his infimis Syllabis, ad altiorem in Schola Tua promoveri Claſſem, ut in vocibus quoq; ac periodis aliqua adhuc in laudibus Tuis proloquar (ad quod ipſum, ſucciſſivæ de Te, prorrant me cogitationes) hoc planè ignoro, quamvis id non deſiderare nequeam.

Nunc itaque vi gratiæ Tuæ animatus, quas in Syllabis laudes modulatus ſum de Te, TIBI maxima cum veneratione conſecro.

TV

Munus, etſi ex authore indignum; tamen dignanter ex Clemẽtia Tua accepta, ac contra quoſquè Zoilos, infimum Scholæ TUÆ Alumnum contutâre: mihique multiplicẽ gratiæ TUÆ lucẽ, quã TV, o Virgo! de theſauris immortalibus depromis, repone: & ad promiſsorum his, qui elucidant TE, præmiorum participationem, ſub TVA præpotenti manu deducendum aſsume.

Ita in viſceribus immenſæ Pietatis

MAGISTRÆ ſuæ

Optat, ſperat, & deprecatur.

Syllabiſta Marianus F. A. W. Minorita Reformat: Polonus.



Illuſtriſsimo & Magno Senatori

D.D. ADAMO PETRO

De Tęczyn & Czekarzewice

TARŁO

Palatino Lublinenſi, Capitaneo Stężycenſi, Ianowienſi, Błonenſi, Sołotwoienſi, S. R. M. & Reipub: Colonello

Mecœnati Ordinis Noſtri Singulariſsimo omnem proſperitatem.

AUſpicatus præteritarum opellarum mearum tutamina à fulgentiſſimis ornamentis, thyaris nimirum ſacris Antiſtitum, inter quos Celſitudinis Tuæ Illuſtriſſimus Frater præcipuus effulſit, cum præſenti apud Purpuratos Curules Tuos, exambio iam patrocinium

nium & tutelam. SENATOR *Dignissime. Nec enim alibi decuerat Mariale hoc figere sua domicilia, nisi ad Stemmata Procerum Regni, & singulariter ad coronatam tot triumphis* ASCIAM *Tuam. Quippe cùm* MARIA *Dei Genitrix, & præpotens Regina Cœli, illa sit, in cuius Ter Augusto Nomine, quà cœlestium, quà terrestrium, quà infernorum omne genu flectitur, & quæ ab omnibus statibus, jure plusquàm æquiori postulat venerationem; amat proinde illá, dum ij, qui prouehendæ & propagandæ Gloriæ eius student, nedum apud Præsuleas Infulas, sed etiam apud Senatoreas Purpuras, sua quæritent præsidia, patrociniaq; exambiant: quatenus ab illorummet Illustrissimis Armis pendeat Honor* MARIÆ, *qui partem consilio, in Areopagis Reipublicæ, partim intrepidâ animi pectorisq; magnitudine in acie, decertant serviuntq; Divini Nominis exaltationi, & saluti Patriæ. Non quasi indiga esset* MARIA *alieni patrocinii, quæ cunctorum Protectrix esse noscitur, sed quòd genus hoc obsequii singulare, Arma illa, quæ honorem laudesq; Virginis contutantur, tantò gloriosiùs coronet & exaltet. Tum etenim quisque Magnus est, si nusquam aliàs, quàm in obsequio* MARIÆ, *major fit: & si cuius dignitas, illius se Honori offert ac dedicat; ipsius incrementis dilátatur & accrescit. Inde est* SENATOR *Illustrissime, quòd non diu hæserim anceps, quo tholo, quâ Arâ, suspenderem harum lucubrationum mearũ de Magna Dei Matre, exilem ingenioli mei fœturam: nam ad TE Mecœnatem, dulce decus meum, sensi carbasa mea flecti; & vix animus cœpit ingravescere huius operis genituræ, iam* TVÆ *Tuitioni, nec minùs devotioni in Virginem Matrem, concredendum suadebat multiplex titulus & obligatio. Mitto cætera, [nam laconice loqui statui] ipsum argumentum Libri,* TIBI *placiturum non dubitavi, quoniam eius tractat præconia, cuius honor,* TVO TIBI *est potior: & proinde securus repulsæ, benevolentiam non tam captare, quàm expectare indubitate mihi persuasi. Accessit his, sancte ámbitiosa totius Inclytæ* DOMVS TVÆ TARŁOVIANÆ, *pro veneratione* MARIÆ *Pietas, zelus, & Religio; quæ dum Marianæ Nostræ Provinciæ tutata est fundamenta, quà Romæ coram Pontificibus, quà in Senatu corám Rege, Regniq; ordinibus, per quod in toto Orbe Polono, contra decumanos fluctus Seraphici Patris stabilivit Reformationem, eo ipso ius quoddam speciale acquîsisse videtur, ut quidquid ex hac Colonia* TARŁOVIANA *prodeat pulluletque, quod honorem laudesq; Virginis attingat*

gat, & quod a nobis Genitrici Dei fuerit impensum, totum id ad gloriam laudis sua pertinere existimet, eademq; sibi vendicet ac usurpet jure plusquam æquiori. Huius Pientissimæ Prosapiæ, sicut in sácratiori classe, Illustrissimum Fratrem TVVM, tanquam caput primarium, opere meo non adeo pridem veneratus sum, páriter nunc TE Illustrissime, ad quem concentrantur cuncta huius Domûs decora, alterum veluti caput subspicio, & profunde cum toto orbe Polono veneror: qui nimirum prosapiâ & origine inclytus cùm sis, vitam cum Stemmate æquas. Nobilior, dubium, an melior? Majorum, an propriâ luce clarior. Ab iis multa, a TE, quod optimum est, habes, ut bonus, integer, incorruptus a cunctis habearis, & quòd præcipuum genuinam dignissimorum Genitorum Tuorum imaginem in TE repræsentes conspiciendam. Admirentur cæteri in TE eximias animi dotes, Martiam, matremq; ad heroica mentem, arcanam in verbis Majestatem, reverentiam cuiq; amabilem in vultu, & tanquam gloriosa undiq; circumdatum gravitate stupeant: subspiciant alii in TE thronum prudentiæ & justitiæ, quâ in causis litibusq; amicorum præsides, diversaq; jura, veriùs dicam animos, singulari felicitate componis ita, ut sententiarum probitas, de ore TVO, veluti áb oraculo audiatur. Me aliud totum abripit, quod scilicet in TE memoratissimi Parentis TVI vivis coloribus depingit typum; nimirum innata Pietas, Religio, morumq; ad Christianas Regulas moderatissima attemperatio, præsenti depravatissimo seculo rarò admodùm in Aulis Procerum visa, si non dicam, invisá. Fœderata primùm cum Cygnea Familia, ac demum Illustrissima vel ab ipsa toto Orbi præfulgida Cruce Prosapia POTOCCIORVM, connubia & nexus, nonne spirant intaminatam integritatem innocentiæ, hinc verò ad Sacra devotionem; & præsertim in Illustrissima præsenti Consorte TVA, pene Phœnice Matronarum; quæ tantùm adauxit Pietatis Domûs TVÆ decora, ut in universos singulosq; Aulæ TVÆ, præclarissimi isti pleno alueo derivarint fontes: adeo ut quoties mihi apud Te hospitanti, Aulæ non minùs ornatissimæ quàm ordinatissimæ mores pietatiisq; exercitia contemplari obtigisset, toties Theodosii olim Imperatoris Aulæ, meminisse oportuerit: cùm in lectissima fœminarum, Illustrissima Coniuge TVA, legissem Eudociam, in Magni Cancellarii Filia, Sororeq; TVA germana cogitassem Pulcheriam, ac in Socia eius Sororeque, Gostinensi Capitaneide, Placidiam suspexissem. Et nisi invite etiam erumpen-

tem entheum stylumq; abrumperet, Illustrissimæ Dominationis demissus innatus animus, modestia, & pudor, prædicarem utiq; hìc non inopportune in Aula tua præclarám & florentem Religionem, & ad quæq; sacratiora negotia, quorumlibet promptitudinem; in florentissimo Gynæceo, eximiam corporis & animi integritatem; in privato Palatii odeo, decantàtas ab universis dietìm MARIÆ laudes; quotidianum postmeridianum, inter pia & devota colloquia Celsissimarum fœminarum, præeunte ipsâ Illustrissimâ, in serico & lana laborem, sacris altaribus dedicandum; in corporis afflictatione per frequentes & rigidas abstinentiarum, jejuniorumq; vltra debitum voluntarias angarias, inclementiam; demissionem ac reverentiam in venerandis Sacris capitibus. Verbo brevi, operosum negotium concludere debeo. Cùm corruptâ hac ætate, plerumq; in Aulis virtus, Pietas & Religio exulet, vel saltim nonnisi hospitetur; in Tua sola, vel saltim paucis adnumeranda, domicilia sua fixisse conspicitur, & perenniter conservari gestit: vitia cum sceleribus regnant alibi, legumq; Divinarum ac Ecclesiæ neglectus, vtinam non contemptus; Illustrissima Domus TVA etiám speciem odiens pertimescensq; mali, semper & ubiq; Christianæ Pietatis exempla exhibet ac explicat. O magnam & insignem inclytæ Familiæ felicitatem! quâ fit, ut Aula sancta, prout olim memorati iam Theodosii appellabantur, a plerisq; nominetur. Quinimo Illustrissime, TE longe fortunatiorem ipso Theodosio gratulor; qui in pientissimis Parentis TVI moribus, ita Vnigenitum Tuum instituis Carolum, ut ille nedum nominis Aui sui baiulus sit, sed etiam virtutum eius typus appareat; Pietasque Domus tuæ ornamentum singulare, in optimo herede, tanquam per traducem ad posteros devolvatur. Alit utique ille spes non vanas universorum, & iam non omina solùm, sed ipsa specimina præfert, dum in florenti ætate inter domesticos lares apprime iam eruditus, se MARIANÆ litat & dedicat Academiæ ac Devotioni; imò faventibus aliorum votis, quasi in Magisterium Cultûs assumitur MARIÆ, non ita pridem Rector Congregationis illius electus: ut qui clavis, curulibus, & id genus Reip: muniis destinatur, in Palæstra MARIÆ primùm exerceatur, atque in Areopago ipsius Primatum teneat, effulgeatque tanquam speciosissimum Coralium vel Coralus, & Gemma pretiosa juventutis Academicæ, CAROLVS

tuus

tuus. Proinde cum singulare Domûs inclytæ TARŁOVIANÆ *Decus, sit Pietas, nec pius esse quis possit, nisi in Virginem talis existat; nominis eius amplificatio meritò in Tuorum Decorum Illustrissime Mecœnas censum, ut prima veniat, necessum est. Prodit nunc non tenerioris dictionis purpurâ indutum, nec nitore fictitio periodorum coloratum, sed cycladâ Divinioris sapientiæ, chlamydeq; tum diversorum sensuum Scripturæ ac sententiarum diffibulatum, nec minus Titulis nominibusq; MARIÆ phrygiatum Opus, quod operose ex Sanctorum Patrum prædivite penu, exilitas mea deprompsit, compilavitque. Hoc ergo, ut placeat tibi Illustrissime Patrone, sic Tuas exambit vlnas, sinum, amplexumque ac munimen, ut protectionis Tuæ serto, tanquam auro & gemmis coronetur, & ex Nominis TUI magnitudine, crescat exiguitas operis, illudq; ipsum adaugeat novis incrementis Magnæ Matris Dei exaltationem, ut sic, per hoc ipsum Nominis TUI excrescat amplitudo. Faueat DEUS clementissimus, MARIÆ interuentione, votis clientum Tuorum, Franciscidum Familiæ, quam generosa liberalitas Tua sustentat, & fovet indefesse, ut Vivas Nestoreos annos, & ASCIA TUA triumphalis, novis semper securibus fascibusq; honorum, in Atriis TUIS glorioſior appareat, ac per meritorum gratiarumq; incrementa, cuncta dissiciendo adversantia, complanet, sternatq; TIBI viam, ad vitam immortalem. Quam remunerationẽ Celsitudini Tuæ ab æterno Patre, & DEIPARÆ Matris Filio, supplex postulo & precor.*

ILLUSTR: DOMINATIONIS VESTRÆ.

infimus Syllabista MARIÆ
& devotus Exorator

Dabam Leopoli in Conventu ad S. Casimirum A. Domini 1716. 20. Iunii.

Fr. Antonius WĘGRZYNOWIVS *Reform:*

Ad Lectorem.

EGregiè admodùm & valde ingenioſè, per alluſionem ad illum locum S. Scripturæ: *Generatio præterit, & generatio aduenit*, Franco Ab. Affligemenſis l. 2. de gratia Dei, ſubiunxit in laudem Deiparæ: *Laus autem* MARIÆ *nullâ unquam generatione deficit.* Fons quippe eſt illa indeficiens, qui quantò longiùs extenditur; tantò ampliùs impletur, tantòque latiùs dilatatur. Hinc eſt, quòd & ego infimus Scholarium MAriæ, iam tertiò (ſemel enim in vernaculo ſermone) audentiùs, ab Alphabeto, ad Syllabas progreſſus MARIanas, in lucem publicam prodeo. Conceptum acuit cuiuſdam e ſimplicioribus Myſtæ iocus quaſi, qui Alphabeto donatus, Syllabas etiam a me expoſtulârat. Jocus hic, flante Spiritu ad ſeria tranſiit, & novo me, licet pro tunc negotiis & itineribus Miniſterii occupatiſſimum, addixerat ſtudio, ac tandem ſequens paulò liberior annus concluſit negotium & opus, Almæ Virgini primariò, tibi deinde Amice Lector, uſuiq; tuo offerendum. Parua quidem ſatis, Regiâq; Virgine minus digna oblatio, quia non aurum, non argentum, non lapis, Regum donariis opportunus, ſed inculta verborum locutio, ſenſu prædita groſſiori; quia tamen plena vigiliis, labore & ſtudio bene merendi etiam de te Lector beneuole, cui credo ſapiunt laudes MARIÆ, hoc ipſum ſuadet, ut gratanter opus acceptes. Et quia ſublimitas gratiarum & prærogatiuarum MARIÆ, interdum hìc me euocavit ad profundiores, non tam pertractandas, quàm delibandas Theologorum controverſias, probabilitates, & ad aliqua impulit recenſenda aſſerta, quæ fortè cuipiam videri poſſunt tanquam nova, & probabilitatis metas excedentia; ideo de his monitum habere volo Lectorem huiuſcemodi ſcrupuloſum. Primùm, quoad opiniones probabiles, ſcire velit, nullam me retuliſſe, nec referre voluiſſe, quæ eſſet cryſi aliquâ Eccleſiæ aduſta; ſed talem, quæ eſt piè ac devotè tolerata in claſſicis etiam Authoribus, plerumq; Hiſpanis, apud quos, propter S. Inquiſitionis rigorem, diligentiſſimè a Cenſoribus doctiſſimis caſtigantur Libri ad publicam lucem cudendi: atq; ideo fontes ſeu Authores, ex quibus eas hauſi, fideliter in quolibet loco citare curavi. Reminiſci porrò hic oporteret illorum, quæ de Regula laudum Virginis Pet. Cellenſis recenſet, verborum, ac etiam doctrinæ Nicolai Abb: de S. Albano, qui olim fuit a ſecretis D. Bernardi: talia dicunt illi: *Quæ nuſquam leguntur, & præſumptionibus ſtandum eſt, donec probetur contrarium.* Alterum eſt circa novitates, ſeu novos Titulos, quos adſtruo Virgini: qui omninò diſplicere non deberent: partim enim non ſunt in re (quidquid ſit de nomine) novi, quod patet ſuo ubiq; loco ex variorum Authorum allegationibus ſub Probatione Doctorali; partim, quia ſi alicubi (quod rariſſimè contigit) exigente allegorico ſenſu, novi aliquid aſſerui, debitis illud adminiculis aut explicationibus conſtabilire ſtudui. Et quidem ſit ſanè, quòd hìc reperias, abſolutè quid novum: ſcito, hoc Privilegium eſſe laudum MAriæ, audire talia, quæ in Canticis gloriatur. *Nova & vetera ſeruavi tibi, Dilecte mi.* De quo pulchrè ſcripſit S. Damaſc: orat: de Nativ: Virg: Dum enim MARIAM *vocaſſet miraculum omnium miraculorum maximè novum*, ſubiunxit: *Sileat iam Sapientiſſimus Salomon, nec iam nihil ſub Sole novum eſſe affirmet.* Si quis autem ampliùs agere vellet contra meas novitates in laudibus MARIÆ, plura inveniet ap: Chryſt: Vegam Theol: Marianæ, quibus parùm prudens ipſius attemperabitur zelus. Non te tandē moveat, ſi quādo hìc in tā fæcūda materia, aliqua audias nomina & encomia, quæ videntur Deo & Chriſto propria, & quaſi eorum characteriſticæ notæ, attribui Virgini, tanquam per hoc derogaretur iuribus eorum & honori: Adeſt enim illud S. Ildefonſi ſer. 3. de Aſſump: *Honor & gloria B. Virginis, laus & gratiarum eſt actio Redemptoris.* Idque compertum habetur ex probatiſſimis Scriptoribus, talia encomia aſſeri de Virgine, non per proprietatem; ſed per aliquam accommodationem, cum ſupremo tamen & nunquam abdicabili iure, ad ea quæ Dei & Chriſti ſunt, cohærentem: eoque duntaxat ſenſu (etiam enim doctioribus ſcribere volui) ac moderatione, noveris eſſe uſurpata ab Authore. Interim hoc labore fruere cum incolumitate, & pro animabus anguſtiatis in Purgatorio, quarum etiam ſuffragiis hoc ſtetiſſe opus authumo, ac quoque pro Authoris felici morte, interim DEUM Deiparamque deprecare. Vale.

cit. Tom: II. Bibliot: P. P. veter.

Occaſio Operis, quo caſu ſubminiſtrata Authori.

MARIÆ in laudibus, licet uti probabilitatibus.

ep. 9 de Virg. l. 9

Mariæ nova encomia & tituli, nō vituperādi. Cant: 7.

Palæſtra Proamiali Certamine 5

Encomia & Tituli Dei & Chriſti, referuntur quādoq; de Maria, nō per proprietatē, ſed per ſanā accommodationem.

Censura Theologorum Ordinis.

SYllabum Marianum *in septem Decades distributum, ab Admodum Rndo Patre Antonio Węgrzynovio Ord. S. Francisci Reformatorum, in Minori Polonia, Provinciæ Patre, Sacræ Theologiæ Professore, ac Verbi Dei Prædicatore compositum, omni attentione, quâ potui, legi: & tot ferè palato mentis suaues, Beatissimæ Virgini* MARIÆ, *ab eruditissimo Authore, affixas lustravi panegyres, quot lucubratas libravi Syllabas. Quas inter etiam morales doctrinas, quibus vitia extirpantur, virtutes inseruntur, omni pietate & eruditione refertas, dulciter libavi: utpotè super mel & favum eloquia dulciora. Proinde eundem Librum, tum Divini Verbi Præconibus, tum aliis quibuscunq; lecturis, utilissimum judico, & publicæ luci, sub typographica sepia, exhibendum censeo. Dabam in Conventu Nostro Leopolienſi ad S. Casimirum. Die* 28. *Octobris A. D.* 1714.

Fr. Electus Owaniszevius. Ord: Minor: Reform.
in Conventu præfato Sac: Theologiæ Lector actualis.

Librum Concionum Festivalium de laudibus SS. Virginis MARIÆ, *pro eiusdem solemnitatibus conscriptum ab Admodum Rndo P. Antonio Węgrzynovio Ord: Min: Reformatorum Minoris Poloniæ, Provinciæ Patre, & pro nunc Guardiano Leopolienſi,* Syllabus Marianus *intitulatum, diligenter legendo, satis copiosè instructum reperi materiis utilissimis, sententiis SS. Patrum accommodatissimis, historiis ac exemplis validissimis, ad laudes SS. Virginis* MARIÆ *promovendas, animas pias in amore Dei ac eiusdem Deiparæ inflammandas, peccatorum duræ pectora ad pœnitentiam emollienda, justorum corda incitanda ad uberiores producendos virtutum fructus, in vinea Domini: hinc ut impressus usui predicto serviat, opto. Dabam Sandomiriæ in Conventu S. Iosephi A. D.* 1714. 17. *Octobris.*

Fr. Marianus Łapczynscius Reformatus
S. T. L. Provinciæ Custos. Prædicator Sandomirienſis

Licentia Reverendissimi Vice-Commissarii Generalis.

CUm opus, cui titulus Syllabus Marianus, *seu Discursus prædicabiles a Syllabis inchoati, a Reverendo Patre Antonio Węgrzynovio, Lectore Theologo, ac Exministro Nostræ Provinciæ Reformatæ Minoris Poloniæ elaboratum, duo ex nostris Theologis perlegerint, & publicâ dignum luce existimaverint, nos ad Majorem Dei, Immaculataque Virginis gloriam, ut typis mandari possit, facultatem facimus, si iis, ad quos spectat, bene visum fuerit. Datum Romæ Die* 27. *Ianuarii.* 1715.

Fr. Deodatus à Roma.
Vice-Commissarius Generalis.

Consensus Amdm Rndi Pris Ministri Provincialis.

VT opus Panegyrico-Morale de Virginea Deipara Beatissima MARIA, *intitulatum* Syllabus Marianus, *labore & indefesso studio A. R. Patris Antonii Węgrzynovii Provinciæ Nostræ Patris, S. Theologiæ Lectoris & Prædicatoris meritissimi, pro nunc Guardiani Leopolienſis Conventûs concinnatum, seriòq; a Theologis nostris revisum, ac pro sua condignitate dignum luce publicâ judicatum; ut inquam eiusdem lucis usuram, typo vulgatum, sortiatur quantocius, authoritate nostrâ Ministeriali facultatem impartimur. Datis hisce in Conventu Nostro Leopolienſi ad S. Casimirum. Die* 3. *Iulii A. D.* 1715.

Fr. Augustinus Staniewscius Ord: Min. Reform.
Provinciæ Minoris Poloniæ Minister Provincialis.

Censura Diœcesana.

Librum hunc cui Titulus, Syllabus Marianus, *a Religioso & A. R. P. Antonio Węgrzynowic Ordinis Sancti Francisci Reformatorum Theologo, & pro tunc Conventûs Nostri Leopolienſis Guardiano, satis pio, erudito, & laudabili ubivis zelo in Honorem Ssmæ Virginis Matris Dei Immaculatæ conscriptum, a Theologis recognitum, Ecclesiasticis omnibus multum proficuum; legi & quoniam nihil fidei Orthodoxæ, moribusq; contrarium habet, quinimo magnam Eruditionem continet; ut quàm plurimi ex Syllabis expressis, Laudes Marianas ampliùs concipere discant, dignum lucepublica judico, & imprimendi cum suo Indice Concionum Dominicalium, & Festivalium, Authoritate mihi collata, facultatem concedo. Dabatur Leopoli in Residentia DD. Canonicorum Leopolien: Die* 28. *Mensis Octobris, Anno Domini.* 1715.

Ioannes Thomas Iosephowic Canonicus Iudex Surrogatus Leopolien:
S. R. M. Secret: Ordinarius Librorum per Archidiœcesim
Leopolien: Censor mmpp.

Licentia Illustrissimi Ordinarii.

Suprascriptus Liber cui titulus Syllabus Marianus, *Imprimatur.*
IOANNES SKARBEK Archiepiscopus Leopolienſis mpp.

ELENCHVS

Concionum, per Festivitates Beatissimæ Virginis.

Pro Partu Virginis, seu Nativitate Christi D.N.

Miraculum pulchritudinis. num: Mariginali. 442. Nidus Aquilæ cœlestis. n. 101.

Pro Festo Immacul: Conceptionis B.V.M.

Cathedra sine pestilentia n. 62. Festum delicioſum. 191. Hereditas noſtra. 311. Liber sine menda. 382. Pupilla oculi Divini. 585. Rubus incombustus. 705. Navis institoris. 477. Tinctura præstantissima. 799. Monile pretioſissimum. 454.

Pro Nativitate B. V. M.

Ceres aureæ Messis. n. 74. Filia SSS. Trinitatis. 203. Hilaritas Vniverſi. 322. Locupletatrix indigentium. 394. Negotium sæculorum. 489. Radix Jesse. 657. Talio mirabilis. 775. Bibliotheca Ecclesiæ Dei. 27.

Pro Annuntiatione B. V. M.

Basis Univerſi. n. 1. Dulcedo dulcedinum. 167. Bulla aurea prædestinatorum. 50. Galea Castitatis. 239. Labium Ecclesiæ Dei. 358. Paradisus novi Adæ. 538. Quodlibetum Voluntatis Divinæ 633. Sacrarium timoris Dei. 718.

Pro Visitationis festo.

Botrus terræ promissionis. n. 37. Fulgur animatum. 227. Gerula fidelium salutis. 251. Magistra iuventutis. 418. Pelagus miserationum. 550. Quumprimum tentatorum. 645. Semita certa salutis. 728.

Pro Purificatione B. V. M.

Decus Ecclesiæ Dei. 154. Horologium pietatis. 334. Lucerna in tenebris. 406. Nobilitas nobilitatum. 513. Rivulus ex paruo crescens. 681. Siclus ad pondus Sanctuarii. 740.

Pro Assumptione B. V. M.

Beatitudo Beatorum. n. 14. Dies Cœli. 145. Gubernatrix dexteræ excelsi. 287. Metropolis Regis æterni. 430. Portio singularis Mariæ. 572. Quasi mysterioſissimum. 598. Soror Verbi Divini. 751.

Pro Præsentatione B. V. M.

Gymnasium Sanctitatis. 263. Regula morum perfectissima. 669.

Pro Doloroſa Matre.

Sponsa dolorum. n. 179. Torcular patientiæ. 811.

Pro Solemnitate SS. Rosarii.

Corona Agonethetarum. n. 101. Donatrix magnifica. 156. Humerus bellatorum. 346. Lectulus floridus. 370. Nubes Roſea, seu Iris. 525. Ros Solis, seu Roſeus. 693. Sunamitis castrorum roſeorum. 763.

Pro SS. Scapulari.

Custodia munitissima. 113. Fontes Carmeli. 215. Goſſypium Spiritûs S. 275. Murus inexpugnabilis fidelium. 466. Pigmentaria Spiritûs S. 562. Quietatio plena debitorum. 621. Teriſtrum nobile nuditatis noſtræ. 787.

Pro Solemnitate B. V. M. de Portiuncula.

Civitas ultimi Refugii. 89. Dapifera Cœlestis. 124. Habitaculum convivale pœnitentium. 299. Quæstaria peccatorum. 609. Tuba misericordiæ Dei. 824.

ELENCHVS

Propoſitionum moralium in hoc opere contentarum.

1. De cauſis ruinæ, ſeu calamitatum Vniverſi num: marginali. 3.
2. De frequenti deſiderio beatitudinis. n. 15.
3. Libri pernicioſi, noxa animarum. n. 27.
4. Voluptates mundanæ, botri ſunt ſpecioſi, ſed pernicioſi. n. 39.
5. De nonnullis ſignis prædeſtinationis. n. 51.
6. De tribus cathedris peſtilentiæ. n. 63.
7. Quis nam inficit zizaniâ, meſſem auream charitatis? n. 75.
8. Ordinariè pœnitentibus, aliqua difficilia ſuperanda veniunt. n. 90.
9. Triplex ſtatus currentium ad Coronam. n. 102.
10. Omni momento, pro virtute vigilandum eſt. n. 114.
11. Triæ praua condimenta menſarum. n. 125.
12. Exemplaritas, Decus fidelium. n. 135.
13. Verorum dierum à falſis differentia. n. 145.
14. Certare cum cœlo liberalitate, præſtat. n. 157.
15. Tres cauſæ, cur quibuſdam non ſapiant Cœleſtia. n. 167.
16. Non amat Chriſtum, qui ipſi non compatitur. n. 180.
17. Cur triſtes ſemper ferias agamus pleriq; n. 192.
18. Titulus SSS. TRINITATIS, ſalutis teſſera. n. 204.
19. Veſtimentorum luxus, fontes mortis. n. 216.
20. In via ſalutis deſidioſi, redarguuntur. n. 228.
21. Caſtus incircumſpectus, caput pulchrum, ſed non galeatum. n. 240.
22. Contra eos, qui fugiunt proximorum vacare ſaluti. n. 252.
23. Seruire Deo & virtuti à iuventute, optimum eſt. n. 264.
24. Aridi & ſcrupuloſi, conſolati. n. 276.
25. Extremum animæ malum, deſeri a manu Dei. n. 288.
26. Pœnitentia, Domus convivalis: ſed quæ? n. 300.
27. Hereditates variæ circumſcribuntur. n. 311.
28. De Sancta Hilaritate. n. 323.
29. De hora Devotionis obſervanda. n. 335.
30. Miles timoratus, manus Divini brachii. n. 347.
31. Sanctorum labia ſilent, noſtris tacentibus. n. 359.
32. De tribus infauſtis moribundorum lectulis. n. 371.
33. Mendarum noſtrarum, id eſt peccatorum, triplex origo. n. 383.
34. Proventus liberalitatis, nomen celebre. n. 395.
35. Mortis incommoda, ex nobis ipſis plerumq; n. 407.
36. Inſtructio iuventutis, moleſtum opus eſt; aſt magni meriti. n. 419.
37. Alienis ſolis meritis, Cœlum non acquiritur. n. 431.
38. Oculi Dei, in pauperes terræ. n. 445.
39. Miſericordiæ Dei variæ ſuper peccatores. n. 455.
40. Cuſtodia ſenſuum, etiam perfectiſſimis neceſſaria. n. 467.
41. Qui nam naufragantur in mari miſericordiæ Dei? n. 478.
42. Quàm vana ſint plurimorum negotia vitæ. n. 490.
43. Nidus Chriſti, cor ardens amore Dei. n. 502.
44. Pietas, nobilitatis ornamentum. n. 514.
45. Nubes roſea verecundiæ, brevi ſerenandæ conſcientiæ prognoſis. n. 526.
46. Operari in nomine Mariæ, & licet, & perquàm utile. 539.
47. Compati proximo, ſtigma ſalutare. n. 551.
48. Pergrata oblatio Deo, thus orationis, commixtum myrrhæ mortificationis. n. 561.
49. Nobilior portio præmii, labore proprio acquiſita. n. 573.
50. Flabellum contra quotidianos pulveres, examen conſcientiæ. n. 586.
51. Perfectionis eſt, continuum incrementum virtutis. n. 598.
52. Mendicantes, benignè tractandi. n. 610.
53. Debitum peccati, citiſſimè exſoluendum. n. 622.
54. Reſignatæ voluntatis commoda. n. 634.

55. Dedecent

55. Dedecent Principes & Prælatos moræ, in ſuccurrendo ſubditis. n. 646.
56. Sperans bene & ordinatè, tam Divina quàm humana lucratur. n. 658.
57. In perfectionis ſtructura, nec pilo recedendum ab amuſſi. n. 670.
58. Creſcit dignitas virtutis ex humilitate. n. 682.
59. Deus, omnibus quidem, aſt diverſimodè, ſtillat rorem gratiæ. n. 694.
60 Zelus verus, lucet, non urit. n. 706.
61. Anima timorata, Dei Sacrarium. n. 718.
62. Dignitatum decus ſingulare, humilitas. n. 729.
63. Abuſus talentorum redarguitur. n. 741.
64. Cognationis cum Deo per gratiam ius, unius lethalis peccati noxâ deperditur. n. 752.
65. Qui nam turbatores cenſendi chori, ſeu devotionum Mariæ. n. 765.
66. Deus talis nobis, quales nos ipſi. n. 776.
67. Vanitas arguitur theriſtrorum, tam realium, quàm moralium. n. 788.
68. Tinctura prima animæ, fortis eſt adhærentiæ. n. 800.
69. Perfectiores animæ, ſemper ſub torculari patientiæ. n. 812.
70 Voci Divinæ invitanti ad pœnitentiam, citò obediendum eſt. n. 824.

INDEX

Concionum Dominicalium, per reductionem ad Titulos, & numerum marginalem.

Dominica Adventûs I.

Erunt ſigna in Sole & Luna. Luc. 21.

RUituri Mundi univerſalem plagam deſcripturus Salvator, a Sole & Luna præſagia omnium infelicitatum orditus eſt. A. A. Quatenus ex mutationibus primorum luminarium, totius orbis intelligas deuaſtationem. Hæc quippe duo ſydera tenent quendam dominatum, creaturæ materialis: atq; ſic perturbatis illis, facilè erit diſordinari univerſa. Stellæ itaq; de Cœlo cadent, mare intumeſcens horribiles dabit voces, ac elementorum nunquam ab orbe condito viſa, ſuccedet mutatio; imò totalis ruina. Cauſam tantarum ruinarum ſi quæris: eam ex Prognoſi particulari Moyſis rimare: ait ille: Levit: 26. *Propter peccata veſtra, dabo vobis cœlum deſuper ſicut ferrum, & terram aneam.* Proinde id ipſum triplici volo comprobare argumento, demonſtrando: Calamitatum & ruinarum univerſi cauſam, eſſe ipſorummet hominum peccata. *Vide Titulum* BASIS *numerum marginalem* 4. 5. 6. *Vbi habes totam ſimul, de hac materia, Concionem, & probationes, Scripturalem, Figuralem, atq; Hiſtoricam. Quod deinceps in ſequentibus obſerva.*

Dominica Adventûs II.

Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. Matt. 11.

Hanc ſententiam protulit Salvator, ut ſanctitas Joannis, ex auſteritate indumenti veluti a contrario, clariùs emicaret. Nam mollis veſtis ſæpè hebetat ac frangit animum: iuxta illud D. Ambr. l. 5. in c. 7. Luc: *Pleroſq; cura mollioris veſtis effeminat.* Delicata veſtis non ſolùm debilitat corpus, ſed etiam emollit animum. Pro quo ſubiicio Chryſoſt: in c. 7. Luc: qui hominem mollibus veſtitum, ſic interpretatur *Mollis veſtis, diſſolvit rigidam animam; etſi rigidum corpus aſſumat & aſperum, facilè per huiuſmodi mollitiem, delicatum reddit & fragile: facto verò corpore molliore, neceſſe eſt & animam participare laſionem.* Itaq; univerſaliter, dum deliciis mundanis vacantem cernis, vel ipſemet eaſdem deguſtas, cogita te, non ſuaues botros, ſed labruſcas inanes & vacuas, ſibiq; noxias delibare. Ita enim eſt, quòd voluptates quæq; mundanæ, botri ſunt quidam ſpecioſi ſed pernicioſi. *Vide Titul:* BOTRUS n. 39. 41. 42. 43.

Dominica Adventûs III.

Tu quis es. Joann. 1.

Non omninò vituperabilem hanc Sacerdotum legationem ad Joannem fuiſſe, plurimi opinantur Patres: ut Orig. Aug. Greg. Thomas. Albert. M. Tantùm enim authoritate & vitæ eremiticæ geſtis inclaruerat Joannes, ut arbitrarentur Judæi, ipſum eſſe Meſſiam: ideo capita

illius

illius Reipublicæ seu *Senadrim*, id est congregatio Sacerdotum, quorum erat negotia religionis tractare, decreuerunt examinare Joannem. *Tu quis es?* ne error in populum irreperet, & tumultuosæ seditiones exorirentur. Laudabilis quidem hæc circumspectio, ac diligentia, imò etiam fructuosa fuisset, si ita quoque ad promicantia longè nobiliora veri Messiæ lumina attendissent. Cæterùm hæc sedula illorum circa Joannem inquisitio, nobis dogma dat, quantùm etiam in priuatorum conscientiis prosit, frequentiùs semetipsum interrogare: *Tu quis es?* id est exercitium serium examinis conscientiæ. *Vide Titul: PUPILLA num:* 586. 587. 588. 589.

Dominica IV. Adventus.

Vox clamantis in deserto, parate viam Domini. Luc. 3.

Non ad Ciuitates, sed in deserto, Joannes prædicat: cur? Communis est & germana ratio; quia ibi habitabat, ibi baptizabat: sed mysticè plures assignari possunt unam ex multis subiicio ex D. Hilario, nimirum quia plurimi auditores illius, ob squalorem vitiorum, desertum quoddam ipsi videbantur; quibus ille, ut surdis, infructuosè prædicaverat. Ita explicat Hilarius in c. 3. Matt. *Per hoc indicatur, quòd Iudæa, in qua Ioannes prædicabat, plena peccatis, & vacua gratiæ Dei fuit.* Tuba utique illa Cælica vocem dabat vocando ad pœnitentiam. *Parate viam Domini;* sed Jerosolyma converti tardabat, moras ad pœnitendum protelans; idq; irreparabili salutis suæ damno. Proindè probabo ego, celerrimè obediendum esse voci Dei invitantis ad pœnitentiam. *Vide titul TUBA num.* 838. 839. 840. 841.

Nativitatem D. N. I. C. vide inter Festa.

Domin: infra Octava Nativit:

Et signum, cui contradicetur. Luc. 7.

Quid mysterii, quòd post multos dies & annos implenda de Christo Prophetia prædicatur à Simeone? *Erit in signum, cui contradicetur?* Nonne iam tum recenter nato Salvatori contradixerat mundus, dum infanti Divino hospitium in Bethleem denegauit, ad spælea & antra iumentorum eundem amandans. Nònne iam contradixit illi Herodes, ad necem puerum quærens, & cunas eius tot Martyrum cruentans sanguine? cur ergo non in præsenti, ast in futuro prophetizat Simeon, dicens. *Erit in signum, cui contradicetur?* Notare fortè voluit ventura, moderna nostra secula, a quibus, etiam nunc contradicitur Christo, máximè ab illis, qui hisce diebus festiuis neglexêre curam, ut Hospes iste Christus condignè reciperetur, neq; nidum cordis sui piis exercitiis & actibus, maximè charitatis, adornavêre. Non enim gratior Christo infanti requies, quàm cor charitate exardescens. *Vide titul: NIDUS num:* 502. 503. 504. 505. *Circumcisio & Epiphania inter Festa.*

Dominica infra Octava Epiphaniæ.

Dolentes, quærebamus te. Matt. 2.

Acerbissimus in Beatiss: Virgine, de hac Filii sui amissione excitatus fuit dolor, ita ut Timoth: Hierosolim: hom. de Prophet: Simeonis, eius dictum illud: *Et tuam ipsius animam. pertranſibit gladius.* Luc. 2. intelligat de dolore, quem tunc habuit Virgo, dum Filium hoc triduo perdidit. S. Bonav: hunc dolorem MARIÆ perpendens Medit. Vitæ Christi c. 14. asserit grauissimum fuisse, ex eo, autem (ut obseruat Rupertus) quia præsentiâ Dilecti carebat; hoc autem amanti grauissimè durum. O extremam insipientiam! de quibus ait Propheta. Oseæ 7. *Et factus est Ephraim, quasi columba seducta non habens cor.* Hæc enim sola (ut S. Hieron. asserit) pullos ablatos non dolet. Pariter & isti amentes & sine corde, amissâ per peccatum gratiâ, & ab illa derelicti, Deum ipsum perdunt, nec tamen deplorant infelicitatem suam, imò exultant in rebus pessimis, Beatissimâ Virgine, de modica & breui absentia Filii sic dolente. Vt igitur infatuatæ hæ columbæ sapiant, & ab innocentissima columba MARIA meliora ediscant, enarrabo: Quantum malum sit animæ, deseri a Deo, ipsumq; amittere. *Vide Titul: GUBERNATRIX num,* 288. 289. 290. 291.

Dominica II. Epipnan:

Vocatus est & IESUS, ad nuptias. Joan. 2.

Ex mente Cardinalis Petri Damiani, nuptiæ hodiernæ carnales, principalis sunt typus nuptiarum spiritualium, inter Animam & Deum, seu gratiam ipsius. Ita enim de hoc Divus hic Purpuratus scripsit. l. 7. epist. 19. *Hæc igitur omnia, conferenda sunt spiritualibus Nuptiis, ac novæ Sponsæ diligenter aptandæ. Istæ nuptiæ, tantò illas superant, ut hìc IESUS, jure credatur non amicus esse, sed Sponsus. Illic IESUS aquam convertit in vinum, hìc & vinum semetipsum fecit, & cibum.*

Notatur

Notatur hìc iſtarum Nuptiarum Hilaritas, principaliter quidem ex Euchariſtico epulo, ſed ſecundariò etiam ex aliis animæ iuſtæ iubilationibus, & mentis hilari iucunditate. De hac ergo Sanctorum Hilaritate, quæ in Nuptiis ſpiritualibus animæ delibatur, volupè erit aliqua audire. *Vide Tit: HILARITAS num:* 323. 324. 325. 326.

Dominica III. Epiph:

Non inveni tantam fidem in Iſrael. Matt. 8.

Centurio iſte duplex ſimul fidei ſuæ, quæ plerumq; promiſcuè uſurpatur cum ſpe, repertaſſe emolumentum comperitur: temporale nimirum & ſpirituale. Temporale, in ſanatione Pueri ſui, quem unicè diligebat: Aliud autem ſpirituale, quòd in anima ſua recepiſſe aſſeritur a plurimis; dum illicò ex tanti miraculi magnitudine converſus ad CHRISTUM, ſe ſocium Apoſtolorum, ut imitaretur Salvatorem, adſcripſit: quod ex certis Authoribus deducit Joan: Sylveira in Euang. dicens. *Celebratur memoria S. Caii Centurionis (qui fuit ille Centurio, cuius famulum ad Capharnaum Chriſtus ſanavit) poſtea ſociatus Apoſtolis, neci S. Stephani interfuit, ac Petrum & Paulum in Hiſpanias comitatus eſt &c.* Hinc emicat ingens fructus perfectæ fidei ſeu confidentiæ in Deo, ex qua laudatus eſt iſte Centurio ab ipſo Salvatore: nimirum, quòd qui bene ſperat & ordinatè, nedum humana ſed ſimul & Divina lucratur. *Vide Titul. RADIX num.* 658. 659. 660. 661.

Dominica IV. Epiph:

Ita, ut navicula operiretur fluctibus. Matt. 8.

Saccareum D. Ambroſii os, dum cauſam tanti periculi diſcipulorum naufragantium inveſtigat, Judam proditorem, qui erat cum aliis in illa navi deprehendit & accuſat: dum ita ait: ſer. 62. in Dom. 5. Pent. *Tranquillitas eſt, ubi ſolus Petrus navigat, tempeſtas, ubi Iudas adiungitur.* Sed quomodo? utiq; nondum tunc Judas proditor habebatur. Verùm ſanè: ſed tunc iam erat pœnitens falſus pro paricidio enim, quod (ut notat Hiſtoria aurea) patrarât, pœnitentiam acturus ſecutus eſt Chriſtum, ut miſericordiam conſequeretur: ſed quia pœnitentia eius, fuit defectuoſa & falſa; utpotè actu furis & loculos habentis, adeoq; ſine propoſito meliorandi ſe, ideo naufragii huius cauſam dedit. Quare dicendum hodie mihi: Quoſnam pœnitentes, & quare naufragari contingat in mari miſericordiæ Dei. *Vide tit: NAVIS num.* 478. 479. 480. 481.

Dominica V. Epiph:

Inimicus homo, hoc fecit. Matt. 13.

Habes paratum Exordium tit: CERES. num: 75. *Propoſitionem huiuſmodi ſtatue:* Itaq; inimicos hoſce inveſtigabo. *Probationes huius Propoſitionis invenies tres ibidem num:* 77. 78. 79.

Dominica VI. Epiph:

Cum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus. Matt. 13.

Granum iſtud Euangelicum, Chriſti ſignificativum fuiſſe, ſentit S. Greg. l. 1. Moral: c. 19. inquiens de ipſo: *Granum fuit, cum moreretur, arbor cum reſurgeret: granum per humilitatem carnis, arbor per potentiam Maieſtatis.* Quantò enim magis, ſe Chriſtus in ſua paſſione humiliavit, tantò magis eſt a Deo Patre in ſua reſurrectione exaltatus: Quam allegoriam quoniam D. Paulus ep. 6. detorquet ad cæteros iuſtos quendam ſic alloquendo: *Memento granum ſinapis de quo ſemine ſumus:* ex hoc habetur, quòd quantò magis quis ſe humiliat, tantò magis a Domino honoretur, & a populo ſubſpiciatur: adeo, ut ſummarum etiam dignitatum, ſit ſingulare decus humilitas. *Vide tit: SEMITA num:* 737. 738. 739. 740.

Dominica Septuageſ:

Quid hic ſtatis, totâ die otioſi. Matt. 21.

Valdè obſervandum id, quòd hic bonus Paterfamilias, eos quos nondum conduxerat operarios ad vineam, aſperiùs aggreditur & rigidiùs increpat. *Quid hic ſtatis, totâ die otioſi.* Ex quo intelligere licet, quanti odii ſit apud Deum otioſitas: id eſt in talentis a Deo conceſſis ſi homo non operetur Deo, ſalutiſq; ſuæ ad prouentum; quantò magis, ſi eis abutatur. O quotos illos, qui varia talenta à Deo nacti, partim ſcientiæ, & doctrinæ, partim donorum corporis, partim rerum aliarum temporalium abundantiam, frequenter otiantur in eis, nil ad ſalutem operantes propriam! omninò cordiali compaſſione digni. Quare ut tales inſipientes

pientes imo iniqui operarii, meliora sapiant, producam aliqua contra talentorum abusum. *Vide tit.* SICLUS *num:* 741. 742. 743. 744.

Dominica Sexagesi:

Aliud cecidit secus viam, & venerunt volucres Cæli, & comederunt illud. Marc. 4.

Studiosè sciscitantur Expositores Sacri; causam: Cur hoc semen dicatur conculcatum, & deuoratum à volucribus? varii variè respondent. Pro tunc placet Joan. Sylveiræ solutio. *Quia* (inquit ille) *semen secus viam, nec habebat septem, nec circumdatum erat muro.* qui autem tutamen non habet, facilè hominum conculcationi ac aliorum morsui ac detractioni subiacet. Tanguntur hic in sensu mystico illi, qui de perfectione sua plusquam oportet persuasi, custodiam sensuum externorum negligunt, & liberiùs oculis, auribus, & aliis per varia spatiantur obiecta: quo plerumq; fit, ut muro isto virtutis diruto, prædæ hostis iufernalis, facilè pateant. Hinc modo dicendum est; de custodia sensuum, etiam perfectissimis observanda. *Vide tit:* MURUS *num.* 467. 468. 469. 470.

Dominica Quinquagesimæ.

Stans autem IESUS, iussit illum adduci. Luc. 18.

Notavit D. Chrysost: istum cæcum, non solum cæcum, sed etiam inopem fuisse, ideoq; spretum a nonnullis prætereuntium: ait enim Imperf. hom. 36. *Videbant sordidas vestes & non considerabant conscientiæ claritatem. Existimabant iniuriam pati magnos viros, si a pauperibus honorarentur.* O quàm dispar genius & ingenium clementissimi Salvatoris! Arcebant isti ab occursu ipsius pauperem & miserum; è contra ille accersere ad se mandat mendicum, eumq; primùm benigno affatu, & aspectu consolatur: per hoc ipsum se Deum esse, puto comprobans: Oculi etenim Domini, (iuxta Divinum Psaltem) in pauperes respiciunt, quod ipsum demonstrabo. *Vide tit:* MIRACULUM *num:* 443. 444. 445. 446.

Dominica I. Quadragesimæ.

Ductus est IESUS in desertum, ut tentaretur. Matt. 4.

Communiter SS. Patres asserunt, secundarium tantùm motivum fuisse, Christi recessum in desertum, ut tentarenut; primarium enim aliud habebatur; & hæc erat, commoditas orandi: ex sensu S. Ambr. Bedæ & Bonav. Et quia Joannes Sylveira observat, frequenter aliàs Christum pernoctasse in deserto orationis gratiâ, quæ requirit quandam mentis quietem: cur ergo præterea modernæ orationi, quæ cæteris prolixior erat, iungere voluit, tam arctam mortificationem ieiunii quadragesimalis? Non fallor credo, si dixero: id fecisse Saluatorem, ut fideles edoceret: Quam pergrata sit Deo, & quàm efficax oratio, iuncta carnis mortificationi. *Vide tit:* PIGMENTARIA *num:* 561. 562. 563. 564.

Dominica II. Quadrag:

Domine, bonum est, nos hic esse. Matt. 17.

Arguitur hic Petrus de ignorantia & inscitia, nedum a Tertul. Damasceno, Chrysostomo, sed etiam a cæteris Euangelistis. Ait enim de illo Marcus. *Non enim sciebat, quid diceret.* Lucas. *Nesciens quid diceret?* Et quid inscitiæ causa? Imo laudis hìc in Petro non leuis materia subministrari videbatur: cùm quoddam feruens desiderium erga beatitatem, cuius exemplar iam in Christo contemplabatur, in ipso & sociis eius emicuisse opinandum venit. Laudis enim non minimum pondus est in creatura rationali, ad ultimum finem suum anhelare. Et utinam hoc expetiisset Petrus. Sed perperam de illo sentit S. Remigius, nimirum Petrum quidpiam terrenum tunc cogitasse. *Erravit* (inquit) *Petrus, qui voluit, ut Regnum Cælorum constitueretur in terra, quod Dominus promiserat in Cælis.* Ergo & nobis desideria nostra regulanda sunt: Itaq; ne & nos erroris vel ignorantiæ arguamur: Desiderium frequens ad beatitudinem æternam commendabo. *Vide tit:* BEATITUDO *num:* 15. 16. 17. 18.

Dominica III. Quadragesi:

Cùm fortis armatus, custodit atrium suum, in pace sunt omnia. Luc. 11.

Parùm est, utcunq; vigilem esse, in excubiis, imò & fortem; nisi enim vigilantissimus etiam sit & fortissimus: aliàs periculis a fortiori sibi insidiante, continuò subiacet, ipso attestante Saluatore: *Cùm fortis armatus &c:* si autem fortior ipso superueniat, & uicerit eum, universa arma eius auferet. Quod ipsum luculentiùs indicavit Sponsæ Cœlestis lectulus, totq; circumdatus, præstantissimi roboris, vigilibus. Cant. 3. *En lectulum Salomonis 60. fortes ambiunt, ex fortissi-*

ex fortissimis Israel. omnes tenentes gladios. Et rectè: ita enim decebat, ut quò dilectior Sponsa quiesceret in lectulo, tantò ille præstantioribus custodiretur à vigilibus. Audi in hæc verba scribentem Gillbertum: *Uberior hic commemoratur custodia; quia uberior est gratia lectuli, quàm atrii & Sponsæ solicitudo maior, quàm possessionis.* Ita planè est, ut in virtutum duello, in excubiis & vigiliis tota salus constet. *Vide titul.* CUSTODIA *num:* 114. 115. 116.

Dominica IV. Quadragesimæ.

Vt raperent eum, ac facerent Regem. Joan. 6.

Dupliciter in hoc capite Euangelii, Salvatorem nostrum, munificentiam suam, populis contestatum fuisse legimus. Primum etenim paulò superiùs auditus est ille de pane Cœlesti doctrinam proposuisse: *Ego sum panis, qui de Cœlo descendi.* Et deinde temporali pane quinq; millia hominum refeciſſe narratur. Illud primum, tantùm promittebatur; fuit enim sermo de Eucharistia instituenda: alterum autem, iam defacto exhibebatur. Murmurant Judæi dum illud audiunt, Christumq; despiciunt: dicentes: *Nonne hic est filius Ioseph fabri.* Honorant verò imò Regem facere intendunt Christum turbæ, dum præsens agnoscunt & reipsâ deguſtant liberalitatis eius beneficium. Magis enim alliciuntur homines, præsenti liberalitate in parvis, quàm magnificentiâ in promissis. Etenim singularis prouentus liberalitatis est, nomen celebre. *Vide Titul:* LOCUPLETATRIX *num:* 395. 396. 397. 398.

Dominica V. Quadragesimæ.

Ego dæmonium non habeo. Joann. 8.

Nec cuipiam vel tenuiter subdubitare licet, quod Salvator noster, utpotè ille, in cuius etiam ore nullus inventus est dolus, semper amauerit in suis dictis atq; factis exemplaritatem adeo, ut in omni circumstantia actionum suarum, amoueret occasionem scandali vel minimi. Quod & ipsum hodiernum euincit Euangelium. Mille mortibus digni Pharisæi, adoriuntur innocentiam Christi, duabus grandibus calumniis. *Samaritanus* (aiunt illi) *es tu, & dæmonium habes.* Patientissimus Dominus, tacuit ad primum; quia hoc erat propria contumelia in se inflicta, quam magnâ tolerantiâ superauit: ad alterum verò *Dæmonium habes*, respondisse legitur. *Ego dæmonium non habeo sed honorifico Patrem.* Et cur? rationem inuestigavit Caietanus ex ratione vitandi scandali: dum ita ait: *Hæc enim directè tollebat fidem credentium, tollebat virtutem doctrinæ, nocebatq; populo.* In quo normam quandam Cœlestis Magister præscripsisse fidelibus videtur, de solicita fuga scandali, ruinæq; proximi. In hoc etenim singulare consistit decus fidelium; nimirum in exemplaritate ad proximos. *Vide tit:* DECUS *num.* 135. 136. Item 136. 137.

Dominica Palmarum.

Hosanna Filio David. Matt. 21.

Etiam in tam splendido & triumphali apparatu ingredientis Saluatoris ad Ciuitatem incipiebant mysteria amaræ eius Passionis: quæ bene prælibavit Melleus Doctor ser. 2. in Dom. Palm. dum ita ait: *Quid fuit, quòd processionem habere voluit, qui mox futuram noverat passionem? Fortè ut amarior esset passio, quam processio præcessisset.* Tantâ equidem charitate Christus amaram appetebat passionem, ut ex temporis circumstantia, ac ex proximè peracto triumpho, amariorem ac duriorem subire vellet: ait Sylueira: Charitate ergo suâ, quâ amaritudinem mortis acuit, tuam charitatem, quisquis inter fideles censeris, provocat, ut eam amaræ compassionis actibus super passo Christo, viscerosiùs contesteris. Nam ille convincitur non amare Christum, qui ei patienti, hac præsertim sacra hebdomadâ minimè compatitur. *Vide tit:* FASCIATA *sponsa num:* 180. 181. 182. 183.

Domininica Resurrectionis.

Emerunt aromata. Marc. 16.

O Solicitudinem piarum Matronarum de ungendo Salvatore? quæ feruidæ in amore Magistri, diu non trahunt moras; Religionis impulsu, ipsæ properant ad obsequium: & quia (ut obseruat Carthus:) non poterant emere die, Sabbatho perdurante, vespere utiq; facto, in quo Solemnitas finiebatur, officinas adeunt, cöemunt aromata, atq; sic cum præparatis ex arte a se unguentis, relictâ sacrilega Ciuitate, hoc officium præstare contendunt corpori JESU, & quidem per seipsas, aliis negotium hoc non concredentes, quod commodè potuissent facere; præsertim cum essent fœminæ. Sciebant enim, quod & optabant, nobiliorem esse portionem præmii, labore proprio acquisitam. *Vide tit:* PORTIO *num:* 573. 574. 575. 576.

Ad finem adde de Festi Mysterio. Huius iam quidem sufficienter comprobatæ veritatis, etiam ex hodiernæ Solemnitatis mysterio luculentissimum prodit se testimonium: nimirum in Resurgente Salvatore; ipsiusmet quoque effato comprobatum. Sic enim discipulos duos in Emmaus affatus esse legitur. *Nonne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.* Constat ex Theologis, quod gloria sua, utiq; ei debita erat, propter unionem hypostaticam cum Verbo; tamen non ut suam ille considerabat; sed voluit eam per passionem suam & mortem consequi; ut eam tanquam mercedem & coronam, cum maiori quodammodo gustu possideret proprio labore acquisitam: eo modo, quo filius Regis, quamuis ei hereditario iure debeatur Regnum, præclaris tamen gestis contendit illud, ut glorioſiùs possideat thronum coronam. Ita planè, Filius Dei. &c. &c.

Dominica in Albis.

Vide infra pro Festo S. Thomæ apostoli; cum idem currat Euangelium.

Dominica II. post Pascha.

Pastor Bonus, dat animam suam pro ovibus suis. Joan. 10.

Characteres Prælatorum in hodierno Euangelio delineabat Salvator, ac ex consequenti illorum etiam, qui saltim titulo charitatis, ad pascendas oves ovilis Domini, obsequendo saluti proximorum, stringuntur. Primumq; & principale boni Pastoris stigma in hoc posuit, quòd pro ovibus animam suam ponat. Quod nedum intelligi debet respectiuè ad vitam temporalem, sed etiam respectu bonorum quorundam & commodorum animæ seu spiritualium. Plurimos enim reperire est etiam inter spirituales, qui sub prætextibus variis, ne aliqua incommoda animæ patiantur, eligunt magis sibi ipsis vacare & contemplationis exercitiis occupari; obsequia autem salutis proximis exhibere detrectant aut subterfugiunt: atq; sic a qualitate boni Pastoris desciscunt, cum non modico animæ suæ detrimento: Dicit enim Chrysolog. in Psal. 113. *Hoc est principatus, hoc est pascendi scientia, sua negligere, & eorum quos regis, curam agere.* Proinde, contra illos, qui taliter fugiunt, proximorum suorum vacare saluti, aliqua proponam salutaria. *Vide tit: GERULA num:* 252. 253. 254. 255.

Dominica III. post Pascha.

Modicum & iám non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis. Joan. 16.

Maximè dolebant Apostoli, quòd ab eis abiret & recederet Christus Dominus; & tamen idipsum frequenter illis repetebat. Festos dies sibi videbantur agere, dum sui Magistri recreabantur præsentiâ, dulcibusq; delectabantur sermonibus, & pabulo doctrinarum Cœlestium reficiebantur: Sed quia mortalis hæc vita, continua festa celebrare non permittit, potiùsq; & frequentiùs, si non semper, ferias tristes agere compellitur, in ærumnis, in desolationibus, tentationibus ac scrupulis, atq; a malis persecutionibus; ut utriq; assuescerent discipuli Jesu, voluit eos per istam alternationem erudire, ad æquanimitatem in aduersis. Sic enim super hæc dogmatizavit D. Chrysost. hom. 78. *Modicùm* (inquit) *& non videbitis me; Cui hoc facit? Eorum animum experitur & probatiorem reddit, ut in calamitatibus æquo animo discessum suum, & generosè ferant, assuefacit.* Pro consolatione aliqua talium, dicam hodie de tristibus feriis: unde nam sit, quod eas continuè quandoq; agamus. *Vide tit: FESTUM num:* 192. 193. 194. 195.

Dominica IV. post Pascha.

Si ego non abiero, Paraclitus non veniet ad vos. Joan. 16.

Mirum sanè Cœlestis Magistri genium, qui non aliter suos consolari promittit, nisi priùs exerceat & affligat, nec Cœlum depluere suas gratias faciat, nisi priùs arentibus anxietate animis. Promittit discipulis aduentum Spiritûs S. qui author est primus consolationum, sed priùs ipsis suum per mortem discessum prædicit, ac ex consequenti ingentem desolationem illorum & tristitiam ex absentia sui Magistri. Hæc etenim cœlestium consolationum habetur praxis singularis, ut illorum tantummodo corda, idonea fiant receptacula Consolatoris supremi, quæ anxietatibus, ærumnis, angoribusq; spiritualibus depressa & exsiccata, in magna sustinentia Spiritus sui, aduentum illius præstolantur. Dogma ergo hoc Asceticum, pro consolatione quorumve scrupulosorum & aridorum, luculentiùs explicabo. *Vide tit: GOSSYPIUM num:* 276. 277. 278. 279.

Dominica V. post Pascha.

Petite & accipietis. Joan. 16.

Ignorabant hactenus discipuli Christi (ut observat Rupertus) virtutem nominis eius potentissimi,

issimi, ideo ipsos hortatur, novamq; viam impetrandi edocet efficacissimam. O quantum distat Divinus Princeps à terrenis! Terrenus Princeps fatigatur postulationibus, ostiumq; claudit ad illorum petitiones; at cœlestis illis delectatur, aperitq; viam, indicans modum efficaciorem ad illas. *Petite & accipietis.* Hæc enim nomini eius Sanctissimo debebatur ex meritis ipsiusmet, imò & nunc debetur precibus eius, quas hucusq; ad Patrem, utpotè Advocatus generis humani, indesinenter fundit. Ast quia frequenter contingit, ut desideremus multa in nomine Christi, & in eius ad Patrem, ac in aliorum Sanctorum orationibus confisi, nec tamen obtineamus: indagare oportet causam infructuosæ eorum orationis pro nobis. Non aliam quidem inuenio, inter plures præcipuam, quàm: Quia Christi & Sanctorum labia, quodammodo silent, nostris tacentibus. *Vide tit LABIUM num:* 359. 360. 361. 362.

ASCENSIO D.N.I.C. inter Festa.

Dominica infra Octavam Ascens:

Venit hora. Joan. 16.

Mirantur nonnulli expositores cur, tempora, annos, & dies durissimæ persecutionis, qui manebant discipulos suos, horam appellauerit Salvator. S. Aug. Cyrill. Beda. exponunt dictum ob dulcedinem charitatis, quæ longissima etiam & durissima, brevissima & tanquam paruas horulas repræsentabat. Errat quippe seculum, in diiudicandis temporibus diebus, & horis; dum illos tantùm faustissimos, felicissimos reputat ac festiuos, quibus omnis mundi prosperitas ipsis illucescit; secus autem ferales æstimat cæteros, si præsertim ærumnosi sint. Deo autem & seruis eius, non idem sensus est: habent illi alias Ephemerides, qui ita veros a falsis, festivos a ferialibus distinguunt dies, ut etiam ærumnosos, inter festivos connumerent. De hac ergo diversitate dierum aliqua explicabo, ut qui felices & festivi sint edoceam. *Vide tit: DIES num:* 145. 146. 147. 148.

Dominica Pentecosten:

Si quis diligit me, diligetur a Patre meo. Joan. 14.

Hodie nobis Cœlestis, prædestinatorum ad gloriam, aperitur Cancellaria, sub auspiciis Supremi Spirituum omnium Regentis, imò Largitoris, Consolatoris Spiritûs: qui descendens in discipulos sub flamma, pro adipiscendo Cœlo nedum Apostolis, sed cunctis etiam fidelibus, Bullas quasdam seu signa electionis ad gloriam authenticat ac dispertit. *si quis diligit me, diligetur a Patre meo.* Et quæ maior dilectio a Patre, quàm illa, quâ diligitur homo æternaliter; quod est ipsorum electorum: talibus autem pro signo seu Bulla electionis, hodie affigitur, ipsa charitas, dilectio seu Amor summè appretiativus Dei. *Si quis diligit me, diligetur a Patre meo.* Ita ut apud Asceticos hæc duo: Diligi a Deo, & diligere Deum ad convertentiam dicantur. Hunc ergo appretiativum Amorem Dei, esse certius aliis signum prædestinationis antequam probavero; de aliis probabilibus aliqua subinnuam. *Vide tit: BULLA num:* 51. 52. 53. 54

Dominica SSS. TRINITATIS.

Baptizantes eos, in Nomine Patris, & Filii & Spiritûs S. Matt. 28.

Grande quid, magnificum, & insuetum cogitavit olim D. Ambr. in nomine & salvificæ SSS. TRINITATIS titulo: Ita enim scripsit l. 5. epist. 22. *Grande carmen istud est, quô nihil potentius, quàm confessio Trinitatis.* Hinc est, quod ipso in initio Christiani hominis, nimirum, dum ianuam Ecclesiæ & Sacramentorum homo ingreditur, nimirum, dum Baptismum suscipit, ordinaverit Christus, SSS. TRINITATEM, expressissimè nominari: ut per hoc denotetur, titulum istum, eiusq; cultum devotissimum, esse auspicium omnium felicitatum; adeo, ut nihil amplius sit, quod desiderari possit. Proinde ut rem in compendio concludam: Titulum hunc vivificæ Trinitatis, tesseram salutis nostræ appellabo & probabo: *Vide tit: FILIA num:* 204. 205. 206. 207.

CORPORIS CHRISTI inter Festa.

Dominica II, Pentecost:

Pauperes, ac debiles, & cæcos introduc huc Luc. 14.

Mysteriosè satis & sapienter S. Basil. Seleuc. Evangelicam describens professionem, eandem appellavit novam Politiam. orat. 3. inquiens. *Christiana doctrina, est nova ac de Cœlis allata politia.* Et rectè: Pannosos etenim, quos odit & aspernatur Polities seculi, debiles & cæcos, respicit, imò invitat hospites, magnatibus, splendentibus auro & gemmis, despectis: ut in illis prioribus, præsentiâ ipsius Christi, quem illi repræsentant, mensas suas condiat. Quàm longe est ab hac Cœlesti Politia, mundanorum conviviorum Pompa, & quàm disparia condimenta

mensarum depravati seculi! Pro pauperibus, illa substituit detractores, pro debilibus parasitos, & multa alia pernicioſa conviviis ſuis admiſcet condimenta, ingenti animarum damno. Quare tria communiora conviviorum praua condimenta, hodie reprehendere volo & propono. *Vide tit:* DAPIFERA *num:* 125. 126. Item 126. 127.

Dominica III. Pentecoſten:

Gaudium erit Angelis, ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. Luc. 15.

Converſionem peccatoris, magnum bonum eſſe, quis non cenſeat? ex quo ingens reſultat gaudium, tam ipſi peccatori, quàm Angelis, maximè autem & potiſſimè; ipſi Deo. Imò in converſione impiorum abyſſus quædam miſericordiæ Dei, latere dignoſcitur; per quam Deus, qui dives in miſericordia dicitur ab Apoſtolo *ad Rom:* 2. infinitarum miſerationum ſuarum depromit monilia, univerſis pœnitentibus munera elargiturus. Quorum cum immenſa habeatur copia, planè pro diverſitate pœnitentiũ varia, nonnulla eorũ genera, ſanctâ curioſitate revideamus; & ſimul, quomodo hi theſauri cuiq; pateant peccatori conſideremus. *Vide tit: MONILE num:* 456. 457. 458.

Dominica IV. Pentecoſt:

Faciam vos fieri piſcatores hominum. Matt. 4.

Magna nobilitas Apoſtolorum, fieri cooperatores Chriſti in piſcatione animarum: unde pulchrè D. Thom. ex S. Dionyſ. *Nihil dignius in officio hominum, quàm Dei cooperatorem fieri.* Eſt igitur, de quo glorientur Apoſtoli, a piſcatione corporali ad ſpiritualem tranſlati: Et quidem gratuita fuiſſe creditur hæc illorum per Chriſtum vocatio; cæterùm & meritum quodpiam illorum interceſſiſſe videtur: promptos etenim invenit Salvator, dum eis mandavit piſcationem, dicens: *Duc in altum, & laxate retia veſtra.* Cui mox Petrus. *In Nomine tuo, laxabo rete.* Amat etenim Deus, quendam cum hominibus ludere talionem ut talem ſe exhibeat homini, qualem ſe ei exhibet homo: proinde & his, piſcationem, nobiliori rependit piſcatione. *Vide Tit: TALIO num:* 776. 777. 778. 779.

Dominica V. Pentec:

Niſi abundauerit juſtitia veſtra, pluſquam Scribarum & Phariſæorum. Matt. 5.

Latet quodpiam myſterium, in facto ſeu dicto præſenti Salvatoris, quòd ſuorum diſcipulorum majorem juſtitiam eſſe exigat, comparativè ad Phariſæos & Scribas. Si etenim perfectionis expetendum erat diſcipulis faſtigium, illius præſertim, de qua eos alibi admonuiſſe legitur, dicens: *Eſtote perfecti, ſicut, & Pater veſter perfectus eſt.* aderant tot Sanctorum Prophetarum, Patriarcharumq; in antiqua lege exempla. v.g. Juſtitia Abel, obedientia Abrahæ, fides Abrahæ, Joſephi caſtimonia & multa alia, quarum ad normam, juſtitia diſcipulorum, nobiliora ſumpſiſſet incrementa; quàm vero ex juſtitia Phariſæorum. Verum ſapientiſſimi Magiſtri in verbis, latens obſervavit Myſterium Joan. Sylveira: nimirum, id docuiſſe diſcipulos, ut eos a facilioribus ad altiora duceret: atq; ſic uniuſcuiuſq; curſum in agone virtutis moderaretur currunt etenim multi in ſtadio virtutis, diverſis tamen pro diverſitate Spiritûs & gratiæ dono, paſſibus; ita tamen, ut omnes ad idem contendant bravium & culmen perfectionis: quorum triplicem præcipuè videamus ſtatum. *Vide tit* CORONA *num:* 102. 103. 104. 105.

Dominica VI. Pentec:

Miſereor ſuper turbam. Marc. 8.

Diſcite Reges, intelligite Principes, & quorum cura intereſt ſubditorum; diſcite (inquam) a ſupremo Cœlorum Rege, jura humanitatis in ſuos, ipſorumq; miſeriis compati, atq; properanter ſuccurrere. Ecce Dominus, expoſtulari a turba ut ſuccurrat, non expectat, ſed miſeretur in ante. Inquit Abulen: in c. 15. Matt. 9. 103. *Miſereor eis, quaſi dicat: Ipſi non petunt panes ſed erubeſcunt.* In quo præſertim actu, ſe verum Regem Principemq; demonſtravit, qui in ſuccurrendo ſubditorum neceſſitatibus, nullas protraxit moras, ſed ſolâ illorum neceſſitate allectus, indigentibus obtulit, quod turbæ petere non audebant: & rectiſſimè. Moræ etenim in ſuccurrendo ſubditis, dedecent Principes & Prælatos. *Vide tit: QVUMPRIMUM num:* 646. 647 648. 649.

Dominica VII. Pentec:

Ex fructibus eorum, cognoſcetis eos. Matt. 7.

Totam dignoſcentiam bonorum & malorum Salvator noſter, ex fructibus uniuſcuiuſq; inveſtigan-

vestigandam dum edocuisset, nobilissimi tandem fructûs insinuat felicitatem; cui simul & Cœlum adscripsit: nimirum, voluntatem resignatam & perfectissimè subjectam Divino beneplacito. Verminant quandoq; excellentissimorum operum, actuumq; fructus; quia nonnunquàm eos tinea alicuius temporalis respectûs, vel proprii amoris seu voluntatis admordet, & corrodit: solius subjugatæ Deo voluntatis hæc immunitas habetur, quòd fructus ex omni parte beatos, Cœloq; dignos producat. *Qui facit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis est, ipse intrabit in Regnum Cœlorum.* ait Salvator. Quare conformatæ voluntatis humanæ cum Divina enarrabo felicitates. *Vide tit: QUODLIBETUM num:* 634. 635. 636. 637.

Dominica VIII. Pentec:

Laudavit Dominus, villicum iniquitatis. Luc. 16.

Inconcussum illud stare semper debet D. Hieron. ep. 150. ad Hedibiam. **Omnis dives, aut iniquus, aut iniqui heres est.** Hoc tamen Dogma suaviter modificandum persuadet hodierni Evangelii, historica de villico enarratio; imò & eorum, qui de mammona iniquitatis faciunt sibi amicos, edocet collaudata industria. Si etenim in diviti hereditate non exulat justitia & æquitas: quinimò, si funiculum hereditatis, extendit prudenter larga in proximos charitas, nequaquam heres, dives dicendus injustus; sed laudabitur a Domino justiùs, quàm hodierni Evangelii villicus. Dispar enim horum, & aliorum est hereditas: quod ipsum explicatiùs perpendam. *Vide til: HEREDITAS num:* 312. 313. 314.

Dominica IX. Pentec:

Ingressus in templum, cœpit ejicere vendentes & ementes. Luc: 19.

Rem valdè admirandam hìc operatus est Christus, cùm cœpit ejicere vendentes & ementes, & præcipuè, (quod notavit Matth:) quando *nummulariorum mensas & cathedras vendentium columbas everit.* Multâ enim potestate usus est, nedum mercantes flagello mulctavit, sed etiam eorum pecunias per Templum effudit, & sparsit; cum adhuc pro tunc haberetur pro privato homine, adeoq; jurisdictionis in Templo experte: proinde hanc potestatem suam, expediens videbatur, ut aliquo insigni miraculo confirmasset. Adstruit quidem pro miraculo Joan: Sylveira, nimirum quòd ipse contemptus tantarum pecuniarum dispersarum non purum hominem, sed etiam Filium Dei demonstraret: mihi tamen cum S. Hieron. in c. 21. Matt. pro majori prodigio videtur, ita Christum pio in impios exarsisse zelo, ut a nemine, de illo justè redargui potuerit. Rarissimum enim est, verus & depuratus ab omni affectione zelus, qui scil: luceat & non urat; quod demonstrabo: *Vide tit: RUBUS num:* 694. 695. 696. 697.

Dominica X. Pentec:

Descendit hic justificatus in domum suam. Luc. 16.

Domum hanc, in quam pœnitens & humilis publicanus subiptrasse auditur à Salvatore, si mysticè res ponderare cupis; intellige propriam ipsiusmet conscientiam. Huic enim sensui adstipulatur M. Gregor. Moral. l. 4. c. 35. dum sic ait: *Quid per domum? nisi conscientia: designatur.* quam si pœnitentiæ scopa diligenter perpurgat, fit homini Domus, imò Palatium, & habitaculum lætitiæ & exultationis: quod singulare privilegium præcipuè enituit in huius publicani justificatione. Percutiebat iste pectus suum, dicens. *Deus propitius esto mihi peccatori:* in quo actu graphicè expressit omnes partes pœnitentiæ ut notavit Hugo Card: *Tria notantur in pectoris percussione. Est ibi læsio, per quam significatur contritio; est sonus, per quem significatur confessio, & manus appositio, per quam significatur satisfactio.* Hinc illicò publicanus ille, ipsius Salvatoris ore, deducitur in Domum lætitiæ, id est lætæ conscientiæ. *Descendit hic justificatus in domum suam.* Quare diligentiùs expendere lubet: Quomodo & cuius Pœnitentis Conscientia, Domus, & Habitaculum lætitiæ dicatur. *Vide tit HABITACULUM num:* 300. 301. 302. 303.

Dominica XI. Pentec:

Suspiciens IESUS in Cœlum, ingemuit. Marc: 7.

Est quod miremur in Salvatore nostro, ut quoties illi sananda esset in homine lingua, difficultates quasdam semper planè, prætexuisse videatur: dum vel ingemiscit, vel tardat, alias semper velocissimus & alacer ad beneficiendum. Accedit ad eum Parens, Marci 9. pro filio muto deprecando. *Magister, attuli filium meum, ad te, habentem spiritum mutum.* curationem eius primùm demandat discipulis qui dum ægroto non proficiunt, eum ad se adferri mandat: & coram se, aliquantisper eum per dæmonem torqueri permittit. Et iterum in hodi-

erno

erno Evangelio, dum similiter mutus sanandus offertur, ingemiscit. *Suscipiens in Cœlum, ingemuit.* cur verò? Joan. Sylveira causam reddit, dicens: *Moras quasdam interponebat in restituenda lingua; cùm illa sit multorum malorum instrumentum.* Inter quæ innumera mala, unum præcipuum tango, quòd vitio linguæ contigit in principali negotio salutis, scil: in Confessione; idq; circa quasdam difficultates; ad quas superandas ut vos expeditiores reddam, easdem enumerabo. *Vide tit: CIVITAS num:* 90. 91. 92. 93.

Dominica XII. Pentecost:

Alligavit Vulnera eius. Luc. 10.

Quis prudenter speraſſet, Samaritanum gente, genere, ac Religione alieniſſimum a Judæis, multumq. eis exosum, laudatum fieri a Christo, & non Levitam vel Sacerdotem. Eminebat in Sacerdote dignitas, in Levita scientia; ut notat Cassian. l. 6. c. 10. & tamen hi encomiis non extolluntur, sed solus Samaritanus: Quia non splendor dignitatis, nec fulgor scientiæ prævalent apud Deum, Cœloq; commendant, sed solùm justitiæ rectitudo, amorq; proximi; quo vulneratus Samaritanus, suum commodum, iterq; suum contemnit, & quæ secum ad viaticum ferebat, vinum scil: pro potu, oleum pro cibo cum pane, curando proximo impendit, & cætera præstat obsequia charitatis, compatiens tenerrimè miseriæ vulnerati. Hinc meritò præ illis laudatus a Salvatore. Quippe stigma est quoddam in anima salutare, compati miseriæ proximi sui. *Vide tit: PELAGUS num:* 551. 552. 553. 554.

Dominica XIII. Pentecost:

Qui steterunt à longè. Luc. 17.

Isti leprosi, iumunditiæ suæ optimè conscii, summam Christi puritatem reverentes, ad eum appropinquare non audebant; sed ille ipse consortia eorum non abhorruit; imò ex alta dispositione, se illis obviam præbet. Tanta enim benignitas Christi ad pauperes & mendicos, ut prior illos quærat, quàm inquiratur ab eis; prior offerat beneficia, & miseriæ eorum sublevationem, quàm audiat expostulationem. Hi cùm essent leprosi, a cæteris ominbus despectui habebantur; ast Christus miseriâ eorum commotus illis occurrit, ut subveniat, salutisq; remedia diffundat. Quare hodie justè veniunt castigandi illi, quibus nec audire voces pauperum, volupe est, & qui mendicos quantumvis etiam Religiosos fugiunt & aspernantur. Verùm, ut molliùs cum ipsis agam; tantummodo persuadebo; Mendicantes benignè esse tractandos. *Vide tit: QVÆSTARIA num:* 610. 611. 612. 613.

Dominica XIV. Pentecost:

Nolite soliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quo operiemur. Matt. 6.

Nimiam hic solicitudinem inter aliàs curas, de vestimentis & opertoriis interdixit Salvator: nam pro victu & vestitu laborare non prohibuit; quod exercuit laudabiliter Paulus Act. 20. *Ad ea, quæ mihi opus erent, ministrauerunt, manus istæ.* id interdixisse cæteris, non est censendus Christus: nisi fortè contingat peccari in hoc, per excessum & luxum. Hoc etenim licet sit summè damnabile, inest tamen pluribus æstus quidam pravus, ad vestes & splendida coopertoria; idq; duplici in sensu: mystico videlicet, dum excusationum variarum prætextu palliare nituntur sua scelera; physicè verò, (quod debilioris sexûs vitium est) dum pellucidis vestitæ theristris, fingunt se esse vestitas, cùm non sint. Vtriusq; vanitatem hodie observabo. *Vide tit: THERISTRUM num:* 803. 804. 805. 806.

Dominica XV. Pentecost:

Et resedit, qui erat mortuus. Luc. 7.

Excitavit non tam curiosam, quàm nobis perutilem Quæstionem Simon Cassianus de isto resuscitato adolescente: nimirum, cur nam resedisse tantùm legatur, cui resurrectio ab ipso Authore vitæ mandabatur: *Adolescens, tibi dico surge.* Ergo ne pigritare potuit, ut primò resederet, deinde surgeret, ad tantæ vocis efficaciam? vitiatæ iam prolapsibus variis naturæ adscribere videtur, iam nominatus Doctor: dum ait: *Non surrexit totus corpore, sed resedit; ad illam resurrectionis rationem refertur, ubi primò prolapsus.* In quem sensum coincidit Joan. Sylveira. Ex quo colligere est spirituale Dogma, quàm pertinax sit vitium, cum ætate & adolescentia contractum, ut etiam iam redivivum hunc adolescentem obsequi instantaneè voci Salvatoris non permiserit, sed eum pigritare quodammodo fecit. Nam ita virtus, sicut & vitia cum juventute acquisita, fortis esse solent adhærentiæ. *Vide tit: TINCTURA num:* 800. 801. 802. 803.

Dominica

Dominica XVI. Pentecoſt:

Et reſpondens ait ad Legiſperitos. Luc. 14.

Acre ſemper fuit Salvatori noſtro bellum, frequenſq; concertatio, cum hiſce Cathedraticis Synagogæ, Legiſperitis & Doctoribus. Talium etenim corruptiſſima doctrina, Sapientiæ eius Divinæ, e diametro adverſabatur, præſertim in operibus & in facto. De quo ſingulariter carpſerat eos alibi, Matt. 23. dicens: *Super Cathedram Moyſis, ſederunt Scribæ & Phariſæi &c:* Et quidem illo tempore, iam adeo peſtilentes eorum euaſerant Cathedræ, ut ad confutandos earum errores oportuerit Chriſtum ab argumentis deſcendere ad miracula: quod in hodierno Evangelio contigit, dum in conſpectu ipſorum Doctorum, hydropicum ſanare voluit. Sed moraliter loquendo, plures adhuc alias peſtilentes, exoſas, & abominales, reperire eſt cathedras Diaboli; a quarum contagio, ut tantò ſtudioſiùs caveamus, earum nonnullas indigitabo. *Vide tit: CATHEDRA num: 63. 64. 65. 66.*

Dominica XVII. Pentecoſt:

Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo &c: Matt. 22.

Cùm mandatur ut diligamus Deum, ex toto corde, & in tota anima, in tota mente: tripliciter id explicatur a Theologis: nimirum, *comparativè*, ut nullam partem amoris, des alicui rei, Deo repugnanti. Deinde *finaliter:* ut toto affectu velit homo, Deum eſſe finem totum & ultimum, omnium ſuarum actionum. Ac tandem *appretiativè:* ut nihil comparatione Dei æſtimes; ſed pro Deo omnia parvipendas, totumq; cor tuum & voluntatem eidem applices. Quæ porrò Dilectio ſeu Amor Dei; coincidit in re, cum Timore filiali Dei, aut ſaltim in illo fundatur; utrumq; primò neceſſarium eſt ad ſalutem æternam, tanquam principalis cauſa cuiuſq; ſanctitatis, atq; animam ſic affectam, ſoli Deo mancipans. In commendationem ergo huius virtutis dicam aliqua hodie, & oſtendam: Animam taliter timoratam, eſſe Sacrarium Dei. *Vide tit: SACRARIUM num: 718. 719. 720. 721.*

Dominica XVIII. Pentecoſt:

Surge, tolle grabatum tuum, & vade. Matt. 9.

En quantam paralitici huius felicitatem, huiuſcemodi decubuiſſe in lecto, in quo plenâ a Salvatore valetudine, tanquam in memoriam triumphi de malo, eundem tollere jubetur; in quo ſimul perfectæ redemptionis per Chriſtum, myſteria portat. Id enim in his tribus verbis. *Surge, tolle, vade.* denotari putat S. Hilarius cap. 7. in Matt. *Surge* etenim, ſignificát remiſſionem peccatorum. *Tolle,* corporum reſurrectionem. *Vade* in domum tuam; deſignat ipſum ingreſſum in Regnum Cœlorum, a Redemptore ſuo, homini præparatum. Utinam talibus in lectis decubaret omnium fidelium ſalus! ſed plerumq; mortales, infauſtos quoſdam amant grabatos, quos nec ipſa inſtante morte tollere poſſunt, tantò minùs ex illis ſurgere ad vitam, & ad reſurrectionem; ſed in ipſis immobiliter hærent, uſq; ad damnationem, dum moriuntur. De quibuſdam ex his in fauſtis moribundorum præſertim lectis hodie loquar. *Vide tit LECTULUS num. 371. 372. 373. 374.*

Dominica XIX. Pentec:

Miſit ſervos ſuos vocare invitatos, & nolebant venire. Matt. 22.

Novum planè quid, & quaſi prodigium naturæ audire eſt, famelicos non eſurire, feruenti toſtos ſub Sole, non ſitire, non æſtuare; & quem Regiæ expectant invitantq; nuptiæ, aſpernari delicias. Notatur in hodierno Evangelio (ut obſeruat D. Chryſoſt. hom. 70. in Matt.) eximia hominis miſeria & fragilitas, in ordine ad ſpiritualia, & tarditas ad illa. Ait ille. *Quid dementius invenitur? quàm cùm ad nuptias vocaris, reſilire.* Nuptias quidem Pater æternus Filio ſuo fecit, dum eum propter ſalutem noſtram incarnari permiſit: ut tenet Greg. Aug. & penè communis Doctorum opinio eſt. O quot deliciis, dulciariiſq; eius ſcatent hæ nuptiæ! tot remediis ſalutis, tot Sacramentis, tot doctrinis ipſius refertæ? De quibus David: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! & tamen ad eas homines, nedum invitari, ſed etiam trahi oportet adeo, ut nonnulli malint amplexari ſtercora voluptatum carnalium, quàm delectari in mandatis Domini. Iſtius ergo tam perniciosæ nauſeæ rerum ſpiritualium ut remedia adhibeamus; ſatis nobis ſit hodie, cauſas aliquas, ob quas aliquibus non ſapiant Cœleſtia, inveſtigare. *Vide tit: DULCEDO num: 167. 168. 169. 170.*

Domi-

Dominica XX. Pentecoſt:

Horâ ſeptimâ, reliquit eum febris. Joann. 4.

Etiam Salvator noſter benigniſſimus, in horis obſeruandis, myſterioſus & periodicus eſſe cognoſcitur, dum horâ ſeptimâ infirmum Reguli filium ſanat, qui qualibet horâ remedia dare poterat. Cur enim in certa hora & non aliter id præſtare complacuerit, myſterium aſſecutus eſſe videtur D. Albert. M. nimirum, quòd eadem horâ, quâ vulnus mortiferum, genus humanum accepit, etiam antidotum applicare voluit. Ait ille: *Horâ ſeptimâ febris eum reliquit; eadem ſci: horâ quâ febris genus humanum apprehendit: hoc enim factum eſt poſt meridiem.* Hinc fortè eſt, quòd Aſceticæ Theologiæ Magiſtri, ſtudioſiſſimè commendent in exercitiis ſpiritualibus, & præſertim in hora orationis, periodos & ſtata ſibi tempora obſervare. Hic etenim modus vivendi, Chriſtiano homini valde fructuoſus eſſe cenſetur. *Vide tit: HOROLOGIUM num:* 335. 336. 337. 338.

Dominica XXI. Pentecoſt:

Redde, quod debes. Matt. 18.

Nunquam effætum aut ſterile, peccatum eſt: Peſſima hæc generatio vix concipitur, & iam plura viperea genimina utero portat; quæ cito & intempeſtivo producit partu; nam ex uno peccato cætera illicò progerminant. De quo ſub ænigmate Propheta Iſa: 14. *De radice colubri egredietur regulus, & ſemen eius abſorbens volucrem* Hebraica vertit: *fructus eius, ſerpens volans.* Per quem locum S. Hieron. explicat generationem peccatorum, idq; vnius ex alio. Proinde debitor iſte Evangelicus decem millium talentorum, quæ ſumma ingens eſt, repræſentat peccatorem plurimorum reatuum, qui frequenter accumulantur, ex primo, diutiùs in anima neglecto; atq; ſic fit, ut fœnus debiti in immenſum planè adaugeatur in peccatore; ita ut quotidie rea conſcientia obmurmurans, moneat hominem, *Redde, quod debes.* Proinde, perutile iudico, hodie fidelibus perſuadere, & certis demonſtrare argumẽtis: Debitũ peccati, citiſſimè perſoluendum eſſe. *Vide tit: QUIETATIO num:* 622. 623. 624. 625.

Dominica XXII. Pentecoſt:

Cuius eſt hæc imago, & ſuperſcriptio. Matt. 22.

Falſariis monetæ, Librorumq; publicorum violatoribus, iure planè gentium, graviſſimam pœnam impoſitam eſſe, novimus utique. Et quidem pari lege & pœnæ utrumq; plecti crimen valdè congruebat: ambo etenim pondus ſceleris habent a ſuperſcriptione Principis, eiuſq; nominis, quod in utroq; læditur: adeo ut nummus quilibet pro libro ſerviat & habeatur. Sic planè & in moralibus contingit: Anima noſtra rationalis, eſt & numiſma Dei & ſimul Liber, ipſius Cœleſtis Creatoris conſcriptus a manu, imaginemq; eius & ſuperſcriptionem repræſentans; utpotè factus ad eius ſimilitudinem. Cæterùm quia non infrequenter contigit huius nummi ſeu Libri vitiari characteres adeo, ut cœleſtis huius inſcriptionis totaliter depereant notæ; ne deinde homo falſariorum incurrat pœnam æternaliter luendam, expedit hodie, ut origines mendarum iſtarum, id eſt peccatorum inveſtigemus. *Vide tit: LIBER num:* 383. 384. 385. 386.

Dominica XXIII. Pentecoſt:

Si tetigero tantum veſtimenta eius, ſalua ero. Matt. 9.

O quàm ſalutares ex contactu Sanctiſſimæ carnis Salvatoris, veſtes illius! quæ & ſaluti conducunt mulieris, & pudoris remedia præbent. O pium furtum, fraudemq; laudabilem iſtius hæmoroiſſæ! quam ſuâ ſuadâ ſic illuſtraſſe legitur D. Chryſol. ſerm. 35. *Cum tangit fimbriam Chriſti, tunc Divini pectoris pulſat arcanum, & furto fidei, ſummam rapuit de ſummitate fimbriæ virtutem. Felix fraus, quæ & lucrum ſalutis, contulit, & damna ſuſtulit mox pudoris.* Fimbriæ ergo illæ, factæ ſunt mulieri, quædam ſcaturigines ſalutis & beneficiorum. O quàm oppoſitum contingit in mundanarum veſtium qualitate! præſertim ſi luxus ac inverecundia accedat: in illis etenim, non remedia pudoris ac ſanitatis, ſed potiùs pernicioſa toxica caſtimoniæ, omniſq; virtutis, abſcondita latent; quæ dum in oculos ſpectatorum erumpunt: fontes mortis ſcil: peccatorum, appellari merentur. *Vide tit: FONTES num:* 217. 218, 219.

Dominica ultima Pentecoſt

Propter electos, breuiabuntur dies iſti. Matt. 24.

In illa univerſali preſſura univerſi, quis non videat electorum ſortem, forè meliorem? Quamvis etenim has præſtantiſſimas, maturas & electas uvas, idem ærumnarum & calamitatum,

tatum, quod & cæteros, Torcular premet; cæterùm dum illos dies abbreviandos esse prædicit Salvator, non aliter id promittit, nisi in eo sensu; inquantùm ob tolerantiam a Deo acceptam, minùs sentient malum, quo prementur: & sic longi illi dies molestissimi sic transibunt, quasi unus dies tantùm esset. Ita sentit D. August. ad Euthym. apud D. Thomam, dum ait. *Dicta sunt* (tempora illa) *breviari; ut Deo tolerantiam donante, minùs sentirentur, alsi quæ magna essent, fierent brevia.* Amat etenim Deus, perfectiores animas videre sub duro pressuarum Torculari; ut tantò uberiùs vina fundant eaque maturiora: hoc est, ut virtutum meritorumq; ampliores acquirant fructus. *Vide tit:* TORCULAR *num:* 819. 820. 821. 822.

Finis Reductorii Concionum Dominicalium.

INDEX

Concionum Festivalium per reductionem
Nativitas D. N. I. C.

Vide Titul: *Miraculum* num. 443. totum pene Exordium servit, cum integra 2da parte eiusdem Discursûs.

S. Stephanus.

Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos. Luc. 13.

PRæ magno dolore & gemitu, ingeminat voces Salvator: *Ierusalem, Ierusalem:* & cur potiùs non plangit Dominus suorum amicorum obitum, & inclytos interfectos siue interficiendos athletas suos, quorum Dux hodiernus Diviniss: Stephanus? cur pro ipsis, nec gemitum, nec querimoniam excitat? Respondet D. Chrysost. ap. imperfectum hom: 46. *Recordabatur sanguinem Sanctorum suorum, qui effusus erat ab illis, & qui adhuc postmodum effundendus erat; sed tamen non dolebat de iniuria Sanctorum suorum sciens, qualem illis gloriam præparaverat, pro morte temporali.* Et rectè: Errat quippe sæculum in diiudicandis temporibus & diebus, dum illos tantùm felicissimos existimat dies, quibus omnis prosperitas mundi, ipsis illucescit; secus autem ferales æstimat cæteros, si præsertim ærumnosi sint: Deo & iustis eius, o quam dispar sensus! inter quos princeps Martyrum S. Stephanus: habent illi alias Ephemerides; quibus ita veros a falsis distinguunt dies, ut etiam ærumnosos in er festivas connumerent ferias. De hac itaq; differentia dierum verorum a fallacibus, nonnullam submINistrabo doctrinam, antequam in Beatissimo Stephano idem explicavero. *Vide tit: DIES Cæli num:* 145. 146. 147. 148. *Post hæc Deinde, adde de Festo ista:* Ast quoniam de diebus dijudicare, Astrologorum est, hodie Ecclesia Dei, novum nacta est Mathematicum, ipsum Diviniss: Protomartyrem; qui inter crepitantes undiq; lapides, salutarem instituit Astrologicam observationem, dum in Cœlis apertis, nobilissimum Phænomenon contemplatus est. *Ecce video Cœlos apertos, & Filium hominis stantem a dextris Dei.* Jam audite judicia ipsius de diebus: Lætos ipse primùm existimabat & colebat illos dies, dum anima eius plena Spiritu S. cœlestibus irradiaretur splendoribus, adeo ut etiam aspectu sui stringeret oculos intuentium. *Stephanus autem plenus gratiâ & fortitudine.* Deniq; nulli festiviores Diviniss: Martyri reputabantur dies, quàm ille ultimus, quo ille in lapidantium medio, suam concluSit vitam, occumbens ut martyr: hunc illud Ecclesiæ: *Lapides torrentis illi dulces fuerunt.* Nec tandem inanes & vacuas ferias celebrasse censendus est; qui tantum, virtutis in cursu contendit, ut ipsis Adversariis, Angelus videretur. *Intuebantur enim, tanquam vultum* Angeli: & qui tandem uberem copiosamq; & bene coagitatam, hodie a Domino recepit gaudens mercedem. Cuius suffragiis orationum, optatissima & interminabilis æternitatis dies, nobis illucescat, humiliter id Deum deprecemur. Amen.

S. Ioannes Evangelista.

Quod discipulus ille non moritur. Joann. 21.

Hæc fama de Joanne, quem aliqui opinabantur non moriturum, excitavit inter Doctores Quæstionem, An. s. iste Evangelista mortuus sit de facto? Sunt quidam qui negant mortuum, sed translatum asserunt in Paradisum, cumq; Enoch & Elia manere. ita D. Hyppolitus, Metaphrast, Dorotheus. Alii verò, (quod & probabilius est,) cum Tertulliano, Irenæo, Epiphanio, Chrysost: Hieron: August: Beda, mortuum esse Joannem censent & sepultum ad E-

phesum: respondent autem illam opinionem de translatione eius in Paradisum processisse, vel ex falsa in populis interpretatione verborum Christi; aut etiam ob suavissimum & sine omni angustia eius excessum è vita: de quo infra dicam ex Doctore: idq; ob singularem Virginitatis eius prærogativam. Quod bene notavit S. Hieron: inquiens: *Ex hoc ostenditur, Virginitatem non mori, sed manere cum Christo: & dormitionem eius, translatum esse, non mortem.* Ex his opportuna se offert occasio dicendi hodie, de Justorum felicitatibus in morte; & quomodo mortis incommoda, si quæ cui contingant ex nobis ipsis, plerumq; habeantur. *Vide tit: LUCERNA num:* 407. 408. 409. 410. *Post hæc Adde de Festo, ista:* O quàm longè dispar genus mortis cernere est in transitu de vita Divinissimi Evangelistæ! ignoravit ille quæq; incommoda mortis; nam Virgo semper, & discipulus, quem diligebat JESUS: diligenti autem Deum vel qui ab eo diligitur, omnia suavia, omnia jucunda & prospera: sepulchrum ergo suum Joannes, lætanter ultrò subiit. De quo audiamus D. Damianum l. 2. de S. Joan: *Ut historia continent, quadratam in Ecclesia foveam fieri iussit, moxq; in eam descendens extensis manibus, post prolixæ orationis verba migravit:* Et paucis interjectis de miraculo Mannæ postea repertæ in sepulchro, addit: *Sic nimirum dilectum Auctori vita discipulum transire de sæculo, dignum fuit; ut tam fieret à dolore mortis extraneus, quàm a corruptione carnis fuerat alienus.* Utinam ergo huius Justi interventu, anima nostra moriatur morte justorum. Amen.

SS. Innocentes.

Mittens occidit multos pueros. Matt. 2.

Valde mirum videtur, quòd in Ægyptum Christus fugiat, in & ore crudelissimi huius Leonis, hos Sanctos parvulos dilacernandos relinquat. Quod elegantissimè prosecutus est. S. Chrysolog. ser. 152. *Christus hoc ordinavit, hoc egit, ut per Herodis invidiam furiosam, pueri subirent mortem pretiosam: & quod eis ad salutem suam præstare non posset amicus, faceret inimicus. Atq; sic coætaneos sibi infantes, in laudem Martyrii honorare statuit.* Observat in hoc aliud S. Ambrosius nimirum, quòd infans Deus, hospes in carne, non aliis victimis honorari voluit, quàm infantum nece. Ait ille: *Infantes occidi jubet Herodes; cui alii? nisi Deo; cui talis victima debebatur.* Nihil etenim tam jucundum Deo offerri potest, ut innocentia; cuius tinctura prima, fortis solet esse adhærentiæ. Quod demonstrabo indifferenter, & respectivè, quoad bonos & malos mores. *Vide tit: TINCTURA num:* 800. 801. 802. 803.

Circumcisio D. N. I. C.

Vocatum est nomen eius IESUS. Luc. 2.

Ecclesia Dei Mater nostra, volens auspicia novi Anni felicitare cunctis fidelibus, duo augustissima nomina. JESUS s. & MARIA, ipsi affigit. Primum enim promulgat in Evangelio, quod hodie prælegit. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Alterum nimirum Mariæ, celebrat in officio Canonico; quod planè totum persolvit de Beata: fortè ideo, ut primum nomen JESUS, esset nobis pro hoc anno fontalis origo salutis, alterum verò, veluti fluvius gratiarum derivatus a fonte Jesu: deinde, ut facto ipso edoceantur fideles, quantùm satagere debeant aut sciant, salutem suam ab utroq; nomine, JESUS & MARIA, auspicandam; ita, ut sicut quidquid operaturi sumus per annum, illudmet principaliter operemur in Nomine Jesu, ita similiter, quamvis secundariò, idem faciamus in Nomine Mariæ. Primum quidem tanquam de fide est, & ab ipsis admittitur Hæreticis, alterum tamen, quia apud eosdem est in controversia, ideo illud hodie propugnandum assumo: ostendendo, quòd operari in Nomine MARIÆ, nedum liceat, sed etiam salutare sit & utile. *Vide tit: PARADISUS num:* 539. 540. 541. 542.

Epiphania Domini

Et procidentes adoraverunt eum. Matt. 2.

Varias Expositores adhibent advertentias, dum de Pastoribus legunt, eos tantùm audivisse cantus Angelorum, & ad annuntiatum per illos verbum, obstupuisse; de cultu verò adorationis ab eisdem exhibitæ nato infanti, sacer Evangelista subticuit; quod de Regibus ab oriente venientibus, graphicè expressit. *Et procidentes adoraverunt eum.* Numquid pro adventu tantorum hospitum, natus Messias, magnifico aliquo refulsit apparatu? aut resplenduit gemmis vel auro, ut nobiles illos animos excitasset ad humilem adorationem? Nequaquam: æquè pauper vilis, quem viderunt Pastores, etiam Regibus apparuit, talemq; se exhibuit eis conspiciendum. Itaq; Joann. Sylveira censet pietatem hanc SS. Regum, promanasse ex celsa eorum nobilitate, non minùs generis quàm mentis, ut puerum natum summo cultu venerarentur.

rarentur. Habet enim id insignis nobilitas, quòd se pariter insignem exhibeat in persoluenda reverentia & in colenda pietate. Siquidem Pietas, singulare habetur *ornamentum nobilitatis.* *Vide tit:* NOBILITAS *num:* 514. 515. 516. 517.

S. Agnes V. & M.

Et quinq; prudentes. Matt. 25.

Colit hodie Ecclesia Christi speciali honore, non iam sapientem, sed sapientissimam Virginem, Diviniss: Agnetem. Nec mirum: Summæ etenim ipsius sapientiæ, in progressu eius vitæ & tenore, quæ satis illi brevis erat, utpotè annorum tredecim, plurima sapientiæ eius colligit argumenta: caput tamen omnium esse S. Ambros. putavit hoc ipsum, quòd teneram ætatem suam dicaverit servitio Dei. Inde etenim in Natali ipsius, eiusdem exorsus est panegyrim, inquiens: *Hæc etenim tredecim annorum, Martyrium feciſſe traditur.* A quo iam statim Magistra ab eodem declamatur. *Magisterium virtutis implevit, qua præjudicium vehebat ætatis.* Utinam hâc Divinâ sapientiâ hodie mortales saperent! utinam mandatis Dei eiusq; servitio statim a tenera consuescerent ætate: id enim optimum esse demonstrabo. *Vide tit:* GIMNASIUM *num:* 264. 265. 266. 267. *Post hæc adde de Festo.* Accedat huic revelationi, prænobile exemplum in Diviniſſima Agnete Virgine & Martyre: Gloriabatur hæc in conspectu Tyranni, se teneram satis virgunculam Divino mancipatam fuisse servitio, dicens: *Cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur, ipsi soli servo fidem.* Et mox post hæc dicatæ servitutis suæ non cessavit narrare emolumenta. Ait enim: *Annulo fidei suæ subarrhavit me, & immensis monilibus ornavit me. Induit me Dominus vestimentis salutis &c: &c: Vide Lectiones Breviarii.* Et ideo Crucem Martyrii, quâ dignata fuit a Sponso suo Christo, adeo exultanter accepit & portavit, ut audeat dicere S. Ambr. *Non sic ad thalamum nupta properavit, ut illa ad supplicii locum; lata successu, gradu festina processit:* Siquidem etiã iugo mandatorum Dei, a teneris assuetâ gaudebat cervice. Cuius almis precibus &c. &c.

S. Mathias Apostolus.

Revelasti ea parvulis. Matt. 11.

Ordinem Electionis nostræ ad gloriam, plerumq; S. Scriptura & Patres rimari solent & explicare in electione quorundam ad temporalem dominatum & regimen. Ita S. Paulus *ad Rom:* 9. hanc materiam prædestinationis pertractando, eandem in exemplo Jacob & Esau ad temporale Regnum ordinatorum repræsentat: dum de illis ait. *Cùm enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali (ut secundùm electionem propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex vocante, dictum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Hodie Diviniſſimus Apostolus Mathias, ad temporaneum, licetsi spirituale simul; eligitur in Consistorio Apostolorum ministerum. *Ostende quem eligeris Domine accipere locum.* ait Petrus electionis Præses. Ergo sit quoq; nobis prædestinationis nostræ ad gloriam quodammodo forma & exemplum. Imò, cùm Ministerii sui signante Spiritu S. Apostolus Bullas recipit, nobis in se reproducat prædestinatorum signa & diplomata. Quæ antequam cernere liceat, priùs de quibusdam prædestinationis signis audire placeat. *Vide tit: BULLA num:* 51. 52. 53. 54. *Postea, adde de Festo:* Signaculum hoc & prænobile prædestinatorum decus, sicubi enituisse creditur, quàm in Beatiss: Apostolo Mathia: quantùm enim habuit hic Sanctus de pondere perfectionis & justitiæ, tantò plùs de odio peccati. De perfectionis eius omnimodæ excellentia, sic scribentem lego Dionys: Carthus *Fuit utiq; vir valde præcipuæ perfectionis, approbataq; sanctitatis, tam coram Deo, quàm coram hominibus.* Hinc tanta aversio peccati inerat ei, ut enim vel minimæ gloriolæ non sufflaretur impulsu, etiam in nomine suo humilitatem spirabat. Nam iuxta Vnb. Bedam. Mathias, Parvulum sonat: & propterea Jos: Manssi asserit Ecclesiam Dei, studio pro ipsius Festo hoc elegisse Evangelium. *Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc a sapientibus & revelasti ea parvulis.* Faxit itaq; Clementissimus Deus, ut Bulla hæc prædestinationis, extremi odii contra vel minimum peccatum, reluceat, quoque in pectoribus nostris: &c.

S. Casimirus.

Et si in tertia Vigilia venerit. Luc: 12.

Novi utiq; Salvatorem nostrum suam ordinasse Ecclesiam veluti castra: iuxta illud de Sponsa. *Terribilis ut castrorum acies ordinata:* hoc ipsum Vigiliæ (quod munus castrense est) in Evangelio nominatæ contestantur. Ast quid rei est? quod milites suos non clypeo, vel galeâ alioq; genere armorum, vult Salvator, munitos esse, sed veluti Sponsos, obsequi mandat suæ Sponsæ, in lucernis. *Et lucernæ ardentes in manibus vestris:* aut ad summum cum floribus eos

patitur comparere delicatis, dum hodie celebrat solemnitatem Divinissimi & Regii Principis Casimiri, qui cum lilio & florido JESU in Cruce se in acie præsentat Ecclesiæ. Ast pace loquar, graphicè satis in hodierno Evangelio & in solemni festivitatis scena, bene ac optimè armatus depingitur christianus miles: cuius etiam typum expressit in se S: Casimirus; & quidem non aliter, nisi in militari balteo, qui iuxta Joan: Sylveiram, significat custodiam sui suorumq; sensuum: qui non minus armat lumbos, quàm galea caput. Ego potiùs, ut quanto munimini sit custodia sensuum ostendam, eandem firmissam Galeam, præsertim in acie Castitatis, appellabo; quam galeam Regius & S. Princeps Casimirus, ut tantò firmior fieret ei armatura, non superbis cristis, auro vel argento, sed floridâ quam in manu tenet, exornavit fasciola. Id breviter ad finem tangere volo; latiùs enim priùs discurram & perpendam, quomodo castus incircumspectus in sensibus, caput sit inerme & non galeatum s. multis periculis obnoxium. *Vide tit: GALEA num:* 240. 241. 242. 243. *Postea adde de Festo:* Galeam itaq; hanc spectare licet in Regio milite Christi, Divinis. Casimiro, qui usq; ad mortem usq; egregiè decertavit in acie pro pignore Virginitatis. Quis edicat huius integerrimi Juvenis arctissimam sensuum omnium custodiam; semper etenim veluti in specula stabat ad aures, contra scurrilitatem in verbis, arctabat oculos ab aspectibus gyrouagis, & ad malum provocantibus: quantùm deinde vigilaverit præsertim super sensum tactûs pro sua castitate, testantur insomnes noctes ad valuas Templorum, duræ humicubationes, aspera cilicia, sanguinolentæ disciplinæ, & alia austeritatis genera. O Miles Regie, sanctissimeq; adolescens! quàm firmâ & securâ caput tuum nimirum dilectam præcipuè sibi castitatem, obarmasti galeâ; non tibi tam bene provisо timendum erat à quibusq; periculis & insidiis, ut secus contigit Absaloni; sed triumphi glorioſi colligenda erant trophæa. Exornasti etenim Galeam tuam victoriosam floridis fasciolis, novo ab illis adauctus munimine, nimirum flore Nazaræno Jesu Christo, & lilio candidissimo, Maria, cuius singularis cultor extitisti: ut simul ostenderes, unumquemq; instruens, te in huiusmodi custodia, non aliter perseueraſſe & triumphaſſe, nisi assiduâ meditatione Passionis Christi, & cultu devotissimo ac opitulatione MARIÆ. Fac precibus tuis, ut simili &c. &c.

S. Ioseph Sponsus B. V. Mariæ.

Ioseph autem vir eius, cùm esset iustus. Matt. 1.

Si verba Regis Prophetæ vera sunt, quòd nullus coram Deo possit reputari iustus, Psal. 142. *Non justificabitur in conspectu tuo, omnis vivens:* prudens hic suboritur Quæstio, quomodo? Joseph, cum Verbo incarnato, & Virgine Matre sub eodem habitans tecto, justus describitur & nominatur. Tanta profectò erat excellentia & tantus cumulus Virtutum ipsius, ut etiam ante Deum & B. Virginem justus appareret: quod & ipsum Etymon nominis Joseph innuit; nam interpretatur *Accrescens:* cui nullus aderat terminus meritorum ac perfectionis, sed semper ibat in augem incremento investigabili: quod ipsorum perfectissimorum est. Continuum etenim incrementum virtutis, perfectionis est argumentum: quòd dum demonstravero rationibus, tandem in Divinissimo Josepho schema & exemplum dabo. *Vide tit: QUASI num:* 598. 599. 600. 601. *Postea de Festo hæc adde.* Sed post tam præclarissima, in Christo & Matre eius, exempla, occurrit novum in accrescente Joseph; qui ipso facto veritati dictæ adstipulatur. Sanctitatis enim ipsius perfectionem, volens explicare S. August tom. 9. serm. 81. Josephum comparat Soli, Apostolos verò stellis, quæ adoraverunt Dominum JESUM. Et cur? fortè quia ad præsentiam Solis Stellæ disparent; ita & Apostolorum Sanctitas comparata sanctitati S. Josephi; inferior apparet. Sed præcipuè quòd Stellæ nunquam in lumine suo crescant, sed manent semper in concreata sibi qualitate: Sol verò quodammodo crescit & augmentatur usq; ad meridiem, prout testatur Scriptura. Vt per hoc innuatur & indicetur radix ipsa & principium sanctitatis Joseph, nimirum; quòd semper crescceret in exercitiis virtutum. Nec mirum: Aderat enim ei locuples materia huiuscemodi continuorum incrementorum, tot annorum convictus cum Christo & Maria, Vnde Bernard: Bustens: ait *O quantò magis credendum est, quòd sanctissimus iste vir, tanto tempore, quanto fuit cum Christo & Matre eius, in sanctitate profecerit.* Utinam huius Divinis. viri precibus, crescat in nobis ardor similis proficiendi.

RESURRECTIO D. N. I. C. videatur inter Dominicas.

SS. Philippi & Iacobi. Apost:

Vado, parare vobis locum. Joann. 14.

Quoddam singulare mysterium, in his verbis Salvatoris, attigit perspicax Divi Augustini acumen; dum qui observat & docet, istum locum, quem parare promittit benignissimus Salvator

vator, atq; manſiones in Regno Patris ſui, non de ſolis cœleſtibus intelligendum eſſe, ſed etiam reſpectivè ad ſtructuram virtutum & meritorum, quibus implendi erant Apoſtoli per Spiritum S. cuius mittendi gratiâ, Chriſtus aſcenſurus erat in Cœlum. De quo ſic S. Doctor: *Parat autem quodammodo manſiones, manſionibus parando manſores.* Et poſtea ſubdit. *Hec domus Dei, hoc templum Dei, regnumq; Cœlorum adhuc ædificatur, adhuc fabricatur, adhuc paratur.* Ita utiq; nam Cœleſtis illius manſionis ſtructura; tanquam normam & amuſſim reſpicit opera meritorum: adeo, ut ſi vel capillum ab iſta norma aberres, ſtructura perfectionis, adeoq; & paratæ pro ea mercedis proruat. In huius ergo ſpiritualis ædificii fabrica, quàm diligenter deſudaverint, hodierni Diviniſſimi Apoſtoli, Philippus & Jacobus, antequam explicem, prius demonſtrabo: In perfectionis ſtructura, ut firma maneat, nec pilo, id eſt nec in minimo a regulis vitæ diſcedendum eſſe. *Vide tit: GERULA num:* 671. 672. 673. *Poſtea de Feſto, hæc ſubjunge:* Tandem, ut hanc ſolertiam in harum ſacrarum manſionum, ſeu perfectionis, ædificatione, tantò luculentiùs explicem, duos in medium produco peritiſſimos architectos, in hoc ſpirituali opere verſatiſſimos, Diviniſſ hodiernos Apoſtolos. Egregiam profectò erexêre illi perfectionis fabricam, & ad omnes modos examinatiſſimam: cuncta etenim ad amuſſim, ſingulari perficiebant diligentiâ: hinc Philippus primus in omnibus: primus utiq; in vocatione: nam & primus (ut S. Joannes refert) in obauditione Salvatoris invitantis ad ſequelam: primus iterum in ſolicitudine & conſilio, pro relevanda proximi miſeria, dum in deſerto affatus eſt Chriſtum: *Vnde ememus panes, ut manducent hi.* primus in prædicatione nominis Ieſu: fratrem enim ſuum Nathanaëlem ſic allocutus: *Quem ſcripſit Moyſes in lege, & Prophetæ, invenimus Ieſum.* Verbo dicam: etiam uno pilo a linea perfectionis recedere cauebat; ideo nunquam ſecundus, ſed ad omnia primus. Nec inferior fuit alterius Apoſtoli ſ. D. Jacobi peritia & ſtudioſitas: qui ædificium virtutum in tantùm ſublimaſſe reperitur; ut vel fimbriam veſtimenti eius populus certatim attingere cuperet, per quod ſanabantur ægroti. Quanto verò ſedulitatis fuerit & attendentiæ ad regulas virtutum, vel ipſe continuus modus orandi, qui ob frequentiam calo obduxerat genua flectentis, & mira harmonia morum cum moribus Salvatoris, propter quod ſimillimus ei, ideoq; frater Domini appellabatur, id perſuadet & conteſtatur. Quare imitatores horum Apoſtolorum facti, attendamus ſeriò, ut ad regulas Chriſtianæ perfectionis, quàm diligentiſſimè attendamus. &c. &c.

Aſcenſio D. N. I. C.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit. Marc. 16.

Fallitur hìc nedum communis Acatholicorum opinio, ſed etiam aliquorum Orthodoxorum affectata ſibi perſuaſio, qui prædictis Salvatoris freti verbis, ex ſolis meritis Chriſti, aut etiam ob aliorum pro ſeipſis preces, ſalutem æternam ſe conſecuturos authumant. Notant etenim communiter ad hunc locum Expoſitores S. Scripturæ, quòd quamvis in his verbis ponantur a Salvatore duo principia totius ſalutis maximè neceſſaria, id eſt baptiſmus & fides, quæ in initio Eccleſiæ, magnopere erant gentibus inculcanda; tamen ſubintelliguntur in iiſdem verbis omnia conſequentia ad baptiſmum & fidem, veluti in radice, incluſa in ipſis: uti ſpes charitas, & bona opera, ſine quibus, fidem manere mortuam, docuit Jacobus Apoſtolus, in ſua Canonica, idemq; aſſeuerat S. Aug. Bernard. & omnes penè SS. Patres. Aſcendentem proinde Salvatorem ad Cœlos, ut tantò expeditiùs ſequamur, peregrinas iſtas, imò erroneas, neſcire, imò odiſſe oportet vias; id eſt ut alii operentur bene, aut étiam orent pro nobis, ipſiſmet licet otiantibus. Siquidem alienis meritis ſimpliciter, cœlum non acquiritur. *Vide tit: METROPOLIS num:* 431. 432. 433. 434.

Corporis Chriſti.

Caro mea, verè eſt cibus. Ioann. 6.

Immenſæ ſunt planæ laudes, innumeraq; præconia, quæ in hodierni Euchariſtici convivimyſterio, Sanctorum Patrum deprompſit authoritas; ut tantò luculentiùs cunctis fidelibus perſuaderet, huius ſalutaris epuli nedum pretioſitatem; ſed ſimul ſuavitatem ac delicias eiuſdem commendaret: Vnde exclamavit S. Aquinas. Opuſc. 57. *O pretioſum & admirandum convivium, ſaluare & omni ſuavitate repletum!* Eſt tamen quod miremur tam depravatos nonnullorum animi ſenſus, ut Cœleſtes iſtæ deliciæ ipſis non ſapiant, imò forſitan eis nauſeam provocent; hinc aliis rariſſimus uſus huius ſacri Epuli, aut in ſumptione ipſius nulla devotio, arida anima, mens diſtracta & tædium inſuperabile. Expedit ergo hodie huic malo opportuna remedia dare; proinde cauſas aliquas inveſtigabo, cur nonnullis dulciſſimum hoc Epulum, imò univerſaliter & quæq; alia ſpiritualia non ſapiant. *Vide tit: DULCEDO num:* 167. 168.

169. 170. *Post hæc de Festo sic conclude.* Quoniam igitur harum omnium spiritualium consolationum & dulcedinum compendium habetur in SS. Eucharistia, quod supra didicimus à S. Thoma, *Igitur* (verba sunt S. Chrysost: hom. 60. ad populum) *accedat nemo cum nausea, nemo resolutus, omnes accensi, omnes feruentes, & excitati. &c:* ex Breviar. Rom. Dom. inf. Octav. in 2. Noctur.

S. Ioannes Baptista.

Iste Puer, magnus, coram Domino. Luc. 1.

Magnitudinem istius qui hodie nascitur, Joannis, quis non cognoscat, quis non demiretur? qui credit Evangelio: *Iste Puer, magnus coram Domino.* Per quod virtutum & meritorum eius innuitur prærogativa; ad quam perveniſſe illum non aliter, nisi sub disciplina excellentissimæ Magistræ, nimirum MARIÆ, in ipsiusq; Academo, cui nomen suum dederat tum dum adhuc degeret in utero Matris suæ; ubi prima rudimenta ipsius Scholæ professus est, dum exultavit infans ad vocem salutantis Matrem. De quo Escobar. l. 8. de B. V. Paneg. 2. n. 27. *Priusquam nascereturr, Maria officinam scholam ingressus est.* Magna equidem felicitas est, bonum Institutorem Juventutis nanciſci; sed non minùs emolumentum ipsorum Pædagogorum: Instructio enim juventutis alienæ, quamvis molestum sit opus, insignis tamen meriti apud Deum. *Vide tit: MAGISTRA num:* 419. 420. 421. 422. *Postea de Festo, hæc adde:* Huius profectò excellentis actûs Charitatis, quantos produxerit fructus, in hodierno infante Joanne, dum Magisterium eius assumpsit Virgo Maria, tribus mensibus cognatæ suæ ante partum obsecuta, vel exinde patet, quod vix nascitur puer, & iam magnus coram Domino, nominatur: nam Propheta. Ait enim de illo aureum D. Ambros: os, de Visitante MARIA. Non sola familiaritatis causâ, *quod diu mansit, sed etiam tanti vatis profectus.* Profuit itaque (ut fateor) plurimùm Joanni, Magisterium Mariæ, sed non minùs ipsam sublimavit Magistram; quæ modo primùm Filio Dei fæta, montana properanter ascendit; ut ex illo sublimi loco, veluti ex cathedra, ab hoc primo charitatis actu, universarum virtutum lumina latepatenter spargere inciperet; tantoq; honoratior eius Maternitas redderetur, Magisterii adaucta officio. Quare &c. &c.

SS. Petrus & Paulus Apostol:

Super hanc petram, ædificabo Ecclesiam meam. Matt. 16.

Est sanè quod demiremur; quid nam sit, dum Petrus ad summi Pontificatus apicem sublimatur, & pro fundamento Ecclesiæ Dei ab ipso Salvatore adscisitur, non pretiosis gemmis seu lapidibus, beriillo v.g. smaragdo, topazio &c. comparetur; sed â rudi petra, suam denominationem nanciscitur? *Tu es Petrus, & super hanc petram &c:* Vidit quidem postea Apocalypticus Propheta, in fundamentis Cœlestis Civitatis, numeravitq; duodecim Apostolos sub similitudine pretiosarum gemmarum; sed iam tum triumphantium ibidem conspexerat facies: cæterùm, quamdiu illi viatores erant, & præsertim Princeps illorum Petrus, viliori comparabatur saxo: ut per hoc denotaretur, maximis etiam sublimitatibus, accrescere decus ex humilitate. *Vide tit: RIVULUS num:* 682. 683. 684. 685, *Postea de Festo subiunge hæc:* Id ipsum spectare licet in utroq; Apostolo, singularibus sectatoribus humilitatis, cùm tamen ambo ad Principatûs Apostolorum culmen fuissent erecti: unum & alterum humilitatis eorum videamus specimen. Quærunt SS. Patres, cur Petrus primò fuit salutatus, *filius columbæ* hoc enim sonat. *Simon Bar. Iona.* Alcuinus affirmat id contigisse Petro; ob eius humilitatem. *Non enim dedignatus est maior, sequi minorem.* Nam observat S. Chrysost. Beda, & S. Thomas, quòd Petrus fuerit frater Andreæ, major natu illo; cui tamen Petrus, dum ab eo vocaretur ad videndum Christum, obsecundare non detrectavit: in quo iam præsignabatur Pontificatûs ipsius culmen. Hinc Sylveira: *Firmatur Ecclesia in Petro, caputq; illius constituitur: nam cùm Petrus esset senior Andreâ, tamen tantam a Divino Spiritu humilitatem hausit, ut præ amore veritatis, præeminentiæ ætatis contemnens, non est dedignatus minorem fratrem sequi: & propterea dignissimum est fundamentum Ecclesiastici ædificii, aptissimumq; ut totius universi caput auguretur.* Nec minor fuit alteriùs Principis Apostolorum Pauli, animi in celsa virtute demissio: vix enim aliquot folium epistolarum invenias, ubi humilitas Apostol: non legatur. Jam se minimum Apostolorum, iam maximum & primum peccatorem, iam omnium peripsema appellat, peccata & lapsus præteritos suos evulgat; per quod Principatûs sui, ab hac præclarissima virtute humilitatis accumulabat decora. Itaq; quisquis desideras incrementa dignitatum, humilitatis officia frequenta; & exaltabit te ille, qui humilia respicit Deus, cui &c: &c:

Margari-

Margarita V. & M.

Simile est Regnum Cœlorum, homini quærenti bonas margaritas. Matt. 13.

Non vulgarem, sed magnificum valde, hodie nobis proponit S. Evangelium negotiatorem, qui viles nec respicit merces, sed semper in pretiosis nundinatur margaritis. Nec mirum: Cœlestis quippe est non terrenus negotiator; & ideo non solùm qualescunq; perquirit Margaritas, sed bonas & optimas, ut legit versio Syriaca. Pro quo stat S. Bernard. in allegor. Tilmani sic fatus: *Quærit ergo bonas margaritas, qui in opere nostræ salutis, non est contentus inferioribus, sed summa & excelsa perquirit.* Hoc ipsum elucet in hodierna Virgine, simulq; Martyre, iustè propterea dicta Margarita, quæ usq; ad heroicarum Virginitatis & Martyrii lucra negotiata est prudentissimè. Discite ab hac mortales sanctam nundinationem, & Cœlestem mercaturam. Sed eheu! dolendum valde: plerumq; etenim inter Christianos contingit aliter. O quam vana plurimorum negotia vitæ & studia! quibus in dies continuò & solicitè occupantur. *Vide tit: NEGOTIUM num:* 490. 491. 492. 493.

S. Magdalena.

Stans retrò, secus pedes eius. Luc. 7.

Mirum sanè & insuetum hodie spectare licet, in isto convivio Principis Pharisæorum. Tot ibi Pharisæi aderant, & suorum scelerum bene sibi conscii, in illisq; obstinati, audebant ingenti audaciâ simul coram Domino in mensa accumbere; Magdalena autem hodierni Festi Patrona, mala quidem & delicta sua recogitans, & iam de ipsis pœnitebunda stat retrò secùs pedes JESU, veluti erubescens in conspectum eius venire. D. Chrysolog. affirmat id illam ex verecundia feciſſe, per quam primò disponebatur ad veniam. Ait ille ser. 93. *Venit mulier. & venit retrò; quia reus animus post tergum flat ad veniam, ex quo per culpam, novit se vultûs fiduciam perdidisse.* Superbi Pharisæi, inverecundè mensæ assident, & tantò magis indurescunt in malo: hæc autem iustificationis suæ, in pudore & verecundia, fundamenta iacit; & quidem fausto omine, Siquidem verecundia de peccato, signum est, imò initium pœnitentiæ: quod ipsum latius probabo, illustrans tandem Propositionem istam in ipsa Divinis. Magdalena. *Vide tit: NUBES num:* 526. 527. 528. 529.

S. Iacobus Apost:

Calicem quidem meum bibetis. Matt. 20.

Calicem hunc, mortem Domini, passiones discipulorum eius significasse, plusquàm certum est apud Expositores. Ad hæc ergo nuntia mortis non sunt contristati inclyti discipuli Jacobus & Jonnnes, nec conturbati vel minimum, sed magnâ & promptâ obedientiâ collasubmittunt, & tantò plus exultant ac lætantur, quàm si postulata accepissent. De quo S. Basil. Monastio: c. 23. *His auditis, submissâ mentis cervice, obedientiæ iugum subierunt, alacriq; animo in pericula, in contumelias, in Cruces & varias neces processerunt.* Nec mirum: rectè enim benè sibi conscia mens, mollem homini, ad mortem commodè obeundam, sternit & præparat lectum, ut suaviter obdormiat & moriatur. O quàm dispar ratio, plerumq; mundanorum! quibus mors atrocissima; perversa enim eorum vita, duros illis sternit grabatos: de quibus audiemus aliqua. Et tandem in delicatissimo D. Apostoli Jacobi tantisper delectabimur. *Vide sit: LECTULUS num:* 371. 372. 373. 374. *Postea de Festo hæc subiunge.* Lumen ab oppositio dabit veritati feruor, magnanimitas, & promptitudo S. Jacobi Apostoli, ad ipsam etiam mortem attrocissimam; quam promptitudinem contestatus est simul cum fratre suo coram Christo D. dum interrogaretur: *Potestisne calicem bibere, quem ego bibiturus sum?* responderunt illi intrepidè: *Possumus.* Sermo autem ille fuit de morte, in qua obeunda D. Jacobus, fratre suo & cæteris Apostolis fortunatior censendus est; primus enim inter omnes properavit ad mortem, ab Herode occisus. Nec mirum; infaustos enim quosq; moribundorum odiebat lectulos. Quid etenim festinatissimo in via virtutis commune, cum pigrorum grabatis? siquidem de illo S. Chrysost. hom. 66. in Matt. testatur: *Statim ab initio, tanto amore coaluit, ut humanis omninò rebus neglectis, ad tantam sublimitatem ascenderet.* Unde M. Albert. ex ipsa eius nominis ethymologia hæc de ipso eruit: *Iacob, interpretatur, Luctator; quia semper fuit in lucta.* Quid illi demum cum avarorum mortibus, qui vocatus à Salvatore cum fratre suo. *Statim relictis retibus secuti sunt eum.* Matt. 4. Qui etiam, quamvis Hierosolymorum esset Episcopus, pro testamento Evangelicam reliquit paupertatem; imò morte suâ, testamenti novi Codices, primus inter Apostolos, in sanguine Christi confirmavit, dum ei martyrio suo testimonium dedit. Hinc, quia tantarum virtutum heroicis actibus, tam delicatum substravit sibi lectum; quid mirum, quòd etiam tam iucundam acceperit dormitionem. Utinam moriatur anima nostra, Justorum morte!

S. Anna

S. Anna, Avia D.N.I.C.

Inventâ vnâ pretiosa margarita, abiit & vendidit omnia. Matt. 13.

Quænam esset hæc pretiosa margarita, discrepant in sensu Expositores. Joan. Sylveira hunc locum interpretatur de Sacratissima Virgine Maria; quæ præ omnibus filiabus hominum electa est, ut esset Mater Dei: & quæ ex Conceptione sua margarita dicitur valde singularis, nam non sub Cœlo pallente aut micante, sed benigno, puro, candido, omnem gratiarum cumulum in eandem se effundentem vitam hausit, & in ipso concepta creditur. Quod ipsum optimè quadrat ad laudes & præconia Matris eius Diviniss: Annæ; quæ singularem consolationem accepit a Domino, dum tam pretiosam possedit margaritam. Ast notare oportet; quòd illa priùs debuit vendere omnia, cum Evangelico mercatore, ut sibi hanc comparasset margaritam: diu etenim sterilitate cum viro suo afflicta mansit, orationibus, jejuniis, eleemosynis intendendo. Noverat enim quòd Cœlestes consolationes & dona, vult Deus aridìtatibus, & similibus afflictationibus, præveniri. *Vide tit: GOSSYPIUM num:* 276. 277. 278. 279. *Postea de Festo hæc subiunge.* Et hoc admirandum Divinæ Æconomiæ specimen, singulariter eluxisse cernitur, in dignissimis Parentibus Beatiss. V. Joachimo & Anna. Quis valeat eorum enarrare consolationes, ex prole sua, Virgine Maria, quæ quoniam plenitudo lætitiæ a SS. Patribus dicitur, & margarita pretiosa, certè inventa ab illis, eosdem ingenti gaudio perfundere debuit. Nec tamen iste Cœlestis consolationum Ros, in conchylio, nimirum in utero S. Annæ, coaluit in hanc margaritam, nisi priùs sterilitate & aliis eam concomitantibus; aresceretur & afflictaretur Mater. De his enim Sanctis coniugibus S. Vinc: Ferrer: ait: *Viginti annis fuerunt sine prole.* Et postea subdit atq; enarrat multa eorum bona opera, quibus continuò dediti erant; nimirum eleemosynas, orationes, hospitalitatem, jejunia, solitudinem; & quamvis intentum suum s. ut a sterilitate liberarentur, non obtinebant, minimè ab illis exercitiis cessabant; quin potiùs spes illorum maiorem quotidie vigorem sibi acquirebat. Ait ille: *Sed quia habuerunt patientiam in verecundia sibi facta a Sacerdote, qui ipsos veluti indignos, unà cum oblationibus suis e templo ejciebat, stitim habuerunt promissionem, & obtinuerunt prolem.* Ex quibus, illorumq; exemplo huiusmodi conclusionem format idem S. Prædicator. *Patet ergo, quòd qui vult aliquid obtinere a Deo, ad id plùs valeat patientiâ, quàm aliud.* Utinam imitari liceat & placeat hos sanctissimos Mariæ Parentes &c. &c.

S. Laurentius M.

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. Joan. 12.

Adhuc istis feriis Messem agimus, & iam vindemiam quasi habemus, dum præstantiora vina maturarunt ad collecturam. Granum etenim nuper dictus S. Laurentius, admirandis prolificum virtutum fructibus, iam nunc uva passa, quasi sub torculari, dum ignita versatur in crate, subjicientibus prunas sub insultans, dulcissima profundit Ecclesiæ vina meritorum s. exemplorum patientiæ suæ, fortitudinis, charitatis ac cæterarum virtutum. Ita sanè altissimo consilio Divino fieri expediebat, ut quo perfectior esset Divus Levita, tanto duriori premeretur sub torculari, atq; sic heroici sui Martyrii exemplo, veluti dulcissimo nectare, teneram adhuc illam, Tyrannorumq; persecutione fatigatam refocillaret Ecclesiam. Habet enim hoc infinitæ Sapientiæ Dominus Deus noster, quòd perfectiores animas, sibiq; magis dilectas, semper sub torculari pressurarum gestiat videre. *Vide tit: TORCULAR num:* 812. 813. 814. 715.

S. Bartholomœus Apost:

Erat pernoctans in oratione Dei. Luc. 6.

Valde mystica est lectio Evangelii huius, quod in hodierna D. Apostoli Bartholomæi festivitate proponitur; siquidem in eo fit mentio Christi, per integram noctem indefessè orantis *Erat pernoctans in oratione Dei.* eademq; oratio ad instituendam a se duodecim discipulorum electionem ordinata fuit. Mystica inquam est prædicti Evangelii lectio, atq; ad præsens festum debitè honorandum aptissima; siquidem D. iste Apostolus præ omnibus aliis discipulis, sese dignissimum orantis Magistri sui partum exhibuit; utpotè inquo sanctum illud exercitium adeo perfectè eluxit, ut quemadmodum de Salvatore nostro scribitur: *Erat pernoctans in oratione:* ita quoq; de hoc Apostolo ipsiusmet inimicus infernalis, (apud Metaphrastem) confiteatur, quòd *centies in die, centies in nocte oraret.* Cuius orationis frequentia si tantum pondus merebatur, ut etiam (quod testatur idem Metaphrastes) dæmones per illam fugarentur, qui tantò magis nunc dum feruentibus eius deprecationibus novum pondus accessit martyrii, inter cæteros discipulos Christi, atrociissimi; habet enim hoc iuncta mortificationi

tioni oratio, ut ſuaviùs redoleat Deo, & magis accepta ſit: De quo diſcurſum formabo, antequam de efficacia orationis S. Apoſtoli aliqua ſubiunxero: *Vide tit: PIGMENTARIA num: 561. 562. 563. 564. Poſtea de Feſto ſubiunge.* Mortificationis huius, quâ cumulavit S. Barthol: vires orationis ſuæ, nimirum Martyrii illius attrocitatem ſtupet natura, mirantur omnes, in quo ex Coapoſtolis neminem ſibi parem aut ſocium agnovit: unde etiam profluxit & derivavit in orationes ipſius mira efficacitas. Quod Metaphraſtes myſterioſè valde ſignificare voluit in ſua Panegyri de hoc Apoſtolo: dum eum hiſce ſalutavit verbis. *Salue concina S. Spiritûs cythara.* Inſtrumentum porrò hoc Muſicum eò clariùs & ſuaviùs reſonat, quo magis fides ipſius intenduntur: ſic pariter D. Apoſtolus, quantò atrociori martyrio pro amore Chriſti ſacravit pellem ſuam, diriſſimè excoriandus, tantò maius orationibus ſuis, quas apud Deum litat nunc pro clientibus ſuis, adauxit robur, ut ſuavius & Deo redoleant, & illis efficaciùs ſuffragentur. Quibus nos devotiſſimè recommendantes &c. &c.

S. Matthæus Apoſtolus.

Surgens, ſecutus eſt eum. Matt. 9.

Hodie Deus cum homine, Sanctiſſimus Salvator cum publicano, inſuetâ munificentiâ & liberalitate decertaſſe legitur. Matthæum enim à telonio avocat, ſingulari illuminatum gratiâ; Matthæus verò donantem donis remunerat, dum pauperibus, relictis omnibus propter Chriſtum; elargitur omnia, ſequendo ipſe Magiſtrum. *Relictis omnibus ſurgens, ſecutus eſt eum.* notavit de illo Lucas. Erigitur iterum Matthæus ad ſummum Eccleſiaſticæ dignitatis apicem, Apoſtolus inſtitutus à Chriſto; & ecce iterum dona parat Largitori: Convivium magnum propter Magiſtrum & in gratiam ipſius, quibuſcunq; accedentibus, inſtruit: ut idem Lucas teſtatur: c. 5. *Et fecit ei convivium magnum Levi in domo ſua: & erat turba multa publicanorum & aliorum.* Sed rurſus novo redonatur favore Matthæus, ad eandem menſam cum ipſo Salvatore admiſſus, & ad aliorum Cœleſtium participationem. Quod dum clariùs explicare intendo, priùs diligentiori perſcrutabor indagine: Quantùm præſtet, certare cum Deo liberalitate? *Vide tit: DONATRIX num: 157. 158. 159: 160. Poſt hæc ſubiunge de Feſto.* Huius fructuoſiſſimæ nundinationis cum Deo, a hodierno S. Matthæo diſcere licet, & videre lucra illius, quæ iam breviter inſinuavi in exordio: Hìc pro complemento iam dictorum ſubſtituo verba S. Chryſoſt: hom. 31. qui perpendens beneficium illud, quando Matthæus dignatus a Salvatore fuit, menſâ illâ, quam ipſemet illi paraverat, hoc ipſum pro munifica retaliatione oblati reputat; dum ſic ait: *Matthæus vocatus, honorem quoq; non minimum accepit: Menſa enim Domini continuè dignatus, poterat facilè maiora ſperare.* Complet S. Doctoris ſenſum Joan: Sylveira, ſic dicens: *Deus honorat, honorantes ſe: Matthæus Chriſtum honoravit, multò maiora conſecutus eſt à Domino, ut in menſa in qua Chriſtus aderat; & ipſâ Cœleſtis Euchariſtica menſa præfigurabatur, Matthæus ibi accumberet: ex quo iam poterat concipere ſpem, quòd ipſo Cœleſti pane paſceretur, ac quòd omnibus bonis repleretur.* Diſcite mortales ab hoc teloneario & mercatore, ſacram nundinationem cum Deo. &c:

S. Michael Archang:

Angeli eorum, ſemper vident faciem Patris. Matt: 18.

Glorioſiſſimi Cœleſtis militiæ Ducis & Anteſignani, Archangeli Michaëlis memoria, dum illius, ſociorumq; ipſius recolit recenſetq; de primo peccato, quo tentatus ab aliis fuerat famoſam victoriam, etiam ſimul & ſemel quaſi ab oppoſito, unicuiq; refricat in memoriam miſerabilem aliorum Angelorum caſum & ruinam. Non etenim diu poſt inter illos decertatum eſt; pari paſſu proceſſit acceleravit huic gloria, alteri damnatio, ac penè in inſtanti, tam diſpar ſucceſſit utriuſq; ſtatûs viciſſitudo, ſeu mutatio. In unico etenim actu totum expeditum fuit negotium: quod uni peperit immortalem coronam, alteri irreparabile damnum. O grandem malitiam peccati! quod vel unico in inſtanti Angelicam peſſundavit naturam, & tam excellentem gratiæ ac naturæ diſſipavit pulchritudinem! ſapiant utinam ex Angelis homines: & quantumvis miſerentis Dei clementiâ habeamus nos mortales, quòd ſemel prolapſi, adhuc reſtaurari poſſumus, quod non conceſſum eſt Angelis, ruinam tamen & damna quæ unius peccati perpetratione, incurrit anima, perpendere expedit diligentiùs: ſiquidem (quod ſumma rei eſt) uno lethali peccato, quidquid eſt in anima gratiæ, quæ ipſam cognationi ſeu filiationi adſcripſerat Divinæ, totum deperditur. *Vide tit: SOROR num: 760. 761. 762. 763.*

SS. Simonis & Iudæ.

Vt fructum afferatis, & fructus veſter maneat. Joan. 15.

Fructum quem in prælecto Evangelio, commendavit Salvator diſcipulis, aptiſſimè interpre-

tatur Carthusianus, non alium esse nisi conversam Ecclesiam, Apostolorum prædicatione; in quo ipso zelus animarum, eximiè videtur commendari a Christo, cuius fructus perennitatem habet: *Et fructus vester maneat.* Et quia singulariter hæc virtus id est zelus animarum, in hodiernis enituit Divis Apostolis; prout infra videbimus, consultissimè Ecclesia Dei, Festum illorum, huius Evangelii prælectione honorasse censetur, fructuum zeli illorum perrenitatem per hoc subinnuens. Quod antequam in facto & exemplo videamus, priùs de qualitatibus veri zeli, aliqua audientibus proponam. *Vide tit: RUBUS num: 706. 707. 708. 709. Postea subiunge hæc de Festo.* Defæcatissimi verò zeli, iam cerne exempla in utroq; Divo Apostolo. Et primùm in S. Juda Thadæo, cui & ipsa ethymologia agnominis non modicè suffragatur: ex fratre enim suo Simone zelotes vocabatur. Act: 1. *Et Simon zelotes.* Ille ergo sui zeli insigne præbuit specimen, dum audiens a Salvatore, nonnullis tantùm seipsum manifestandum fore, omnium proximorum suorum salutis amans, audentiùs egit pro illis, taliter affatus Christum: *Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis temetipsum, & non mundo.* Joan. 14. Quibus in verbis eximius zelus eluxisse in Apostolo, notatur a S. Cyrillo Alex. qui ita ait: *Quoniam pius, & charitate fraternâ plenus erat Iudas Thadæus, extendi Salvatoris gloriam, & omnibus fratribus id est hominibus cognitionem hanc & gratiam Dei communicari expetebat.* De S. verò Simone, non inferiùs sed omninò simile priori exhibuit testimonium Gregor: Venetus inquiens: *Simon feruidus zelo, feruidos Ægyptios in mammona servitute & cultu diaboli, virtute ei præstitâ temperavit, madefaciens eos irriguâ Euangelii prædicatione.* Itaq; concludendum venit & optandum cum Melleo Bernardo: *Ferueat in nobis zelus iste, ferueat amor justitiæ, & odium iniquitatis &c:*

Omnium Sanctorum.

Et aperiens os suum. Matt. 5.

Plurimùm super hoc dogmatizant Patres, dum audiunt ab Evangelista, Christum os suum aperuisse, cum iam toties eum loquentem audiverant Apostoli, turbæq; populorum ac Pharisæorum. Aliqui ergo ut S. Aug. Anselmus Haymo asserunt esse phrasim Scripturæ significantis, longiorem fore sermonem. Alii ut Greg: M. Bernard: Thomas, asserunt id dictum respectivè ad illa, quæ per Prophetas suos mandaverat; nunc autem loquitur per seipsum. Remigius cum Paschasio, aiunt per hoc denotari, quòd magna & in solita sunt, quæ Dominus locuturus erat. Alii aliter plura ominantur. Liceat ex circumstantia hodierni Festi, cui hoc prælegitur Evangelium, aliquid novi cogitare. Hodie quodammodo omnium Sanctorum ora & labia laxantur; eorum enim patrocinia, suffragia, & orationes, à fidelibus, non minùs recoluntur, quàm invocantur: oportebat igitur Sancti Sanctorum & illius qui primarius est Advocatus & Mediator salutis nostræ apud Patrem, præire labia: *Et aperire os suum.* ut tantò efficacior cæterorum Beatorum fieret pro nobis supplicatio. Sed quia frequenter simile quid nunc inter viatores contingit, ut Sanctorum orationes invocatæ à clientibus, non impetrent ea, quæ postulant, causam huius investigare expedit: non aliam quidem; nisi quia Sanctorum etiam labia, silere coguntur, si nostra taceant. *Vide tit: LABIUM num: 359. 360. 361. 362.*

S. Martinus Episcop:

Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio. Luc. 11.

Hodie eximius Christi miles D. Martinus, tandem Episcopus sua explicat trophæa, etiam non Vexillum, sed lucernam defert pro militibus, ipsorum defensione susceptâ; ut ita illuminet tenebras, quas affigere solet statui militari, vulgi opinio: iuxta commune illud: *Nulla fides, pietasq; viris, qui castra sequuntur.* Adeo enim damnatam videri nonnullis, huius statûs professionem, ut eos &c: *Vide tit: HUMERUS num: 347. ubi habetur clara satis Propositio totius Concionis: quam ibidem sequuntur tres probationes num: 347. 348. 349. Postea de Festo hæc subiunge:* Sit tibi quisq; Christiane miles pro norma & Regula statûs tui, Divinissimus Martinus, ut Miles; catechumenus adhuc, ignorabat tamen vitia militiæ; imò statu illo plura excelsæ virtutis specimina exhibuit, vel in unico illo actu, dum in porta Ambianensi partem chlamydis, nudo pauperi obtulit. In hoc enim actu, enituit virtus compassionis super miseria proximi, item insignis liberalitatis; dum eius dimidium elargitus est, cuius ipse indigus erat. Effulsit quoq; simul profunda humilitas militis huius, dum centuriatus ille Imperatorum commilito, se ad tam villa obsequia pauperis, demisit, equo forsitan desiliendo: inde statim emicabat mentis eius æquanimitas, dum pro virtute erubescere non vetuit. Scribit enim Severus Sulpitius in vita ipsius; hæc: *Interea de circumstantibus riscre nonnulli, quia deformis esset, & truncatus habitu videretur.* Eia ergo milites Christiani, Militem hunc imitemini; ita state in acie, ut non minùs pro virtute, quàm pro conscientia decertetis; brachia vestra gladiis pro Deo & Patria

consecrate:

consecrate: sed simul date Deo stipulatam manum, date virtuti, date mandatis ipsius.

S. Andreas Apostol:

Illi autem, continuò relictis retibus, secuti sunt eum. Matt. 4.

Quantum discrimen cernendum se offert in hodierni Apostoli cum suo fratre vocatione & promptitudine eorum, ab illo similiter Evangelico iuvene, quem pariter vocaverat Salvator ad sui sequelam. Luc. 9. *Sequere me:* Ille autem dixit: *Domine permitte me primùm ire, ut sepeliam Patrem meum.* At Andreas cum fratre, ubi primùm vocem Domini accipiunt, continuò ipsum sequuntur; nil de domo, de consanguineis, nil de familia cogitantes, sed omnibus dimissis velocissimè currunt, & inchoant viam perfectionis, Christo adhærentes. Abjectus est a Christo ille deses procrastinativusq; adolescens; isti verò ad Apostolatus apicem euecti. Justum ergo est, ut hodie miseram aliquorum desidiosorum & retardantium in via salutis defleamus sortem, eam considerando: Antequam ergo Divi Apostoli luculentiùs contemplemur velocissimos in via perfectionis decursus: quàm sit fructuosum & salutare citò voci Dei vocantis obedire, perpendamus. *Vide tit: FULGUR num:* 228. 229. 230. 231. *Postea de Festo hæc subiunge.* Discamus oportet hanc promptitudinem & velocitatem progrediendi in via salutis, ex exemplo promptitudinis D. Apostoli Andreæ in obediendo voci vocantis, plumbeosq; deponentes animos, alas potiùs assumamus velocissimas. Addit stimulos simulq; concludit discursum S. Bernardus, dum argutè perpendit obedientiam huius Apostoli s. 2. de Festo dicens: *Nihil dejudicantes, aut hæsitantes, non soliciti unde viverent, non considerantes quonam modo rudes homines sini literis, prædicatores fieri possint: nihil deniq; interrogantes, sine mora relictis retibus, & navi, secuti sunt eum. Agnoscite Fratres, quoniam propter vos scripta sunt hæc; ut discentes veræ obedientiæ formam, castigetis corda vestra, in obedientiam charitatis.*

S. Nicolaus Episcopus.

Qui autem acceperat (talentum) abiens, fodit in terra. Matt. 25.

Valde magnum discrimen horum, etsi unius Domini servorum: fidelis enim unus & alter, qui operati sunt Domino in talentis sibi ab eo creditis, ideoq; conscientiæ suæ benè confisi antequam a Domino requirerentur, præstò sese offerunt, ubi adesse Dominum audiunt: iniquus verò, qui unum talentum accipiens, foderat illud ut otiaretur, morosè & inciviliter ex impudentia non necessitate compulsus accedens ad Dominum, eum alloquitur. In illis primis servis effulsit gloria & virtus Sanctorum Dei, & singulariter hodierni Sanctissimi Præsulis Nicolai, qui in concreditis sibi talentis scientiæ, bonorumq; temporalium optimè operatus, lucra protulit Domino. Infidelis verò ille servus, qui nihil de negotiatione concrediti sibi talenti curavit, eos in se expressit, qui ex negligentia, aut desidia, gratiâ & donis sibi a Deo collatis sive in spiritualibus sive in temporalibus, non utuntur debitè, & in his talentis negligunt operari, aut quod damnabilius, eisdem abutuntur. Primò igitur contra hunc talentorum Dei abusum aliqua detonabo; deinde de talentis in quibus fidelis servus Dei, S. Nicolaus operatus est Domino dicam nonnulla. *Vide tit: SICLUS num:* 752. 753. 754. 755. *Postea de Festo hæc subiunge:* Attendamus iam ad talenta, in quibus fidelis servus Divus Pontifex Nicolaus, Domino suo operatus est successu felicissimo, lucroq; ingenti. Et quidem in primo talento s. doni scientiæ, tam dextrè tam feliciter operatus fuisse creditur, ut proinde Divinæ voluntati benignè complacitum fuerit, etiam miraculis, lucra ipsius confirmare. Refert enim Lobettius in Festo, SSS. Trinitatis, quod dum iste S. Præsul in Concilio Nicæno certaret cum Arianis, ut Trinitatis vestigium ad oculos ostenderet blasphæmis, ex lateritio lapide tria elementa, ignem, terram, & aquam, expressit. Si iterum temporalium rerum administrationem talentum esse intelligamus: quis glorioſior illo in tota Ecclesia ex liberalitate in pauperes. Si tandem totius corporis dona, talenta Dei esse dicamus; ab ipsis incunabulis austerrima & cautissima eius vita attestatur, atq; lucra huiusce talenti plurima enumerat. Jejunia etenim quæ lactens adhuc, servavit, ea toto ætatis suæ decursu sicut & cæteras corporis sui afflictationes, non dimisit, sed auxit. Atq; ita, ut optimè fidelis servus, gloriosè in gaudium Domini sui intravit: cum quo &c.

S. Thomas Apostol:

Dominus meus, & Deus meus. Joan. 20.

Stupeat orbis, mirentur universi potentias misericordiarum & gratiarum Dei nostri, in hodierna confessione Thomæ Apostoli. Pugnare ille videbatur cum gratia, incredulitate

ſuâ, dum videntibus & oculatis teſtibus credere renuebat. *Non credam, niſi videro.* Aruerat tanquam teſta, arrogantiæ peccati aduſtus ardoribus, cæterorum diſcipulorum contemnendo teſtimonia; factuſq; erat, ſicut uter in pruina, obſtinatè perſiſtens in incredulitate. Ubi tamen Deifica, in medio diſcipulorum, reſplenduit Nubes, Caro ſc: glorificata Chriſti, ſplendores mirificos e vulneribus quinq; ejaculando, en ſubitò gratiarum imber & ſalvificus Ros, deſcendit in cor Apoſtoli; quo ille abundè recreatus, ab incredulitate ſua perfectè converſus, Dominum & Deum ſuum confeſſus eſt. Hanc itaq; abyſſum Providentiæ & Bonitatis Divinæ, nedum in Divo Apoſtolo Thoma, qui abyſſus interpretatur, ſed etiam in pluribus aliis, demirari, nobis non infructuoſum erit. Hinc proponam ego Quomodo Deus, omnibus quidem, demittit rorem gratiæ ſuæ, ſed non eodem, aſt longè diverſo modo. *Vide tit:* **ROS** *Solis num:* 694. 695. 696. 697.

FINIS.
Reductorii Concionum Feſtivalium.

Proteſtatio Authoris.

QUoniam emanavit Decretum S. D. N. URBANI VIII. 1631. Die 5. Iulij. Ne admittantur elogia Sancti, vel Beati abſolutè & ea quæ cadunt ſuper Perſonam; bene tamen ea, quæ cadunt ſuper mores & opinionem cum proteſtatione in principio, quod illis nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penes authorem. Ego pariter ut filius genuinus S. Matris Eccleſiæ proteſtor, ſi quæ in tali materia refero, ea me velle habere non majoris certitudinis, præterquam vult S. Mater Eccleſia Romano Catholica: cuius judicio & authoritati, me meumq; præſens opuſculum pleniſſimè ſubijcio.

DECAS

DECAS I.

BA

BASIS Vniversi

SS. DEIPARA.

In Festo Annuntiæ B.M.V.

Fiat mihi secundum Verbum tuum. Luc: 1.

1. ALmus ille Conditor rerum, sũmusq; Vniversi Opifex, ex nihilo licet, Cœli terræq; machinam miro Omnipotentiæ suæ artificio eduxerit; tamen ne parturiginis suæ vitio, iterum ad nihilum, & à libramine ad ruinam declinaret, firmissimis Basibus & fulcris eam constabilire, complacuit sibi. A.A. *Firmavit* enim ille (ut notat Regius Psaltes Psal: 135.) *terram super stabilitatem suam,* ne nutaret: appẽdit tribus digitis molem eius, ne cõmoueretur: imo eâ lege librauit naturas elementorum, & innarrabilem mistorum disposuit harmoniam, vt creatum illud, invariabile & æternæ durationis esse videretur. Cœli verò globum, circulosq; eius si consideres, mobiles quidem cernis, sed centris suis ceu basibus firmatos adeò, vt vel mobilitas ipsa, stabilitatis eorum argumentum sit: quod obseruauit Sapiẽs Eccl 1. *Oritur Sol & occidit & ad locum suum reuertitur, ibiq; renascens, in circulos suos revertitur* Hæc tamen omnia, facta esse in Verbo, nemo ambigit. *Dixitq; DEUS & facta sunt* & iterum. *Statuit præceptum, & non præteribit. Verbo Domini Cœli firmati sunt & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Psal.* 32. Verbũ ergo, est Basis Vniversi. Quia tamen (vt advertit pientissimus Jobtes,) etiam illi nutare possunt, qui portant Orbem; vt tantò firmiùs Vniversum hoc stabiliretur, omnipotens Creator Basim Basi, Verbum Verbo, Fiatq; suo omnipotenti, hodiernum MARIÆ *Fiat* superaddere voluit: in quo nimirum Vniversi Creatio, & multò magis recreatio omnis facta est, vt ex inde pleriq; SS. Patrum, SS. Deiparam Basim Vniversi prædicauerint; quos infra citabo. Vnum interea substituo *Iacob: de Vorag. MARIA (inquit) est columna, supra quam vniuersus innixus est mundus.* Proinde tantò audentiùs ego, in hodiernæ Solemnitatis festiuitate, dum hoc Restaurationis Vniversi Verbum *Fiat mihi secundum Verbum tuum* Vocale, iucundumq; nimiùm, per aures cordaq; fidelium resonat resilitq; echo, appellabo atque multifariè probabo, SS. Virginem MARIAM, maximè in hoc Verbo *Fiat*, factam esse BASIM Vniversi: præludendo morali quæstiunculâ, de causis ruinæ Vniuersi. Jnterim hymnidicè Salutemus MARIAM.

Pſ. *Creaturæ, mira harmonia.*

Ecclę:

Gen:

Pſ: 32.

Job:

Fiat creationis cum Fiat MARIÆ comparatio.

S. 3. de annunt.

2.

MARIA Basis Universi.

Te, o Virgo! BASIS mundi,
Salutamus lætabundi.
Tuum FIAT, iam transuersum
Restaurauit Vniuersum.

PARS I.

De Causis, ruinæ, seu calamitatum Vniuersi.

3. IN hoc æstu perturbatorum elementorum, & penè continuo creaturarum disturbio, quo magis, & magis in annos & dies quatitur Vniuersus Orbis, dum alia a cœlo, (ut ait *M. Gregor:*) alia è terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patimur; unde fames, pestilentiæ, tempestates & bella prodeunt; studiosius mihi inquirenti, è quonam fonte ea calamitatum eluvies effluxerit, vltimæ iam ruinæ appropinquantis vniuerso prodromus & præsagium, ipso præmonente Saluatore *Luc:* 21. occurrit antiquum illud & omnium sæculorum experentiâ Moysis Vaticinium, imò veriùs ipsius cõminatiua Prognosis. *Propter peccata* (inquit) *vestra, dabo vobis Cælum desuper sicut ferrum, & terram æneam. Leu* 26 Vnde colligere libeat, quòd cùm propter peccata hominum, congenita Cælo Terræq; temperamenta & qualitates alterantur in peiùs, & dilabuntur semper in deteriùs, causam ruinæ vniuersi, non aliam esse, nisi peccatum.

hom. 35. in Euang:

Leu.

Peccatum, ruina vniuersi.

Probatur. Scripturaliter.

4. Hæc dum probare molior, denso satis agmine occurrunt loca S. Scripturæ, in quibus plusquam luculentiùs asseritur, quòd cum cuncta Cœloue terraue creata, ita essent a Creatore suo condita; vt vel ore ipsiusmet Conditoris dicerentur esse valde bona, & omnia subiecta homini; nihilominùs lapsu hominum in peccatum, malignitatem quandam Vniuersa induere cernuntur adeo; vt *armari Creaturam ad vltionem inimicorum,* dixerit Sapiens *Sap:* 5. Tonat Cœlum, sive fulgurat, Phænomena tristia in Nubibus pingit, lapides, Sanguinem, ignes sulphureos pluit; id non tam, cœli, quàm peccati metheoron est. Audi Psaltem *Pluet super peccatores laqueos: ignis & Sulphur pars calicis eorum Ps:* 10. Dehiscit decumanis motibus terra; quia aggrauata pondere peccatorum, rumpitur & dissilit, impar tanto oneri. Vt idẽ testatur vates *Commota est, & contremuit: fundamenta montium conturbata sunt, quia iratus est eis.* Quod si verò sterilis gleba famem aduocet, ne eandẽ crimineris: itidem enim Dauid, huius mali causam refundit in enormitatem peccatorum. *Terram fructiferam* (posuit) *in salsuginem, a malitia inhabitantium in eâ. Psal:* 106. Si tandem corruptus àér, pestifera toxicataq; spiracula subministret, vitium esse noueris non àéris, sed tui; qui dum spiraculum vitæ tibi in Creàtione a Cõditore insufflatum turpiter euomens, maligni Spiritûs acconita sorpsisti, ampliùs nonnisi pestem & toxica exhalas, dum toti mortalium generi infligendam pro peccatis suis, demereris plagam. Audi & crede comminanti DEO. *Extendam manum* (si peccaueris) *percutiam te, & populum tuum peste, peribuq; de terra. Exod:* 9. Vnde iam liquidò constat ex S. Codice, Creaturam omnem, dum sæuit in peccatorem, nedum esse pœnam peccati, sed præterea a peccatore trahi quodammodo in consortium pœnæ peccati: dum iam non naturæ impulsu, sed hominum vitio violentata, a primigenis proprietatibus suis declinare convincitur. Hinc rectè queruloſos in ærumnis & calamitatibus publicis monet M. Basil. in tract. cui titulus: *Quod DEUS non est Author malorum:* dum taliter scribit: *Ciuitatum interitus: terræ motus, inundationes, exercituum clades, naufragia, & omnes deniq; calamitates illæ, quibus magna hominum multitudo simul absumitur, siue ex terra, siue ex mari, ex àére, ex igne, seu quacunq; nascuntur ex causa, propter superstites ad sobrietatem reducendos, eueniunt, ipso Deo publicus pœnis publicam castigante iniquitatem.*

A

B

Exod:

Pestes, sterilitates, unde?

C

hom: 4.

Probatur. Figuraliter.

5. Verùm clarioris luminis gratiâ, Textui Sacro misceamus Allegoriam seu Figuram eiusdem S. Scripturæ, ut fracto literæ cortice, nucleum eruamus. Zacharias inclytus Propheta Domini, olim interrogatus: *Quid tu vides Zacharia.* Zach. 5. respondit *Ego video Volumẽ volans.* Vbi Versio Septu. habet: *Ego video falcem volantem.* At verò quænam, ingentem librum inter, & falcem potest esse proportio? Cùm hæc, mortis sit instrumentum & stragis indicium: siquidem videmus, quomodo per falcem breui temporis spatio omnes, integri alicuius prati, succidantur herbæ, & paulo post in aridum redigantur. Jmo falx illa de qua in Apocalypsi c. 14. legitur. Et misit, qui sẽdebat

D

Zach:

Falx cum volumine, vindicta Symbol:

Apoc:

debat super nubem, falcem suam in terram, & demessata est: vltimæ ruinæ mundi, Symbolum fuisse perhibetur. Quid igitur falx cum volumine habere potest relationis? Respondetur: per volumen illud intelligitur liber ille, de quo in Prosa Miss. defunct: ita canit Ecclesia: *Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, vnde mundus iudicetur.* Coniungamus ergo nunc, si placet, simul inter se peccata & falcem, tunc videbimus, quòd dum peccata multiplicantur, ærumnæ quoq; strages, & exterminia multiplicentur adeo; vt quandoq; proximè ruiturum mundum existiment homines. Præstò speculationi huic adest cum sensu suo *S. Hieronym:* hic dum istum textum Scripturæ versat: ita ait. *Volumen autem volans ostenditur, in quo omnia peccata scripta sunt, vt vnusquisq; recipiat secundùm opera sua.* quibus vltimis verbis utitur Doctor connotatiuè ad falcem. Adhuc enim vagiente mundo in ipsa infantia sui, huius pernicioſæ falcis s. peccati, nonne cunctæ Creaturæ sensere damna? Peccauerè Protoparentes nostri esu & vsu ligni vetiti; en subitò, ut obseruat *Gretzerus* arbor illa pœnâ non caruit: nam nudata cortice, frondium veste, florum gratiâ, fructuum honore & perpetuâ sterilitate damnata: vt quæ culpæ quodammodo consors fuerat, foret & pœnæ. Jn elementa, Cœlos, Solem & Lunam, sparsaq; ætheri sydera, hæc peccati desæuijt falx: Terra enim (ut ait *Lohecius*) olim erat amænula, bellula, floridula, in herbas, & in flores, in fructus ibat vberrimos: erat in aperto patentiq; sinu herbescentis agri viriditas, mites areolæ, violæ molles, albentia lilia, innoxiæ rosulæ, omnisq; florum suppellex exundabat: non illic visebantur infelices tribuli, non succrescebant infesta tritico lilia, non tristes erant cardui, non cruentæ rosis adnascebantur spinæ, attestãte S. Ambr. At ubi respersa terra labe peccati, scelus fecit contagia: primæua illa terræ bonitas, soli clementia, fructuum vbertas, in sterile & ferosa fœtum solum, in amaros insulsosq; fructus, in spinas & tribulos degenerauit: ipsaq; terræ moles, tanta quanta est, usq; ad iniuriam sterilitatis exaruit: adeo longè lateq; funditur venenositas peccati.

l. 1. de Crucc. 4.

Moral. de Peccato.

l. 3. Hexamer. c. 11.

Spina in vrosa, peccati pœna.

A *Probatur.* Historicè.

Si historijs exemplisq; stabilienda res. Nonne ignis, cuius centrum sursùm est, violenter tamen peccatis inhabitantium attractus, descendit, ut exterminaret Sodomam & Pentapolin? Quid simile legis de hostibus Heliæ Prophetæ. Nonne, dum omnis caro corruperat viam suam, catharactæ Cœli, sede suâ, quam sub ipso firmamento obtinent, moueri & ruere coactæ sunt, in illo scil: Vniuersali orbis cataclismo? Nonne sub pedibus sacrilegorum Dathan & Abiron, dehiscit B terra? quamuis a prima sui parturigine fundata super stabilitate sua. Huic simile recentius accipe exemplũ, cuius oculatum testem me esse fateor. Jn Tyroli, itinere unius diei, versùs Oenipontum, seu Jnspurgum, intra montes est oppidum, locus vocatur ad Sacram Hostiam: in eoq; Ecclesia sub cura Eremitarum S. Augustini; ubi cernere est ad latus Maioris altaris magnam petram, quæ sub pedibus cuiusdam temerarii hominis, C adeo mollis reddita fuit, paulatim q; ipsum absorbere cœpit, vt veluti in cera, integri pedes eius cum cruribus & calceamentis expressi apparebant; atq; cùm a ruina saluare se quidam peccator cupiens, lapidem mensæ altaris, manu prehendisset, durio-rem lapide, hominem lapis non iuvit, sed similiter ad modum liquidæ ceræ manibus prehendentis cessit, signa nonnisi manuum, in memoriam miraculi, recipiendo. Comes iste erat & Dominus illius Castri; qui parùm credulus, aut fortè fastuosus nimiùm, in Communione Paschali, non contentus paruâ, vt cæteris distribuebatur, D Hostiâ, compulit Parochum, ut ipsum maiori dignaretur; quâ ore sumptâ, illicò absorberi se a petra sensit: & dum pœnitens facti, sacram illam hostiam, iam in parte dentibus compressam Sacerdoti restituit, subitò elementum rediit ad naturam, solidatumq; est: quæ Hostia Sacra hucusq; incorrupta, in aurea theca, peregrinis spectanda & adoranda exponitur, cum magna deuotione: quam testatur statua ad mensuram hominis argento affabrè fusa per modum genuflectentis, Eleonoræ Austriacæ, olim Reginæ Poloniæ, & tandem Coniungis Principis

6.

Gen:

Reg.

Hostiæ Sacræ & lapidis miraculum Tyrol.

cipis Lotharingici. Quodsi ita, & vtiq; est. Apage! quisque peccator!- Nonne meritò noxa vniuersi dicendus es? qui dum voluptati tuæ famularis, vniuersi harmoniam, naturamq; elementorum perturbas, atq; sic cuncta creata, disponis ad ruinam. Vtinam aliquando sapias, ne in communi ruina, ruas & ipse. Ecce tibi contra collabentis mundi ruinas, hodie nova prouidetur Basis.

PARS II.
SS. DEIPARA Basis Vniversi.

16. c. 24. 7. SCribit Euagrius de Simeone Anachoreta: hic, cùm breui motus terræ instaret, Phænicen ingressus, plures bases seu columnas ædificiorum in foro flagellans, dicebat: *State, saltandum enim vobis est.* deinde obseruatum fuit, bases alias, quæ flagellatæ non fuerant, per terræ motum corruisse confractas, reliquis illis cum suis ædificijs omninò saluis. Muto stillum è diametro, pariter & actionem, dum accedo ad Te SS. Virgo MARIA firmissima BASIS & Columna vniuersi: accedo non flagellaturus, quod piæ & rectæ menti implicat vel imaginari; sed flagitaturus: non saltandum, sed ruendum est vniuersi Machinæ, nisi Tu pro ipsa steteris: & vt liberiùs loquar, nec mundus iste ab initio stetisset, hactenusq; durasset, nisi in montibus Sanctis, in CHRISTO videlicet, & in Te Beatissima, fundamenta eius posuisset Conditor ipse DEUS. Hinc iam Te esse BASIM vniuersi primo ex litera S. Textûs comprobo.

Columnæ flagellatæ, saltant.

Probatur. Scripturaliter.

8. Unius in Essentia, & Trini in Personis DEI deliberantis quasi (ut humano modo loquar) de creatione hominis, adeoq; omnis alterius Creaturæ, quam propter hominem fecit, mutua inter Personas subaudiamus colloquia. *Faciamus* (inquit) *hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Gen.* 1. Porrò basim alicuiùs rei, causam seu principium, in quocunq; genere illa sit, nullus Philosophorum intelligere renuit. Ex isto autem Textu, SS. DEIPARA, causa Idealis creationis fuisse euincitur: Imaginem enim & similitudinem distinguit Philosophus: cùm latiùs pateat similitudinis nomen, quã imaginis. Unde Pater similitudo Filij dicitur (quod satis ingeniosè obseruauit *Barthol: de los Rios*) Jmago verò non item: Filius verò Patris, & Jmago & similitudo est. DEUS ergo hominem, & alia propter ipsum creando, cùm eius præstantissimam penes se haberet Jdeam, videlicet Filium suum, Dominum JESUM Christum, qui esset Jmago DEI, ad cuius nos Jmaginem crearemur, cum ipse futurus esset caput nostrum, & Pater futuri sæculi, indistinctè dixit: *Faciamus hominem ad Imaginem nostram.* quid opus erat addere? *Et similitudinem nostram.* Otiosum profectò verbum, si & illud de CHRISTO esset intelligendum: nam cùm Jmaginem, illum dixerit, etiam eo ipso similitudinem vocauerat: cùm omnis Imago, sit similitudo. Restat ergo, ut dicamus, DEUM, cùm non simpliciter hominem, sed masculum & fæminam creaturus esset, non solùm CHRISTUM, sed etiam Beatiss. Virginem MARIAM, hominis sibi proposuisse Jdeam: ita ut per Jmaginem CHRISTUM, per similitudinem V. MARIAM intellexerit: tum vt ostenderet inter illos, dignitatis diuersitatem: tum & vel maximè, ut pronas ad errorem mentes instrueret, ne cùm Virginem etiam Jdeam humani generis fuisse sciremus, induceremus quempiam, ad æstimandum æquè MARIAM ac CHRISTUM, Jmaginem Patris fuisse, & æquè concurrisse ad creationem hominis & Vniuersi. Absumus enim & longè absumus ab illo errore, qui Creaturam aliquam auxiliares manus præbuisse DEO, comminiscitur, ut facilius mundum ex illa abysso eduxisset: Jdealiter tamen, & ut in mente omnipotentis Architecti præconceptam SS. V. MARIAM, id præstitisse DEO, audacter asserrere non est veritus, iam præcitatus Author, hisce verbis: *Ille Creator, quod pictores & architecti solent, accuratiore studio, sibi creandorum omnium, ideas quasdam sibi effinxerat; CHRISTUM & MARIAM: hasq; intuebatur omni in opere: ab his oculos nunquam dimouebat. Si quatuor elementa produceret*

Gen:

Imago & similitudo, diversa.

Horiz: Maria: de Nat. B. V. c. 8.

S. MARIA Idea mundi.

produceret, quatuor istos, qui in illis erant humores intuebatur. Si angelos & Spiritus, spiritualem animam eorum. Si res inanimas & insensibiles, ea quæ sensu in corpore eorum carebant. Deniq; ad similitudinem eorum & ea quæ vegetantur, & quæ [illegible]ntiunt, & quæ natant in aquis, & quæ volant per aëra, & quæ in terris gradiuntur, exprimebat: imo quoties in hæc exemplaria conjiceret oculos, nouâ affectus delectatione & gaudio, ex eorum contemplatione perfusus, semper novas inueniens Creaturas, eas ad similitudinem illarum Idearum efformabat. Hactenus cit: Author. Parùm & ego dixisse me puto, si solùm per modum causæ Jdealis, SS. DEIPARAM concurrisse ad Creationem Vniuersi, asseverarem; in capite etenim Libri, imò totius S. Scripturæ, ampliùs quid de illa scriptum comperio, quamuis sub ænigmate: ipsam videlicet ad Creationem Mundi concurrisse per modum causæ Finalis: quoniam propter illam, creatum & conseruatum esse mundum, ibi innuitur, vbi hisce verbis incipit S. Scriptura. *In principio creauit DEUS Cœlum & terram* Gen. 1. Quæ verba Rabb. Anchelos ap Galat: l: 7. sic glossat. *Propter Sapientiam creauit DEUS Cœlum & Terram; hoc est amore intemeratæ Virginis, quæ est Mundi Sapientia.* Non parùm iuvat huncce conceptum similis locus Scripturæ apud Jeremiam c.33. *Si irritum* (inquit DEUS) *potest fieri pactum meum cum die & nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo.* Quem locum ibidem Cabalistæ ita versant. *Nisi pactum meum esset, diem & noctem, leges terræ ac Cœlo non posuissem.* Quod ipsum ulteriùs pactum taliter interpretantur: *id est: nisi pactum meum esset: videlicet nisi amore mei IESU & MARIÆ; diem & nectem, leges Cœlo & terræ non posuissem, hoc est mundum non creassem: Et ideo amore IESU & MARIÆ mundum creauit.* His credo de causis Mellifluus Doctor. S. 2. in Pent: legitur appelasse Beatiss. Virginem. *Causam Rerũ.*

MARIA causa finalis mundi.

Gen:

Ier:

Probatur. Figuraliter.

9. Si ita est, quod S. DEIPARA, BASIS seu causa (suo modo) creationis mundi esse eo Textu Sacro euincitur, quantò faciliùs, ipsam quoq; fuisse Causam Recreationis Nostræ, ac consequenter restaurationis vniuersi, abditis, seu Figuris S. Scripturæ comprobabitur. Jungamus tantummodo deuotâ cogitatioe Figuram Figuræ. Præ-
A nobilis illa, eruditaq; Sponsi Solimæi Sponsa, dilecti sui deprædicans crura, ex basibus aureis, ea commendat inquiens: *Crura illius Columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas.* Cant. 5. Cant.
Consensus adest Patrum, utpotè vtriusq; Gregorij, Ambrosij, Philonis Car- Crura cu-
pathi, quod crura, quæ hic commen- ius Symbol
dantur, mystici Corporis CHRISTI
s. Ecclesiæ eius, sint SS. Apostoli, viriq; cæteri Apostolici: exinde hoc comprobantes, quia ijdem & columnæ apellati a S. Paulo reperiuntur: hic e-
B nim ad Galatas scribit de Petro, Ja- Ep. 2.
cobo & Joanne, quod viderentur esse tanquam columnæ. Jnsuper M. Augustinus illud Psal. 74. *Ego confirmaui columnas eius*, de Apostolicis viris interpretatur. Et quidem rectè Apostoli crurium & columnarum marmorearum Metaphoris celebrantur, si firmitas roburq. eorum spectetur, quo vniuersum Ecclesiæ & CHRISTI corpus, eiusdemq; Corporis caput, CHRISTUM sustentant. Et quænam quæso harum columnarum BASES
C aureæ? potissimum id interpretantur Doctores de charitate, quâ instructi SS. Apostoli discurrentes per orbem, ceu firmissimæ columnæ, fundarunt Ecclesiam CHRISTI: Cæterùm pio deuotoq; nisu, audebo ego BASIM auream Ecclesiæ CHRISTI, appellare SS. Virg. MARIAM, supra quam ipsæ etiam columnæ Ecclesiæ, S. Apostoli, fundatæ & stabilitæ sunt: quam cogi- Basis au-
tationem meam strenuè roborat non rea, MA-
vulgaris testis, quia Jmperator *Theodo-* RIA.
rus Lascaris in Canticis suis ad DEIPA-
D RAM: ubi eam vocat *BASIM Martyrum & Sanctorum*, adeoq; & Apostolorum. Si scire cupis, quonam modo aurea hæc BASIS totam Ecclesiæ molem, eiusq; columnas sustentet; ad illam recurre Quæstiunculam, quam veluti insolutam videtur reliquisse Propheta. Isai.
Quis (inquit) *appendit tribus digitis molem terræ. Isa:* 40. Alludit quidem hic implicitè Propheta, vel ad Mysterium SS. Trinitatis, ut notat *Paschasius.* vel ut l. 1. de Spi-
putat *Corn. a lap:* ad tria attributa DEI rit s.
scil. Sapientiam, bonitatem, & potentiam; quibus huius vniuersi gubernatur & conseruatur machina. Verùm, quia plurima, quæ DEO competunt, in sensu accommodo etiam applicari pos-

possunt B. V. MARIÆ. Tres quoque præcipuè digitos, auricularem
A s. medicinalem, & medium satis ingeniosè attribuit MARIÆ, eosq; de-
Marial. prædicat *Iacob de Vorag.* quid igitur obstat? si dicatur Beatissima Virgo MARIA, tribus hisce digitis appendisse orbem terræ, imò mundum vniuersũ? & hoc ipsum cernere est in hodierni Mysterij, dum annuntiatur Virgo ab
Digiti tres Mariæ qui? Angelo, consideratione: ubi primum facta est restauratio vniuersi, & præsertim humanæ naturæ. Ex istis tribus digitis, prodit se satis subtiliter triplex quidam modus, quo B. V. MARIA sustinuit, restaurauitq; atq; hactenus sustentat vniuersum. Articularis quippe digitus indigitat, quomodo SS. Virgo hodie in aure sua recipiens a nuntio Cœlesti Diuina oracula, illisq; humiliter consentiens, per illud verbum *Fiat* in Verbo hoc restauravit vniuersa: quod factum est, ut ob-
S. 17. de timp. seruat S. Aug: *quatenus similis esset reparatio, quomodo fuit & creatio.* Promouet non impigre hunc conceptum
conc: de S. Thom: Villan: dum *Fiat* illud, quo
Annunt. mundus creatus fuit, & hoc *Fiat*, quod hodie protulit MARIA, in bilancis æquilibro statuens, admirabundus sic
Fiat MARIÆ extollitur. exclamat: *o fiat potens! fiat efficax! o* Fi-
C at *supra omne* Fiat *perpetuo honore Venerandum. Hoc Verbo* Fiat *factus est mũdus, hoc Verbo cœlestia terrestriaq; Altissimus condidit: sed tale* Fiat, *non sonuit in orbe, quale tunc, o Beata, dixisti.* Pro hoc humani generis ab aure Virginis suffragio, vota olim dederat Dauid, dum ita deprecaretur præuisam in lumbis
Ps: 44. suis MARIAM: *Audi Filia, & inclina aurem tuam.* Jbi etenim, quod ingeniosè assecutus est S. Eleuth: Ep: Tornacen: *Auricula Vxor fuit, Angelicus autem sermo, maritus extitit.* atq. sic auspicatissimo conceptu & partu, facta est collapsi mundi restauratio. Medicinalem deinde digitum interpretari liceat, de meritis Beatiss: Virginis, quibus, (cùm superabundantissima sint) succurrit continuò & indefessè mise-
MARIA in conceptu Filij meruit supra omnes creatu: rijs humani generis; atq; sic veluti pretiosissimo Malagmate sanat vulnera nostra: quorum excellentissimum & vltra quod excellentius cogitari nequit, hodie protulit, concipiendo liberè Filium DEI: quod asseueranter docet Noster S. Bernardin: inquiens:
T.2. *ser* 51. *Tunc Virgo in conceptione Filij DEI plùs*

meruit, quàm omnes Creaturæ, tam Angeli, c. 1.
quàm homines, in cunctis actibus, motibus, & cogitationibus suis. De medio tandem digito non ambigas: ipsa etenim dum efficaci suâ interceſſione pro peccatis mundi, iustam vindicis DEI iram placat, Medium inter DEUM & hominem tenet: ideoq; suo modo a multis SS. Patribus Mediatrix appellata. Tribus ergo digitis s. tribus modis succurendo mundo, dum MARIA appendisse orbem explicatur, eo ipso ostenditur, quomodo BASIS vniuersi iustè deprædicatur.

Probatur. Doctoraliter.

B Sed aduertamus iam quomodo huic 10.
nouo Mariano titulo faueant sensa Patrum: Jmprimis aurei oris Doctor *Chrys: Orat: 3. in Mariali* (apud Polyantheam Marianam; de qua præcipuè conquiro & conquiram testimonia Patrum) appellat SS. MARIAM BASIM Jacob, indelebilem habentem characterem. Et iterum. BASIM, quæ ante mundialem, DEI Jmaginem tulit & inconcussam seruauit. *Iacob Monach: Vocat* MARIAM humani generis BASIM. Similiter & *S. Damasc: in Conc: diei hodiernæ dixit.* MARIA est Basis nostra. Præterea *S. Thom: Villanus c. 2. de Assumpt.* C Columnam mundi nominauit MARIAM. Cæteris luculentiùs ad rem nostram scripsit *Paulus de Heredia in tract: de Concep. B.V.* MARIA *Columna*, supra quam fundatus est mundus: nam si DEUS ante creationem Adæ, peccatori non statuisset immaculatam Virginem Redemptricem futuri peccati, incarnatione & passione Filij sui, mundum non creasset. His accedat affinis authoritas *S. Fulgentij:* Cœlum & terra pridem corruisset, si MARIA preci-
D bus suis non sustentasset. Quod ut firmius credas accipe miraculosam reuelationem.

Probatur. Miraculosè.

Famosissima est illa S. Dominici Patri- 11.
archæ miraculosa visio, quam habuit Romæ: in qua spectandum se præbuit Salvator in modum irati Judicis, triplex telum famis, pestis, & necis, vibrantis, ut ob multitudinem peccato- *S. Dominici visio.*
rum totum exterminaret mundum, vniuersamq; perderet Creaturã: quæ dũ mæstus tremensq; consideraret: tandem vidit B.V. MARIAM supplicantem Filio suo, ut parceret: vades etiam duos

am duos offerendo eidem: id est vtrumq́; Patriarcham, Dominicum & Franciscum, qui tum Romæ in societatem conuenerant. Huic valdè similis alia visio adducitur a P. Mlodzian: Soc. JESU Polono, Theologo & Prædicatore: quam recentissimo sæculo Cracouiæ habuit quidam ex familia S.P.N. Francisci sub A. D. 1628. Vbi similiter visus est CHRISTUS vibrare contra Poloniam, propter enormitatem & impunibilitatem scelerum, fulgetra & flagella; quem pariter B. Virgo, assumptis in societatem suam Patronis Regni, visa est deprecari: cuius oratione placatus Filius plagas illas vel remisit vel distulit.

Pro Polonia deprecatur B.V: M: iratum Iudicem.

Probatur. Historicè

Refert præcipuus naturæ inuestigator & Panegyristes *nobilissimus* Plinius: Thebis viginti hominum millia laborasse in vna Columna seu Obelisco effigendo: quem cùm suberecturus esset Rex: vereturq́; ne machinæ, non sufficerent moli columnæ, quo maiorem operatis curam & solertiam operis adderet, filium suum vertici columnæ alligari fecit; vt cùm in vnius filij Regis vita, omnium capita periclitarentur, omni nisu atq́. industriâ, ruinam & casum Columnæ auertere molirentur: & quidem felici successu Columna stetit, ut pote coronata Regis Filio. Jta sanè imò longè nobilius, BASIM Nostram & Columnam totius vniuersi Beatissi: Virginem MARIAM suberectam & vndequaq́; bene firmatam ac in plenitudine gratiarum stabilitam adèo cogita, vt non sibi tantum, sed toti etiam sustentando sufficiat Orbi, ne miser, tantis iam Marianarum precum & meritorum munitus fulcris, casu infelici ampliùs corruat: ita tamen, ut hoc privilegio, tituloq́; BASIS nō aliter gaudeat, nisi ratione meritorum infinitorum Filij summi Regis æterni Patris, simulq́; sui; per quæ ipsa secura ab omni casu, casum quoq́; collabentis mundi aufert, & ab illo tuetur.

l. 36. c. 6.

12.

Columna miro artificio erecta & contra casum præseruata

MARIÆ, meritis Filij, a casu præseruatio.

Epilogus.

MOs antiquis fuit excelsas BASES, Columnas, Pyramides, characteribus, inscriptionibus ingeniosis exornare. Audiuimus iam ab aureo Chrysostomi ore, SS. MARIAM BASIM nostram inscriptam, exornatamq́; fuisse indelebili charactere: forte VERBUM ipsum æternum, aut titulum Maternitatis, intelligere voluit S. Doctor. Audet quandoq́; insolens iuuenum manus, pretiosis marmoreis etiam sacris columnis, tabulis, nominū, cognominum suorum quandoq́; peregrinorum, rudi scalpello inconcinnos superinducere characteres, vanum & prorsus inutile relinquendo sui memoriale. Jtaq́; accedamus & nos ad Sacratissimam hanc vniuersi BASIM, B. V. MARIAM, & non iam vanitatis, sed reuerentiæ & deuotionis Nostræ in Symbolum, insculpamus ibi nomina nostra, piæ recommendationis stylo, perenne vtiq́; memoriale obligationis Nostræ: Et quia Columna hæc stabit in perpetuas æternitates, & non commouebitur, quia DEUS in medio eius: perennabunt quoq́; & Nomina nostra. Tu o, Clementissima Domina, bases nostras vacillantes interdum in Virtute, & ob continuos tentationum turbines vix non deciduas, meritis Tuis & intercessione fortiter constabili & firma; ut tandem Columnæ nostræ, sub Tuæ gratiæ patrocinio, triumphali coronētur Corona.

AMEN.

13.

Votum Auctoris.

BEATITVDO Beatorum SS. DEIPARA.

Pro Assump B. M. V.

Porro, unum est necessarium. Luc: 10.

14. O Miseram, & plusquàm mille lacrymis deplorandam mortalium sortem! qui ab uno DEO, & ad vnum eundemq; ipsum creati finem, pluribus distendimur curis: pro vno autē necessario, nec semel vel rarò lacertos mouemus, solasq; nonnisi Vanitates toto studio sectamur AA. Compatiebatur olim Regius Psaltes sequiori fortunæ suæ, dolenter inquiens: Ps. 138. *Et Substantia mea in inferioribus terræ:* nunc potiùs insaniens mundus, collætatur & congratulatur sibi, hoc infelicitatis momentum; dum substantiam suam, videlicet animam, sat profundè viscеribus terræ, mortales immergunt, imò sepeliunt, indulgendo voluptatibus, delicijs, coaceruando diuitias, vanosq; honorum & dignitatum sibi adscisendo titulos. Vnum verò, & quidem primum necessarium, vel nihil vel pigrè admodum curando, quod ipse DEUS est, ipsaq; æternitas beata, id est beatitudo æterna animarum & spirituum intellectualium. Ergo iam o mortales! vel hodie meliùs sapere incipite, leuate capita vestra, immersosq; terræ oculos, aliàs mentes & animos vestros sursum erigite. En hodie, dum SS. V. MARIA glorioſè assumitur in Cœlos, valuæ Cœlorum latiùs cuiq; patent, Theatrum amplissimum triuphantium beatorum ad salutandam Virginem ordinatè instruitur: vbi in vno primoq; necessario s. in DEO concentrantur omnia: in illudq; omnis Creatura rationalis, tanquam in ultimum finem omnitudine potentiarum suarum tēdit: ut vel ideò præcipuè hodie, quia assumptâ in Cælum Virgine, finis ille, necessariumq; vnum ac primum, complementum quodammodo suum accepisse existimetur: per quod ipsum B.V. MARIA, strictissimâ & qualem nulla potuit habere Creatura alia, vnione copulata cum DEO, facta est in Cœlis simul cum Eo, vnum necessarium; atq; sic sano loquendi modo, Beatitudo Beatorum: quod ipsum ut comprobatum a me accipiatis, erigite animos & corda: præludere volo endimionibus negligentibus curam salutis suæ, sanctorumq; tabernaculorum desideria: tribus de causis commendando frequens desiderium beatudinis æternæ. Interim hymnidicè salutemus MARIAM.

DEUS unū necessariū animæ.

MARIA vnio beatifica, supra omnes beatos.

O Beatá Beatorum!
Tu beas cætus Sanctorum:
Fac ut per Te, nos beemur;
Cœlicolis collætemur.

PARS I.

De frequenti desiderio beatitudinis.

15. ORe Sacratissimo, simulq; & instituto Salvatoris ipsius prodijt, nil tam frequentatum cuiq; mortalium debere esse, quàm desiderium collium æternorum, Beatæq; vitæ sancta esuries: Quotidianum enim persoluere DEO pensum, discipulos suos erudiens, post redditas Cœlesti Patri laudes postulataq; propria, à desiderio Regni Cœlestis ordiri precem mandat: *Pater noster, qui es in Cælis, Sanctificetur nomen tuum, Adueniat Regnum tuum &c:* Matth: *Matt:* 6. vt ergo voci, mandatisq; Salvatoris tantò studiosiùs obsequamur, cælestisq; Patriæ desiderio inardescant corda nostra: tria nobis emolumenta ex frequentatione talis desiderij consideranda veniunt: quorum primum sit: quia nimirum talis actus, & inclinatio ad illum, cæteris alijs est magis connaturalis animæ nostræ rationali: consequenter est valde facilis homini; atq;

Desideriū beatitudinis habere, mandat Christus.

atq; ideo nihil frequentiùs occurrere deberet ipsi, quàm huiusmodi tædium sacrum felicitatis æternæ.

Probatur. Scripturaliter.

16. Acres satis sunt concertationes, inter quosdam Doctores: deturnè vel non detur, in anima rationali, innatus appetitus ad Visionem beatificam? sed relinquamus scholasticis hasce subtilitates: ego protunc intrepidè innixus textui sacro, assero, appetitum & desiderium primi Nostri & vnius necessarij, videlicet beatitudinis æternæ, ita esse connaturalem animæ rationali, sicuti appetitus ad cibum, connaturalis est cuicunq; viuenti: nullum autem reperire est viuens, siue illud sit spirituale siue corporeum, sine proprio sustentationis pabulo; adeo, ut si corporeum sit, corporea quoq; exigat nutrimenta; sin autem spirituale, tantò magis, si ipsemet, & purus Spiritus, qualis est anima rationalis, cibos quoq; spirituales, ut habeat, necessarium sit. De quo venustè discurrentem hac in materia audiamus Philonem: *Pulchrè* (inquit) *conuenit, quòd ut factum est corpus ex terra, cognatis alatur cibis, quos terra producit: at illa ætherea portio scil: anima, habeat necesse est alimenta diuina.* Hæc autem pabula animæ sunt actus interni, quibus eleuatur ad DEUM, & ad obiecta supernaturália; inter quos præcipuum censeo cum Regio Psalte, actus Spei & pia desideria beatitudinis æternæ. Hic enim coronatus vates, excessiuis desideriis Patriæ cælestis exæstuans, in hæc aliquando eruperat verba. *Clamaui ad te Domine, dixi, tu es Spes mea, portio mea in terra viuentium. Ps:* 141. Hinc sanè cibus, bonaq; portio, felici illius animæ ita sapuit, adeoq; illam inescauerat, ut quamuis bene sibi perspectum haberet, etiam post obitum plurimis centesimis fore sibi in limbo Patrum præstolandum adventum Messiæ; nihilominus, vt tantò securior esset in spe potiendi beatitudine æternâ, pro egressu tamè animæ vrgeret Dominũ vehementer. *Educ de custodia animam meam: me expectant iusti, donec retribuas mihi.* Deniq; ut clariùs ostenderet, talibus actibus desideriorum, sanctæq; spei, animam cibari, non quomodocunq; sed quasi pabulo sibi connaturali, in simili exardescentia ad æterna tabernacula positus, allusionem fecit ad quasdã volucres, quibus connaturale est nidum suum repetere, eiusq; reminisci: qualis est columba, & passer; ait enim: *Quàm dilecta tabernacula tua, Domine, concupiscit & deficit anima mea: Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos. Ps:* 83. Jnnuens per similitudinem, quòd veluti dictæ volucres, innatâ inclinatione ardentissimè feruntur ad loca nidificationis suæ: pariter, si non longè magis, rationalis anima innato appetitu vrgetur, vt ad suum vltimum finem, qui est DEUS & vita beata, totis & indefessis tendat nisibus, ferueatq; desiderijs: Et hic appetitus tantæ adhæsionis est in anima, ut ex mente Subt: Doctoris, in ipsis etiam damnatorum animabus reperiatur; non fructuosè quidem, sed ad magis acuendam in ipsis, pœnam damni. Hinc æui nostri insignis Asceta *Gasp: Druzbicius* Polon: Soc: JESU, concludit extremis laborare animam rationalem, nisi tali desideriorum identidem reficiatur pabulo. *Non tædere* (inquit) *neq; anhelare ad beatitudinem, signum est, quod animus noster adhæreat, immersusq; sit carni, & sensui, & his caducis rebus; argumentum est, quòd qui tales sunt, indigni sunt Nuptijs Agni, & ingrati DEO: quô an possit aliquid euenire perniciosius? viderint, qui tales sunt.*

Ps.

4. *d.* 49. *quæst.* 10.

Damnati appetunt beatitudinem.

Exerc. 6. *de beatit:*

Probatur- Figuraliter.

17. Sed ut hanc Sacram æternorum desideriorum, tantò ampliùs exacuamus orexim, istius cibi spiritualis investigemus emolumenta: inter quæ præcipuum illud iudico, quod animam ex vi conditionis suæ fragilem, frequenterq; languentem reficiat, nouisq; spiritibus contra hostiles incursus corroboret, constabiliat, atq; sic, quòd anima viuat DEO, efficiat. Opportunam huius rei Figuram suppeditat sacer Textus, in primis statim Capitibus libri: videlicet illud *lignum vitæ in medio Paradisi. Gen:* 2. quod plantauerat Author omnis vitæ, DEUS. Porrò assertum, commune Theologorum habetur, illud Lignum non vano titulo appellatum fuisse, *Lignum vitæ*, sed ex eo, quòd produceret, & in sæcula ulteriora productum erat fructus huiusmodi, de quibus dum gustasset homo, illicò vitam immortalem inchoasset,

Gen:

Lignum vitæ, Figura desideriorum æternorum: eius virtus.

Viuẽs nullum sine pabulo proprio.

l. 1. *Alleg:*

Animæ pabulum, mẽtis ad DEUM elevatio.

Ps:

Beatitudinis desiderium, cibus animæ.

asset, cælesti virtute cum anima & Corpore ad Cœlestem deportatus Patriã: adhuc tamẽ sub quæstione apud Scholasticos manet, competebat ne fructibus illius arboris iste mirabilis effectus, ex natura ipsius ligni, an ex ordinatione Divina? sed ista subtilitatũ dissidia agitentur interea pulveribus Academicis: ego pro eruenda ex præfato textu, ad nostrum propositum salutari doctrina, apud Sapientissimum Proverbialistam emendico suffragia ex illo loco, vbi ipse eidem paradisiaco *Prou:* Ligno Vitæ, comparauit pia desideria deuotæ animæ. Prou: 13. *Spes* (inquit) *quæ differtur affligit animam. Lignum vitæ, desiderium veniens.* Obseruant Commentatores (ap: Cornel:) quòd hîc Spiritus S. per os Sapientis faciat cõparationem Spei sanctæ, & desideriorum Cœlestium, æternorum, ac Spiritualium, ad desideria respectu terrenorum & temporalium; uti sunt ho- *Poma mũ danorum euanida.* nores, voluptates, & divitiæ: de quorum virulentia præcauens, fructus non ad gustum, sed ad afflictionem animæ, ea nominauit, dum dixit: *Spes quæ differtur, affligit animam.* Meritò dicendi huiusmodi fructus, *Poma desideriorum*, quibus famosa illa Apocalyptica meretrix delectabatur: cuius infelicita- *Apoc:* ti improperans Angelus dixit: *Poma desiderij animæ tuæ, discesserunt a te. Apoc* 18. Nam sicut venustum illud illicium deliciarum, intoxicata poma, bene constat, subitò euanuisse. *Discesserunt á te.* mortemq; æternam conscisse mulieri; ita non longè disparem, imò omninò similem incidunt in sortem illi, qui nimijs spebus eleuantur, flagrantq; desiderijs ad temporalia: quæ dum assequi non valent, aut iam acquisita miserè deperdunt; inenarrabilibus ictibus animam suam affligi, miseri perse- *Desiderij beatitudinis Vtilitates.* tiunt: & sic de vita animæ periclitantur, & plerumq; pereunt. Cæterùm quando Spiritus S. ab opposito, sacra desideria, appetitumq; rerum Cœlestium vocauit Lignum vitæ; *Lignum* (inquit) *vitæ, desiderium veniens.* per hoc ipsum declarauit, quòd fructus huius ligni, id est desideriorum talium, sit fructus vitæ: id est, talia desideria eximiè & plusquàm efficaciter, in vita spirituali, in pugna cum tentationibus, in exercitio continuo, constanti, indefessoq; virtutum animam corroborent, animent, & lætificent. Unde ad rem nostram bene accessit *Cornel a lap:* inquiens: *Spes æternorum adinstar ligni vitæ animam pascit, & oblectat.* Hinc est, quod *hic* longâ experientiâ Ascetarum probatũ sit, eò facilius & felicius stadia perfectionis decurrere quemq;, quò ardentioribus & frequentioribus ad æternã beatitudinem subinflatur desiderijs. Pulchrum valdè huius experientiæ, reliquit testimonium citatus supra Asceta Polonus: inquiens. *Desideranda est* *Exerc: 3. de beat:* *beatitudo: quia desiderium eius, est stimulus ad acquisitionem eius: Non habebis illam, nisi sedulò conquisieris, nisi infatigabiliter laboraueris, non laborabis, nisi te desideria indefessa stimulauerint.*

Probatur. Historicè.

Tertiũ est, quod tale desideriũ sãcta tædia ad æternã beatitudinem excitet in anima, eaq; promoueat: quia anima huiuscemodi exercitijs incumbens, & hîc in vita iucundè decurrit stadia vitæ spiritualis, & post mortem citius ac intimùs cæteris, beatificè vnitur DEO. Præeat Historiæ, iam tertiò citatus Asceta. *DEUS* (inquit) *noster delectatur tædio nostro ad ipsum: prope est talibus amatoribus, indulgens eis, solatiaq; sub-* *Exerc. 6.* *mittens, & variis gratia suæ modis, eos in tædio suo fouens, insuperq; ad beatitudinẽ certius & uberius capiendam disponens: ac pro modo & mensura tædij, ipsius beatitudinis copiam illis præparans.* Jam tandem audiamus Historiam & comprobemus rem à contrario. *S. Vincent: Ferr.* Conc: pro festo Omn: SS. scribit, quendam fuisse Ascetam magnæ Sanctitatis, qui dum obijsset; alius quidam amicus defuncti desiderabat scire de statu animæ ipsius, præsertim, an rectâ migraverit in Cœlum. His dum voluitur in cogitationibus; apparet defunctus ìgne circumdatus, qui stupescentem adver- *Exemplũ de Pœna purgatorij cuiusdam negligẽtis in appetenda Beatitudine.* tens amicum, affatus est defunctus. Heus inquit? Ne mireris: sum etenim destinatus ad piaculares flammas, certo tempore luendas pro eo solummodo, quòd in vita, non tam ardenter, nec tam frequenter ut oportebat, elicerem actum spei & desiderij ad beatitudinem æternam. Hinc robur a contrario agitatæ hactenus veritati: quod illæ animæ, quæ sollicitè & indefessè exercent se in desiderijs talibus, quando egrediuntur ex corpore, velocissimè & sine mora migrant ad

18. *Tædia ad beatitudinem, merentur ãpliorem gloriam.*

Domi-

Dominum: concludit ergo hunc discursum nostrum delicatus Asceta *Th: a kemp:* cuius pia auscultemus monita. *Fili cùm tibi desiderium æternæ beatitudinis desuper infundi sentis, & de tabernaculo corporis exire concupiscis, ut clâritatem DEI sine vicissitudinis vmbra contemplari possis; dilata cor tuum, & omni desiderio hanc sanctam inspirationem suscipe. Redde amplissimas supernæ bonitati gratias, quæ tecum sic dignanter agit, clementer visitat, ardenter excitat, potenter subleuat, ne proprio pondere ad terrena labaris.*

de Imit l. 3 c. 49.

PARS II.

SS. DEIPARA, Beatitudo Beatorum.

19. *Beatitudo SS. in quo, consistit*

ESsentialem principalemq; beatitudinem Beatorum consistere in clara & beatifica Visione DEI, eiusq; fruitione, nemo est Catholicorum, qui in dubium vocet; nisi turpem Machometi sectam oleat: satis enim clarè ipse Salvator beatam illam vitam oris sui sacrosancti eloquio circumscripsit: dum dixit: *Hæc est vita æterna, ut Te cognoscant DEUM Patrem, & quem misisti IESUM CHristum.* Joan: 17. Ac proinde dũ Beatiss. Virginem appellavi Beatitudinem Beatorum; non est mihi mens de essentiali intelligere Beatitudine: Cæterùm, loquendo de accidentali beatitudine, quoniam hodierna gloria Assumptæ Virginis, multùm de essentiali objecto trahit, ipsam rectè nominatam Beatitudinem Beatorum, multipliciter comprobo.

Joan:

MARIA Beatorum beatitudo.

Probatur. Figuraliter.

20. Celebris ille Solimæus Ecclesiasticus, mulieris cuiusdam decantans encomia, ait per similitudinem: Eccl: 26 *Sicut Sol oriens in mundo, in altissimis Dei; sic mulieris bonæ species, in ornamentum domûs suæ.* Hæc quidem vniversaliter in laudem cuiuslibet mulieris bonæ & præsertim illius, quam alter Sapiens Prou: Prou. 31. depinxerat graphicè, dixit Ecclesiasticus: Cæterùm excellentissimo modo & principaliter SS. DEIPARÆ, hodie Assumptæ, hunc Textum Scripturæ applicandum asserunt Expositores; præcipuus inter illos Hugo Cardinalis. Sed priùs indagandũ; quæ

Eccli:

Prou:

A nam Domus, sit propria Maria? certè nõ alia, nisi Cœlum & terra, quæ repleta sunt a DEO, Angelis & hominibus propter MARIAM: ipsa etenim dicitur Domina mundi. Est ergo MARIA in Domo sua, scil: in Ecclesia militante & triumphante, sicut Sol in mundo, qui totum ipsum illustrat ac benignè replet; sic DEIPARA in vtraq; Ecclesia, Cœli & terræ, eam mirificè illuminat ac præsentiâ condecorat, & lætificat. Præsto adest & Dionis: Carth: qui hunc textum versando, ita ait: *Domus bonæ mulieris, est S. Ecclesia, tam militans, Virgini gloriosæ commixta, quàm Triumphans ex Angelis & hominibus constituta: Itaq; sicut Sol materialis* B *suo splendore totum illuminat hemisphærium nostrum; sic felicissima virgo, omnium mulierum optima, vniversam lætificat militantem triumphantemq; Ecclesiam.* Vix non ijsdem verbis explanavit eundem locum iste Doctor alibi. Jd ipsum strenuè roboravit S. Ansel: dum Assumptæ SS. DEIPARÆ contemplando diem, & perauguſtam triumphi illius Pompam; sic Triumphantem allocutus est: *Dies* (inquit) *illa, non solùm Te, o Domina ineffabiliter sublimavit; sed Cœlum ipsum, quod penetrasti, nec non cuncta, quæ in eo sunt,* C *novâ & ineffabili gloriâ decoravit: novâ quidem Cœlum decoravit, quia priorem eius gloriam ex præsentia sui, vltra quàm dici possit, aut cogitari, magnificavit.* Putabis fortè (amice Lector) hunc Doctorem sanctum, utpotè tenerrimè addictum SS. Virgini, devotionis affectu vel excessisse MARIÆ elogium, vel decedere ingenium, quòd è tam evecto cacumine, timebis ne periclitetur in casum. Quid est enim, quòd pura Creatura, novâ gloriâ Cœlos perfundat, præcipuè Angelos, (ut doctè discutit illustrissimus Antistes, Zerda) cùm corporea sit, quos dedecere putabis in inferiori natura gloriari? sed quæso, ne D præcipites gradum: Elevatissimus iste Doctor, in laudibus MARIÆ periclitari non novit, nec potuit: in cuius præconijs, ex sensu Subt. Doctoris, meliùs est excedere, quàm deficere. Meritò enim percalluit idemmet S. Anselmus, dum novam gloriam esse præmonuit, insolitamq; nimis, quæ mulçet Cœlites, hilarat Spiritus; & tamen sub convexis adolevit, & è terra tra-

MAriæ domus, cælũ.

l. 1. de laud: V. c. 4.

l. 4. art: 15. ap: Poliant:

de excel v. c. 8.

MAriæ assumptæ lætitia cæli.

Acad: 28 s. 1.

jecit ad ſuperos. Et ſane ad rem: quæ enim magnificavit Dominum, ipſâ atteſtante per hymnum, quidni gloriam magnificaret Cœleſtem? Quæſo etenim; quid fuit animam Virginis, Dominum magnificaſſe? Scio ex Origene: Quoniam in animo limpido, vt pellucido ſpeculo, totam retulit fidelibus, nullibiq; lituratis lineis, DEitatis Jmaginem, imò & in vtero, TRinitatis ſpecimen: quoniam cùm DEVS in Creaturis non reluceat, niſi vt vnus; MARIÆ caro, Filio DEI gravida explicuit vt Trinum (Verba ſunt genuina præcitati Antiſtitis) Crevit igitur aliqualiter in agnitione DEVS, & quaſi Magnum, ut potè pleno Perſonarum numero, ſe in Virginea præſtitit cryſtallo; ſiquidem in Jncarnatione tota operata eſt TRINITAS. Ergo cùm beatitudo ſeu vita æterna ſit, *ut Te cognoſcant DEUM Patrem, & quem miſiſti* IESUM, probè dixit Anſelmus, quòd MARIA in Cœlum ſublimata *priorem gloriam eius, ex præſentia ſui magnificavit*, id eſt quaſi provectiorem reddidit: in qua habuêre Cœlites vividam ſimilitudinẽ SSS. TRINITATIS, ex miraculo Dei generationis, in Virgine. Quæ gloria, quantumvis accidentalis, nec vtiquam cum eſſentiali comparanda, plurimùm tamen de eſſentiali objecto trahit; Triados ſcil: nobiles ſcintillas excutiendo in MARIA, eaſq; per choros Cœleſtes ſpargendo liberaliter.

MARIA quomodo DEUM magnificaſſe dicitur: ita & beatos.

MARIA aſſumpta explicavit magn beatis Trinitatem

Probatur. Figuraliter.

21. Vt rem etiam Figuris conſtabiliamus, excurrere placeat ad locum Viſionum in Jnſulam Pathmos, & Apocalyptici Prophetæ extaſum arcana intimiùs perſcrutemur. *Signum magnum* (refert ille) *apparuit in Cœlo: Mulier amicta Sole:* Apoc: 12. & hæc communi ſẽſu Patrum, ſignabat SS. V. MARIAM. Adverto ſtatim illi priori textui de muliere bona, non inconcinnè quadrare iſtam viſionem. Sed quid iſte tam ardens amictus in fragili natura? tam flagrans peplum in humeris? Quis te fœminam hanc eſſe edocuit, Aquila Joannes? ſi igneus globus, integraq; ſolaris ſphæra ſacram ambibat fœminam, unde diſcreviſti ſexum in Cœlo? Dicerem cognoviſſe mulierem ex vtero; vnde adjecit: *Et in Vtero habens, clamabat parturiens:* ſi prægnantem in cœlo mulierem viderat; quem putas amictum contingere ipſi potuiſſe, niſi Solem? Jn cœlo prægnantem virũ cognoviſſe non potuit: in Cœlo enim neq; nubent neq; nubentur; prædixit CHRISTUS. Tantummodo Pater generat; ſi verò a Patre prægnans divino ſpiritu, vterum fœmina portabat; opus fuit Solem VERBUM in vtero baiulare. Si Solem igitur vtero induebat, quomodo induebatur a Sole? Hoc punctum difficultatis advertit Aretas Ep: Cæſar: vnde ait: *Magis ad cõſequentiam pertineret, ſi diceretur, non quòd mulier amicta ſit Sole, ſed potiùs quòd Solẽ ipsa in vtero clauſum amiciret.* Verùm arcana huius viſionis pandent SS. Doctores: Solarem enim amictum Virginis, nil aliud denotare aſſerunt Patres; niſi quòd ipſa Solem vtero geſtaverit, ſoliſq; iſtius irradiata luminibus, perfectiſſima Paralleia tam in terris, quàm, & tantò clariùs, in Cœleſti gloria effulgeat *Electa ut Sol.* Cui concinit mellifluus Doctor, hunc commentando textum: *Mulier* (inquit) *amicta Sole: planè amicta lumine ſicut veſtimento. In te manet, & tu in eo: & veſtu eum, & veſtiris ab eo: veſtis Solem nube; & Sole, ipſa veſtiris.* Reſplenduit ſanè iſte amictus MARIÆ in terris, dum in ipſa ille, qui exultavit ut gigas ad currendum viam, pro ſalute noſtra in vtero eius poneret tabernaculum ſuum in Sole: nam ut dicit S. Laur. Juſt. *Amicta ipſa Sole, quando Filium portans in vtero, facie ſplendebat ut Sol; ita quod Ioſeph, ut dicitur, ipſam facie ad faciem videre non poterat.* Sed multò largiùs ſolares tuos in facies Sanctorum reſperſiſti radios, glorioſiſſimè aſſumptaVirgo, dum in ſummo horoſcopo beatitudinis & gloriæ, intra omnitudinem capacitatis puræ Creaturæ ſtetiſti. Hoc profecto myſterium premunt in Triumpho hodierno concrepantes vocibus Cœleſtes ſpiritus, dum ovantes Tibi aſcendenti in Cœlum, ſacra occinunt Drammata: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur? quaſi aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol Cant:* 6. Audi Jnterpretes mentis Angelicæ, & primum Seraphicum Doctorem; qui in Spec. V. ita ſcribit: *Sic ergo illuminans MARIA in gloria ſua, rutilans per omnia reſpicit: quia per omnes Angelos & per omnes Sanctos, gloriæ ſuæ illuminationem*

ap: Zeridam.

MARIA & veſtit DEum & veſtitur à DEO.

l. 12. Set de Aſſu:

Cant: 6.

MARIA Sol illuminas beatos.

MARIA Mulier ſole amicta cur?

Apoc:

tionem extendit. Et iterum alibi: *Electa ut Sol, ad irradiandam totam multitudinem Spirituum Beatorum.* Jn eundem sẽ-
l. 4. de sùm interpretatur hoc Angelicum Drã-
assump: ma Petr. Damiani. *Electa ut Sol: nihil enim habuit spiritus, in visibilibus creaturis excellentius, cui excellentia Virginis comparetur: multò enim ampliùs habuit claritas Solis, quàm Lunæ: quia etsi illa minores stellas obscurat; non tamen penitùs occultat: hic verò lucidiùs incalescens, sibi syderũ & Lunæ rapit positionem.* Et paucis interjectis. *Electa, sed & præelecta ut Sol. Quia sicut Sol, solus orbem illuminat; sic hæc sola, solidiori lumine & Angelos & homines illustrat.*

Probatur. Doctoraliter.

Juvant assertum Nostrum principa-
22. le & alij Doctores: S. Hieron. s. de
Hier: Assump: *Talibus* (inquit) *decebat Virginẽ oppignorari muneribus, ut esset gratiâ plena: quæ dedit Cælis gloriam, terris* DEUM
Hugo *pacemq́, refudit.* Hugo victor: l. 3. tit: 125. de Assum: *Felix dies, in qua Virgo virginum, Sancta Sanctorum, misericordiæ Mater assumitur, paradisus deliciarum, Angelorum gloria, ad Regalis Solÿ celsitudinẽ*
Bern: *sublimatur.* S. Bernard. s. 1. de Ass: *MARIÆ præsentia totus illustratur orbis adeo, ut etiam ipsa iam Cœlestis Patria clariùs ru-*
Pet:Dam *tilet virgineæ lampadis radijs.* S. Pet: Damian: de Assump: *Quemadmodum nullum est Astrum, excepto sole, adeò pulchrum, ut Lunæ; sic summa gloria est post* DEUM, *videre Virginem, adhærere illi & in illius pro-*
Jldef: *tectione commorari.* S. Jldeph: de Assum. s. 2. *Hæc festivitas Assumptionis Virginis, præcipua & venerabilis nobis: sed venerabilior est in Cœlo, Angelis & Sanctis omnibus; quorum lætitia & gaudium proculdubio ex huius diei completur exultatione: quando* DEI *Genitrix clarior Sole refulsit in throno claritatis.* Neq́; hoc mirum esse debet,
Bonav: cum illa a D. *Bonaventura in spec:* TRINITATIS *requies & complementum dicatur: quia scil: eiusdem gloriam adextra* vbertim cumulat: *pariter etiam Cœlitum gloriam accidentalem, mirificè complere dicitur.* Cõ-
Anſel: cludat sensa Patrum S. Anſel: hom: de Concep: V. *MARIA est Beatificatrix Sanctorũ.*

Probatur. Miraculosè

Sed veniamus quoq́; ad visiones
23. miraculosas: quarum, vnam specialem recito. Narrat *S. Gertrudis l. 4. Revel:* 49. quomodo in vesperis Festi Assumptionis Beatissimæ, mirabilem ipsa habuerit apparitionem; quasi præsens esset cætui Sanctorum: vbi inter alia hæc narrat: Dum intonaretur Antiphona: Tota pulchra es, irruens B. Virgo in amplexum Domini, per cordis eius organum, singula illa verba intonare videbatur, in memoriam suavissimam illarum blanditiarum, quibus per eadem vel similia verba blanditus esse creditur, Filius Altissimi, Beatiss: suæ Matri: & ecce ex tali devotione, illius Divini cordis impetus efficaciùs superfluentes tam magnificè in animam Virginis inundaverant; vt ex nimia impetuositate influxûs, viderẽtur exilire, quasi stellæ materiales mirâ claritate præfulgentes; quæ vndiq́; Reginam Cœli circumdantes, ineffabili decore perornando lætificabant: quædam verò, quasi præ multitudine in pavimentum cadere videbantur: quas omnes sancti colligentes, & coram Domino præsentantes, in admiratione illarum, inexplicabili modo delectabantur: per quòd omnes Sancti de superabundantia dignitatis & meritorum Beatissimæ virginis, copiosè hauriebãt gaudium, gloriam, & beatitudinem indeficientem.

MARIA Assumpt: miraculosè repræsentat.

ap. spinell: f. 462.

Probatur. Symbolicè

Satis proinde perbellè quispiam As-
24. sumptæ Virgini in Cœlos alluſit hujuscemodi Symbolo: Depinxit quandã virgulam fumi ascendentem sursũ ex aromatibus: adjecto Epigraphen. *Moriens placet.* Per eandem virgulam denotabatur DEIPARA, quæ *a Raymundo Iordan: c. 14. apellatur* virgula fumi: quippe, quæ amoris igne succensa, suavissimos virtutum odores sparsit, tandemq́; etiam animam in illo amoris incendio exhalans, Cœlosq́; penetrans, immensæ gloriæ suæ cunctos Cœlites suavissimo recreavit suffitu. De hac etenim Sacri Epithalamij sponsus *Cant:* 3. quasi attonitus exclamat: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut Virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris.* Subjungit *S. Hier: Et benè quasi Virgula fumi, quia gracilis & delicata, quia divinis extenuata disciplinis, & concremata intùs in holocaustum incendio pij amoris, & desiderio charitatis, vt Virgula fumi ex aromatibus; nimirùm, quia repleta est multis virtutum odoribus; ideo manans ex ea fragrabat odor suavissimus etiam Spiritibus Angelicis.* Emblematis mentem sequenti Epigrammate explicavit *P. Masenius.* Ignis

MARIA assumpta, virgula fumi aromatici cur?

Ignis in optatos dissolvit aromata fumos,
Et lento sensim pascit odore polos.
Virgo, virga fuit; virtus suffecit odores;
Ignis amor, fumus vita, quieq; Deus.

Epilogus.

25. VVlgare illud occurrit. *Nemo in vita, beatus:* en statim sacræ invidiæ stimulus quem viventium non pungat? dum Assumpta Virgo Beatorum nonnisi Beatitudo esse deprædicatur: nos in hac lacrymarum valle viventes quia beati esse non valemus, frui istâ MARIanâ beatitate nequimus. Heu tædia! heu mærores! o quot nobis anni, dies, horæ, minuta expectationis, vbi primùm licuerit hanc Beatitudinem Beatorum Beatiss. assumptam salutare, illâq; post DEVM, beari? verùm o pientiores cultores MARIÆ, mæstas relevate tantisper mentes, etiam in vita habet beatos suos, MARIA: iuxta illud. *Beatus qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostij mei &c:* Prou: 8. Vigila ad fores eius per quotidianam devotionem, eamq; debitè studiosam: observa ad postes eius, tenendo stationes firmas per imitationem virtutũ ipsius, & cætera exercitia spiritualia; crede, adhuc in vita hâc beatitudine MARIANA beaberis: illa etenim Visitationibus cordis tui, absterget omnem lacrymam ab oculis tuis: ampliùs tibi non erit clamor neq; dolor; sed in lætitia recti cordis famulãdo DEO, vives vitâ MARIÆ, & in secura spe lucrandæ illius vltimatæ beatitudinis, permanebis. Amen.

Prou: 8.

Votũ assumptionis.

BIBLIOTHECA Ecclesiæ DEI, SS. DEIPARA.

Pro Nativitate B.V. MARIÆ.

Liber generationis IESV Christi. Mat. 1.

26. EN iam hodie, plusquam felici auspicio, caliganti, & tenebris ignorantiæ, vel potiùs stultitiæ involuto mũdo, ut meliùs videat & tandem sapiat, cœlestis sapientiæ panduntur abdita: imò tota illa æternarum veritatum aperitur Bibliotheca; dum Liber generationis JESU & simul MARIÆ, in gratiosissima Nativitate Virginis, è summo quasi demittitur Cœlo. A.A. *Liber Generationis* (inquit Evangelista) nec immeritò: Fabulabantur etenim antiqui Pòétæ, natâ Deâ Sapientiæ Mineruâ, auratos Rhodijs Cœlum pluisse imbres. Quid mirum, si dum hodie honoratissimis Parentibus gignitur nõ falsa, sed vera Minerua, uti eam vocare autus est Trithemius: utpotè illa, quæ dicitur sedes Sapientiæ, libros sapientiæ, quæ per aurum, iuxta S. Aug: notatur, cœlum nobis depluere non dedignatur. Librum istum, qui semel & vnico VERBO, stylo, calamoq; Spiritûs S. descriptus est, atq; per hoc ipsum factus, congeries compendiosa veritatum, planiùs dicam Bibliotheca, Te ipsam appellabo Beatissima Neo-nata MARIA. sic etenim Te in ortu tuo salutavit Damasc: *Hodiernâ* (inquit) *die is, qui omnia effecit DEUS VERBUM, quòd Pater de pectore eructavit, librum novum condidit, DEI linguâ a Spiritu tanquam calamo quodam in ipso scribendum.* Et luculentiùs ad rem nostram applausit *Rich: a S. Laur:* qui te o Beatissima! appellavit *Bibliothecam; in qua repositi fuerunt omnes libri veteris Testamenti & Evangeliorum; quorum omnium plenam habuisti notitiam.* Vagit adhuc Neonata MARIA, & iam eloquia Cœlestis sapientiæ prodit, atq; infantilibus in cunis, fascijs nonnisi togata Magisterium

Minervâ natâ, aurum Cœlo depluit.

I. 1. de mirac: B.V. in Vrticeto

MARIA Minerua

orat: P. de nat:

MARIA Neonata, Liber.

giſterium Eccleſia Dei, ab ipſo generationis Libro, auſpicatur. Quotquot vanis incumbitis ſtudijs & quod peius, curioſis, fabuloſis, idq; perſſimum, ſuperſtioſis, alijſq, pernicioſis delectamini libris; linquite veſaniam: huic potiùs cœleſtis Sapientiæ, Bibliothecæ, animos ſtudiaq; veſtra conſecrate. Ego neo-natam DEIparam, vere dici & eſſe Bibliothecam Eccleſiæ DEI demonſtrabo: priùs tamen aliqua contra libros pernicioſos & his ſimilia detonaturus. Salutemus iam hymnidicè Neo-natam.

MARIA Eccleſiæ Bibliotheca.

O Bibliotheca DEI!
Robur errantium Spei.
Nunquam errat, Tibi ſtudens;
Sed ſit Doctor, quaſi ludens.

PARS I.

Libri pernicioſi, noxa animarum.

27. SI quod aptius fomentum ignis & flammæ pabulum, quàm charta, papyrus, codices, & libri ſunt; idq; nedum phyſicè, ſed tantò magis in ſenſu ſpirituali: nam ſi fabuloſis, obſcænis Naſonum aliorumq; Profanorum Poetarum figmentis, aut laſcivis veterũ recentiorumq; hiſtorijs reſperſi ſunt libri, quos teris manibus; ſenſim pyram ignemq; libidinis inextinguibilem ſuccendent in te. Quid dicam de curioſitatibus Aſtrologiæ Iudiciariæ, Nicromantiæ, & ſimilibus? in quibus tot infernales focos, ſtygius Alaſtor exſtruit; quot characteres, notas, figuraſq; vel ſuperſtitioſa nomina fingit, cum ingẽti animarum ruina. quòd.

Libri pernicioſi, noxa animarum,

28. *Probatur.* Scripturaliter. Poſtquam S. Apoſtolus Timotheo dilecto diſcipulo, in prima ad eum Epiſtola, ſpiritualium librorum recommendaſſet lectionem, ſcribens eidem: *Attende lectioni, exhortationi & doctrinæ.* 1. Tim: 14. tandem in ſequenti ad eundẽ Epiſtola, ad vitandos profanos, ſacrilegoſq; libros, ſeriò exhortatus eſt eundem. *Profana autem* (inquit) *& vaniloquia devita.* Et cur ita Diviniſſimè Gentiùm Præco? cum & ipſe olim, (ut notavit Bellouac:) aliquos verſus Poetarum, dictaq; tuis ſcriptis indidiſti: quem etiam S. Saleſius l. 1. epiſt: aliquando Aratum Menandrum profanũ Pòetam citaſſe obſervavit. Deinde ſacer textus memorat, Moyſen & Danielem, ſapientiâ & literis Ægyptiorum Chaldæorum laudabiles, ſimulq, pios. Subdidit propterea mox rationem Paulus. *Multùm enim* (inquit) *proficiunt ad impietatem.* Si Moyſi, cui Dracones, ſi Danieli, cui fornax, ſi demum Paulo, cui nec venenatæ nocuêre viperæ, parem te vel ſimilem ſpondes; indulgeo: lege, revolue profanos Pòetas; ita tamen, ut iuxta mandatum DEI apud Prophetam, *ſepares pretioſum a vili* Jer: 15. Sin ſecùs, & quidem ita eſſe ambigo de te: crede quæſo Paulo, quia multùm tibi proficient ad impietatem: partim ob vitium Authorum, qui aut veri DEI notitiâ deſtituti, aut hæreſi nefariâ infecti, vel ſtygio illuſori nefariè confœderati, tacita ſub mellitis verbis rationibuſq; recondiderê aconita: partim quia (ut præcavit S. Aug:) habent hoc profanorum Pòetarum, Gentiliumq; libri, cum delectatione perlecti, quòd tantò fortiorem in legente impreſſionem faciant; quantò in ſe continent ingenioſiores eloquentiæ, elegantiæ, doctrinæq; conceptus: verba pono S. Doctoris. *Hinc* (inquit(*verba diſcuntur, hinc acquiritur eloquentia, rebus perſuadendis, ſententijsq, explicandis maxime neceſſaria. Ita verò non cognoſceremus verba hæc: Imbrem aureum & gremium & fucum, & templa Cœli, & alia, quæ in eo loco ſcripta ſunt, niſi Terrentius induceret nequam adoleſcentem proponentem ſibi Iovem ad exemplum ſtupri &c. &c: & vide, quomodo ſe concitat ad libidinem, quaſi cœleſti magiſterio. At quem DEUM inquit? qui templa Cœli ſummo ſonitu concutit, ego homuncio id non facerem!* Rectè ergò Apoſtolùs dixerat, lectionem ſimilium multùm ad impietatem proficere. Imò in alio loco idem Apoſtolus, ſolam retentionem talium librorum, Idolatriæ peccatum eſſe cenſuit nempe 1. *ad Cor:* 8. ſcribens: *Si quis viderit eum, qui habet ſcientiam in Idolio recumbentem, nonne conſcientia eius, cùm ſit infirma, ædificabitur ad manducandum Idolo, id eſt Idolis conſecrata.* Mentem enim Apoſtoli explicando Origenes ſic ait: Ego

Jer:

l. 1. Cõf c. 16.

Libri pernicioſi, mellita aconita.

Libros pernicioſos retinere, Idolatriæ crimen, Paulus cenſet

adTim:

Spec: l. 1. c. 5.

hom: 20 in Num: *go puto, quòd ſic, ut omnis ſermo, qui pietatem, iuſtitiam, & véritatem docet, Deo conſecratus eſt & immolatur; ita omnis ſermo, qui ad impudicitiam vel iniuſtitiam, vel impietatem reſpicit, idolis immolatus ſit; & qui eum revoluit, quaſi idolis immolatum manducet.* Hæc ſanè Apoſtoli doctrina, in vagiente adhuc Chriſtianiſmo, dum Epheſi ille prædicaret, adeo inAct. 19. ualuerat; vt pleriq; inſigni zelo contra hanc peſtem animarum exciti, (notavit hoc Lucas) *qui fuerant ſectati curioſa, contulerint libros & combuſſerint coram omnibus: & computatis pretijs illorum, invenerunt pecuniæ denariorum quinquaginta millium.* Vatablus computat pretium, quinque millium aureorum. Per hæc autem curioſa *Chryſoſt. Beda, Euſebius* intelligunt, artes Magicas, Niap: Corn cromantiam. *Mariana* cenſet per curioſa hic, accipi libros Chalchymiæ, id

Aſtrologia iudiciaria proſcripta apud Romanos.

eſt permutandi metalla v. g. ex ære aurum, ex ſtanno argentum; quorum opifices, Diocletianus igne comburi iuſſit: & idâ atteſtante. Alij pro curioſis accipiunt Aſtrologiam iudiciariam & Genethliacam; quæ ex horoſcopo natali divinat, quæ in vita & morte eventura ſint: contra quam inuehitur

l. 1. de doct: Chriſt: c. 21. *S. Aug:* Vnde ab Eccleſia huius ſectatores pridem icti ſunt anathematis fulmine, & olim ſub Ethnico licet, Imperatore Claudio, a Republica Romana, ſenatûs decreto leguntur proſcripti.

Probatur. Figuraliter.

29. Huius veritatis Apoſtolicæ de damnis animarum ex occaſione peſtilentium Bibliothecarum aut Librorum, ſit nobis in indagando pro regula, Regula illa aurea Jerichontina furto a quodam ablata. Nemo ignorat (puto) hiſtoriam illam ſeu caſum, qui contigit

Jos. in Libris Joſue c. 7. circa Achan: iſte etenim impius contra Domini præceptum admiſſo furto, quo abſtulerat pallium, regulamq; auream, totum populi illius, qui magnis paſſibus ad poſſidendam Promiſſionis terram properabat,

Regula aurea furto ablata ab Achan, figurat libros perniciosos.

victoriarum ſtetit curſum, multæq; cladis, in electo DEI cætu occaſionem præbuit. Juxa Origenem, Jericho denotat mundum, mundanamq; ſapientiam. Jericho enim Luna interpretatur, ſtultus vero, ut Luna, iuxta Sapientem mutatur: & quis ſtultior ſapientiâ mundi? iuxta Apoſtolum: *Stultam* (inquit) A *fecit ſapientiam huius mundi* 1. Cor: 2. Regula verò aurea, quæ ſecundum aliquos lingua muta fuit, ſeu in modum linguæ efformata, perbellè ſignificat libros Philoſophorum, Rhetorum gentilium; quæ linguæ etſi vocales non ſint, ſed mutæ, tamen efficaciter & ad cor loquuntur, ut ſerpentino ſibillo animas inficiant & interimant: hi quantò accuratiùs & ſtudioſiùs occultantur, tanto perniciosiorem in populis Eccleſiæ DEI, excitant animarum ſtragem. De quo audiamus Origenem ad rem noſtram directè ſic dogmatizantem: *Non puto* (inquit) *in illo furto parvi auri, tā-* B *tam vim fuiſſe peccati, ut tam numeroſam Domini Eccleſiam macularet: ſed videamus ne forte interioris intelligentiæ ſit tanta & tam gravis acerbitas iſta peccati. Multus decor eſt in verbis, & multa in libris Philoſophorum vel Rhetorum pulchritudo, qui omnes de Civitate Iericho; id eſt huius mūdi homines. Si ergo invenias apud philoſophos, perverſa luculenti ſermonis aſſertionibus decorata; iſta eſt Regula aurea. Sed vide ne te decipiat fulgur operis, ne te rapiat ſermonis aurei pulchritudo: memento quia Ieſus ſeu Ioſue anathema eſſe iuſſit omne aurum, quod in Iericho fuerit inuentum. Si Pœtam legeris modulatis verſibus* C *& profulgido carmine Deos Deaſq; texentem, ne delecteris eloquij ſuavitate, regula aurea eſt: ſi autem ſuſtuleris & poſueris in tabernaculo tuo, ſi introduxeris in cor tuum ea, quæ ab illis aſſeruntur, pollues Eccleſiam Dei.* hucvſq; Origenes. Quòd ſi ita eſt, quid mirum? quòd providiſſima Mater Eccleſia, puſillorum præcavendo ruinæ, quorundam etiam Sacræ ſcripturæ librorum, uti Geneſis, Canticorum lectionem, pro certis perſonis modificaverit, ut teſtatur *S. Hieron:* alios autem abſolutè prohibuerit, anathemate quoq; tam legentes, quàm poſſidentes feriendo. Meritò proinde idem *S. Hier:* pro frequenti & auida lectio- D ne Ciceronis in viſione ſe flagellatum fatetur: qui plagis illis melior factus, quoſq; Chriſtianos præſertim Eccleſiaſticos inclamat ibidem hiſce verbis:

Cor.

in Proœ ad Ezech:

in reg: Monachor:

Quid facit cum Pſalterio Horatius, cum Euangelijs Maro, cum Apoſtolo Cicero? quæ ſocietas lucis ad tenebras? ne ergo legas Philoſophos, Oratores, Pœtas, ne in eorum lectione requieſcas, ne nobis blandiamur.

Hieronymus flagellatus.

Abſit, ut de ore Chriſtiano reſonet Iupiter omnipotens

omnipotens, & me Hercule, & Meſcator &c: magis portenta, quàm Numina.

Probatur. Hiſtoricè.

30. Damna hæc animarum ex libris pernicioſis pullulantia, probant adhuc funeſtæ quædam hiſtoriæ. Legimus quomodo apparens Beatiſſima Eremitis, cùm omnium cellas viſitaſſet gratioſè; vnius, quamvis aliàs pientiſſimi ſenis, etiam invitata intrare noluit tugurio-lum, ab aliquot ſolia Neſtorij hæretici, in aliquo libro, ignorante ſene, latitãtia: inquiens: *Habes intra cellam inimicum meum, & vis ut ingrediar?* Senſit quoq; lectionis prauæ peſſima mala quidam adoleſcens: de quo *Bidermanus.* Hic in frequenti Athæneo exemplum, archetypon omnis modeſtiæ, verecundiæq; habebatur: rapiebat in ſe omnium oculos, animoſq; virgineus morum candor ac verecundiæ decor: interim impurum inceſtumq; Pœtam, a ſtylo terſo & laſciuo commendatum arripit, oculis luſtrat, legit, mente verſat, & derepentè in omnium vitiorum abrupta ferri, omniſq; nequitiæ facem ſocijs prælucere, & paucis menſibus is omninò, eſſe cæpit; quem Magiſtratus edicto publico ab vrbe & Academia proſcripſerint. Quis numeret formidabiles eventus illorum? qui Magicis, Nicromanticis, etſi tantùm occaſionaliter ex curioſitate & quidem ſolùm perfunctoriè, intenderant libris. Jdem *Biderm:* refert quendam è nobili familia adoleſcentem, dum in hoſpitio ad feneſtræ forulos neglectum & abiectũ advertit libellum Doctoris Fauſti Nicromanticum, arripit, aperitq; imprudẽs: in quo dum legit modos emungendi pecuniam ab inferni trapezita, fortè quidpiam complacet; ſed tandem animum colligens, execratus librum cum diris abjicit: curioſæ tamen lectionis pænas dedit; nam dæmon ille in forma opilionis apparens itineranti, eum invaſit, & multis annis identidẽ miſerè afflixit, direq; exagitavit. Jnfelicius factum recitant Authores in quodam ex diſcipulis perditiſſimi illius & noti proximioribus ſæculis Magiſtri, cathedræq; peſtilentialis Rectoris, Cornelii Agrippæ: Hic in abſentia Magiſtri ſui ſubintrans intimius eius cubiculum, dum librum, quo ille vtebatur ad invocandos dæmones, apertum reperit, notaſq; ac Figuras ex arte erigit; ſubitò adeſt ſtygius Miniſter; & cum ille perculſus timore hoſpitis infauſti, in proſequendis vlterius notis ac Figuris aberrat a regulis; terræ alliditur, in duaſq; partes diſcerptus miſerè interijt. Tantì nimirùm ſtetit vnius temeritas lectionis. Quare vos rogo & obſecro prurientia curioſorum capita: cùm Divinus amor, Cœleſtiſq; ſapientia non minùs ſolers ſit, ut animas venetur, quam ſtygius leno; a cubili veſtro, a bibliothecis, ab abacis, tales peſtilentes libros proſcribite: ſalutares, ſpiritualeſq; de CHRiſti paſſione, de noviſſimis & his ſimiles ſubſtituite. Sed iam tædet his immorari libris; cum præſtò nobis hodie adſit Liber Generationis JESV, qui ſimul eſt vniverſalis fidelium Bibliotheca, videlicet, Neonata MARIA.

MARIA auerſatur libros pernicioſos.

l. 2. acroam tõ 7.

Librorum pernicioſorũ lectione curioſa, inuenis corraptus.

Nicromãtiæ curioſum lectorem, dæmon exagitat: alium ſuffocat.

PARS. II.

SS. DEIPARA, Bibliothecâ Eccleſiæ DEI.

SIngulare quid notavit *Strabo,* Regibus olim, non tantùm de Provincijs, ſed & de Bibliothecis æmulationem fuiſſe, præſertim in Aſia: ut tot ille cenſeretur conſcripſiſſe milites; quot ſcriptos conquiſiſſet codices: & qui plures, nobilioreſq; congreſſaſſet; illi daretur palma. Memorabilis eſt illa Eumenis Regis Atthalici Bibliotheca Pergamenſis dicta, cujus æmulus Ptolomæo Rex, fuit; qui ſupprimere libros chartaſq; Pergami conabatur: quod adnotavit etiam S. Hier: Hâc tamen Bibliothecâ Antoniùs nobilis ille Triumphator potitus, eam Cleopatræ, dono dedit. Porrò amantiſſimus Sponſæ ſuæ Eccleſiæ ſponſus, nobiliorem longè providit ipſi Bibliothecam; dum in naſcente hodie Beatiſſ: Virgine, omnium æternarum veritatum & fidei myſteriorum, quodq; maximum, totius S. Scripturæ manifeſtavit abdita. Et hoc ipſũ.

31. *Bibliothecarum cultus Regibus familiaris.*

Th: vit: hum: t: Bibliot.

MARIA Bibliotheca Eccleſiæ.

Probatur. Scripturaliter.

Grave eſſet, nec facilè poſſibile, omnia S. Scripturæ advocare loca, quæ in Noſtræ Virginis laudem cedere poſſẽt, eiuſq; prædicare ſapientiam & Magiſterium Divinorum dogmatum. Sacer enim textus, qui primaria eſt regula

32 *Maria in quolibet textu S. Scrip: cõtinetur.*

Ecclesia DEI, quot continet versus, verba & literas, tot habet veritates & mysteria de SS. MARIA. Hinc illud est
fer: de Conc:v. S. Vinc: Ferrerij. *Virgo MARia in omnibus libris S. Scripturæ, & in Canticis omnibus, imò etiam in singulis versibus, directè vel indirectè, est mystice contenta,* Adeo, ut quidquid Scriptura loquatur, entheum Spiritûs S. & simul MAria (suo modo) eructet: & sic quidquid docet Scriptura, totum facit MARiæ Magisterio.

MARIA Magistra S. Scripturæ. Jtaq; saltim ex principalibus, quia primis S. scripturæ verbis, veluti a capite Libri rem ordiamur & simul concludamus, ipsâ SS. Virgine manuducente: quæ meritò sibi usurpare potest illud in Persona sui per Psalmistam dictum *In capite Libri scriptum est de me &c:*

Psal: Ps: 39. Caput quippe Libri seu S. Scripturæ, ex mente *S. Hieron: Ambr: August:* est ipsum initium sacri textûs; illa videlicet verba: *In principio DEUS creavit Cœlum & terram* Gen: 1. Jn quibus verbis, si Hebræa Dialecta accuratiùs scrutari placeat, duo innuuntur; scil. SS. TRINItatis vocabula per initiales literas *Beresith:* (quod subtiliter satis examinatum invenies *ap Zerdam*) Et præterea, quòd id ipsum illud, quod dicitur *In principio*, licet ex proprietate vocis, non significet Filium, sed primordium alicuius rei; tamen quâ Filius DEI, principium est, non solum rerû, nam per ipsum omnia facta sunt, sed & primogenitus ante omnem Creaturam; ideo in hac lectione, Emblema Filij præfiguratur. Quam sententiam amplexantur Patres. *Aug: Beda. Rupertus. D. Th: Cyrillus.* Nec sine mysterio, in visione Apocalyptica seipsum, Alpha & Omega, id est principium & finem appellavit: ex quibus ingeniosè deducit Tertulianus, per has duas Græcas literas, primam & vltimam, nedum Filiationem æternam, sed temporalem quoq; ex SS. MAria indigitasse. Jtaq; si in capite Libri S. Scripturæ legitur de CHRIsto, legitur simul de MAria: sicq; omnes veritates atq; dogmata Scripturæ originantur a CHRisto & etiam a SS. MARIA. Ne autem putes duriusculè cohærere ista cum eo quod intendimus, longeq; avocari ad MARIam; scias vulgare esse elogium illud, quod ex Epiphanio circumfertur de ipsa, *sermone de laud:* V. in quo Cæli terræq; mysterium appellat MARIAM,

Acad:2. sect: 1.

ap: cit: Zerdam

l. 1. de monogã c. 5.

MARIA ubiq; legitur, ubi de Christo Scriptura loquitur.

A non alibi certè magis absconditum; quàm in S. Scripturæ verbis: & propterea dicenda, summa Scripturarû, Filij geniti beneficio effecta. Rectè itaq; illam in hodierna Nativitate sui, tanquam locupletissimam S. Script: & Cœlestium intelligentiarum Bibliothecam salutavit S. Germanus. *Salue* (inquit) *legis atq; gratiæ mediatrix, veteris, noviq; testamenti sigillum, totius Prophetiæ clarissimum supplementum, summa divinitùs inspiratæ veritas Scripturæ.* Convenit in sensu S. Ansel: dum de MARIA ait: *Quid de DEO non sapiebat? in qua Sapientia Dei latebat, & in cuius vtero corpus sibi aptabat:* paucis interjectis, subdit huiusce modi argumentationem. Christus (*ait Apostolus*) est DEI virtus & DEI sapientia, & in eo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi; CHristus autem in MARIA: ergo DEI virtus & sapientia, & omnes thesauri sapientiæ & scientiæ in MARIA.

in Maria omnes thesauri sapientiæ & scientiæ.

Probatur- Figuraliter.

Non pigeat quæso piâ curiositate originalem investigare causam ruinæ illius celeberrimæ in toto Orbe Ecclesiæ, seu Domûs DEI, tam immensis sumptibus ædificatæ a Rege Salomone: quæ tamen nedum omni suppellectili ac decore a Chaldæis, Babylonis & Persarum Regibus spoliata; sed etiam à fundamentis diruta, mæstissimum, nonnisi in ruderibus, magnificentiæ olim suæ reliquerat memoriale, tot viscerosis lamentationibus, lacrymisue Jeremiæ, deplorandum. Et ut acu rem tangam: non de lateribus, cementoq; aut auro vel argento, sollicitemur; sed de animabus, quarum quælibet lucrû vniuersi præponderat; id est de Gente illa perdilecta DEO, aliàs, de populi Judaici mysticaEcclesia, formemus quæstionem: Hæc tot dogmatibus Legis Divinæ per Moysen instructa, Davidicis monitis & exemplis roborata, Cœlestis Sapientiæ luce per sapientissimû Salomonem illuminata, & suprà quàm credi potest, famosissimâ Templi structurâ ubiq; gentium nominabilis; nihilominus brevi intervallo, & longè priùs, quàm sumptuosum illud Salomonis ædificium, in pessum dehiscere cœpit; dum in proximis statim nepotibus David, imo in ipso eius filio, Ecclesia illa, id est fideles DEI, ad ido-

33.

Iudaica Gentis ruina unde?

la dilaberentur. Et cur? fortè causam putabis, peccata populorum & Principum. Jta sanè: sed ulteriori ratione res vestiganda: huius ipsius proinde rationem originemq; inquiro: nec aliam iudico, nisi defectum notabilem Bibliothecarum, librorumq; Sanctorum. Vtinam ille sapientissimus, in fine saltem melius sapuisset, & post tot annorum spatijs ædædificata a se Gynæcea adeo sumptuosa, Bibliothecam quoq; vel vnam erexisset, usui Hebræorum communem: stetisset profectò perenniùs firmiusq; cum Templo illo, fidelium pietas, tam fœdè exinde in errores vitiaq; prolapsa. Jpsas nonnisi, Ecclesiam illam, habuisse Decalogi tabulas, easq; in Arca DEi sacrosanctè absconditas, hoc bene constat: Cætera dogmata quæro, vbinam conservarentur? quid de Davidicis Psalmis? quid de Filij eius Salomonis tot doctissimis Parabolis dicam? pars nonnisi modica habetur; & hæc, ut aliqui obsevãt, collectanea tantùm sunt aliquorum: cui non modicè suffragatur textus literæ *Prou:* 25. Vbi etenim sunt illa tria millia Parabolarum, quæ conscripsisse Salomonem, testatur Scriptura. Jmo si deinceps posteà supererant aliqui sacri libri, omnes combustos a perditissimo illo Rege Achaz Manassis filio, tradit noster *Lyranus*. Simile huic sacrilegium perpetrasse legitur Rex Joakim *Ierem:* 36. Tantus fuit illo sæculo, neglectus sacrorum Codicum, ut sub pio Rege Josia vix unum exemplar rituum, in templo Salomonis, idq; muro incluſú repertum fuerit 4. Reg: 22. Et hæc tota fuit Bibliotheca Hebræorum: Atq; sic dum invaluit in populo oblivio legis, cæcoq; impetu gens illa proruebat in scelera; tandem in summum crimẽ Jdolatriæ & gentilismum descivit. Proinde melius Salomone sapuisse videtur pientissimus ille Princeps Nehemias; 26. Mach: 2. qui reducto ex Babylone populo, dirutum profanatumq; a gentibus Templum, & magis populi corruptos restauraturus mores, cũ reædificato Templo, Bibliothecã quoq; erexisse perhibetur: *Construens* (inquit textus) *Bibliothecam, congregavit de Regionibus Libros Prophetarum & David, & epistolas Regum & de donarijs.* Atq; ista fuit (ut notat Cornel:) prima & solemnis Bibliotheca Judæorum adeò celebris;

Librorum Sacrorum defectus perdidit Iudæos.

ap. Cornel in c. 25. Prou:

3. Reg: 4.

ap: Cornel. in 4 Reg: 22.

Macha:

Bibliotheca apud Iudæos celebris.

ut æmulatione eius reliquæ demum, & præcipuè illa Ptolomæi Philadelphi, in qua concinnanda, 70. Jnterpretes Hebræi desudarũt, creverint. Jnde quãta & quàm felix, corruptæ & collapsæ illi9 Ecclesiæ successerit metamorphosis, ex initio sequentis libri Machab: capitis liquet. *Igitur* (inquit) *cum S. Civitas habitaretur in omni pace, & leges adhuc optimè custodirentur &c:* Porrò Nehemias iste Typus fuit Salvatoris nostri: qui plusquã Salomon vel in hoc, quòd novam sibi condendo Ecclesiam, de locupletissima eidem providit Bibliotheca. Et quâ nam? putabis fortè novi Testamenti Scripturam: sed quæro: extititne hæc a principio CHristi Ecclesiæ? minime. Nullus adhuc Evangelistarum vel vnum scripserat codicem, nullæ Apostolorum habebantur epistolæ vel Acta. Superiùs iam Sanctissimam Virginem MARiam cum Richardo appellavi *Bibliothecem* Ecclesiæ DEI: hanc ergo sapientissimus Fundator primitivæ Ecclesiæ suæ providit, ut tantò melius stabilijsset fideles illos, primosq; sectatores novæ fidei. Ab illa etenim accepisse lumen veteris testamenti Scripturam & vaticinia Prophetarum, idem Richardus perhibet. Et præterea; ũde quæso, Apostoli, Evangelistæ & præcipuè Cancellarius MAriæ Lucas, hauserunt notitiam de arcanis Jncarnationis, Nativitatis, actorumq; Salvatoris per annos 30. certè nonnisi ex hacce Bibliotheca; id est ab experientiali scientia MAriæ, cui tum subditus erat CHristus & commensalis. Audiamus *Eusebium Emiss. in Natiu: Dom:* sic alloquentẽ Beatissimam. *O MARIA sapientissima! o sola tali Filio dignissima! quæ omnia verba hæc in corde suo conservabat & memoriæ commendabat, ut postea ipsa docente, ipsa narrante, & nuntiante scriberentur, & in vniverso mundo prædicarentur, cunctisq; nationibus nũtiarentur: ab ipsa hoc Apostoli audierunt, & ipsã dictante scripserunt, nobisq; legenda mandaverunt.* similia habet & *Somphron.* Addo his, quòd *Chrystop: Vega in Theol: Mariana Palest:* 14. pluribus Paragraphis satis solidè probat, Beatiss: Virginem, optime & in excellenti, omnes Artes, Scientiasq; utpotè Grãmaticam, Pòésim, Rhetoricam, Dialecticam, Philosophiam, Theologiam caluisse, Magisteriò Spiritus S. edoctam. Sed de principali quid sentiant, præter iam citatos, Patres, videamus. *Pro-*

MARIA, primitivæ Ecclesiæ Bibliotheca fuisse deducitur.

MARIA docuit Evangelistas de mysterijs conscribẽdis.

ser: 2.

ser: de Assump

Probatur Doctoraliter

34. S. Andreas Hierosolim. scribendo ad Chrysostomum, Virginem Neotam fic è genu salutat: *Benedicta tu in mulieribus, quam Isaias propheticis oculis cõspicatus, Prophetissam & Virginem nuncupavit, visionemq; & Libri caput, idq; sigillo cõsignatum manifestè appellavit.* Rich: a S. Laur: l. 2. de laud. V. alludendo ad naturalem virtutem Cedri præservandi a tineis: Vnde sit quod cultiorum Bibliothecarum tabulata, seu Armaria, scrinia pro cõservatione librorũ, cedrina fiãt, alludẽdo simul ad illum locum Cantic: ubi Beatissima Cedro comparatur Libani, mysterium prodit hisce verbis: *Resina ĩstius Cedri, quæ de intùs erumpens, exteriùs apparet in corpore, & significat munditiam virginitatis & Cedria appellatur, libros conservat a vetustate & tineis, si inde perungantur. Quia Scripturam S. conservat B. Virgo a tineis, id est hæreticis, & vetustate; quia gratiam largitur diligentibus se maximè, quâ Scriptura S. meliùs in dies intelligatur, & pertrahentibus multis, multiplicatur scientia.* His Ecclesiasticis testibus iungamus Principem sæcularem, Jmperatorem devotissimum, Leonem, qui in hæc verba honoravit MARIAM. *Aue elegantissimum Scripturæ S. Volumen.*

And: Hieron:

Rich:

Leo Jmp: hom: 6.

Probatur. Miraculosè

35. Duo præcipua, imò miraculosa, sacro in textu, recensentur de vtroq; Joanne: sed a Præcursore ordiamur, cui maternus vterus pro cathedra, secundinæ pro toga fuerunt: dum adhuc infans, & iam Præco, Magister, summusq; Theologus: mutus licet, factis tamen novâ quadam suadâ ad VERBUM Jncarnatum peroravit, illudq; agnovit & professus est, quod aliàs nullibi legit vel didicit, nisi ex BIBLIOTHECA Cœlesti, visitante SS. MARIA, Elizabeth cognatam, vix embrionis emensus dies, auditor & discipulus eius factus. *Ut audivit Elizabeth Salutationem eius, exultavit infans in utero eius.* Luc: 2. O prodigia! o miracula! Nã D. Chrysostomus asserit, Joannem evasisse tunc in Theologum superiorem Angelis. Quæ (inquit) *in Cœlo ignoraverunt Angeli, cognovit Ioannes, qui gestabatur vtero: Thronos latuit, & eum qui erat in matrice minimè præterijt: celavit Dominationes, & ei qui erat in ventre, revelavit mysterium susceptæ carnis œconomiæ.*

Luc:

ap: Metaphr: hom: 2. de Nativ Joã:

A Et quæso vnde tã subitaneus tanti vates progressus? respondet dulciloquus Ambr: *Si primo ingressu tantus (eius) profectus extitit, ut ad salutationem MARIæ exultaret infans in vtero, repleretur Spiritu S. Mater infantu; quantùm putamus, vsu tanti temporis, S. MARIÆ addidisse præsentiam.* Non minus & aliud miraculũ cernere est in altero Joanne, scil: Evangelista: qui in mysterijs Divinitatis supra Hierarchias Angelicas altiùs evolavit, meritò Aquila dictus: & quidem non alio, quàm huius Bibliothecæ magisterio: Fauet & huic Joanni idem Ambr: *Mirum (inquit) non est, præ* B *cæteris Ioannem locutum fuisse mysteria Divina, cui præsto erat AULA cœlestium Sacramentorum.* Recentiora miracula si appellem, quia pene innumera, compendio rem premendo, memoro Albertum M. Thomam Aquinaticum, item Kempensem: qui rudi quidem ingenio a natura, dum huic Divinæ Bibliothecæ devotiùs incumbunt; in sublimes Ecclesiæ Doctores evasêre & Magistros, miris visionibus multoties ab illa instructi. *Vmbert:* quoq; notavit; quibusdam devotis Prædicatoribus SS. DEi-param apparuisse, nonnullis libros ministrasse, & tenuisse, alijs verba salutis C per seipsam dictasse. En sacram Bibliothecariam!

l. 2. Cõ: Lucæ 2.

Ioannes vterq; Sapiens ex Bibliotheca Mariæ

l. de inst Virg: c 7

l. 2. de Viris Prædi:

Probatur. Historicè.

Tetigi aliquid supra ex Plinio, quomodo ille Antonius tot victorijs gloriosus in tantùm adamaverit Cleopatrã; ut gratificaturus eidem pro haustu pretiosissimæ gemmæ, celebri illâ toto in orbe Pergamenâ BIBliothecâ jure belli potitus, eam dilectæ suæ dono dederit. Quis audeat impuris illorum hominum amoribus, castissimam, CHRIsti in sponsam sc: in Ecclesiam & in genus humanum dilectionem, quam usq; in finem, melius dicam, sine fine, D dilexit, comparare, aut dicere minorem? siquidem pretium carnis, quod per Mariam ab hominecommunicavit, regratificaturus naturæ humanæ, cùm ad Patrem migraret, sponsæ huic in dotem, nobiliorem non poterat dare BIBLIOTHECAM; nisi SS. MARIam, testimonium huius perhibente Angelo coram S. Birgitta. *Ascendente Filio ad suum Regnum, Virgo MARIA in hoc mũdo ad bonorum consolationem & errantium correctio-*

Bibliotheca Cleopatræ ab Antonio dono data.

ser: Angel. c. 19.

MAria, Apostolorũ Magistra. *correctionem remanere permissa est: Magistra Apostolorum, confortatrix Martyrum, doctrix Confessorum &c: Apostolis enim ad se venientibus, omnia quæ de suo Filio perfectè non noverant, revelabat, & rationabiliter deducebat.*

36. Epilogus.

SAcrum Hieroglificum fuit semper veteribus, Palladi seu Minervæ, Deæ Scientiarumm, oliva. Cùm igitur hodie nascatur verior Pallas & Minerva Cœlestis Sapiētiæ, quæ simul est locupletissima Divinarum scientiarum BIBLIotheca ac Vniversitas; huic proinde sapientiæ Præsidi, nedum animum, sed olea quoq; nostra, videlicet lucubrationes scriptorum, vigilias, & cuncta, quæ oleum redolent, monimenta consecremus. Tibi itaq; o Virgo sacra! ceu Scientiarum Numini, quidquid euehendæ dignitati Tuæ, pro ingenij nostri tenuitate quomodolibet elaborāmus, libenter omnia offerimus. Et, si ille Celius Calcagnius, adeo studiorum amans fuisse legitur; ut Bibliothecæ suæ consepeliri voluerit: Si quid in votis nobis est o MARIA ardentius, quàm ut laudibus Tuis, calami nostri, ingeniaq;, studijs prærogatiuarũ tuarũ, immoriātur. Ergo sāctissima Virgo Magistra Magistrorum, nos dirige, edoce, & à Filio Tuo impetra auxilia, ad illuminandas mentes, calamos dirigendos. Tu autem Dulcissime Fili MARIÆ, Almæ suæ Matris interventu, *Da mihi sedium tuarum, Assistricem sapientiam; ut mecum sit, & mecum laboret.* Sap: 9. in scribendis vel deprædicādis laudibus Dignissimæ Matris Tuæ, MARIÆ.

A M E N.

Th. vir hum lit. B.

in Bibliotheca, quā dam eligit sepulturam: curè

Sap:

Oliva, sacra Minervæ:

Votũ Authoru.

Pro Visitatione B. V. M.

BOTRVS terræ promisionis.

SS. DEIPARA.

Abiit in Montana cum festinatione. Luc: 2.

37.

TErram moveri, Cœlum stare, quidam imaginabatur Academicus, Copernicus, dictus: ingeniosè satis, sed non ingenuè: nam contra illum S. Scripturæ locum: *Terra autem in æternum stat:* Eccle: 1. & contra plures alios sacræ literæ textus, de motu Cœlorũ: vnde meritò anathemate proscripta est ab Ecclesia talis opinio. Ceterùm hodie, dum festinare MARIAM in Montana, & in domum Zachariæ suspicio; Terram moueri videre mihi videor. Milleni quippe Doctores SS. DEIparam varijs de motivis Terram appellant, & præsertim Terram Promissionis vel ideo sic dictam; quòd (ut obseruat S. Aug:) multò ante fuerit per Prophetas promissa: vel quia ut olim illa promissa Judæis, fluens erat melle virginitatis, & lacte fœcunditatis: iuxta testimonium doctissimi *Idiotæ:* & ex qua scaturiginem ducunt Cœlestis Patriæ dulcedines: viteq; feraciissimas, botros sapidissimos progerminans: quibus exulantes peregrini, ad illam promissam terram & mansionem æternitatis, ne in via deficiant, reficiuntur per MARIam, ut alacriùs currant, perueniantq;. En ergo hæc Terra ocyus Euro, sphærarumq; Cœlestium cursu hodie, quia iuxta Rupertum animata fuit & sensibilis, mouetur: & languentibus peregrinis ad terram Promissionis, vltrò ipsa occurrit cum delicijs, botroq; suæ benignitatis, (ipsa etiam a quibusdam infra citandis Doctoribus Botrus Abrahamicus dicta) profert & offert. Le-

Eccle:

Cælorũ motus, de fide.

S. 100. de Tẽp:

de B. V. P. 14. Cõt: 22.

MARIA terra promissionis.

38. Legimus olim magnum illum; prodigioſumq́; Ducem populi Moyſen, præmiſiſſe in terram Promiſſionis Exploratores, qui de fructibus illius terræ aſportantes, nauſeanti ſuper manna populo, orexim ad illius terræ poſſeſſionem excitarent: factumq́; eſt, quòd inter alios fructus, tulerint tantæ magnitudinis botrum; ut a duobus viris pendulus è vecte deportandus eſſet: Ad lenienda ergò peregrinantium mortalium vitæ tædia excurram ego, ad diviniſſimam Promiſſionis Terram, exploratorem deuotum acturus. Botros, vel ſaltim Myſtici huius Botri SS. DEIparæ, vuas beneficentiæ, primùm in domo Zachariæ, ac demũ alibi deuotè colligam: priùs tamen, vindemiatoribus mundanis, qui euanidis fallacium mundanarum promiſſionum delectantur Botris, breviter dogmata dabo. Salutemus interim hymnidicè MAriam.

Botrus mirabilis magnitudinis.

Tu es verè BOTRUS CHRiſti
Cuî vbera præbuiſti.
Nobis quoq́, funde vina,
Replens nos luce Diviná.

PARS I.

Voluptates mundanæ, Botri ſpecioſi, ſed pernicioſi.

39. LAmentabatur olim, dolebatq́; (ut ita dicam) Plantator vineæ ſuæ & cultor DEVS, apud Prophetam, quòd dum expectaret a vitibus eius botros atq́; uvas; inuenerit nonniſi labruſcas, ſcil: uvas immaturas, exſuccas, euanidaſq́;. O quot lamentationum Threnis, oculorumq́; lacrymis deploranda mortalium ſors, & potiùs infelicitas! qui tanto ſtudio mundanarum vanitatum, voluptatumq́, allecti illicio, promiſſionumq́; fallacis mundi, ineſcati, ſatiùs irritati dulcedine, totis niſibus veluti ad terram deſiderabilẽ anhelant ad mundialia, & currunt: nec, etiam ab Exploratoribus, hoc eſt a SS. Doctoribus præmoniti, quòd illa terra habitatores ſuos deuoret, a curſu ſuo deſiſtunt, modò lacte & melle, ſuavibuſq́, voluptatum botris quandocunq́; delicientur: ſed qualem demum inde colligant vindemiam, videamus.

Mundanæ voluptates, Botri ſpecioſi, ſed pernicioſi.

A *Probatur* Scripturaliter.

Magnus ille iam ſupra nominatus a me Dux Judaici populi, dum iam iam moriturus eſſet, in Cygneo ſuo Cantico, præſcius, reuelante DEo, futurorum, quòd Hebræi, aliarum Gentium & Jdolatrarum licentiâ vitæ, in ſectandis mundanis vanitatibus & voluptatibus illecti, poſt mortem ſuam, a vero DEo & fide defecturi eſſent, vocato in teſtes Cœlo & terrâ, graviter puniendos prædixit: ubi inter cætera pœnarum genera, numerat præcipuũ, Botrum videlicet quendam amariſſimũ vuamq́; fellis. *Vua eorum* (inquit) *vua fellis, & botri amariſſimi.* Deu. 3. Thaumaturgus meus Antonius, dum ex occaſione vini in Nuptijs Galileæ deficiẽtis, de fraudulenta & trãſitoria voluptate diſcurrit; ad oſtendẽdas amaritudines, quas epota mũdi & carnis voluptas, guſtãtibus eam relinquit, iſtũ locũ ad propoſitum explicando, per vinum & botrum amariſſimum, gaudia carnis & mundi intelligit. dum ſic ait: *Vtinam nobis deficiat vinum, de quo Deutor. 32. Fel draconum vinum eorum; id enim eſt mundi & carnis gaudium, de quo Salomon Prou: 23. ait. Non intuearis vinum, quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, ſed in noviſſimo mordebit te, ut coluber, & ut regulus, venena diffundet. Nota quod vitrum, vile eſt in materia, fragile in ſubſtantia, glorioſum in ſplendore: vitrum eſt caro hominis, quæ vilis eſt materia, quia fœtido humore procreata, fragilis in ſubſtantia, quia quaſi flos egreditur, & conteritur &c: In hoc ergo vitro, cùm ſplenduerit vinum mundi, ſcil: gaudium, non intuearis: id eſt cùm arriſerit tibi mundi proſperitas, carnis voluptas, non in ea delecteris: ingreditur enim blandè, ſed in noviſſimo mordebit te, ut coluber.* Hactenus præco Padvanus, tubaq́; Jtaliæ. Non aliud certè innuit & Doctor Gentium illis verbis: Dum mundum, & mundana, figuram nonniſi, & quaſi vmbram prætereuntẽ appellat. *Præterit enim* (inquit) *figura huius mundi.* 1. Cor: 7. Juvat huius loci ſenſum, paraphraſis D. *Chryſoſtomi* in eundem ſic ſcribentis: *Dicebat Paulus, præterit figura huius mundi, oſtendens, quòd humanorum gaudiorum quodlibet, in Figura nonniſi eſt: veluti vmbra aut ſomnium præterlabitur, nihil habens verum, nihil ſtabile.* Vnum nonniſi infallibile & certũ,

40. Deut:

Dulcedines mundi, botri fellei.

Dom: poſt Epiph:

Prou:

Cor:

hom: 59. ad Pop:

mœror

mœror ſcil: implacabilis, anguſtiaq́; animi, iuxta illud: *Extrema gaudij, occupat luctus:* Prou: 14. Continuus enim adeſt timor, ne potitis, caſu fortuito vel malitiâ potentioris priuetur, hominem afficit, vnde ex ſenſu Jobtis c. 15. *Sonitus terroris ſemper in auribus illius; & cùm pax ſit, ſemper inſidias ſuſpicatur.* Amaritudinum tamen omnium, compendium cenſeo; quòd dulcedo illius botri & vini ſpecioſi, id eſt, mundanarũ voluptatum, ſit ipſe vermis: quem obſeruavit idemmet Job: c. 24. videlicet, remorſus conſcientiæ de offenſo iratoq́; DEo, pæniſq́; inevitabiliter ſibi imminentibus.

Prou:

Job:

Probatur. Figuraliter.

Pænarum iſtarum, idoneam præſefert Figuram vindemia illa Botrorum terræ in Apocalypſi Joannis c. 14. ibi enim legitur, quomodo poſt deuaſtationem famoſæ illius Civitatis, Babylon: *Cecidit, cecidit Babylon, illa magna, quæ è vino fornicationis ſuæ potavit omnes Gentes,* mandauerit DEus per Angelum, alteri Angelo, qui tenebat falcem acutam, ut vindemiaret botros aliquos terræ. *Et alius Angelus exivit ex altari, qui habebat poteſtatem ſupra ignem.* Et clamavit voce magnâ ad eum qui *habebat falcem acutam: Vindemia botros terræ, quoniam maturæ ſunt vuæ eius.* Babylon hæc, ex ſenſu AngeliciDoctoris,typus eſt mũdanorum, qui vanitatem mundi amplexantur, & alios ad peccatum trahunt, vel exemplo, vel verbo. Hæc, ut plerumq́; fit, comparato ex vinea Sodomorum & Gomorrhæ vino iræ & fornicationis omnes potat gentes: quia, ut ait Pannonius, reprobis ſuaues guſtus ſunt, ira & fornicatio; quibus veluti ſuavi quodam liquore Babylon potat ciues ſuos. *Vindemia Botros,* videlicet reprobos mundanos (interprete *Ioan: Sylueir:*) Nam ſicut per Meſſem & triticum denotantur electi; ita per vindemiam & botros ſignificantur reprobi calcandi in torculari inferni, ut mox dicam. Botros ergo terræ intelligit homines terrenos, terræ, mundanis voluptatibus, vanitatibus addictos; quorum vuæ ſcil: concupiſcentiæ, quantò ampliùs turgent vino draconum, id eſt prauorum deſideriorum, illiſq; delectantur; tantò citiùs matureſcunt; ſed ad falcem acutam, hoc eſt ad duram & terribilem inferni pœnam. De quo

41.

Apoc:

Babylon typus mũdanorum.

ap: Sylueir: hic

audi Apocalypticum vatem: *Et miſit* (inquit) *Angelus falcem ſuam acutam in terram, & vindemiavit vineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum. Et calcatus eſt lacus extra Civitatem, & exivit Sanguis de lacu, uſq; ad frænos equorum, per ſtadia mille ſexcenta.* Quot verba, tot Myſteria. Dum dicitur: *Miſit Angelus in lacum iræ Dei magnum* D. Hieronym: *ap: Sylu:* legit ſubſtantiuè *Magnum:* dicens, non lacum magnum, ſed magnum, miſit in lacum, id eſt ſuperbum, eleuatum; quod primum eſt vitium amatorum mundi, miſit in vindictam in lacum; acſi ſpecialiter pœna inferni in ſuperbum ac arrogantem ſit præparata. *Miſit in lacum iræ Dei magnum.* Lacus iræ in Scriptura idem ſonat, quod abyſſus infernalis; qui quoniam plenus eſt omni confuſione, horrore, tormento, ac dolore; rectè dicitur lacus magnus; utpotè magna irâ DEi repletus, ipſis etiam dæmonibus, quamvis ipſius quaſi dominjum teneant, horribilis. Unde mox ab energumeno pellendi à Salvatore noſtro ſolicitè *Rogabant eum, ne imperaret eis, ut in abyſſum irent.* Lucæ 8. Jtaq́; per lacum iræ Dei, denotatur pœna ſenſûs, voluptuoſis, mundana ſectantibus, æternaliter infligenda: Pœna autem damni longè atrocior priori in ſequentibus innuitur verbis. *Et calcatus eſt lacus extra Civitatem.* cœleſtem ſcil: patriam. Quem ſenſum attigit indagine ſuâ Angelicus Thomas, inquiens: *Talibus botru, tale debebatur torcular.* Optimè & concinnè ad rem noſtram accinit. *D. Gregor:* dum ſic ait: *Vinearum appellatione, mentis concupiſcentiæ rectè figurantur, quia reproborũ corda inebriant, & a cognitione veritatis alienant. Sodomorum quippe vinea vitem, ex Gomorrha, ducit propaginem, qui nefandiſſimis concupiſcentijs replet mentem: quaſi enim vineam facit, qui inde æterna obliviſcitur, unde per concupiſcentias inebriatur: & qui ſe quaſi ſub vmbra vineæ & amœnitate praua delectationis refrigerat; æterni ſibi incendij retributionem parat. Unde huius vineæ fructus ſunt, vua fellis & botrus amaritudinis: vua quippe in viſu eſt, fel in ſapore, viſum oblectans, guſtum amaricans: quiæ nimirum, reproba menti valdè placet, quod concupiſcit, ſed in æterna pœna, quod ſibi modo dulce eſt, amareſcit.*

Mundi voluptates, citò matureſcunt ad falcẽ, ſ. pœnam Dei vindicis

Luc:

Greg: l. 4. in 1. Reg. c. 4

Probatur. Hiſtoricè.

42.

Meritò ſanè, quamuis Ethnicus Princeps

ceps M. Aurelius Antonius Jmperator ſimulq; Philoſophus, deguſtatis bene ſpecioſis mundanarum vanitatum voluptatiſq; botris, fallacias eius, melliataq; aconita detexit; dum iam iam, moriturus ingemuit: O (*inquit*) *munde? qui nihil aliud es, quàm immundus. Annus hic quinquageſimus ſecundus eſt, ex quo naſcentem me accepiſti, quo toto tempore, ne ſemel quidem veritatem audivi; & in decies mille mendacijs te deprehendi: nunquā à te quidpiam petij, quin promiſeris: nunquam tecum commercij quidquam habuerim, quin deceptus ſim. Deniq; nihil unquam in te, cur amandus ſis, vidi, & quidquid in te videbam, dignum erat odio.* Hæc tradit de iſto Jmperatore *Cuſpianus*, & *Sabellus*. Uſitatum eſt illud, venena etiam, arte ſi deputentur Pharmacopeâ, præſtantiſſima alexipharmaca fieri: acerba hæc vua, botruſq, vanitatis mundanæ amariſſimus, vtinam igne Spiritus S. eliquaretur in corde amatorum mundi! ſerioſæ tantummodo hæc,quæ dicta ſūt, recogitare velint; certè præſentanea ipſis medela fiet: quod ante aliquot ſæcula iuuene HiſpanoPetro *Conſaluo* tota Valentia contigiſſe ſpectavit. Erat is Epiſcopi Valentinarum nepos, a quo etiamnum adoleſcentulus multis reditibus ornatus, illos ad delicias & inanem faſtum conuertit. Contigit ut die quadam, inter æquales equo phalerato ſublimis, vrbe totâ, hâc illàc laſciviret: nihil illo faſtuoſius, nihil pro gentis ſpiritu videbatur glorioſius. Velut Heſperus minores inter ſtellas, ſic inter coæuos Conſalvus promicabat. Jllum matres, illum ſuſpexêre puellæ, & generum aut ſponſum optabāt. At ipſum,genus, forma,opes, in tumorem, alios in ſuſpiria inflammabant. Cælum credebat vertice ſe tangere, æternùm cœlo excludendus, niſi altiùs eum ruina leuaſſet. Nam dum caballum prolixis iubis, & aureis phaleris ſuperbientem ambitioſè circumagit, flectit & reflectit, & exultabundos greſſus glomerare docet; ſubito equo excutitur, atq; in profundum lutum ex ephippio gemmis fulgente, devolvitur. Subſequitur ingens ſpectantium riſus, paucorum miſeratio: qui ſplendidum paulò ante equitem, iam ſordibus & cæno aurium tenùs immerſum extrahunt, & abſtergunt: Puerorum præſertim, ut id genus amat, confluentium cachinnis & ſarcaſmis excipiebatur, Conſaluum velut emerſum è volutabro ſuem, procaciter illudentium. At ille pudore nō minùs & ignominiâ, quàm luto & cæno perfuſus, ſibiq; iratus ipſe. *Atq; hoc* (inquit) *fuit, ut tantis mihi ſumptibus tantùm ludibrium ac dedecus comparārem? Siccinè amatores tuos tractas munde? at ego viciſſim dignus te tractabo modis: ex ludo ludum te faciam, & quas mihi aſperſiſti ſordes; eas ego in melioris Domini ſervitio detergam. Vale immunde munde, ego mundiùs vivere incipiam.* Dixit, & cum omnium admiratione in D. Dominici familiam ſe recepit: in qua,doctrinâ & ſanctitate conſpicuus, ſicut vitam piè traduxit, ita fine optimo clauſit. Et tu quiſquis es fac ſimiliter, cui perniciosi mundanarum vanitatum voluptatū adeò ſapiunt botri.

Mūdi fallaciam accuſat ante mortē, M. Aurelius Imp:

Mundi fallaciam, equo detruſus, in luti volutabro agnovit quidam.

Chron: PP. Dominic:

PARS II.

SS. DEIPARA, Botrus terræ Promiſsionis.

43. Mich:

SAtagentis, ſoliciti & in tribulatione poſiti Prophetæ ſubaudio vocē. *Væ mihi* (inquit) *non eſt botrus ad comedendum.* Mich: 7. Botros ille deſiderabat, & quales? nonniſi Sanctos & rectos ex hominibus: ſubdit enim doloris ſui cauſam, inquiens. *Periit Sanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt.* Magnam felicitatis noſtræ portionem cenſeo, dum Sanctam Sanctorum, omniſq; rectitudinis normam, Beatiſſimam Virginem feſtinantem in domum Zachariæ video: adeſt enim nobis non iam ad comedendum; ſed ad devotiſſime contemplandum, perquàm ſuavis Terræ huius benedictæ & promiſſæ Botrus, ipſa munificentia eius in miſerabiles famelicoſq; homines: cuius vuas primum colligo ex Euangelio,idq; primùm in domo Zachariæ.

Botri Eccleſiæ, ſūt Sancti viri.

Probatur- Scripturaliter.

44. *MARIA botrus cur? ex uvis munificentiæ*

Jpſe hodierni Evangelij textus principalis, aſſerti ſolidam ſubminiſtrat probationem. *Vt audivit* (inquit) *Salutationem MARIÆ Elizabeth, exultavit infans in vtero eius.* Admiratus vehementer D. Chryſoſtomus (ap: Metaphraſt) rei ſu-

pra

pra omnem cursus naturæ euentum, aggreditur Joannem etsi Jnfantem adhuc, hisce verbis. *Dic nobis Ioannes, cum adhuc in tenebroso Matris vtero contineris, quomodo intueris, & audis? Quomodo exilis & exultas?* Porrò quòd videat, quòd audiat, reddentem causam inducit ille infantem. *Video* (inquam) *etsi adhuc in vtero sum, quoniam in vtero gestari video Solem Iustitiæ: auribus percipio, quoniam nascor vox magni verbi.* Sed parce quæso Sacrate Jnfans, iamq; vnctus Propheta? nondum plenè S. Doctori soluisti quæstionem: adhuc enim exultationis tuæ & saltuum in vtero causam non assignasti? Jterum tibi cum Doctore repeto. *Quomodo exilis & exultas?* Tacet infans, sed liceat ex factis genuinam subodorari saltuum ipsius causam. Plerumq; illorum, qui multo maduêre vino, est exilire in saltus, tripudiaq; agere. Et sanè Joannes in vtero adhuc sanguine Matris vivit, & iam sacris potatur laticibus duplicis botri, dulcia præguſtando vina: botrum Cypri scil: Salvatorem portat in vtero MARIA, cũ & ipsa sit feracissimus botrus cœlestiũ promissionum & beneficentiæ. Hoc ergo benedicto de botro, dum primùm lambendo puer, nectareas tuxit uvas, id est ex præsentia CHRisti & SSmæ MARIÆ, præstantissima sensit privilegia; ideo ergo exultavit in vtero Matris. Et quænam hæc sint Joannis privilegia, quæ ille ex Marianæ vitis ebiberit uva? Cæteris Privilegijs nobilius reputãt hoc Doctores, nimirùm quòd hauserit Vitam à MARIA, adeo, ut Uirginis Filius meritò asserendus sit. O quã inopina novitas! Alieni vteri fætus, ab alterius Matris vtero vivit! Non caret mysterio, quod vaticinans Angelus pueri huius Nativitatem, dixerit: *Spiritu S. replebitur adhuc ex vtero Matris suæ.* Luc: 1. Certè vterus Elizabeth, fætum suum spiritu S. non perfudit, imo repletus illo infans, replevit & Matrem. Ex quonè Matris vtero, Gabriel Sancte, replebitur infans? Profectò ex vtero Virginis Matris. Hinc vocem audit Elisabeth, gratiam ille sentit, exilit, exultat, flamine baptizatur, Spiritu S. imbuitur, atq; sic Filius MARIÆ effectus est; De quo pulchrè *S. CHrisost:* ait sic. *Ioannes Baptista fuit filius Virginis, per spiritualem Baptismi regenerationem. Ipsa enim eum baptizavit, non baptismo Eluminis, sed Flaminis. Cum enim B. Virgo MARIA salutavit Elisabeth, vox salutationis per aures eius ingrediens, ad puerum descendit.: virtute cuius salutationis puer Spiritum S. accepit.* Atq; sic ab utero MARIÆ in vtero Elisabeth fatus infans, regenerationisq; vitam orsus, sine iniuria propriæ vuluæ, Virgini Genitrici pro Filio, incæpit adscribi. Huic privilegio adde aliud non postremum; quòd de uva hac Mariana, Puer, Diviniſſimæ Sapientiæ, quâ supra Angelos excelluit, hauserit arcana. En præsto *Theodorus Studita* qui sic alloquitur puerum. *Numquid ergò o Ioannes super terrena ascendisti, ad cœlestia prouectus es, Angelicos, & primò operantes ornatus transcendisti? Quomodo eorum sortitus es ordinem & dignitatem, & quod eis a sæculo obscurum, & quod minimè didicerunt, statim tanquam post Deum trajecisti, & nobis annuntiasti? Idque cum adhuc esses in Maternis visceribus.* Et mox subjungit ex Persona Joannis. *Qui est super omnia è sinu Patris, nescientibus aliis igneis illis Ministris, tanquam ad Cælum ingressus, in vtero semper Virginis Mariæ seipsum patefecit, & hæc mihi talia exposuit Mysteria.* Doctior ergo euasit Joannes nondum natus, ex hausto Botri Virginei, quam Paulus in gymnasio cæli Empyrei. En quam suavis Botrus, B. MARIA.

Ioannes baptizatus a Maria, quomodo?

Botrus Cypri Christus & Maria potant, Ioãnem adeò, ut saltet in vtero.

Luc: *Ioãnes B. filius Mariæ cur?*

ap: Bernard: Iusto.

Ioannes in vtero doctior Angelis & S. Paulo.

Probatur. Figuraliter.

Audivimus vocem VERBI, JOANNEM f. qui de cellarijs vteri Mariani præguſtando, feliciùs quam olim de Heliconis fontibus potati Pòétæ, quia factis & gestibus, pro MAria mutam dixit orationem; iam tandem ipsum audiamus Verbum, cuius ille nonnisi vox fuerat, quomodo pro Botris MARIÆ, Salomonis in Persona sub Figuris, iam dudum peroravit, dum vbera Matris Diviniſſimæ botris assimilavit. Cant: 7. & 8. *Statura* (inquit) *tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris:* & iterum: *Et erunt vbera tua sicut botri vineæ.* Per quod ipsum innuitur beneficentia MARIÆ, nedum à Joanne puero hodie delibata; sed quoq; in vniuersum genus humanum ex meritis heroicarum ipsius virtutum, abundè diffusa. Jd ipsum strenuè roborat *Alanus*, dum ait: *Vbera Mariæ dicuntur Virginitas & humilitas* (idè dicendum de cæteris virtutibus ejusdem) *in quibus delectatus est* CHRISTUS.

45.

Cant:

Mariæ vbera sunt

virtutes & merita, quibus diffunditur Vinũ beneficentiæ in omnes.

Et compârantur botrus, quia botrus in flore parit odorem, in fructu dulcedinem, calefacit etiam & reficit: sic Virginitas & humilitas Virginis fragrant odore bono opinionis, fructum dulcedinis propinant, calefaciunt in amorem, & reficiunt ad spiritualem satietatem. Consonanter explicat hunc locũ *Cornel: ex Ruperto* asserens, quod tùm, dùm CHristus ascendit palmam Crucis, palmareq́; subijsset duellum cum morte, ac triumphalem in Resurrectione glorioſa extulisset palmam, illicò vbera MARIÆ, facta sunt sicut botri vineæ: partim, quia Beatissima Virgo tum demum cœpit omnia arcana Jncarnationis Filij sui Mysteria revelare; partim quia ab illo tempore pariter cœpit peccatoribus & tribulatis ad se confugientibus, vinum pœnitentiæ consolationis, gratiæ, & Sanctæ exultationis propinare. Hic iterum ultrò, luculentiùs demonstrandæ rei gratiâ, offert se alia Figura, Botrus videlicet ille, *quem duo Viri portauerũt in vecte.* Nũ: 12. Novi benè ex *S. Augustino, Ambrosio, Cypriano, & Hieron: atq́; Bernardo,* quòd ille Botrus significârit CHRISTUM pendentem in Cruce (*Duos baiulos esse, duo testamenta: præeunt Iudæi, sequuntur Christiani: salutem hic Christianus ante conspectum gerit; ille scil: Iudæus post dorsum: hic obsequium præfert, ille contemptum.* Sed quoniam ex sensu Doctorum plurima, si non omnia, quæ de CHristo dicuntur, propter quandã identitatem vtriusq́;, saltim in sensu accommodatitio, verificari possunt, etiã de Matre eius; Botrum hunc, Beatissimã Virginem nominabo, vel ob vbera ipsa; de quibus immediatè tractavimus cum Sapiente. Portatur pariter Botrus hic a duobus baiulis; a veteri scil: & novo testamento; & quidem vtriq́; ad salutem: dorsum quidem Judæus vertit MARIÆ, nam dum prægnans hospitium postularet in Bethleem, contempta est, nec erat ei locus in diuersorio: non tamen desijt Botrus iste ingratæ Genti pretiosa fundere vina, & quidẽ pridem ante. Propter ipsam etenim populum illum tactum esse populum Dei affirmat *Galat:* dum ait: *Tam ingens, tãq́; immensus fuit ab æterno DEI in Matrem Messiæ amor; ut propter illam populum Israeliticum, populum sibi peculiarem fecerit, eò quòd ex ipso proditura esset.* Ipsius quoq́; adminiculo factum, quod terrã Promissionis Duce Moyse possederit,

MARIA consolatio peccatorũ

Num:

Iudæi terga vertũt MARIÆ; quando?

l. 7. c. 11. *MARIA Iudæis benefica.*

A sensus est *Ioan: Damasceni,* qui MARIÆ umbram in rubo ardenti, & incombusto, ubi initiatus fuit in Ducem Moyses, considerans, ita innuit: *Per simulacrum quoddam & umbram Virg: MARIÆ, tantus Legislator & Princeps creatus est.* O quantò copiosiores ipsis in initijs novi Testamenti, saluifici istius Botri fuêre emanationes! stillavit ille beneficentiæ suæ guttas, ne dum in puerum Joannem; verùm etiam in Parentes eius: illi siquidem ex præsentia MAriæ, Prophetiæ Spiritu donati, latentẽ adhuc in vtero DEUM agnouerunt: nam Elisabeth repleta Spiritu S. professa est Dominum & benedictum venisse; sic affata Mariam. *Vnde hoc, ut veniat ad me Mater Domini mei.* Et iterum *Benedictus ventris tui.* Brevi posthac dum præsente MARIA, puer nascitur, mutus ante Pater, toto suo canticco, quod admodulans communi domûs suæ gaudio cecinit, DEUM & Redemptorem venisse in terras, cuncto deprædicavit mundo. Rem compendio stringendo assero: nil cuiq́; mortalium, ex meritis illius, qui dixit. *Ego sum vitis,* communicari beneficentiæ & gratiarum; nisi per Botrum scil: MARIam: non enim aliter vitis sua vina fundit, nisi per botrum. Fauet huic cogitationi nostræ *S. Bernardus* dum dicit: *Nihil nos DEUS habere voluit nisi per manus Mariæ*

Orat: 2. de Assumpt:

Rubus ardens typus MAriæ: Moysen in Ducẽ creat.

Ioannis Parentes ex præsẽtia MAriæ, prophetæ fiant.

Joan:

Probatur. Doctoraliter. 46.

Nissib:

Jacob Nissibenensis in Cant: in laudib: V. expressè vocat SS. MARIAM *Botrum Abrahamiticum; & rectè: fuit enim ex propagine Abrahæ & pacti illius initi a DEO cum Abraha, in antitypis suis, vadis & præsagium.* Cosmas Vestitor, orat: in SS. Joachim & Annam, appellat Mariã *Botrum facillimum ad portandum. Devotio enim ad MARIAM pias animas ne dum non aggrauat; verum etiam quæq́; onera, & tædia, levia eisdem facit:* Vnde vulgare illud Bernardi *sup: Missus hom: 2. Si incurras scopulos tribulationum, respice Stellã voca Mariam.* Richard: a S. Laur: de Laud: V. l. 8 *MARIA Terra est promissionis promissa Iudæis, credita Christianis; cuius fructus, ficus, vua & Malogranatum. Per Ficum significatur dulcedo MAriæ: Per vuam dilectio eius lætificans ineffabiliter cor sibi devotum. Per Malogranatum, diversitas gratiarum; quibus facit nos socialiter & charitative*

Vestitor

Bern:

Rich:

ritativè conversari. Jlluc quoq; collimat & Jdiota doctus p.8. Cōtemp: dum ait: *MARIA vinum super omnia, post CHristum lætificans cor hominis.*

Probatur. Miraculosè.

47. Jnter alia prodigia Sanctorum, quorum memoria in benedictionibus manet, hoc etiam non exiguum recensetur miraculum, quosdam contra naturæ cursum ex vitibus, aut iam de exsuccis, aridisue uvis, aut dum germinandi tempus transisset, botros & vinum collegisse: quod utiq; perinde est, acsi mortuos suscitare, aut steriles ut pariant facere. Jd legitur de S.P.N. Francisco ut quid speciale, pluribusq; alijs; & novissime de B. Francisca Romana; quæ sororum suarum extra vrbem ligna Mense Januario parantium, sitim, recentis vuæ racemis ex vite in arbore pendentibus, abundè explevit. Sed præcipuum est, dignumque, ut hic recenseatur, vitem aliquando in Festo B. V. MARIÆ Annuntiationis, simul floruisse, ac botrum edidisse maturum. Hoc contigit B. Bonfilio Ordinis Servorum Jnstitutori, alijsque socijs ipsius: cum enim in solitudinem recessissēt & ægrè eos, qui ad ipsos accurrebant, admitterent; hoc prodigio ad augendam familiam, ac religionem inflammati sunt; Nam cùm verno tempore vitem in hortulo plantasset, ea in ipso Annuntiationis die Festo palmites vndiq; emisisse, floruisse, ac quod maius est, uvam protulisse visa est. *Aloys: Novarr:* censet per hanc vitem posse significari Virginem MARIAM, quæ vinū nobis protulit, quod omnium corda lætificat: Sic enim salutat eam *S. Gregor: Thaum: s. 1. in Ann: Aue gratia plena, vitis semper vigens, quæ animas glorificantium te lætificas.* Quæ toties botros suaues producit; quoties in solitudine, & inter ærumnas tentationum, servos suos, novarum consolationum dulcedine recreat & reficit.

Botri ex vitibus miraculosè producti.

Vmbr: N. 965.

MARIA, vitis Uvifera semper.

Probatur. Historicè.

48, Est quoddam genus Uvarum, ipso referente Christo in *Revell: S. Birg:* cuius vinum tam forte est, vt absq; contactu hominis erūpat de uvis: cuius tempus maturitatis attendens possessor supponit vas; nec vinum expectat vas, sed vas vinum: quod se effundit in illud vas, quod ipsi vicinius est. Jbidem appellavit se CHristus vinū, quod æternus Pater vltro ad ostendendam dilectionem suam in genus humanum, in vicinius vas, scil: in vterum Virginis effudit, quæ proximior DEO erat per ardentissimam charitatem, quàm Angeli. Scire cupis pie Lector, vnde Botrus Marianus harum consolationum adeo ferax sit? en causam originemq; hinc intellige: præstantissimo enim ex uva Patris in conceptione Filij sui repleta vino, guttas nectareas in suos stillat, dum ex meritis guttarum Sanguinis eius in Passione, tot gratiarum & consolationum genera, devotis suis impetrat & communicat. Verè feracissima vitis, & Botrus amœnissimus terræ promissionis, scil: Cœlestium gratiarum, Virgo MARIA dicta.

l. 5. Jnterr: 10.

Uvæ, ultra fundentes vinum.

Epilogus.

49. QVare, siquidem ex Mellifluo Doctore didicimus iam supra, B.V. MARIAM *Terram esse promissionis* lacte & melle manantem; & ideo juxta *S. Germanum Constan:* terram desiderabilem vocari; ne illud triste de nobis quoque verificetur; *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem*; properandum est ad illam, & omni studio ad eam iter instituendū. En currētibus, ut celeriori adnitātur cursui, illiciū præmittit Maria, Botrū huius terræ, sc: beneficētiæ suæ, gratiarum, & consolationum, quas in hodierna Visitatione Elizabeth, liberalissimè effundere incipit, offert, ut oppressos mæstitudine animos recreet, onere grauatos erigat & reficiat. Nos interim huius vitis palmites fieri studeamus: *Igni enim* iuxta Novarr: *deputabitur & igni æterno, qui in hac vite non manserit, & prauæ vitæ moribus abscissus à Virginea vite fuerit.* Vt autem commodiùs de Botris & uvis beneficentiæ eius, saltem lābere possimus, pampinis eius, hoc est, magis devotis cultoribꝰ eorūq; numero, strictius adhæreamus. Faxit DEUS? fiet autem: meminisse tantummodo velimus illius salutaris moniti; vt *in vite Virginea maneas; illud vita, quod alienum putas a proba vita.* DEO æternæ sint in MARIA, ex MARIA, & per Mariam laudes. Amen.

Serm: in Nat: V. M.

Vmb: v. 967.

Votū Authoru.

Novar: cit:

BVLLA AVREA Prædestinatorum SS. DEIPARA.

Ne timeas Maria. Luc: 1.

Ero Annuntiatione B. M.V.

MAgna certè & inæstimabilia Legatus iste cœlestis hodie Beatissimæ Virgini offert & deportat Privilegia, dum incarnandum in ejusdem vtero annuntiat DEI VERBUM. A. A. Nec tamen ipse, ab illo novo gratiarũ Gazophilacio impræmiatus recedit: opulenta enim suæ, reciprocè, Legationis lucra, nova videlicet Privilegia, & quasi Bullas aureas, sub una eademq; signatura Augustissimi nominis, MARIA, sibi & cunctis cultoribus SS. Virginis, primus iste eximius Cultor MARIÆ, exportat. Speciale veteribus præsentibusq; sæculis fuit & est Legatorũ Privilegiũ, pẽdentem è collo auream gestare bullã, Principis sui icone, vel saltim nomine insignitam. Glorioſus iste Paranymphus MARIÆ Gabriel, nunquid non pretiosis naturæ & gratiæ indutus holosericis, ornatissimum sese stiterat ad conspectum MARIÆ? quæ ex sensu S. Athanasij; *Nudam essentiam Gabrielis Archangeli, tum temporis contemplata est.* Cui etiam consentit & *Albert:* M. citatus apud *Vegam.* Apparatus hicce Angeli quantus, qualisq; fuerit, collige ex Propheta *Ezech* 28. qui Elenchum confecit gemmarum lapidumq;, quibus iste Angelus exornabatur: hunc enim Scripturæ locum principaliter & soli Gabrieli Archangelo a multis applicari, testatur *Cit: Author ibidem.* Verùm enim verò, tanta tamq; pretiosa ornamenta Almo Gabrieli, dum in conspectum Majestatis sanctitatisq; Mariæ veniisset, o quam viluêre! ita, ut nec ausus esset de Nomine salutare MARIAM: ab illis etenim nonnisi verbis: *Aue gratiâ plena,* orditus est suam salutationem; & cur? Desiderabatur sanè ad complementum decoramentorũ eius, pendula in pectore eius Bulla aurea, nomine Reginæ Cœli insignita, quam modoprimum induit, dum nominavit MARIAM *ne timeas* (inquit) *MARIA,* per hoc enim assecutus est maius cæteris Angelicis individuis & ordinibus Privilegium. De quo pulchrè Aloysius Nouarr: *Porrò ingentis beneficij, maximiq; Privilegij loco Gabriel habuit, electum esse, qui ad Virginem Mariam, quæ Mater DEI futura erat, mitteretur.* O felices Cultores Mariæ! qui quoties eodem Angelico stylo, vel illi simili, salutatis MARIAM; tot exornamini Bullis aureis, quibus vobis ius & Privilegium ad cœlestia datur. Hinc ego probabo, SS. Virginem MAriam, vere dici & esse Bullam auream Prædestinationis; breviter præludendo de quibusdam alijs prædestinatorum signis: Nunc hymnidicè, salutatam hodie ab Angelo, nos quoq; salutemus MARIAM.

Aue nostra Imperatrix,
Bullarum Salutis datrix.
Fac nos cœtui seruorum,
Iungi prædestinatorum.

Legatos Principũ Bullis ornari aureis, mos est gentium.

in l. quæst: ad Antiochiũ q. 12.

Marian: Theol: n. 1531.

MARIA, Gabrielis annuntiãtus vidit essentiam

MARIÆ nomen cur primò non nominat Angelus?

Umbr: Gabriellis magnum privilegium, salutasse Mariam.

PARS I.

De nonnullis Signis Prædestinationis.

Prædestinationis signa certa non habentur nisi probabilia.

DEcantatissimum habetur apud orthodoxos Theologos, certum & omninò infallibile signum distinguens prædestinatum ad gloriam à non prædestinato, non posse ordinariè haberi in via. Nescit enim homo (iuxta Proverbialistam) Prov: 9. *Vtrum odio, vel amore dignus sit.* Quia tamen Apocalypticus vates testatur se vidisse turbam signatorum ad vitam æternam; colligunt inde Doctores unum vel alterũ dari tale signum, soli DEO notum: nihilominns quodnam tale sit, concludere non audent, sed tantummodo probabiliter conjecturant. Ego illa, quæ proba-

51.

Prov:

probabiliora videntur tangam; & tandem pro Bulla Aurea Charitatis DEI concludam.

52. *Probatur.* Scripturaliter.

Vmb:l:3. *Signandi modus triplex antiquis. Primò in auribus.*

Aloysius Novar: tradit, apud antiquos olim invaluisse triplicem morem signādi homines: signabantur enim, aut veriùs signa quæpiam portabant, in aure, vel in manibus, vel in pectore, seu supra pectus. Signum in auribus, (quod discipulis suis, quendam impressisse Philosophum, scribit *S. Iræneus,*) si ad propositam materiam accomodetur,

l. 1. c. 1. fauet illi opinioni, quæ asserit, sollicitam auditionem verbi Divini, esse signum prædestinationis: quod stabilire

B nititur illis ipsius Salvatoris verbis. *Qui ex DEO est, verba Dei audit. Luc.* 11. Et iterum *Beati qui audiunt verbum Dei,*

S. 1. in Septem *& custodiunt illud.* Jn quæ verba mellifluus Doctor sic scribit: *Data sunt signa quædam, & indicia manifesta salutis: inter ea quæ fiduciam præstant, & materiam spei, vnum illud & maximum est Qui ex DEO est, verba Dei audit.* Cui mysteriosè alludit ille locus Scripturæ apud *Iob:* 42. in quo innuitur, quòd hunc

Verbi Dei auditio, signum probabile prædestinationis.

secundùm cor Dei virum, dum ad extremam deveniſſet paupertatem; vicini & amici egestati eius succurrere

C volentes, copiosis illum donarijs honorârint. *Dederunt ei* (enim) *unusquisq; ovem unam, & inaurem unam.* Et quænam proportio ovis ad inaurē? soluit quæstionem *Ioseph Manſi* Symbolum enim (*ait*) animæ prædestinatæ, est

Tract. de Prædest: ovis, iuxta illud *Statuet oves à dextris.* Jnauris, quæ singulare aurium est ornamentum, significat auditionem verbi DEI. Obseruasti aliquem frequentem in Concionibus, studiosum in audiendis Exhortationibus, talem ouem esse noueris, insignitam signo prædestinatorum. *Ovi, scil: animæ prædestinatæ adiungitur inauris, ad denotandum, quòd audiendo & adimplendo vocem Dei, æterna prædestinatio comparetur,* inquit *cit: Author.*

D *Signum in manibus.* Aliud signum imprimebatur Manibus, effigies scil. Jmperatoris: quod in morali sensu significare potest Misericordiam & liberalitatem manuum ad miserabiles proximos: sicut enim signum

Misericordiæ opera, prædestinationis character probabilis.

seu sigillum portat figuram, aut Jmaginem Cæsaris; ita nulla Virtus adeò exprimit similitudinem DEI in anima, quàm compassio & misericordia super miseriam proximi. Hinc illud

A monitum CHRisti. *Estote* (inquit) *Misericordes, sicut & Pater vester Misericors est:* Luc: 6. Stigma hoc, stigma dicitur esse prædestinatorum ad beatitudinem æternam: nam huiuscemodi, beatos etiam in vita, appellavit ore suo Salvator. Matt: 5. *Beati Misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Et pridē ante dixerat David: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala, liberabit eum Dominus.* Et ulteriùs sequentibus versibus, enumeratis emolumentis, quæ derivantur in animam ex operibus misericordiæ, tandem ponit cōfirmationem in gratia, ad quam infallibiliter sequitur; aut saltim ei connectitur prædestinatio & electio ad gloriam, dum ait: *In hoc cognovi, quoniam voluisti me, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.* Ps:40. Nō diffiteor itaq; signaturas istas, aliàs signa, facere magnam probabilitatem de præstinatione alicuius, sed cum valdè notabili formidine de contrario: nam dubium est, an signaturæ istæ, sint bullatæ bullâ aureâ; per quam intelligo aurum charitatis: contigit enim plurimos ex illis, qui audiunt libenter verbum DEi, ficut & ex illis, qui misericordes sunt, hæc exercere sine gratia & Charitate Dei, quia in actuali peccato.

Luc:

Matt:

Psal:

Probatur. Figuraliter. 53.

Prædestinationis signum certius cæteris, odiū peccati.

Signum ergò & Signatura cæteris probabilior de præstinatione, censetur esse illa, quæ est roborata Bullâ aureâ cordi innocenti appensâ: videlicet aversio quædam æterna voluntatis a peccato, odiumq; ipsius purè ex amore appretiativo DEI procedens. Bulla aurea hæc prædestinatorum, egregie figurabatur in illo pretioso signaculo cordis sponsæ, ad quam Sponsus Cant: 8. *Pone me* (inquit) *ut Signáculum super cor tuum.* Sed id ipsum luculentiori discursu mox in alia demonstrabo Figura: prius tamen probandum mihi incumbit hoc aurum, an sit optimum: id est, Amor appretiatiuus DEI, qui est perfectior cæteris, in quo consistat? explicandum est. Dico ergò, quòd iste actus partim spectat ad intellectum, partim ad voluntatem animæ, v.g. Considerat quis ea, quæ scit per Fidem de Deo, videlicet Deum esse Ens infinitū, principium & finem vltimum; quia Creatorem omnis, etiam perfectissimæ creaturæ, esse Fontem omnis existentiæ,

Cant:

Amor Dei appretiativus in quo consistit.

ônis perfectionis originẽ adeo;ut quidquid in mundo habetur perfecti, pulchri, delectabilis, sapientis, boni &c: omnia per ipsum, in ipso, & ex ipso sint, nec sine ipso, vel ad punctum conservari possint: Jlle autem sine his omnibus ab ætẽrno perfectissimus, beatissimus, Sapientissimus, potentissimus, dignissimus fuit in se, & nunc esse potest. Ex tali consideratione, si non obiter, sed seriosè fiat, oritur in intellectu appretiatio seu æstimatio summa DEI, iudiciumq́; practicum; quòd dignus sit DEVS, ut in omni occasione, & circumstantia, primus ipsius habeatur respectus, ne dishonoretur; ne offendatur a nobis per peccatum. Hinc statim sentiet voluntas se inclinari ad quandam amorosam reverentiam, tàm digni, tàm boni, tam excellentis, sapientis, &c: & primi Entis: atq́; sic sẽtire debebit in se anima, quandam promptitudinem ad postponendos omnes alios inferiores respectus, respectu DEI: & insigni quâdam magnanimitate resoluet se ad omnia siue facienda, siue patienda, tantummodo Deus laudem honoremq́; suum habeat, & ille iacturam gratiæ ipsius non incurrat. Talis amor est aurum probatissimum, de quo aurea producitur Bulla; id est, in quo certiùs alijs signũ prædestinationis apparet. Jam cernamus hoc ipsum, sub Figura, in illis duobus concaptivis inclyti Patriarchæ Josephi, Eunuchis Pharaonis, Gen: 40. Pincerna unus erat, alter a calicibus Regis Minister: vterq́; somniat, unus de vite cum uvis; alter scil: Pincerna de panibus: diversa sanè diversam quoq́; acceperunt interpretationem,& contrarium sortita sunt effectum: nam unus ad furcam educitur, alius pristino Ministerio à Rege restitutus est; iuxta prædictionem vatis. Scio revelante spiritu id prophetasse S. Patriarcham; adminicula tamen huius præscientiæ aut cõjecturæ habuisse ab aliquibus autumnatur, videlicet,tristia; mortemq́; ideo prænuntiavit Pincernæ; nam desidem, & minùs zelosum Domini sui ministrũ advertit dũ dicebat. *Videbã in uno canistro portare me omnes cibos, quæ fiunt arte pistoriâ, aueſq; comedere ex eo.* Regiæ mensæ portabas dapes, cur aves non abigis ab eis: certè mortis præsagia in capite portasti. Pocillator, quia cautus fuit, solicitusq́; de vite Regia, non enim aves ex natura sua insidiantes uvis, advolantes ut depascerent eas,somniat, has etenim vigilanter abegisset; fausta proinde auguria restituendi sibi Ministerij accipere meruit. *Rupertus & Prosper* sentiunt quòd *isti duo Eunuchi, quorum alter suo statui restitutus, alter suspensus est, significant duos ordines hominum, puta electorum ex gratia, & damnandorum ex iustitia.* Et recte ac sanè: Carceris enim ergastulo inclusæ manent animæ nostræ in corpore. Somniamus interdum de Cœlesti gloria, cogitantes vel leviter de illa; scintillas etsi paruas desideriorum ad æternam felicitatem nicticantes in anima cernimus: quomodo autem succedent nobis hæc somnia nostra, ignoramus; ad furcamne damnationis, an ad solinm æternæ retributionis educẽda sit per mortem de corpore suo anima nostra. Vatẽ noli quærere,sed ipse tibi vatem age. Perpende tantùm benè: si enim, ne de vasis tuis, operum tuorum, volucres & harpiæ infernales pascantur, solicitè præcustodis; vitibus tuis, fructibusq́; meritorum propiùs eas advolare non sinis; imò pleniſſimè aversus a malo, etiam papiliones venialium noxarum velocissimè abigis, dum causas etsi remotissimas delinquẽdi cautissime vitas; iam signaturam in anima tua cernere potes, bonoq́; niti augurio, animam tuam, dum e carcere corporis migraverit, ad æternum ministerium soliumq́; beatitudinis deducendam.

Amor appretiativus, Bulla aurea.

Gen:

ap: Cornel: hic.

Peccati vel minimi fuga, signum prædestinati.

Probatur. Historicè. 54.

S. Bernard: Sen: l. 1. c. 4. refert hujuscemodi Historiam. Fuit quidam vir locuples, (alij asseruut de quodam Rege Cymerorum) qui moriendo reliquit tres filios, sed duos Matris vitio & confessione illegitimos; quos eadẽ Mater prodere renuebat, priùs iam defuncta. Jtaq́; ille hæreditatem, seu Regnum legat illi, qui esset verus eius filius, rem in incerto relinquens. Mortuo Patre,oritur contentio inter Fratres: quilibet se asserebat legitimum filium, resq́; ad iudicium devoluta. Prudens ergo Judex, cadaver Patris facit arbori alligari, & quòd quilibet filiorum,sagittâ impeteret Patrem, mandat: primus illorum sagittam jecit rectissimè, quantum sapuit, in cadaver Patris; secundus

Bernard Sen:

Filius legitimus agnitus, qui sagittare renuit cadaver Parẽtis

dus toto conamine nititur superare primum: cùm ad tertium ventum est, cõcutiuntur filiali amoris impetu viscera eius, titubare animus, & cor contremiscere cœpit, negat natura Filij vulnerare propriam carnem Patris, horret facinus; & demum ipsius naturæ vinculo tractus, ait Judici: Date hæreditatẽ, cui dare licet; quia potiùs eligo illam amittere, quàm in cadaver Patris mei sævire. Et sic palàm fit per naturam, quòd absconditum erat per culpam. Hocce pari olim Salomonico astu & signo cognoscitur verus filius, & hæres bonorum Patris: Porrò quoties multiplicantur offensæ,toties sagittatur DEUS, de quo illud Jeremiæ. *Posuerũt me sicut signum ad sagittam, dicit Dominus*

Thren: Thren: 3. Arcus peccatorum sunt cõcupiscentiæ, seu impetus sensualitatis, solicitantes liberum arbitrium ad malũ. Spurius ille censendus est,neq; de catalogo prædestinatorum, qui concupiscentijs obaudiens, ferit peccatis suis DEUM. Cæterùm cuius cordi amor Patris sui Cœlestis adeo inhæsit; ut malit quæq; etiam vitæ mala ac dispendia subire, quàm illicitis concupiscentiæ obedire impetibus; filiationis æternæ DEI & prædestinati hæredis Cœlestiũ, in huiuscemodi anima elucescit signũ, inter cætera probabilius, seu signatura aurea, perfectissimi amoris Divini Bullâ, firmata: cui adstipulatur illud Apostoli *Firmum firmamentum DEI stat, habẽs signaculum hoc: Cognovit Dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate, omnis qui invocaverit Nomen eius.* 2. *Tim:* 2.

Concupiscentiæ malæ,arcus sagittãtes Deum.

Tim:

PARS II.

SS. DEIPARA, Bulla aurea Prædestinatorum.

55. *Bullæ verinæ quid?*

Orat:

CElebris ille Oratorum Princeps M. Tullius Cicero, in una ex illis, quas appellant Scholastici Verrinas, oratione, declamasse legitur, cõtra Verrem, eumq; accusasse in senatu, quòd bullas omnes aureas ex valvis Templi non dubitaverit auferre. Opinantur aliqui, nomine bullarum intelligi clavos aureos, qui delubrorum Ethnicorum valvis, cuspide impressi,so-

A lo in capite turgebant, ut bullæ. Sî tamen pressiùs, & magis proprie accipiatur *Bulla aurea*, pro aliquo speciali Principis, vel senatûs Romani privilegio, quod fortè moris erat valvis delubrorum affigere; tantò sceleſtiùs nefas fuisset, abstuliſſe, crimenq; Majestatis læsæ. O quantò acriùs detonandum mihi esset, si vel mille Tulliana haberem ora, contra sacrilegos Acatholicorum ausus! qui Bullam nostram auream SS. Deiparam, dum vbiq; Tẽplorum & locorum ab Orthodoxis affigi vident eius imagines, devotionẽq; populorum in dies ad illam propagari; sceleſti isti latrones cultûs MARIani invadere, & condemnare conantur, dum eam Bullam & numen vanitatis cum Juliano Apostata Jmp: Crumenã vacuam pecunijs demonstrante, blasphemè appellant. Quare sic evinco ipsam esse Bullam auream prædestinatorum; aliàs devotionem veram ad Beatissimam Virginem esse signum prædestinationis.

Bulla aurea, privilegium Speciale notat.

Hæreticorũ rabies cõtra B, V. Mariam.

Probatur Scripturaliter.

Adest primùm locus Scripturæ, qui communi sensu Authorum, post Sapientiam DEI, seu Filium, directissimè accommodatur Beatissimæ Virgini, Prov: 8. *Beatus* (inquit) *homo qui audit me, & qui vigilaverit ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostij mei; qui me invenerit, inveniet vitam & hauriet salutem a Domino.* Quasi hic innuitur (ait Vega) quòd studium & devotio in B. Virginem sit nota Characteristica Candidatorum beatitudinis æternæ; quà subsignantur B. Virginis clientes; teste *S. Bonav: Qui acquirunt* (inquit) *gratiam MARIÆ, agnoscentur a Civibus paradisi: & qui hunc habuerit characterem, adnotabitur in libro vitæ.* Vbi Seraphicus Doctor affirmat, primùm, MARIÆ cultorem,secum ferre B. Virginis insigne, ac Marianæ militiæ notam: ac proinde post huius vitæ cursum & navigationem, cùm ad portum Cœlestem appulerit, festivis acclamationibus excipietur. Deinde sicut Catholicus per baptismum, speciali quodam charactere inuritur; similiter etiam MARIÆ cultor, prædestinationis notâ subsignatur. Quodsi baptisatus in libro baptismi inscribitur; sic MARIÆ cliens, in libro vitæ & prædestinatorum adnotatur. Non incon-

56.

Prov: n. 112.

Psal; 10.

MArianus character, est nota prædestinatorum.

cinnè

cinnē pro hoc devotorum cultorum suorum privilegio ex mente *Richardi a S. Laurentio* usurpare sibi poterit B. Virgo illa verba, quæ de laude sua olim locutus est DEVS per Prophetam. *Laude meâ* (inquit) *infrænabo te, ne intereas*

Isai: Isa 48. Frænum duo habet; primum est, quod ferocissimos etiam edomet equos, & ad libitum sessoris eos currere faciat: alterum, quòd dum ex numeroso equorum grege generosiores eligũtur; cui illorum imponitur frænum, signum portat suæ electionis de grege.

MARIÆ laus, præ-nobile frænum. Jtà sanè contingit cultoribus MARIÆ, monentur enim fræno isto, primò de devotionis MARIANÆ qualitate; nimirum, ut cui illorum fiat signum prædestinationis, principalem effectum eius debere esse, si refrænat nedum linguã; sed quæq; concupiscentiarum illicitarum desideria: & tunc demum, quàm humillime benè sentire poterit de bonitate DEI: quòd, qui clementissimè cordi ipsius, Marianæ devotionis instillavit zelum; idem & eundem, ne intereat, prædestinavit. Sisto hic *Richardi* Verba. *Voluntas* (inquit) *Filij illius est, ut Matrem eius, & Dominam nostram benedicamus in omni tempore, scil: die ac nocte, in prosperis & adversis; & ut laus eius*

MARIÆ cultui, iũgenda mortificatio passionum. *versetur semper in ore & corde nostro, de ipsa meditando, ipsam laudando, orando, benedicendo, illi gratias agendo, eius magnalia deprædicando, & ut laus eius sit quasi frænum in maxillis nostris nos refrænans a vitijs linguæ.* Vnde & ipsa promittit cum Filio laudatori suo. *Isai:* 48. *Laude meâ infrænabo, te ne intereas.* Meritò *Ignatius* nobilissimus Martyr dixit. *Nunquam malè peribit, qui Genitrici Virgini devotus, sedulusq; exstiterit.*

Probatur. Figuráliter.

57. Lev: 26. Hoc quidem antiquitùs iam spoponderat DEVS sub typo Tabernaculi: *Ponam* (inquit DEUS) *Tabernaculum meum in medio vestri, & non abjiciet vos anima mea.* Lev: 26. Tabernaculum illud in sensu Mystico fuit MARIA, ut sentit cum pluribus alijs SS. Patribus, D. *Dionysius Alexand:* inquiens *MARIA est Tabernaculum in lege Moysi laudatissimum, non ab hominibus fabricatum, sed Spiritu S. firmatum, & virtute Altissimi protectum.* Sub cortice ergo Figurali res latens prodeat in apricum. Tabernaculum in lege Moysi, immunitatis monumentum & monimentum simul erat, idq; ob

MARIA tabernaculum immunitatis, contra damnationem.

A Arcam Domini; quod ipsa sequentia docent verba. *Et non abjiciet vos animæ meæ.* Per quod innuitur, quod ij, qui hoc tabernaculum fcil: MARIAM, quæ simul & Arca DEI dicitur, obsequiorũ cultu suspiciunt, eamq; in medio cordis per singularem devotionis affectũ circumferunt, a DEO non projicientur in æternum; Quot homines, qui flagitijs obruti obsurduerant, à CHristo Domino audire meruerunt propter hanc in B. Virginem clientelam! quod olim Abiathar audivit à Solomone 3. Reg: 2. *Equidem vir mortis es, sed hodie te non interficiam, quia portasti Arcam Dei, corã David*

Reg: B *Patre meo.* Meritò ergo *S. Ansel.* ap S. Antonin. audacter illa protulit verba; *Impossibile est, qũod illi, à quibus B. Virgo MARIA oculos suæ misericordiæ avertit, salventur: ita necessarium est, quod hi, ad quos convertit oculos suos pro eis advocans, iustificentur, & glorificentur.* Suffragium fert huic roborandæ moralitati M. Augustinus, vocans MARIAM, Civitatem Jerusalem: de qua olim Ps. 68. David ait *Qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.*

4. p: t: 15 c. 14. *MARIÆ servos, necessum est salvari.* Pſal: Jllius ergo Cœlestis Jerusalem, ille incola sperandus, qui MARIAM obsequijs devotis honorare studet, & peculiari quodam affectu & teneritudine C prosequitur. Nec vulgare hoc, sed benè firmatum & radicatum esse prædestinationis signum censendum esse, devotionem ad MARIAM, colligo ex illis verbis *Eccli.* 24. *In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices.* dicitur id quasi ad MARIAM. Porro Jacob, prædestinatorum Symbolum præsefert, iuxta illud *Iacob dilexi, Esau autem odio habui Rom:* 9. Vbi ergo, & in quo sedem suam ponit MARIA per specialis erga se devotionis cultum; iam eo ipso anima illius fit hæreditas Domini: atq; sic non alibi MARIA altas figit radices dile- D ctionis ad se, nisi in electorum cordibus, qui æternùm visuri sunt DEUM. Apprimè hoc confirmatur dicto Sapientis in persona MARIÆ propheticè prolato Eccli: 24. *Et radicavi* (inquit) *in populo honorificato,* id est electo ad illos æternos honores, & gloriæ beatæ sublimia solia. Jtaq; radicata devotio in innocenti corde Cultoris MARIÆ, erit radicale, & præcipuum signum prædestinationis.

Eccl: Rom: *Signum radicale prædestinationis, radicata devotio ad B. V. M.* Eccli

Probã-

Probatur. Doctoraliter.

58. Super quo consensum audiamus SS. Patrum, quorum choro mellifluè præcinit Bernardus hom. 3. Missus, dum Cultoribus MARIÆ, auspicatum peregrinationis suæ appromittit exitum, sic quemq; alloquens: *MARIAM cogita, Mariam invoca, non recedat ab ore, non recedat à corde: ipsam sequens non devias, ipsam cogitans, non erras, ipsâ duce non fatigaris, ipsâ propitiâ pervenis* S. Ansel: *Cui concessum est sæpè dulci studio posse cogitare de MARIA, magnum promerendæ salutis habet indicium.* Sanctus Bonaventura in Cant: *Si hanc dimittis, non es amicus summi Cæsaris, scil: non es electus DEI; quoniam ipse sine ea non salvabit te.* *Idiota* pijssimus, ita eandem alloquitur. *Impetra tuis Maria assidus postulationibus, ut te laudem, te glorificem, te benedicam, tuas virtutes enárrem, tua miracula nuntiem, tuam exemplarem & deificam vitam prædicem, scripta de te elucidè; ut habeam in laudibus tuis vitam æternam.* Christoph: Vega n. 129. *In hoc itinere periculis pleno, nisi attenti simus ad MARIÆ ductum, clausum fit nobis omne itinerarium DEI: ut aiebat Card: Petrus Damiani. siquidem pietas & honor in B. Virginem, ingēs est Divinæ prædestinationis argumentum.*

Bern: Ansel: Bonav: Idiota Vega

Probatur. Miraculosè.

59. Miraculosam apparitionem B. Virginis refert in nostro Monol: P. *Fortunatus Huber:* sub 10. Decem: 1617. factam cuidam perfectissimo & singulari Jmm: eius Conceptionis zelatori ex observantia nostra Reformatica P: Frāciscо, videlicet de S. Jacobo (de quo latiùs lege in nostro Alphabeto Marianno) Hic cum in Guandalupensi Conventu coram Mariana statua preces funderet; vocem ex imagine audivit. *Franciscе utere tempore, & meæ Imm: Concept: Mysterium promove.* Nec satis fuit, sed in sua gratiosa apparitione, DEI para annulum posuit ad cordialem eius digitum; insuper aureâ quadam Bullâ in pectore donavit, imponendo eius collo nummum metallinum, cum Jmagine in illo expressa Virginis conculcantis Draconem: quod ipsum fuit signum electi servi DEI & filij prædestinationis.

tit: xenium n. 31

Bullâ aureâ devotus Mariæ Minorita Reformatus, donatur ab illa.

Probatur. Historicè.

60. Constat ex nonnullorum relationibus, a Bullis seu thecis aureis, vel de quacunq; materia, quibus includebātur Reliquiæ Sanctorum, aliquos fuisse miraculosè præservatos a lapsu in peccatum. Jta *Cæsarius* scribit, de quodā Cisterciensi monacho, quòd frequenter coram alijs confiteretur miraculū: nimirum cùm sæcularis adhuc portaret pendulum e regione cordis reliquiarium; quoties fœdis pulsaretur cogitationibus, vel irritaretur carnis concupiscentiis, toties Reliquiarium illud movente nemine, movebatur, leviterq; pectus feriebat, admonens veluti illo pulsu, ut vigilaret, ne intraret in tentationem. Quid simile non ita pridem quidam egregius vir Romæ fatebatur: quod lego in vita *S. Philippi Nerei.* Conquisierat ille brevi post obitum S. Philippi Nerei, aliquam particulam Reliquiarum ipsius, quam pariter portabat deuotè in pectore. Cōtigit aliquando eum gravissimè tentatum contra castitatem, in corde quidem consensisse; atq; sic dum quærit, an expectat occasionem peccati, illa theca Reliquiarum mouetur, & veluti malleus semel & iterum adeo valido percutit impetu, ut penè exanimatus corruerit in terram, vocem se alloquētis subaudiens. *Cave ne facias, surge hinc, & cave peccátum.* Habet plura similia *Conc Hist:* O quanta vis sacrarum Bullarum! has inter, & quæ cæteris sacratior? quàm Mariana devotio; quæ dū in corde cultorum eius, piè & reverenter tenetur, mirè etiam in gravissimis tentationibus præseruat à lapsu, & iam labentium corda efficacibus pulsat elevatq; motibus inspirationū Divinarum, quas illis impetrat Maria: adeoq; ipsa facit, ne ex albo prædestinatorum eliminentur nomina seruorū suorum. Meritò ipsam pro tentatis & peccatoribus compellat sponsus. Cant: 1. *Pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Et cur non oves dicis dilectissime Sponse? cum eæ a dextris tuis in die iudicij; hædi verò scil: reprobi à sinistris tuis collocandi sint. Profectò sapientissimus Sponsus distinguit inter hædos simpliciter, & hædos MARIÆ; unde arcanum pandit *Ly tuos. Pasce hædos tuos.* Habet equidem MARIA suos hædos. Et quinam tales? siquidem cū reprobis nullum negotium MARIÆ. Explicat Mysterium *Gvilel: Anglicus* de

Reliquiariorum pulsus miraculosus, monet cōtra peccati tentationes.

l. 6. c. 4.

Hist: 44

Cant:

Hædi Mariæ, peccatores ad eam devoti.

Gvilel:

aliquibus prædestinatis, dum ita Cultores MARIÆ alloquitur. *Attendite Mariæ ex toto corde, ait enim sponsus: Pasce hædos tuos, suos quippe vocat, quia non hædi omnes vocantur* MARIÆ, *sed qui Mariam colunt, ac venerantur, licet sceleribus attáminati: qui enim peccatis irretiti sunt, nec B. Virginem speciali aliquo officio prosequuntur, nec preces aliquas in ipsius cultum fundunt, ut vel tandem aliquando respiscant, hædi profecto sunt, non vero Mariæ, sed ad sinistram Iudicis sistendi, æternas inferorum flammas subituri.* O felix auspicium: sive hædus sis, qui interdum virentia voluptatum sectando folia, in præcipitia laberis, modo tamen sis de grege Mariano, & iuxta tabernacula Cultorum MARIÆ, id est, meliora de emendatione vitæ cogites; spera firmiter, quòd illa, quam D. *Antonin* vocat *pastorem bonum, qui universam Ecclesiam pascit continuè benedicto fructu ventris sui:* supponet manum suam, ut cadendo non collidaris, & ampliùs non cadas; ne te prædestinatio Cultorum MAriæ finaliter fallat.

in sum: P. 4. tit: 15. c. 19.

Epilogus.

61. de Rescript: sup: cit:

PLerumq; Juris consulti destinguût Bullas seu bullatas literas, nimirùm in literas gratiæ, & Justitiæ, ap: *Greg: Toloss:* Jn literis gratiæ Bulla, vulgariter Plumbum vocitatur, & anectitur filo sericeo. Jn literis justitiæ appenditur canabino. O quicunq: mortalium, qui ut Regna cælestia teneas; ut DEUM, Matremq; Almam Dei laudes ac benedicas æternaliter, ideo cupis de electorum numero te non esse proscriptum; en præsto adest Bulla aurea, singulare prædestinationis Privilegium seu signum scil: Cultus specialis MARIÆ, eius augustissimo nomine in hodierna Annuntiatione subsignatum: Tuum iam est fila Bullæ huic adnectere, sed caue ne sint canabina, solis edictis Justitiæ applicari solita: res enim tuæ prædestinationis adhuc in lite manerēt, si devotioni ad MARIam, iungis & contorques fustem malarū consuetudinum, prauarumq; actionū. Sericea vel byssynæ innocentiæ, imò aurea ducas fila & nectas, omnem iniquitatem exosus, omnibus tuis actionibus, charitatis in DEUM, Mariamq; intertexens actus; ut tantò firmiùs Mariæ adhæreas: atq; sic æquissimo Jure gratiosi & bullati Privilegij Mariani, benè munitum te, id est prædestinatum esse gaudebis: Cœliq; tandem securus Regna tenebis. Quod faxit Deus, & SS: DEipara pissimo suo interventu ad DEUM.

AMEN.

Bullarum gratia, & justitia differentia, ex funiculo sericeo, vel canabino.

CATHEDRA sine pestilentia SS. DEIPARA.

Pro Festo Imm: Conc B. V. M.

Extollens vocem, Mulier quædam de turba, Luc: 11.

62. COnticesce tantisper, obsecro saltim, (quia tam piam increpare non licet) nova Jncarnati verbi Matrisq; eius perauguſtæ, Panegyristes. si etenim loquente Job, cæteri, etiam sapientissimi, sigillata digito ora tenebant; tu quo ausu præsente & loquente Verbo æterno, exaltas vocem tuam? *Adhuc eo loquente* (inquit S. textus) *extollens vocem quædam Mulier.* Mulierem quandam de turba dixit: ex quo ipso convincitur, non Cumeam, aut Erythream, vel aliquam aliam de Sybillis, cæterisq, celebrioribus doctrinâ fœminis, sed

Laus Christi & Mariæ in ore vulgaris mulieris magnificatur.

ſed rudem & popularem fuiſſe hanc mulierem. Parcit quidem tibi, imò applaudit devotioni tuæ Salvator, mulier devota, dum pium approbando auſum reſpondit voci tuæ. *Quinimo beati, qui audiunt verbum DEI, & cuſtodiunt illud*; nihilominus cave tibi a Cathedraticis in lege peritis Doctoribus ac Phariſæis, quos indigitavit ipſe Salvator, inquiens: *Super Cathedram Moyſi ſederunt.* Si enim contra cœleſtis Magiſtri ſalutifera eloquia, odia, blaſphemias, contradictiones, contumelias parant atq́; exercent; putasne clamoribus vnius plebeiæ mulieris non contradicturos? Vnde *Ven: Beda* admiratus huius mulieris magnanimitatem, inquit: *Magnæ devotionis & fidei hæc mulier eſſe oſtenditur, quæ Scribis & Phariſæis Dominum tentantibus, ſimul & blaſphemantibus, tantâ eius Incarnationem præ omnibus ſinceritate cognoſcit, tantâ fiduciâ confitetur.* Ergo iam non demiror, præſentibûs Cathedraticîs iſtîs audacter extuliſſe hanc mulierem ſuam vocem; nam & ipſa quoq́; & quidem nobiliori modo, Cathedratica fuit, atq́; ad ſolvendas quaſq́; blaſphemantiũ Chriſtum paratiſſima quæſtiones, aſſiſtente præſertim ſibi Magiſtro & Doctore, ad cuius cathedram appellat, dum vterum Matris eius MARIÆ deprædicat. *Beatus venter, qui te portavit:* inde etenim aliqui Patrum infra citandi Cathedram novi Salomonis, B. MARIAM nuncupavêre. Beatum olim gratulabatur David talem virum, qui in Cathedra peſtilentiæ non ſediſſet. *Pſal:* 1. ſed quotus ille vir? ſedimus enim omnes in cathedris peſtilentiæ, videlicet in vtero omnes Matrum noſtrarũ peſte communi originalis peccati iam vitiati: ſolius hoc Beati & ſancti Sanctorum Privilegium eſt, ſediſſe in cathedra ſine peſtilentia, id eſt, concipi de Matre, ab illa communi humani generis peſte immuni. Huius ergo privilegiatæ cathedræ dum hodie ponuntur fundamenta, ego B. V. MARIAM Neo-Conceptam, cathedram eſſe ſine peſtilentia, id eſt, immunem ab originali peccato prædicabo; præmiſſo diſcurſu de quibuſdam peſtilentiæ Cathedris: nunc rythmicè ſalutemus MARIAM.

Beda

Ps:

Homo quilibet ſedit in cathedra peſtilentiæ propter originale.

Ave Virgo Diva Poli.
Ecce DEUS ſibi ſoli
Cathedram in Te elegit.
Et libenter ibi degit.

PARS I.

De tribus Cathedris peſtilentiæ.

63.

STultum quis iam ampliùs ne appellitet mundum aut dæmonem: ſaltim enim ſtultitiæ ſuæ ſtudia ſcitè admodùm promouent: dum facultates, claſſeſq́; diverſas diſcipulis ſuis diſtribuunt: quod ſatis ingenioſè inveſtigavit *Hugo Card. Habet* (inquit) *diabolus domum ſuam, ſcil: ſapientiam huius mundi, quæ inimica eſt Deo, cuius ſunt ſeptem Columnæ, ſcil: Grammatici, Dialectici, Rhetores, Arithmetici, Muſici, Geometræ, Aſtronomi. Grammatici diaboli, ſunt omnes hypocritæ, qui recte & congruè loquuntur, ſed congrue non vivunt.* Proſequitur ſtylum conceptumq́; Doctoris, Blanc in *Pſal:* 90. ℣. 16. Dialectici diaboli ſunt omnes doloſi, qui ſophiſticè loquuntur, ut decipiant; de quibus *Eccli* 37. ait: *Qui ſophiſticè loquitur, odibilis erit.* Rhetores diaboli ſunt Advocati, qui cauſas iniquas tuentur Potentium, nec cauſa pupilli, vel viduæ aſcendit ad eos. De cæteris (ne longiùs a propoſito extravager) remittere Te expedit ad locum citatum. Egregia certè vniverſitas hæc iniquitatum: quæ præter has facultates, Cathedras ſuas habet, ut ſtudioſiores ſuæ doctrinæ, cathedraticos faciat, promoueatq́;, non iam ad lauream, ſed ad pænam: quam Cathedrã qui evitaſſet beatum appellavit Regius Pſaltes, loco ſup: cit: *Beatus, qui in Cathedra peſtilentiæ non ſedit.* Nec minimùm dubito, per peſtem intelligi peccatum, mortiferum animæ venenũ. Profeſſores huius cõtaminatæ Cathedræ, eſſe quoſue peccatores autumo; non tamen omnes Cathedraticos, ſeu indiſſolubiliter alligatos huiuſcemodi Cathedræ, eſſe cognoſco: ſed ſolos verè cathedraticos ex ſenſu Expoſitorum S. Script. triplices eſſe reperio.

Hugo, tom: 3. in Prov: c. 9.

Diabolus habet ſuas ſcholas, claſſes facultates, cathedras.

Ecclli:

Diaboli cathedratiti Doctores qui

Probatur. Scripturaliter.

64.

Jdem textus Script: ſi ſub incude Patrum verſetur; rem propoſitam, in toto liquidè dilucidabit & complanabit. *M. Gregor: enim 5. paſtor: admon:* 33 per

ap: cit: Comm. Greg:

per hunc Cathedraticum, intelligit illum peccatorem, qui bene advertens malitiam peccati, damnaq́; eius perpendens, non nimiâ aliqua tentatione aut violento subitaneoq́; concupiscẽtiæ impetu adactus, ipsemet occasionem voluntariè quærit, ut motus inordinatos in se excitet, concupiscentiasq́; inflammet, atq; sic cum omni deliberatione ac plenitudine libertatis peccatum perpetrat. *In Cathedra* (inquit S. Doctor.) *pestilentiæ sedere, est ex ratione, mala discernere, & tamen ex deliberatione, malum propetrare: quasi in perversi consilij cathedra sedit, qui tantâ iniquitatis elatione attollitur, ut adimplere malum, etiam per consilium, conetur. Et sicut assistentibus turbis prælati sunt, qui Cathedræ honore fulciuntur, ita delicta eorum qui sine præcipitatione corruunt, exquisita per studium peccata transcendunt.* hactenus *Gregorius.* O infelicem fortem horum Cathedraticorum diaboli? Professio enim illorum graduq́;, in sathanæ vniversitate, est sine egressu; valvas namq́; Pœnitentiæ talibus præclusas ipse asservit Salvator *Matt:* 12. illis monitorijs verbis. *Qui dixerit, contra Spiritum S., non remittetur ei, neq́; in præsenti, neq́; in futuro sæculo.* Quæ verba explicando Doctores censent, tum peccari contra DEUM Patrem, cui attribuitur Potentia, quando peccatur ex fragilitate, aut ex præcipitantia, aut ex nimis violenta tentatione. Tunc verò contra Filium, cuius est sapientia, quando agnoscitur quidem peccatũ, sed tamẽ non adeò diu deliberando, resolvit se quis ad illud. Peccatur verò in Spiritum S. (ut explicat Seraph: Doctor) ex malitia certa scil: quando voluntas potest & scit resistere alicui malo, & tamen ex sola malitia illud eligit, & mox infelicitatem talium deplorans superaddit. Dicitur autem irremissibile, non quia dimitti non possit, sed quia rarò aut vix remittitur in hoc sæculo quantum ad culpam, aut in futuro quantùm ad pœnam. Deinceps suggerens huius rei causam inquit: *Ineptus est ad remissionem quia impugnat Divinam gratiam, per quam præparatur quis ad pœnitentiam.* Quod idem pulchrè demonstrat noster *Did: Stella.* In Paradiso (inquit) ubi primùm aperta fuit vniversitas iniquitatis, cathedram pestilentiæ erexit sathanas, dũ

Peccans ex malitia, doctor cathedraticus sathanæ & pœnitere nõ solet.

Matt:

Tom:7. l.5.cõp: Theol: c. 19.

Peccatũ contra Spiritum S. quod?

Bonau: in Luc: 14.

A per superbiam, supra astra excelsius appetijt solium, in eaq́; immobiliter sedit impænitens, adeoq́; reprobus finaliter, factus est: Adam verò & Euam, quod accessissent tantùm ad hanc Cathedram pestilentiæ, infectos scimus per consensum in peccatum; non tamen priuatos gratiâ pœnitentiæ:& quæ discriminis ratio? Nam Protoparentes nostri non sederant in hac Cathedra, id est, non ex supina peccauêre malitia: de Eua Scripsit *Ambr: Mobilitate magis animi, quàm pravitate peccaverat.* Ignorantia quoq́; in Adamo quæpiam adfuit: licet enim intellectus ipsius cognoscebat damna peccati, non tamen B notitiâ experientiali, qualem modo-primum post commissum peccatum acquisivit: serpens verò seu diabolus, post suum primum peccatum dilucide & experientialiter damna peccati in semetipso cognovit & sensit, atq; sic deliberatissimè ex mero odio, malitiaq́; inducendo plures ad offensam DEI, peccavit; & propterea sine ulla spe pœnitentiæ, Cathedræ pestilentiæ, irremissibilis peccati æternaliter insedit. Concludit rem idem *Didacus* serio quẽq́; dehortans. *Adverte, si tibi iam peccandum est, ut non de industria, sed casu peccare videaris.*

l. 4. in Luc:

Diabolus cur non pœnitet in Paradiso, pœnitente Adamo & Evâ.

Peccare de industria caue

C

Probatur. Figuraliter.

D, *Augustꝰ* in hũc Psalmũ, appellat superbos quoq́; Cathedraticos cathedræ pestilentialis: de quo agens subjungit causam asserti sui: *Superbia* (inquit) *ideo Cathedra pestilentiæ rectè intelligitur, quia non ferè quisquam est, qui careat amore dominandi, & humanum non appetat gloriam: Pestilentia enim est morbus valdè peruagatus, & omnes, aut penè omnes involuens, non modo plebeios, sed & nobiles magnates, quin & viros Ecclesiasticos Prælatos hoc virus invadit; quos proinde rectè Sapiens monet: Noli quærere ab homine ducatum, neq́; a Rege Cathedram honoris.* Eccli 7. Jn quæ verba sic Hugo Card: *Redarguit hic ambitiosos: Primo quia se ingerunt non vocati. Vnde dicit, noli quærere &c: Secundò, quia carnaliter, & a carnalibus promoventur, non intuitu DEI, sed sãguinis, vnde dicit: neq́; a Rege cathedram honoris.* Quo sensu, Pharisæos ambitione tumidos, in Evangelio Magister humilitatis perstringit, dicens: Amant autem primos recubitus in Cænis & primas

65. Aug. *Superbia, cathedra pestilens: cur?*

Eccli:

primas Cathedras in Synagogis. Vbi *Chrysostomus* hoc utcũq; tolerabile ducit; ut quis in convivio primum locum ambiat; at in schola CHRISTI, in Curia Ecclesiastica, eò aspirare, id Doctor humilitatis, ut quam maxime indignũ execratur; in ijs præsertim, quibus idoneitas scientiæ & morum non suffragatur, de qualibus scripsit *S. Bernard:* *Monostrosa res est? gradus summus, & animus infimus, sedes prima, & vita infima.* Mollius nonnihil Ven: *Beda* illa Christi verba interpretatur, dum ait: *Nõ sedere primos, vel discumbere vetat eos, quibus hoc officij ordine competit, sed eos qui hac indebitè amant, docet esse cavendos; animum non gradum redarguens.* Jtaq; superbi rectè dicuntur Cathedratici diaboli, immobiliter a superbiæ Cancellario fathana, Cathedræ pestilentiæ instaliati: tales etenim plerumq; vanitate inescati honorum, & inanis gloriæ plausu, etsi quandoq; illicitè vel illegitimè, quia aut simoniacè, aut nulliter hasce Cathedras teneant; illas per veros pœnitentiæ actus non deserunt, nisi turpiter eijciantur, mittanturq; ab æquissimo Judice in tenebras exteriores, seu damnationis: quod etiam Figuratè demonstrasse Salvatorẽ constat: dum inspectantibus & frementibus Cathedraticis illis Pharisæis, & legis peritis. *Intravit IESUS* (prout narratur) *in templum DEI, & ejiciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & mensas nummulariorum, & Cathedras vendentium columbas, subvertit.* Notari hic malos & Simoniacos Ecclesiasticos advertit *Origenes* cum *Ven: Beda:* Cæterùm quoq; possunt etiam per vendentes & ementes columbas (quorum Cathedræ eversæ sunt) & alij notari. Columba etenim quandoq; Symbolum malorũ est, præsertim si sit sine corde: illa tamen apud *Psaltem* habens *pennas deargentatas inter medios cleros.* maximè congruit illis, qui in medio cleri solo ambitu, fastuq; superbo, veluti pennis deargentatis, si non deauratis, fucum idoneitatis mentientes, malis medijs ad honorum Ecclesiasticorum culmina evolant, & elevantur ad primas cathedras, meritò propterea pestilentiæ dicendas, cùm (ut advertit Mellifluus Doctor) veluti pestis, in dies crescat ambitio in talibus: *Cum primùm* (inquit) *honoris gradum meruerint in Ecclesia v. g. cùm factus fuerit Decanus, Præpositus, Archidiaconus, non ideo corda quiescunt, duplici semper æstuant desiderio; quo utiq; magis ac magis & dilatentur in plura, & ad celsiora sublimentur* Atq; sic dum his immorantur, pestemq; istam pleno ore haurinnt, veniet Dominus, qui amovebit illorum Candelabrum de Domo DEI, ambitionis cathedram subuertet, ipsisq; sine pœnitentia sublatis, cathedram Episcopatumq; eorum accipiet alter.

Bern: l. 2. de Consid: c. 7.

Monstrũ est gradus summus & animus infimus.

Matt:

Psal: 67.

Columba deargentata, clericus ambitiosus.

Ep: ad Henric: Episc:

Probatur. Historicè.

Tertiò, per hanc cathedram pestilentiæ, opinantur aliqui denotari malam consuetudinem in aliquo peccato; in qua qui sedent, seu morantur, talibus (ut ait *Blanc,*) veluti antiquioribus, in scelerum vniversitate, datur pileus & Cathedra Doctoris, tanquam signum & stigmata infallibilis damnationis. Cui cathedræ pulchrè alludit illud contingens in Germania. Refert *Engelg:* Simon quidam Furcus Lucensis, a Joanne Baptista Theodato populari suo, vulnus in facie acceperat; interim simulatâ reconciliatione vindictam meditans, cathedram seu sellã confici curavit, adeo artificioſè, ut pressa sessorem constringeret: invitatus ad viridarium Theodatus, dum illi insedisset Cathedræ, sellæ affixus, multis vulneribus à Simone confossus est. O fatalem Cathedram? o cathedraticum infelicem? Porrò consuetudinarios in aliquo peccato intitulat *Vega,* dicendo eos peccatores Cathedraticos, & meritò: si enim semel peccas, tunc Albo vniversitatis iniquitatis, cui Rectores tenebrarum præsunt, inscriberis: si iterum atq; iterum prolabaris, & tamen revereris, scil: erubescis peccatum, pœnitentiam aliquatenus cogitans; quasi Reverendatus Baccalaureus altiorem capessis gradum, non tamen adhuc cathedram tenes: verùm si exterſâ fronte, consuetis peccatis indulges, iam cathedram insides, sed fatali illi simílem. Tenebunt te enim vinctum malæ consuetudines: nã iuxta *Isidor: Animus sceleribus adstrictus, vix ab eis divelli potest,* atq; sic multis peccatorum confossus vulneribus & penitùs omni subsidio veræ pœnitẽtiæ destitutus, pestilentis Doctoratûs tui & Cathedræ stipendia recipies:

66.

hic. *Consuetudo peccati, stigma damnationis*

Festo cathedr S. Petri

Cathedra mortifera, cũ muscipula.

Consuetudo mala quàm tenax.

Peccatores Reverendati, cathedratici: quis

pœ-

pœnas nimirum inenarrabiles damnationis æternæ. Fugiamus ergo has pestilentiæ Cathedras, & ad alias salutiferas, per profectum in virtutibus aspiremus. Nunc iam novam inspiciamus æterni DEI Cathedram, ut in odorem eius curramus,

PARS II.

SS. DEIPARA, Cathedra sine peste originali.

67. NUmerosas quondam Hebræos sibi erexisse Cathedras, notavit S. *Cyprian:* veniens ad locum illum Matt: 23. *Super Cathedram Moysi sederũt Scribæ & Pharisæi*, adeo; ut sola Hierosyma temporibus CHRISTI & Apostolorum superbiret quadringentis & octoaginta; quod asserit *Delamines* Dom: 1. post Pasch. His adde Synagogas Galileæ, Damasci, Salaminæ, Antiochiæ (de quibus in sacra Script:) & aliarum Civitatum, attestante Paulo *Actor* 15. *A temporibus antiquis, habet in singulis Civitatibus Moyses, qui eum prædicent.* Sed iam temporibus adventui Messiæ proximis, non erant sine pestilentia aut doctrinæ, aut prauorum morum, profitentium in ipsis. Vtinam cæci illi, cæcorumq́; duces, Jerosolymitani Doctores, tum saltim non cæcutissent; dum in Nazareth, in domo Joachim Pontificis, nova & Sacratissima Cathedra sine pestilentia omnis peccati, in vtero Diviniſſimæ Annæ, summi Opificis omnipotenti magistrãte dexterâ fũdaretur, scil: dũ Conciperetur Beatissima Virgo MARIA. Cuius tam privilegiatæ Cathedræ plura iam reproduco testimonia & argumenta: curnam decuerit, & debuerit esse, ut nullâ unquam, hæc cathedra, etiam originalis peccati inficeretur peste.

Matt:

Cathedræ numerosæ fuerunt apud Hebræos.

Act:

MARIA, cathedra sine peste originali

Probatur Scripturaliter.

68. Primum, quod tuetur immunitatem huius Cathedræ à peste originalis peccati, argumentum est: quia Cathedra hæc, in sua Conceptione fuit Fundationis Regiæ: quales Cathedræ seu scholæ communiter vulgaribus tributis non subjacent. En primus ille typicus Præco MARIÆ, Regius Psaltes loquitur pro tali huius Regiæ Cathedræ privilegio; dum ait: *Psal:* 85. *Fundavit eam* (inquit) *Altissimus.* vbi, quia vox hæc *Altissimi*, ex obsservatione *Zerdæ* Acad 7. n. 4. supponit Personam Patris in Divinis, Fundatorem Cathedræ istius, Patrem æternum indicat; quem dum Cathedræ huius fundamenta posuisse in montibus sanctis asserit; eo ipso eãdẽ immunẽ fuisse in fũdatione seu Conceptione sui, à peste cuiuscunq́; peccati declarat; idq́; præcisè ex circumstantia Fundatoris. *Et ipse* (notanter addit ad energiam maiorem) *fundavit eam Altissimus.* Vnde Mellifluus *Bernardus*, dum in montibus Libani, qui sunt symbolum supremæ puritatis, fundationem seu Conceptionem MARIÆ speculatur; sine originali peste ipsam fuisse deprædicat, sic alloquendo Neo-Conceptam. super, *Salue Regina* ap: Blanc: in *Psal.* 85. *Turris es Libani, o MARIA? Libanus Mons, qui dicitur dealbatio, altam præ omnibus signat innocentiam. Innocens fuisti ab originalibus & actualibus peccatis: nemo ita super Te.* Astipulatur privilegio huius Regiæ Cathedræ, Regum ille Patriarcharumq́; in Libro Generationis CHRISTI & MARIÆ elenchus: quem cum aliquo discrimine, nam retrogradâ quâdam enumeratione Lucas cum Matthæo recensent, & quidem non citra mysterium. Hic etenim per paternitatis notionem, generationis prosapiam attexit. *Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit, Iacob &c:* At Lucas non paternitatis notam, sed filiationis, quâ a Filio ad Filium gradum facimus, recensẽt, *Qui fuit Eli, qui fuit Mathat, qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Adam, qui fuit DEI.* Vbi illud Ly *Fuit* filiationem denotat, non exprimit paternitatem. Nempe Matthæus, Josephi generationis lineam subducit; in qua peccati ac debiti primi Parentis infectio, a parentibus & proavis in reliquos communicatur. At S. *Lucas*, ut potè cancellarius MAriæ, authore *S. Thoma, Maldonato, Toleto & aliis*, Marianæ generationis lineam rectam supputat; in qua nemo Patris notione compellatur, nec ipse Adamus, solus DEUS Pater exprimitur, reliqui filiationis notâ insigniuntur: ut tacitè doceamur; quia MARIA nullum Parentem agnoscit, nisi solum DEUM: seu quod

Ps:

Zerda

Conceptionis Marianæ fũdator, Pater æternus: ideo sine peccato.

Blanc: *S. Bernardus assertor imm: conceptionis B. M. V.*

Conceptio imm: B. V. ex elencho Evan: eruitur.

Lucas Evang: Mariæ cancellarius

quod, licetsi à Parentibus iuxta præscriptum ordinem naturæ progignitur; nihilominùs singulari quâdam formatione, & in reliquis puris hominibus inauditâ, à DEO in lucem datur. Hæc igitur Mariana generatio, solius generationis VERBI Divini quodammodo æmula, leges humanæ generationis supergreditur; ut quemadmodum VERBVM Divinum expers omninò ex natura sua peccati, sed in sanctorum splẽdoribus a Patre gignitur; ita MARIÆ Sanctissima anima, ex singulari privilegio æterni Patris, æmulatrix huius generationis, ab omni libera inquinamento, per vim creativam Altissimi in lucem educitur. Huc servit illud *Ambr:* in Persona Filij ad MARIAM prolatum, *in Psal:* 40. *Generationis meæ privilegium, in Te agnosco; quæ nullâ potuit maculâ inquinari peccati.*

MARIA ad modũ VERBi, in splendoribus Sanctorum oritur.

Ambr:

Probatur. Figuraliter.

69. Alterum Argumentum est, quod immunem à peste communi declarat Cathedram nostram, Neo-Conceptam MARIAM; quia fuit illa Cathedra, nõ qualiscunq,, sed sapientissimi Magistri, imo ipsius incarnatæ sapientiæ; id est fuit Mater destinata Filio DEI. Rem dilucidiùs videbimus sub vmbra Figurali. Sacer Scripturæ textus, 2. Reg: 23. admiratus maiestatem cuiusdam in excellenti Cathedra sedentis, eum sapientissimum inter Princeps appellavit. *Sedens* (inquit) *in cathedra sapientissimus Princeps, inter tres, ipse est tanquam tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno.* O quot Sacramenta in Scriptura DEI? plane verbum DEI feracius est arcanorum, quàm syllabarum. Studiosiùs advertamus in hoc Textu latitantia adminicula Jmm: Conceptionis MARIÆ. Per sedentem in Cathedra, intelligitur (inquiunt Hebræi, ap: *S. Hieron:* Euchar: *Lyranum, Rupertum Dyonis:*) ipse David; qui iuxta Communem PP. opinionem fuit Typus Christi. Cathedra autem huius sapientissimi (ex sensu *Richardi* a S.Laur: infra citandi) designabat Matrem CHristi, B. V. MARIAM. Porrò iste sapientissimus, quia æterna Sapientia, Togâ magistrali humanæ carnis per Jncarnationem induendus, cathedram sibi, Matrem scil: elegit; de qua salutis humanæ dogmata mortalibus

MARIA cathedra Sapientissimi Magistri, ideo sine peste orig:

Reg:

David sapientissimus, typus Salvatoris.

A profiteretur: certè, si sibi Cathedram pestilentiæ, hoc est Matrem peste Adamitici peccati infectam, elegisset, quomodo sapientissimus appellandus? Quæro etenim; Sapientissimus iste Magister, noveratnè modum creandi rationalem creaturam nullâ peste peccati infectam? Jta sanè: sic enim in principio creati erant Angeli, & Protoparentes nostri. Scivitne iterum exceptionem posse currere in vniversalibus Decretis Divinis? ut dum omnes ferit pæna, aliquos non afficiat? quis contradicet? pluribus enim aliàs convinceretur inductionibus. Vnica interea Assueri Regis circa suum B edictum sufficiat interpretatio in favorem Esther (quæ fuit Typus MARIÆ) prolata. *Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.* Tandem Sapientissimus iste sedens in cathedra, nonne bene noverat tantam intervenire obligationem ex iure naturæ inter Prolem & Parentes, vt ad levandos in extrema necessitate Parentes, filij venundari se ab ijsdem permittere teneantur. Vnde ille, qui in tali necessitate Parentibus, aut succurrere nesciret, aut sciens & potens, noliet tamen iisdem opitulari; aut stultissimus, C aut impiissimus meritò dicendus esset. Quomodo ergo mens humana rectè cogitare poterit, quòd sapientissimus, imò Sapientia ipsa, CHRISTUS, cùm benè sciret, & quà potentissimus posset, contra illam pernicioſissimam pestem peccati originalis, succurrere Matri suæ statim in eius animæ creatione, permiserit, ut eâ contaminaretur? Quisquis de hoc sapientissimo sedente in Cathedra sua, talia cogitas, vide quam duras contra CHRISTUM consequentias admittere debebis. *Porrò sapientia DEI, vapor est virtutus DEI,* & ideo (v- D ti dicitur Sap: 7.) *Nihil inquinatum in eam incurrit.* quomodo in vna sede & cathedra, moraretur sapientia, & immunditia; si deniq; sapientia ista Libro illi, iuxta sensum S. Antonini *Florent.* inscribi non potuit, qui non esset liber a peccato communi. Ex quo ipso (ait idem *Doctor:* in Psal: 70.) *innuitur: talis MARIÆ puritas, scil: in anima & corpore.* Quomodo inverecundum fuisset, si ex Cathedra talis pestilentiæ, id est, infecta peccato matre, professionem suam ordita eadem Sapientia fuisset. Sed adhuc - - - - latent

Concept: imm: tuendi, dilemma.

Esther:

Christus, si non præseruasset Matrem ab originali: aut non esset sapiens, aut fuisset ingratus,

Eccli:

Anton: Floren:

latent sub cortice literæ aliqua ad propositum: dum enim dicitur: *Sedens in cathedra inter tres,* clarè alludi videtur ad Mysterium SSS. TRINITATIS; quæ quantùm laboraverit in tuenda ista æternæ Sapientiæ Cathedra, seu Matre, à peste originali, si scire cupis, recurrere ad Tit: infra. *Filia SSS. TRINITATIS.* Vnum adhuc apprehendo; scilicet tenerrimum illum Cathedræ vermiculum. Vermes quidem & teredines, putredinis & corruptionis signa sunt, simul & causæ; sed Marianæ huius Cathedræ vermiculus, quo significatur CHRISTUS, ipsomet apud Psaltem, sic innuente. *Ego autem sum vermis & nō homo,* perfectissimæ incorruptibilitatis, imò specialis eius decoramenti argumentum est: Moris etenim est insignium Doctorum Cathedras, purpurâ vel alijs pretiosis exornari perizomatibus: hic ergo vermiculus conchylij sui, sanguine; scil: ex vi prævisæ Passionis suæ, tinxit originali innocentia MARIAM, Qui sensus est *Petri Abbat: Celen: & Philippi* itidem Abbatis, *Vt fieret statim.* (verba sunt *S. Greg:* Nicomed:) *Purpura Regia in sua Conceptione contexta* orat: 1. de Conc. Tandem succrescenti conatui nostro pro Privilegijs Conceptionis Marianæ, occurrit *Chaldæus,* cum sua versione eiusdem textûs Scripturæ; qui, vbi vulgata legit *Sedens in cathedra,* ipse vertit *in unctione sancta.* Porrò Spiritûs S., in hymno Ecclesiastico appellatur, (& quidem rectissimè) *Spiritualis vnctio,* adeoq; sancta. Hinc collige Cathedram sapientissimi Magistri videlicet Matrem, si dicitur vncta vnctione Spiritus S. eo ipso fuisse illam in sua Conceptione, Cathedram sine pestilentia originalis peccati. Et hoc ipsum aperit viam ad tertium argumentum: cur MARIA dicenda sit Cathedra sine pestilentia originalis peccati: hinc compellor consuetam probationis methodum tantisper immutare, Doctorali probationi præmittendo historicam.

SSS. Trinitas quātùm laboravit, pro immaculata Concept. B. V. M.

CHRIstus vermis, in corruptionis Marianæ signum & causa.

Greg: Nicom:

Conceptio Mariæ, in unctione Sācta.

Probatur. Historicè.

70. *Maria cathedra sūmi Cancellarij, id est Spi-*

Jam tertiò comprobo SS. DEIparā fuisse Cathedram minimè peste originali infectam, ex eo, quod fuerit Cathedra supremi Cœlestis Cancellarij: videlicet Spiritus S. cuius est ad gradus altiores gratiarum licentiare & promovere. Refert Historia Regum Jsra-

A el, quod Rex Salomon fecerit sibi sedem, aliàs iuxta *Scherlog:* Cathedram; cui insidens mille millia cœlestium dogmatum profiteretur arcana. *Fecit* (inquit) *Rex Salomon Thronum de ebore grandem 3. Reg:* 10. Rectè quidem plerumq; a SS. Patribus Thronus iste dicitur B. V. MARIA, cui ille, qui plusquam Salomon est, per incarnationem in eiusdem vtero, insedit: sed non minùs rectè Thronus etiam dicenda videtur Spiritûs S. *Petro Blessensi* sem 33. his annuente: *MARIA* (inquit) *est thronus, super quem requievit Spiritus Domini.* Cœlestis ergò iste Cancellarius, dum hanc Cathedram primùm insedit, scil: in B Conceptione eius; ad quàm sublimem gradum gratiarum ter inclytos Parentes eius Joachim & Annam promoverit, testatur *Fulbertus Carnot S. de Nativ: Virg:* dum ait: *In huius* (scil: MARIÆ) *conceptione necessaria, haud dubium est, quin utrumq; Parentem vivificus & ardens Spiritus S. singulari munere repleverit.* Et quòmodo ipsimet Cathedræ, S. MARIÆ, supremum munus originalis immunitatis à peste peccati, iusto & decenti ordine rerum spectato, non indulsisse censendus est? Jmò privilegium hoc Cathedræ supremi istius Cancellarij, prodit & ipsa materia admirandi operis: C Ebur videlicet: *Fecit* (inquit) *Thronum de ebore grandem:* cum iuxta *Petrum Damian: s.* 1. de nativ: virg: ebur hoc, summum candorem puritatemq; MARIÆ indicat: verba eius appono: *Ebur mirabili candore relucet, & multa præeminent fortitudine. Quid candidius MARIA? quæ singularis aspectus sui gratiâ, supercœlestem curiam allicit ad videndum? Quid fortius illâ fortitudine, per quam Domini fortitudo vasa diripuit hostis.*

ritus S. hinc sine peste originali.

Reg:

Petr: Bless.

Fulber: Carnot: *MARIÆ Parentes concipiēdo Mariā, Spiritu S. repleti: quantò magis Filia.*

Petr: Damiā:

Ebur, symbolū immac: Cōceptionis

Probatur. Doctoraliter.

S. Joseph: hymn. in suo mariali. 71. *MARIA est cathedra lucidissima Regis* D *cœlestis, in qua iste incarnatus sponte requievit.* Adam de Persens in Marial: fragm: 5. *MARIA, Cathedra Regis summi: vnde cœlestia sapientiæ edicta proponit, exemplas virtutum ostendit, mundi sapientiam fatuam reddit.* Richard: de S. Laur: de Laud: Virg: l. 10. *MARIA, Cathedra, de qua 2. Reg:* 23. *David sedet in Cathedra sapientissimus inter tres; sedens enim in hac Cathedra, CHRISTUS est sapientissimus, quia ipse est Sapientia Patris; &*

Joseph: Adam Pers:

Rich:

inter

inter tres dicitur sedere, quia ipse est vna ex tribus Personis increatis, æqualis Patri & Spiritui S. sed ipse solus sedet in Cathedra quia solus incarnatus est in virgine. Trithem: l. 1. de mirac: B. V. in Vrticeto c. 6. *MARIA Cathedra Spiritus S.* Jsych: S. 7. de laud Virginis, *MARIA Cathedra, non inferior Cherubicâ.* Quod si ita est; nonne Cherub statim in creatione eius DEUS per gratiam suam insedit; cur etiam non MARIÆ? quæ excelsior in donis censetur ipsis etiam Cherubin: Si Cathedra Spiritûs S. qui in malevolam animam non intrat; si demum Sapientiæ æternæ, summiq; Regis Cathedra est; quomodo ei tot privilegiis præcustoditæ, pestis Adamitica irrepsisse potuit?

Trith:

Jsych:

Probatur. Miraculose.

72. Jn Annalibus Minorum apud Gonzagam & Vading: ad Annum 1317. traditur. Quòd, dum Conimbricæ gravissima serperet pestis, adeo quoq; periclitarentur Moniales S. Claræ vrbis eiusdem; vt timore perculsæ iam fugam meditarentnr. Et ecce derepentè ad portam peregrinus accessit eleemosynam petiturus, qui postea ex multis signis credebatur fuisse Apostolus Christi Bartholomæus: hic afflictas consolando Moniales inquit: Dabo ego vobis præstantissimum pharmacum ad tantam tabem omninò propulsandam. Accipite schedulam hanc, atq; ea quæ ibi reperiuntur, singulis diebus recitate: quibus dictis ampliùs non comparuit: Scheda autem continebat illam Antiphonam, similibus in periculis, iam nunc ubiq; usitatam. *Stella cœli extirpavit, quæ lactavit Dominum, mortis pestem, quam plantavit primus Parens hominum &c:* Ex hoc miraculo non insubtiliter cognosce, quòd dum MARIÆ (suo tamen loquendi modo) Adamiticæ pestis extirpatio adstruitur, quæro, quomodo, si eius conceptio aliquali peste peccati infecta fuisset, huic malo prævaluisse, illudq; extirpasse rectè diceretur. Odit hæc Cathedra adeo pestem peccati; ut nec in alijs Cathedris eam sibi a quopiam insufflari impune permittat. Sensit hoc non sine periculo *Alensis* noster, oppositæ priùs assertor sententiæ: quam dum acriter ex Cathedra promovet & tuetur iuxta leges humanæ prudentiæ; peste viq; mor-

Pestis remedium: oratio Stella cœli &c: a S. Bartholomæo cõscripta.

Alensis ob contrariã imm: Cõcept: sententiam, ex Cathedra cadit.

bi planè semimortuus factus, deportari ex Cathedra debuit: qui dum meliùs sapuit plagis emendatus, meliùs quoq; valuit, & vixit insignis zelator Jmm: Conceptionis. Similia cogitantem quendam, ut ea promulgaret populo Parisiensi ex Cathedra, prohibuit B. V. cum ista peste ascendere Cathedram: nam pridie Concionis eidem apparens, sic eum allocuta est: O Magister? *quid ego tibi unquam feci, quia hoc manè vis contra meum honorem prædicare:* Referente Bern- de Bust: 5. 11. de Conc:

Epilogus.

Mandaverat olim Regius Psaltes, laudes quasdam DEO persoluendas in Cathedra Seniorum. *Exaltent eum* (inquit) *in Ecclesia plebis, & in Cathedra Seniorum laudent eum. Psal:* 106. Jam Cathedram Seniorum tenemus, cùm inter illos grandæuos Senecìones & Patriarchas, quos recensuit Liber generationis JESU Christi, MARIAM ad finem legimus, quæ singulare decus dicitur Patriarcharum. Ergo in hac seniorum Cathedra laudemus DEUM, pro tam eximijs privilegijs huic sublimi Cathedræ exhibitis: & præsertim quod fecerit eam in sui Conceptione apparuisse Cathedram, peste originalis noxæ minimè infectam. Quoniam autem, (*ap: Engelgr: pro Cathedr*) traditur apud Persas fatale olim fuisse, si Cathedram Regiam, nisi Rex esset, quive alius insedisset. Cave proinde tibi quicunq; cultor MARIÆ. Si enim huic Marianæ Cathedræ cordiali devotione inniti desideras, ita virtutibus mentem excole; ut Regius sis, id est ab omni passionum, peccatorumq; servitute omnino liber, & pestem peccati follicitè fugias: ita fiet quòd nedum hanc Cathedram devotionis cultu tenebis, sed habebis quoq, facundã ex Cathedra pro salute tua oratricẽ B.M.V. Faxit id tibi & mihi Clementissimus DEUS.

AMEN.

73. Psalmus

Cathedrã seu sedẽ Regiam ascendere, fatale fuit apud Persas.

* * *
* *
*

Pro Feſto Nativit: B. M.V.

CERES Aureæ Meſsis SS. DEIPARA.

Booz autem genuit Obeth ex Ruth: Matt. 1.

74. IAm Meſſis tranſijt, receſſit ſolicita curarum Ceres, & ſpicis redimita Virgo vltimos Zodiaci properando ad gradus læta iã ac ridẽs, plena manipulorũ ſubintrat in horrea. A.A. Ad vindemiam potiùs iam matureſcunt uvæ, ut ſub vmbra Libræ, Liberi Patris hilares celebrentur feriæ: en ecce naſcente SS. Virg: MARIA mutantur, & quidem in meliùs, tempora: iterum etenim quaſi Cerealia redeunt, novaq; quia aurea, novâ naſcente Cerere, videlicet Beatiſſ: Virgine MAriâ, ſuperinducitur Meſſis. Ut dictum comprobem, Evangelium quod hodie legitur, appello. Cum enim prænobilis illa, Meſsis in agro Boozi Curatrix Ruth, ſpicas derelictas, ſequendo veſtigia meſsorum, colligens, in Libro & ſerie Genealogiæ CHRISTI, atq; MARIÆ nominatur, ut Mater Obethæ, *Booz autem genuit Obeth ex Ruth*, eo ipſo typicè inducitur Neo-nata MARIA, ex ſenſu *Richardi* a S. Laur: l. 6. *MARIA* (inquit) *ſignificata eſt per Ruth.* Hæc dum meſſorum derelictas ſpicas colligit, ex ſenſu Seraphici Doctoris, curam Cereris novæ Neo-natæ MARIÆ, quam illa in agro Cœleſtis Boozi circa animarum ſegetem exercet, exprimit ac denotat.

Judith: *Ruth, Typus MARIÆ.*

Richard:

Equidem hæc Diviniſſima Ceres, hodie dum naſcitur, pretioſam quia auream inchoat meſſem: quando enim naſcitur, neceſſum eſt, ut in gleba hactenus ſterileſcente, cordibus videlicet mortalium, ex tanti conſideratione Myſterij, quod iam Mater futuri Salvatoris prodeat in lucem, Charitate quæ juxta *S. Gregor:* l. 34. moral: c. 8. per aurum denotatur, tantò ardentiùs accendantur: & prout quidam Neotericorum ait. (ſc: *Nieſpork:* Polonus) Centur. 1. n. 509. ut inde pateret orbi, ipſam naſci, & eſſe Cœleſtis Patrisfamilias *Oeconomam*, quæ gratiæ ſemen-

MARIA, nova Ceres.

Meſſis aurea, charitas.

A tem, ad vberiorem gloriæ proventum, inter mortales terrenos, & nihil niſi quæ terræ & in terra ſunt ſapientes, diſpergit. Unde non immeritò devotiſſimus in naſcentem virginem *Caniſius* eam appellat Renovatricem aurei ſæculi, illudq; ortu ſuo inchoaſſe & conſecraſſe aſſerit: atq; Sybillæ vnius vaticinio uſus, iubilum, & exultans, toti mundo gratioſè decantandum ſubminiſtrat carmen.

Caniſius

Iam redit & Virgo redeũt Saturnia Regna.

Huius ergo aurei ſæculi, aut charitatis, ut colligam vel ſaltim demonſtrem meſſem. Cererem novam Neo-Naſcentem MARIAM, ſolicitaſq; eius circa ſementem auream charitatis & gratiæ in cordibus humanis multiplicandam, curas repræſentabo. Priùs tamen inimicum & invidum, qui huic Sacroſanctæ ſementi quandoq; ſuperſeminat zizania, inveſtigabo hoſtem. Jnterim hymnidicè applaudamus Oeconomæ noſtræ.

B

C

Tu Satorum Meſſis CHRISTI,
Ceres eſſe meruiſti:
Conſerua nos in gratijs,
Cuſtodi à zizanijs.

PARS. I.

Quiſnam inficit zizaniâ meſſem auream Charitatis.

75. CHaritas, quâ adhæremus DEO, & vnus cum eo ſpiritus efficimur, plurimis de cauſis, iuxta cit: S. *Gregorium*, ſignificat aurum: partim, quia ab huius auri pretio valorem ſuum ſumit noſtra dilectio, cùm extra ſupraq; creata omnia ſeſe prouehens DEO immergitur, illiq; ſuper omnia mundi

D

Charitas cur aurũ dicitur?

mundi summâ appretiatione adhæret: partim, quia sicut aurum, secundùm Sappho Pòëtriam *Filius solis*, secundùm alios Gentiles, Jove esse prognatum dicitur; ideoq; iuxta Lipsium *l. 2. de Magnit: Romæ c. 9.* appellatum *Aurum Coronatum*, quòd ipsis Regibus daretur; ita charitas & gratia, solius summi DEI, Solisq; æterni genitura est, quæ filios DEI facit, & simul Reges, quia coheredes CHRISTI & Regni cœlestis: partim tertio, quia, (ut *Falgosius* tradit) quandoq; in Hungaria aurum fit messis aureæ semen; cum super venas huius metalli prodeant non insæpè vites, aureos botros pampinosq; habentes. Non dissimilis imò nobilior natura inest auro Charitatis: quidquid etenim ex hoc semine progerminat, scil: fit ex charitate & in charitate, messis id aurea est, videlicet, charitate formatum quodcunq; opus, meritorium de condigno vitæ æternæ euadit. Quantò ergo pretiosior Messis est, tantò diligentiùs inimici, qui nituntur superseminare ipsi zizania, explorandi sunt.

Gratia genitura DEI.

Vitis aurifera in Hungaria

Probatur. Scripturaliter.

77. Matt: Unum inimicum prodidit ipse Salvator in illa Parabola de zizania *Mat: 13. Simile factum est Regnum Cœlorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo: cùm autem dormirent homines; venit inimicus eius, & superseminavit zizania in medio tritici & abijt.* Sed quia adhuc res latet sub nucleo, supplicemus cũ discipulis Salvatori, *Edissere nobis* (benignissime Magister) *parabolam zizaniorum* auri. Qui respondens ait illis: *Qui seminat bonum semen, est Filius hominis:* quasi diceret: Ego sum seminator boni seminis, puta Evangelij & verbi DEI, hoc enim semino, id est prædico, non solùm per me, sed & per meos Apostolos, ita tamen; ut ipsi sint organa mea, meæ voces, meiq; præcones; ego vero sim solus prædicationis Author, qui quod illi ex mea doctrina prædicant exteriùs; prædico interiùs in mentibus audientium, facioq; ut ipsi eandem intelligant, ament, amplectantur, & opere exequantur per gratiam meam, quâ intellectum eorum illumino, & voluntatem eorum inflãmo. *Ager autem est mundus: bonum verò semen, sunt Filij Regni: zizania autem sunt*

CHristus Seminator, boni seminis.

Mundus ager, zizania filij nequã

A *Filij nequam.* ait idem Salvator: vbi pro Filijs DEI supponit justos in gratia, per zizania, peccatores in vniversum. Tamen *Author Imperfecti* operis *hom: 23.* ad singularia descendens asserit, posse quoq; tropologicè significari per agrum, cor cuiuslibet hominis fidelis; per zizania concupiscentias: quibus ut suffocetur saluificum semen charitatis & gratiæ, inimicus homo superseminat seu excitat & acuit illas. Jnimicus autem qui seminat ea, est diabolus, proditus eiusdem Salvatoris ore. Hîc observat *Angel: Doctor:* quòd impossibile sit, quin ametur a creatura DEUS, si ab illa cognoscatur in B se: nam amor semper tendit in obiectum sub ratione boni: atq; sic, cùm DEUS sit in se prima & summa bonitas; in se odi a quopiam non potest immediatè, etsi mediatè scil: in effectibus suis, potest odio haberi. Et tali modo eum odio prosequntur dæmones: displicet enim eis, quod cõtra eorum voluntatem ipsi puniantur; quòd etiam iuxta voluntatem suam DEO prohibente, non puniant homines: inde quoq; fit, quòd, cùm homo sit vnus ex præstantissimis DEI effectibus, maximè dæmones eum & acriùs infectantur: qui enim odit Regem, odit & illius opera & effectus: C quod odium in hominem exercent mero invidiæ æstro perciti, ut scil: illum in partem suæ damnationis & malorum, quæ ipsi patiuntur, pertrahant: quem genium prodidit iste inimicus tritico superseminans zizania, vel hoc ipso, quòd de nocte dormientibus hominibus, id sceleris perpetraverit; ut eos reos ob socordiam redderet, adeoq; obnoxios pænæ. De quo sic *Chrysolog: ser: 97. Diabolus hoc ideo tenebris celantibus est molitus; ut adulteratæ Messis noxa, redundaret ad seruos; & hinc pœnam sumerent, vnde sperauerant palmam.* Quare vigilare nos oportet, ne inimicus D iste, prætiosæ charitatis Messi, noxia subseminet concupiscentiarum zizania: quibus dum tempestiuè non resistitur, si fortiter non repellitur hostis; adeò illæ constringunt animam, & malis humoribus tentationum inficiunt; ut plerumq; trahendo ipsam in consensum & delectationem, Cœleste semen gratiæ & charitatis in ea suffocent.

Zizania, concupiscentia.

Diabolus seminator zizaniorum.

DEus non potest odiri in se immediatè.

Auth: Jmp:

Cor hominis, ager.

Chrysol:

Probatur. Figuraliter.

78. *Homo sibi ipsi inimicus, peior dæmone quando?*

Verum enimverò ex illo Authoris Jmperf: axiomate. *Homo* (inquit) *malus peior est, quàm ipse diabolus. Hom.* 24. Alium præterea maiorem & magis noxiũ messi nostræ aureæ, seu gratiæ deprehendi inimicum, quàm ille primus fuerit; ipsummet videlicet sibi ipsi hominem: qui sæpenumerò dormientẽ quamvis diabolum, id est, non tentantem, excitat & advocat, ut ab eo tentetur. Justissimus, imò omnis justitiæ norma & exemplar Job, memorat quosdam reperiri homines, qui toti maledictioni intenti, ipsi etiam clarissimæ Luci creatæ a DEO maledicerent, utpote filij tenebrarum & nocis, quorumq; scelerum amicæ: neq; pessimæ illi generationi sua scelera sufficiebant, sed præterea adminicula & occasiones patrandorum plurium nefandorum quæritabant adeo; ut ipsum dæmonem in societatem adscribere sibi cogitaverint, atq; si renueret, eundem concitare adversùm semetipsos, parati essent. *Maledicant ei* (inquit Job) *qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leviathan. Iob* 3. Leviathan autem ex communi sensu Expositorum, significat Diabolum: qui tum temporis vigilat dum circuit, ut tentet, quærens quem deuoret: dormire verò censendus, ubi & quãdo tantisper intentatum ac in quiete relinquit hominem. Vtinam Leo iste rugiens perpetuò consopiretur somno! magnâ certè tranquillitatis parte cumularetur genus humanum, quod contra vigilantem circumdantemq; hostem continuas die noctuq; cogitur agere vigilias. Et quodnam tàm vecors & nefarium hominum genus, meritoq; de medio omnium exterminadum? quod dormitantem hostem excitat ut tentet, accersit ut noceat nedum alijs, sed illismet ipsis. Nobilis Expositor *Pineda in Iob.* hunc locum sic interpretatur. *Sanè, qui sibi ipsis occasiones quærunt peccãdi, eleganter dicuntur suscitare diabolum, non enim omne peccatum est ex instigatione diaboli. q. d.* Diabolus non tam profundo indormit somno; quin tua, quæ ipse instruis, excitatiora audiat, & excitetur: tunc autem tintinabula pulsas, dum in carne tua liberè, & ex proposito, concupiscentiarum tintillationes & impetus provocas, vel occasiones peccandi ipse quæris: aut quod peius, tenes malorum consortia, praua colloquia, lascivos cantus, iocosq; libenter audis aut exerces, oculorum petulantiam non cohibes: excitatoria hæc concupiscentiarum & acrium tentationum, quis dubitet esse? quæ dũ audit & advertit diabolus, accurrit ocyus, dumq; vires suas concupiscentijs tuis iungit, fit proinde, ut semen gratiæ, tantis zizanijs tentationum per te ipsum excitatarum superseminatũ, miserè suffocetur, fiasq; ipsemet Messis tuæ aureæ inimicus, & hostis. O quã frequenter audire cõtingit multorum, dum in peccata graviora labuntur, querelas contra Diabolum: Jnfelix ego, (inquiunt) Dæmon decepit me, induxit ad peccatum hoc, vel illud: quæ tamen plerumq, iniustæ sunt querulationes. Provide enim scripsit Mellifluus Doctor de hoc infernali Leone *Rugire* (inquit) *potest, ferire non potest: rugiat quantum potest, rugiat quantum vult, non est timendus, qui non potest vincere, nisi volentem. Serm:* 13. *in Psal: Qui habitat.* Immerito ergo damna Messis aureæ per peccatum soli tentatori inimico imputantur, sed vnusquisq; (iuxta Apostolum) tentatur à concupiscentia sua, cui si non resistit, ut debet, per fugam occasionum; tantò maius robur subministrat Sathanæ ad tentandum.

Dæmon non lædit nisi volẽtem.

Job.

Dæmon Leviathã dicitur.

Dæmon dormire dicitur: quando?

Pineda.

Dæmonẽ excitat, qui peccati occasionem quærit.

Probatur. Historicè.

Et hoc ipsum est, quod unus è tartareis spiritibus, Antonio Anachoretæ querebatur. *Cur mihi frustrà* (inquit) *Monachi? cur mihi omnes Christianorum populi maledicunt?* Cui Antonius *Iustè faciunt, tuu enim frequenter infestantur insidiis.* Rursus Dæmon. *Nihil ego facio, sed ipsi se invicem conturbant; nam ego miserabilis sum factus nimis.* simulq; disparuit *Ex Conc: Hist: hist:* 141. Confirmat idipsum exemplo tali, insignis Ecclesiastes *Guilielmus Pepinus.* Puella quædam non minùs casta, quàm formosa, ut procos effugeret, domicilium & vrbem mutavit: obvium in via se dæmon obtulit, speciem viri, honestatem vultu & sermone præferentis. Hic cùm ex fœmina didicisset, ipsam è privatis parentum ædibus, insidias pudicitiæ declinandi causâ, profectionem ad aliam

79. *Diabolus querulus coram Anachoreta de falsis calumnijs.*

Puella à lapizata a dæmone, a quo

deceptam se dicebat

liam vrbem, & ad populi frequentiam, suscepisse. *Male agis* (inquit) *o puella, quæ vitando fumum, incides in flammam: ibi quò tu properas, longè plura & maiora pericula te manent: quò remotior abes à parentum oculis, hoc magis es obnoxia procantium insidijs.* Nempe hæc Cacodæmonis laruata præmonitio, eò tendebat; ut tantò graviùs peccaret puella, quãtò deliberatiùs. Et vero *D. Ambros: S.* 91. haud ægrè concedit, *iussu ac impulsu DEI, etiam edi nonnunquam veritatis testimonia a dæmone. Et Actorum 16. Spiritum Pythonicum Paulo Apostolo attestatũ esse legimus.* Jlla tamẽ puella spretis monitis, infelici pede perrexit secura, sui cõtemptrix periculi. Haud magno temporis interlapsu, cæpit uterum portare, & à proco expulsa, ædibus ejecta, viâ quâ venerat, domum patriam remetiri. Jterum formâ priori occurrit ei dæmon: cui cùm reditûs sui causam aperiret, adjecit, se à malo dæmone persuasam, in vrbem & flagitiosam domum, pedem intulisse: Hic verò stygius viator, excussissimam ei alapam inflixit, cum dicto: *Mentiris prostibulum: ego enim is sum, qui hoc tibi iter dissuasi: verùm istud vobis Evæ nepotibus solemne est, vestrorum ut culpam lapsuum in diabolum conferatis: & hoc tibi nolens significo (sũt enim verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis) eo me adigente, coram quo contremiscunt inferi.* dixit, fecit, & euanuit. O quam multis è leviore hoc sexu ruberent a plagis genæ? si penè vel a tergo adstaret futilium & friuolarum excusationum vindex genius. Neq; fæminarum modò, sed commune gentis humanæ hoc vitium est, vel diffiteri quòd feceris, vel attenuare quod fecisti: super quo olim indoluit *S. Hiero:* in Psal: 140. *O infelicissimum humanum genus! qui peccata excusamus dicendo: victus sum à natura (a diabolo) cùm in voluntate nostra sit peccare, & Domino adiuvante non peccare: semper excusamus nosmetipsos & dicimus: Ego nolebam peccare, caro (dæmon) me vicit. Illa mulier venit ad me, ipsa misit, ipsa me vocavit: & pro quo debueramus pœnitentiam agere & dicere, Domine peccavi: excusamus & iungimus peccata peccatis.* Hæc S. Doctor: Utrumq; iam messis nostræ aureæ investigavimus inimicum; dæmonem videlicet, & ipsummet sibi ipsi hominẽ. Vigilandum ergo est nedum contra inimicum insidiantem huic sacratissimo in animabus nostris proseminato charitatis & gratiæ grano; sed tantò diligentiùs nobis ipsis incumbendum est, ne occasionibus concupiscentiarum, tentationum nos ingerẽtes, robur tentatori subministremus, si cupimus messis nostræ aureæ scil: graiiæ, perfrui gaudereq; emolumentis: idq; præcipue Almæ Cereris huius aureæ messis sæpè sæpiùs implorando patrocinium ac juvamen.

Ambr:

Act. *Dæmõ aliquando coactus assertor veritatis.*

Hieron:

Excusationum in peccatis, reprehẽsio.

PARS. II.

SS. DEIPARA Ceres aureæ Mesis.

80. *Symbolũ aureæ Messis.*

VEnustè non minùs ac ingeniosè huic conceptui alluserit nonnemo Neoticorum, Emblemate Mysterioso. Depinxit Virginem è nubibus spargentem aureum semen in terram, hinc inde arbores, flores, frondes, folia, fructus, segetes &c: aurea omnia progerminabant: addito huiuscemodi Lẽmate. *Facit aurea sæcula Virgo*: Per hoc exprimere volens, quomodò ter inclyta, Messis aureæ charitatis, gratiæ, & virtutum, Ceres nostra MARIA, Author, auctrix, & Cœlestis Oeconoma sit: cuius solicitudinem, exquisitam diligentiam tam in seminando, quàm in colligendo, conservandoq; iam obseruemus.

Probatur. Scripturáliter.

81. *MARIA, in sui Nativitate, charitatis semina spargit, quia Mater iam dicitur.* Matt.

Diligentiam Almæ huius Cereris in seminando tripliciter comprobo, præsertim ex S. Scriptura: & Primo ex hodierno Natali ipsiusmet, in cuius solemnitate videre mihi videor primũ & præstantissimum semen charitatis spargi in genus humanum à Virgine, dum eam statim in nativitate sui, Matrem appellari a Matthæo Evangelista considero. *De qua natus est IESUS, qui vocatur CHRISTUS.* Quæro etenim, etiam Philosophicè loquendo, quodnã sit semen, vel quasi semen, seu origo amoris & charitatis actuum? nisi ipsũmet obiectum eius: quo quantò magis aut ampliùs anima rationalis fæcundatur in intellectu; tantò faciliùs & abundantiùs progerminantur in ipsa, amoris & charitatis actus. Obiectum Charitatis DEI, ipsum Deum, ut infinitè

Charitatis semen, est obiectum s. Deus.

infinitè bonum esse, omnibus Theologis in confesso est: & quia pro hoc statu viæ, anima nihil agit, nihil cognoscit, consequenter nihil amat, nisi dependenter à phantasmatibus; ideo ex invisibili semine, scil: tendendo in DEUM, nonnisi per fidem cognitum, non tàm facilè & aptè parit actus charitatis in DEUM: Cùm itaq; virgo hæc, quæ hodie nascitur cum titulo Matris Filij DEI, visibilem nobis in carne DEUM reddidit; ipsum semen seu obiectum formale Charitatis DEI, ut feracior actuum charitatis in cordibus humanis prodiret Messis, providissimè providissima Oeconoma Cœ-

MARIA obiectum charitatis adaptavit vt facilius amaretur.

lestis adaptavit. Assecutus hunc Cõceptum non ego, sed alius scil: Divinissimus Venetus Patriacha *Laurent: Iustinianus in fascic: amoris c. 26.* quem audiamus in illa verba *Proverb: 9.* Sapientia ædificavit sibi domum &c: sic loquentem: *Adjecit* (inquit) *Filius DEI se sapientiam vocari, & esse: & qui ante invisibilis erat cum Patre, visibilem naturã accepit ex Matre, ut aptius amaretur.* Jlla particula *Adjecit:* ponderanda, significat enim adjectionem seu augmentum visibilitatis, quod DEI Filius factus homo, accepit a Matre. *Ut videlicet aptius amaretur:* visibile enim obiectum (quod etiam advertit *Escobar* l. 5. lect: 4. n. 46.) efficaciùs arripit dilectionis affectum. Jterum quoq; Cereris huius Cœlestis diligentia in seminando patescit ex seminis iacti irroratione. Parùm enim habuit jecisse semen, scil: prodidisse ex se obiectum charitatis visibile, DEUM in carne pariendo, nisi simul animas nostras, ut fœcundarentur, multoties cœlitùs irroraret, partim gratijs, & inspirationibus Divinis per se impetratis, quæ corda nostra disponunt, & adiuvant ad huiusce modi eliciendos actus, augendumq; charitatis habitum; partim exemplo sui & initiatione, aut doctrinâ: quod comprobare facile est ex S. Scriptura, ex illis nempe sponsæ Solymeæ, quæ typum gessit MARIÆ, adjuratorijs ad Consocias verbis. *Cant: 5. Adiuro vos Filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, ut nuntietis ei, quia amore langueo.* Jtane Sponsa Dilecto suo, cui uniuscuiusq; cor patet, & omnis voluntas loquitur, amorem suum manifestare quærit, ut socias adjuret, quatenùs sponso aperiant, illam amore æstuare & tantùm non deficere? Quid agis sponta? Num sponsus tuus, quẽ nihil latet, amorem tuum nesciebat? Numquid non est ille idem, cui Princeps Apostolorum dixerat. *Ioan: 21. Tu scis Domine, quia amo te.* Cur igitur amoris vulnus ostendi quæris Dilecto, qui vulnus illud fecit, & diduxit. Quorsùm rogo spectabat Sponsa, dum hoc diceret? Mysterium aperuit verborum. *Aloys. Novarrinus. vmbr. n. 307.* dum ait: *Credo & alius voluisse amoris amorem ingenerare; ut quæ vulnerata erat, etiam socias suas vulneraret: ut scilicet audientes Filiæ Ierusalem, Dilectam amore languere, & ipsæ amoris desiderio tenerentur: hacq; arte amorem cæteris affricabat Sponsa, quæ amore languebat. Adjuratio igitur ista in filiarum profectum tendebat, quas amore corripi, amore correpta Sponsa cupiebat.* Jn eundem sensum apud eundẽ Authorem dogmatizat *Rupert: l. 5. in Cantica.* Jnde quoq; est, quòd permulti ijq; non postremæ authoritatis Patres, non tantùm Divinitatis naturam, auro persimilem asserunt, aut CHRISTI humanitatem; sed etiam Jmmaculatissimæ & purissimæ DEI MARIÆ vitam totam auream, aureasque virtutes affirmant, quæ in terram humani cordis seminatæ aureas germinant virtutum plantas: & quemadmodum aurum cætera metalla deaurat, ornat, pretiumq; auget; ita virtutes Marianæ ad imitationem tractæ, aureæ sementis naturam imitantur, quæ metalla alia, terramq; ipsam pulchriorem & pretiosiorem faciunt. De quo sic *Richard: a S. Laur: l. 10. de laud v. Sicut auro inter metalla nihil pretiosius; sic virtutibus MARIÆ, nihil creatum, gloriosius. Et sicut aurum colorat cætera metalla; sic virtutes MARIÆ, cæterorum Sanctorum colorãt & insigniunt virtutes.*

MARIA affricat aliũ amorem.

Rup:

MARIÆ virtutes, aurum deaurans aliorum mores & actus.

Rich: à S. Laur

MARIA irrorat semen charitatis, ut fœcundetur multipliciter

Lauren Justin:

Cant:

Probatur. Figuraliter. 82.

Spectavimus per picuam huius Cereris almæ Messis aureæ in seminando solicitudinem; sed non minorem in colligendo diligentiam eius perscrutemur sub Figura, quam ipsum Festi hodierni Euangelium suggerit in illa nobiliori Matrona Ruth dicata. *Booz autem genuit Obeth ex Ruth.* Jam audi-

MARIÆ diligentia in colligẽdis spicis.

vimus

vimus suprà a Seraphico Doctore, Ruth Typum fuisse MARIÆ. Jnde fuit cõmendabilis Ruth, quòd in agro affinis sui Booz adeò solicitè, quamvis ex necessitate, incubuerit Messi; ut etiam derelictas spicas à Messoribus & proiectas, sequens vestigia eorum, diligenter, ne conculcarentur, colligereret; sed infinitè laudabilior inde Neonata MARIA, quia ut ait: Escob: *Escobar loc: cit: n.* 35. ipsa Ruth in Evangelio memorata addit exultantium choro lætitiam, MARIAM natam esse affirmans, ad desperatorum collectionem seu reductionem. Porrò communiter humana natura, Messis vocitatur. Joan. *Levate oculos vestros* (ait Dominus Messoribus Apostolis) *& videte Regiones, quia albæ sunt iam ad Messem. Ioan:* 4. Pergunt metere Evangelici operarij, manipulos congregant; at reliquæ spicæ quasi despectæ aut in agro, aut in via remanent, quas colligat Ruth. Proh infelicitas tot spicarũ, tot peccatorum! qui relicti ex Apostolica messe, à bestijs, ab avibus sũt absumendi: Jmò felicissimi illi, si MARIA vera Ruth, in morem illius fæminæ spicilegium agat, ut eas Evangelicæ adjiciat triturationi. Bellè *S. Bonaven:* in specul: c. 5. inquit: *Ruth ergò in oculis Booz, MARIA in oculis Domini hanc gratiam inuenit, ut ipsas spicas, id est animas a Messoribus derelictas colligere ad veniam possit.* Num non DEUS agricola? *Pater meus* (ait Dominus) *agricola est.* Jpse instar Booz præest Messoribus Angelis, Patriarchis, Prophetis Apostolis CHRISTI. Quid plura? An non mira MARIÆ potestas & misericordia, potuisse & voluisse colligere & congregare despectas, imò quãdoq; ut incorrigibiles, derelictas à Ministris Evangelicis, ab ipso CHRISTO, ab ipso DEO spicas, animas scilicet, de quarum salute iam attrita spes, *Qui sunt* (adjicit Doctor) *Messores? nisi Rectores, Doctores, &c. O vèrè magna MARIÆ gratia, quâ multi ex eis ad misericordiam colliguntur, qui a Rectoribus, & Doctoribus, à Patre, tanquam incorrigibiles relinquuntur.* Talem derelictam ab omnibus spicam demonstrat *Mellifluus*, vnum scilicet ex duobus concrucifixis Christo, Latronem; qui propter umbram stantis sub Cruce Filij Dolorosissimæ Matris, & præsentiam eius, saluatus esse dicitur à *Drogone:* quam spicam salutari alligans manipulo, cæteris adjiciens manipulis, ad horreum Cœlestis Booz trituratam immisit, dum Crucifixus Filius valuas paradisi illi aperuit, dicens: *Hodie mecũ eris in paradiso. Luc:* 23. super quo exclamat memoratus *Bernardus. O MARIA? tu peccatorem toti mundo despectum materno affectu amplecteris, foues, nec deseris, quousq; Iudici miserorum reconciles.* Allusionem Figuralem declarat idem Seraph: Doctor, dũ *Ser. 1. de Virg:* I. 3. sub ferri Metaphora, quod sine igne frigescit, & rubiginat, in igne concalescit & purgatur, suamq; acquirit pulchritudinem, ita alloquitur peccatorẽ. *Tu ergo qui habes cor non carneum, sed ferreum, si hoc igne MARIÆ s. charitate tangeris; & affectu calescu, & compassione mollescis, & omnis peccati rubigine expoliaris, similis & igneus efficieris, totusq; amore liquesces.* Vides ergo quomodo Ceres nostra etiam derelictas spicas aureæ Charitatis messi adnumeret, & inferat: Tanta certè est pietas Ruth MARIÆ in colligendo spicas. O miser quilibet ille es; qui Messoris Christi sacerdotale Ministerium toties effugisti: qui te non dedisti Patri agricolæ secanti; saltim pietati Ruth MARIÆ te committe: manipulis aureis, per charitatem proculdubiò alligaberis, & annum divinæ benignitatis ornabis coronâ, gaudiumq; tuum erit, sicut lætantium in messe.

ce, latro cõuersus.

Bernard:

Bonav:

Messis, natura humana, Messores Doctores.

Deus, agricola.

MARIA despectos, desperatos peccatores subleuat.

Bonav:

MARIÆ vmbrâ sub Cru-

Desperatorũ exhortatio ad Mariam.

Probatur. Doctoraliter.

Sensa in hac materia antiquiorum Patrum, utpote S. Bernardi, Bonaventuræ, Laurentij Justin: supra iam sparsim produxi: quibus addo M. Albertum, qui in Biblia Mariana super lib: Deut: 33. Mariam vocat *Matrem inflammationis.* Jtem in Postill: *Sup: c. n.* 11. *Luc:* appellat illam *Matrem Familias.* Leo autem pius Jmperator, in orat: de mysterio Nativ: B. Virg: honorat illam titulo *Oeconomiæ DEI ad homines attemperationis.* Quibus adnumero duos ex Neotericis: primũ *Holchot:* ap: vmbr: n. 1388., qui alludendo ad vnum ex signis Cœlestis Zodiaci, ita inquit: Narrat *Albumazar l: 6. introd: de Constel: virginis, scilicet, quòd Virgo, sit signum luminosorum corporum; & talis Figura attribuitur ei: puella decora facie, Virgo honesta &*

83.

Alb: M.

Leo Jmp:

Holch:

sta & munda prolixos habens capillos, in manu habens spicas, & nutrit Filium: Per quod describitur Mater Christi Virgo MARIA, quæ est Mater immaculata & omni pulchritudine decora, ipsa tenet spicas, Cælestium seminum, gratiarum scilicet & virtutum, suis dilectoribus tribuendas. Deinde ipsemet *Novarr:* subscribit felicitates illius primi nascentis Ecclesiæ sæculi, (ex hoc ipso aurei) quod B. V. MARIA exemplo vitæ suæ, ad sola sectanda amandaq; Cœlestia, vulnerata charitate corda fidelium pertraxerit: verba eius produco *ex vmb: Virg: n.* 358. *A Virginis (inquit) exemplo post Christum prodijt, ut primo illo ævo, adeo auri argentiq; contemptores fideles essent; ut idcirco ad pedes Apostolorum aurum projicerent, tanquam indignum putarent manibus ab Apostolis contrectari. Verè aureum sæculum dici potuit, quia aurum conculcabatur.*

Aureum sæculum, ubi aurũ spernitur.

Novar:

Probatur. Miraculosè.

84. Non modicùm adstipulantur veritati & miracula, seu miraculosæ apparitiones. Jn lib: Reuel. S. Birgittæ. lego *l.* 1. *c.* 2. quomodo eidem famulæ DEI, apparuerit SS. DEIPARA, sacræ doctrinæ de charitate spargens in corda eius sacrosancta semina: dum eam hisce verbis allocuta est: *Ego sum (inquit) MARIA, quæ peperi DEUM & verum hominem Filium Dei: Ego sum Regina Angelorum, Filius meus diligit te toto corde, ideo dilige tu eum.* Et infra de ornatu spirituali famulam DEI instruens, talia subnexuit. Pallium tuum respersum debet esse signis charitatis sponsi tui, quomodo scilicet creavit te, quomodo redemit, quomodo enutrivit te, & induxit te in spiritum suum, & aperuit tibi oculos spirituales, quomodo derisus & flagellatus, quomodo sanguinolentus, & omnibus neruis confossus stabat in Cruce, quomodo in morte ex passione doloris acutissimi, totum corpus contremuit, quomodo in manus Patris commendabat Spiritum. Similem doctrinam superseminasse apparens B. Angelæ de Fulgino, legitur (*ap: Theophil: Marianum art:* 3.) Jn hæc verba eam allocuta: *Benedicta sis a Filio meo, & à me: cura diligenter & studiosè, quantùm poteris, habere incrementa charitatu, nam & ipse dilexit te, & sic inuenies rem infinitam.* Pro-

MARIA, multos miraculosè stimulat ad charitatẽ Revel: S. Birgit

Charitatis in Christum passum motiua revelata S. Birgittæ.

A pterea (ut idemmet Author refert *art:* 1.) eadem Sacratissima messis aureæ Oeconoma, dum semel à venatione visibilem se dedisset cuidam Hugoni Comiti in Hetruria, in colloquio cum illo habito de charitate, hæc verba adjecit. *Ego sum Mater pulchræ dilectionis.* & interim disparuit. O vere Mater dilectionis? cuius cura & sollicitudine tot partus & germina dilectionis in cordibus mortaliũ pullulãt & matureſcũt!

Probatur. Historicè.

Si lubet, Historiam accipe, & ex ea ad Diviniora mentem promoue: idq; ex *Possidonio* Stoico, & Theat: *Beerlink, lit: C. fol:* 481. Luernius Pater Bititis, qui a Romanis interfectus est, Celtarum Rex, auream quasi messem sparsisse traditur: nam cùm multitudinis gratiam venaretur, ferebatur in curru per agros, aurumq; argentum Celtarum myriadibus seminabat, qui eum sequebantur: atq; sic lucratus amorẽ populi, messem quasi auream collegit Rex Gentis auro coronatus. Ecce ex auro argentoque disseminato, & in terram proiecto prouentus & Messis, amor & benevolentia subditorum. Enimuerò ubicunq; DEUS adest (adest autem ubiq;) aurea gratiarum jacit semina. Dispergit autem ea, & per B. Virginem, Matremq; suam (iuxta S. Bernardum) quoties eius interuentu consolationes, gratias, motusq; pios concedit non aliâ mente; quàm ut rebellium peccatorum animos ad se cõuertat, & ad amorem suum excitet frigidos: inopes, divites gratiâ & charitate faciat. Thesauros hos in manibus MARIÆ posuit, ut per eius manus in terram, hominem s: terreum terrenumq; velut semina beneficentiæ, & amoris, dispersa, eundem ad DEI Divinorumq; amorem provocarent.

85. *Aurum per agra spargit quidam, ut Rex fieret.*

Deus per manus Mariæ dispergit aurum.

Epilogus.

EN iam habemus, nouâ hodie nascente Cerere, noua quoq; quia aurea Cerealia. Vetitum erat apud Ethnicos sub gravi mulcta, dum Cereris festa celebrarentur, indulgere cuipiam Veneri & Baccho: super quo querulatus contra Deos olim fuerat suo carmine de Amoribus impurus Poeta Ovidius. Caue & tibi, quisquis te Cultorem MARIÆ profiteris, & esse parcupis

86. *Cereris feriis, Bacho libidini vacare, vetitum Ethnicis*

percupis huius aurei charitatis agelli & Messis esse colonus, ne Sacra hæc Cerealia quandoq; similibus profanes: imo omni studio atq, cura glebam cordis tui excole, ut aptius Alma nascente Cerere, nova semina gratiarum, charitatisq; per ipsam recipias, atq; sic, sub tam provida Oeconoma, cultura salutis propriæ feliliter tibi succedat, tandemq; aureos meritorum copiosorum in exultatione portando manipulos, sentire dignus sis Propheticum illud in te impleri. *Lætabuntur coram Te, sicut qui lætantur in messe.* Isa: 9. Jnterim unâ mecum, novæ huic Cereri supplica. Faxit illa, ne tam sacrosancta semina ipsius, nostrorum glebæ cordium deficiant, vel depereant sed feraciter, injecta germinent, & in perfectam coalescant Messem; ut sic coronata aureis spicis meritorum, manuducente Cerere nostrâ, cœlestibus horreis importemus capita.

AMEN.

MARIÆ cultor, libidinem, ebrietatẽ fugiat.

Isa:

Votũ Authoris.

CIVITAS Refugij Vltimi.

SS. DEIPARA.

Pro Festo SS. Mariæ Angelorum de Portiuncula.

Beatus Venter qui te portavit. Luc. 11.

89. ADeò est MARIÆ Venter beatus, adeò glorioſum habitaculum; ut DEUS VERBUM de sinu Patris, æternâ coæqualiq; Genitori immersum beatitudine, ad eum descendat, quasi ad deliciarum locum glorioſamq; mãsionis Civitatem; quatenùs, Jncola simulq; Dominus eius factus, ineffabili potiretur beatitudine; acsi soli Deo beando hæc beatissima & glorioſa Civitas, vterus S. MARIÆ exædificaretur. A. A. De hac profectò Civitate communiter intelligunt Doctores illud propheticum pronuntiatum Davidis. *Gloriosa dicta sunt de Te, Civitas DEI. Psal:* 86. Et illud *Psal:* 47. *Magnus Dominus & laudabilis nimis in Civitate DEI nostri.* Hæc tamen Civitas ita est Civitas Dei, ut Vnigenito Patris Filio sit glorioſa, laudabilis, & deliciarum habitaculum; Reis autem scil: Peccatoribus sit valde officioſa & in periculis singulare refugium. Non vacat Mysterio, quod Divinus Psaltes Panegyri huius Civitatis DEI, subjunxerit alienigenas, & populos Æthiopum, quasi incolas eius: *Ecce alienigenæ, & Tyrus & populus Æthiopũ, qui fuerunt illic.* per quos denotantur peccatores alieni à DEO ob amissam gratiam, qui adusti concupiscentiarum ignibus, turpem degenerant in colorẽ: quos tum hæc Civitas recipere foueréq; contra justam iram justi Judicis DEI censetur; quando ipsis currentibus ad Portas suas per aliquam specialem devotionem, impetrat gratiam, & medium conversionis ac pœnitentiæ, quæ prima est valua, quærentibus refugium. Hanc verò portam pœnitentiæ, SS. DEipara, (ut moris fuit Civitatum in veteri testamento, quæ dicebantur refugij) apertam omni tempore tenet, dum continuò pro peccatoribus deprecatur Filium: compellata quotidie tot myriadibus. *Aue Maria Ora pro nobis peccatoribus,* Hodie nihilominùs, dum plenariæ Jndulgentiæ, quæ de Portiuncula dicitur, impetrat beneficium; quasi specialem aperit Portam: ut colligere est ex ipso nomine Portiuncula, quæ quasi parua & specialis

MARIÆ vterum quàm exambit Deus.

Pœnitentia, Porta salutis.

Ps:

MARIA, Civitas refugij peccatorum.

Portiuncula aPorta pœnitẽtiæ quaſi deducitur

porta eſſe innuitur, ad quam, per faciliorem & compendioſiorem viam pœnitendo, dum peccatores properant, vltimum, plenum, ac ſecuriſſimum adverſus Jram DEI inveniunt Refugium. Meritò ergo SS. DEiparam, dum hanc a Filio ſuo, inſtigante Seraphico Patre, largiſſimam pro peccatoribus impetrat Jndulgentiam, amplioribus documentis comprobabo, Vere & omninò dicendam eſſe Civitatem vltimi refugij. Priùs tamen inquiram, cur plerumq; peccatores etſi fugiant,& recurrant ordinariè ad valuas pœnitentiæ & cõfeſſionis; non ſine tamen difficultate inueniunt ibidem refugium, aut ſaltim non omninò plenum, neq; vltimum. Jnterim ſalutemus proni nouam hanc Civitatem deſcendentem hodie de Cœlo ad paupericulam Franciſci Domum.

O Civitas magna DEI!
Refugimus ad Te, Rei.
De peccatis exeuntes:
Salua iam, iam, pereuntes.

PARS I.

Ordinariè Pœnitentibus,aliqua difficilia ſuperanda occurrunt.

90. *Pœnitentia, primum refugium peccatorũ*

MInimè ambigo, nec inficias cuiquam ire volo, quòd Pœnitentia & Confeſſio, ſit primum & ſatis efficax peccatorũ refugiũ ad hoc,ut manum iuſti Judicis evitent. Jdipſum enim Præco & Præcurſor CHRISTI aſſeruit, prædicans toti Jeroſolimæ. Luc: 3. *Quis vobis oſtendit fugere a ventura ira? Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ.* Unde eſt quod S. *Hieron:* Pœnitentiam & Cõfeſſionem appellauerit *Tabulam naufragij.* Meritò hæc comparanda veniunt illis Civitatibus Refugij, in quibus profugi homicidæ aſylo gaudebant; de quib9 cautum lege Moyſaica erat, ut ſemper apertis poſtibus paterent, & viæ quibus currebatur ad eas,benè cõplanatæ eſſẽt. Pariter Clementiſſimus miſericordiarũ Pater Cæleſtis, noua in lege, pœnitentiæ imo & Confeſſionis (cuius tantùm typus ſub Moyſe habebatur) complanavit & facilitavit viam, quærentibus peccatoribus tutiora aſyla; partim, quia pro nunc, attritus peccator, ſi accedat Sacramentalis abſolutio, habetur pro contrito; partim, quia publicam peccati etiam occulti, coram Sacerdote victimam pro peccato pœnitentis offerente manifeſtationem, ad quam ex Lege *Levit:* 45: 6. tenebantur Hebræi, ut aſſerit *Iosephus* pariter Hebræus *l.* 3. *antiq. c.* 10. ſuſtulit Salvator,auriculari eaq; ſecretâ ſolummodo confeſſione contentus. Hinc Tertull. *de Bapt: c.* 10. *Nobis* (inquit) *gratulandum eſt, ſi non publice confiteamur iniquitates aut turpitudines noſtras.* Hoc tamen non obſtante, etiam defacto, adhuc pœnitentia non videtur eſſe ordinarie ita plana & facilis, quin abſolutè careat aliquibus obſtaculis ſeu difficultatibus, quibus aliqui impingũt, aliqui ea non tam facilè ſuperant, illi præſertim quibus rara eſt Confeſſio.

etiam in lege veteri manifeſtabatur ut dimitteretur. Lev: Joſeph: Tertul:

Pœnitentia in noua lege, levior quàm in veterì curâ

Probatur. Scripturaliter.

Rex Propheta, cùm de ſuo Pœnitentiæ ſtatu ageret, dicebat *Psal:* 101. *Similis factus ſum pelicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio: Vigilavi, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto: Caſſiodorus* apud Lorinum exponens Tropologicè hunc locum, inquit *Poſtremo loco paſſer collocatus eſt, pelicano & nycticorace minor; quoniam gradatim pœnitudo primò grandis eſt, ſecundò, mediocris, tertiò conſuetudine ipsâ tollerabilis.* Magno certè myſterio appellatur tandem paſſer, qui cæteris oppidò minor eſt, priùs tamen vocata pellicanus, quæ eſt grandiuſcula avis, deinde nycticorax quæ eſt exigua; ut nobis ſignificaretur, quòd pœnitentia, quamvis deniq; uſu & exercitatione levis efficitur, & quæ ferri haud difficile queat, nihilominùs initio terret, permoleſtaq; ac intollerabilis videtur. Reſeruo cætera, unum pro tunc attingo, quod ſpectat ad primam conditionem ſeu partem Pœnitentiæ, confeſſionem videlicet oris, coram ſacerdote peccati proprij cum omnibus circumſtantijs ſaltim ſpeciem mutantibus; quæ ob naturalem erubeſcentiam, & veriùs ob amorem inordinatum ſui, famæq; ſuæ, valdè terret. Huic obſtaculo, o quàm plurimæ impingunt animæ, dum eo territi a præconcepta pœnitentia vel deſiſtunt, vel ob innatam verecundiam reticentes, enormiora in diluvio aquarum

91. Pſal: Caſſiod

Pœnitentia & Cõfeſſio.ſenſim facilè tantur.

Confeſſio non integra,ſacrilega.

aquarum multarum, ad portum Pœnitentiæ, nedum non approximant, sed potiùs nouo sacrilegij scelere aggravati, merguntur in limo profundi & damnationis suæ. Quis edisserat, quanto studio adlaborauêre SS. Patres, ut hanc ad Civitatem Refugij scil: ad Pœnitentiam complanassent peccatoribus viam, seu ut præconceptam & falsò præfixam tollerent difficultatem? illo præsertim fulti. *Eccli:* 4. Spiritus S. monito. *Pro anima tua, ne confundaris dicere verum.* & iterum *Non confundaris confiteri peccata tua.* Jnsuper ausus est *Petrus Abb: Celeu:* ruborem Confessionis, cum pretio Sanguinis CHristi fusi in Cruce, ad libram ponderare, ut sic æstimatione & valore eius corã Domino, allectus peccator, vana hæc terriculamenta aditum ipsum Pœnitentiæ obsidentia, minùs curaret; imò ut animosiùs curreret ad asylum Pœnitentiæ: verba Abbatis pono. *Carnem pro carne repone: pro Carne Sancta, Sanctificatam: sanguinem quoq; pro sanguine, pro in ará Crucis fuso, fusum rubore confessionis. l. de Panib c. 1.* His tamen plurimi non obaudiunt, & ex ea causa pereunt. Vnde lego ap. Petrum Bessæum *fer: 3. hebd: major.* quendam dixisse, cum aliqua allusione ad dictum illud Salamonis. *Tria mihi cognitu difficilia. Prov:* 30. Tria, inquit, in Christiana Religione haberi ardua & difficilia: primum, nullum toto vitæ tempore peccatum veniale committere: alterũ, ex corde & animo inimicos diligere: tertium, omnia peccata & commissa sua, homini mortali per confessionem detegere. Quo alludens Propheta Regius, sic DEUM allocutus est aliquando. *Propter verba labiorum tuorum, ego custodivi vias duras, ac difficiles.*

Eccl:

Confessionis rubor, quãti pretij.

Petr: Abbat: Cel:

Tria difficilia in Catholica Religione.

Probatur. Figuraliter.

92. Rem meliùs, quamvis Typicè, declarabit Mare illud æneum in templo Salomonis, quod sustentabatur a 12. bobus ære fusili fabrefactis. Jdeo ipsum taliter S. textus delineavit 3. Reg: 7. *Fecit quoq;* (Salomon) *mare fusile decem cubitorum à labio usq; ad labium, rotundum in circuitu: quinq; cubitorum altitudo eius: & stabat super duodecim boues.* Multi credunt, quòd hoc fusile mare (æreum ex sensu *Baez:* de Christo Figur; l. 5. c. 10. illud fuit) significârit Baptismum: cæterùm *cit: Auth:* cum *Ribera l.* 2. de Templo *c.* 17. opinatur, per illud, significatum fuisse Sacramentum Pœnitentiæ seu Confessionis. Et meritò Pœnitentia mare dicitur; ut ostendatur quàm magna debet esse pœnitentia, quæ ducit ad vitam, quatenùs de illa verè dici possit illud Jeremiæ. *Thren: 2. Magna est velut mare Contritio tua.* Et vel ideo, fatis ingeniosè decantatissimæ illi olim peccatrici, postea pœnitenti Pelagiæ allusit quispiam carmine.

E Pelago in pelagus, lacrymosa Pelagia trãsis, Tristia, dum lacrymis obruis acta tuis.

Mare ergo illud, ex quo æneum fuit, aliquas Conditiones veræ Pœnitentiæ & Sacramenti Confessionis bene exprimit: metallum enim æris habet perpetuitatem, hinc apud Antiquos iuxta *Pierũ*, pro symbolo perpetuitatis usurpabatur: habet etiam sonoreitatem; habet deniq; & duritiem, adeoq; gravitatem. Pariter Pœnitentia & Confessio, ut fiat pœnitenti mare ablutionis, debet esse perpetua, scil: semper permanere debet dolor seu auersio a præteritis malefactis: monet enim *Ecclesiasticus c. 5: De propitiato peccato, noli esse sine metu.* Jtem debet esse sonora; quod denotat Confessionem oris Et per hoc ipsum nonnihil gravis redditur, scil: fit plerumq; cum aliqua difficultate. Sustẽtando autè huic mari cur duodecim, similiter ære fusi, subsituuntur boues? Quo ad literam ratio in promptu; ut tantæ gravitatis molem sustinerent: Jn typica autem significatione, credo hoc ipso admoneri quemq; peccatorem, quòd non adeo levi oneri humeros supponat, dum pœnitentiam inchoat. Si enim, ut dixi iam, quatuor numerat pœnitentia partes, Confessionem, Contritionem, Propositum, Satisfactionem, quæq; ex his non vno, sed tribus sustentanda est quasi à bobus, qui symbola sunt laboris; scilicet, tres superandas habet difficultates: nam primùm Confessio debet fieri cum solicita præparatione, seu prævio stricto examine, cum exquisita peccatorum & circumstantiarum enumeratione, & cum verecunda humilitq; oris proprij depositione, de cuius difficultate paùlo supra iam dixi. Non minùs grauabit & secundum, Dolor, si & contritio de Confessis. Hic enim

Mare fusile, cum 12. bobus

Reg:

typus Pœnitentiæ: quomodo?

Thren: Contritio debet esse velut mare.

Æris tres proprietates, applicantur Confessioni.

Eccli:

Confessionis 4. partes examinantur.

ut oportet ad salutem, & ad valorem Sacramenti, iuxta declarationem Conc: Trid: *Ses. 14. c. 4.* debet esse ex motiuo aliquo supernaturali, qualia obiecta valdè debiliter & tardè intellectus noster pro hoc statu, præsertim actuali peccato excæcatus, concipit, & apprehendit, iuxta 1. *Corin. 2, Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, stultitia enim inest ei.* Jn hoc si deficit pœnitens, nullum Sacramentum redditur: vnde rectè dixit *Hugo Victorin: Tanta est pœnitentia tua, quanta est contritio tua.* Quid dicam de tertia Pœnitentiæ parte? videlicet Propositi emendationis, & ampliùs non offendēdi DEVM: hoc quòd rarò perfectum in foro Confessionis contingat à pœnitentibus haberi, agnovit S. *Thom: Vill:* (Dom: 4. Quadr) inquiens. *Ad pedes Confessoris rarus est qui pœniteat prout debet.* cuius reddens rationem subjungit: *Oportet enim ante Confessionem firmū & verum continendi a peccatis propositum perquirere, & an verè illud habeas discutere: quo naufragio multæ animæ submerguntur.* Quartam dum considero Pœnitentiæ partem, hoc est Satisfactionem; cæteris difficiliorem inuenio: debet enim fieri ad libram justitiæ, iuxta illud *Ezech: 18. Si impius egerit pœnitentiā, & custodierit omnia præcepta mea.* &c: quibus verbis exprimuntur duæ primæ partes Confessionis, Dolor cum cōfessione, & propositum emendationis: his deniq; superadditur Satisfactio, *Et fecerit iudicium,* videlicet, quid & quantū Justitiæ Divinæ debeat homo: cōsequēter ista pars Pœnitentiæ concernit omnes pœnalitates, abstinentias, mortificationes, eleemosynas, prolixas orationes, & similia, imò & atrocissimas non comparandas pœnis huius vitæ, Purgatorij pœnas: in quibus pro omnibus peccatis, quamvis iam quoad culpam deletis, ad minimum usq; quadrantem eluenda remanet pœna, rigorosissime eam exigente iustitiâ Divinâ. Benè id prænouerant nonnulli, qui indispensabile id esse recogitantes præueniebant DEUM nedum in confessione peccatorum, sed quoq; in satisfactione, ultroneis etiam ijsq; satis atrocibus sæviendo in seipsos pœnis.

Thom: Vill:

Ezech:

Confessionis partes, innuuntur apud Ezechielem.

Probatur. Historicè.

Refert Cantiprat: l. 2. apum c. 5. n. 5.

A Jn Theutonia quidam multis rapinis & cædibus per patriam debacchatus, captus, & ad decolandum positus, petivit à Judice, & obtinuit tempus prolixiùs pœnitendi; & mox adstanti Juveni consobrino suo, iam in area mortis ait: Si verè amicus es, cooperator esto mihi ad salutem; affer obsecro instrumentum ferreum, quòd dentrix dicitur, quô fæminæ subtiliant linum suum; quod ut factum est, dixit iuueni: successiuè mihi manus, ulnas, brachia, & crura usq; ad nates; postea verecundiores partes, aures, oculos, nasū labia, caput autem ad vltimum amputabis. Juvene igitur, etsi cum dolore, quod rogatus fuerat, exequente, pœnitens ipse unum quodq; membrū antequam truncaretur instrumenti ferrei dentibus per inflexiones multiplices, & præualidas diutiùs affligebat, dicens: Hîc pœnam vestram pro parte, viliſſima membra mea percipite, quibus actu nefario scelera mea perpetravi, & DEum meum Creatorem, & Redemptorem offendi. Extremo igitur post omnem pœnam trunco corporis cum capite solo superstite, hilari vultu dixit: O utinam tormentum istud, quod respectu scelerum meorum parvum sustinui, reiterare semel ac tertiò liceret mihi miserrimo, & in eo diutiùs cruciari! Et hæc dicens, orat cum lacrymis circumstantem & stupentem populum, quatenus sibi misero, in eleemosynis pauperum & orationibus subuenirent. His dictis extendit caput, & mox a juvene decollatur. O quantæ prudentiæ est! præuenire Deum in satisfactione, quantumvis difficili. Refugium quidem hic peccator invenit, sed difficile, & neq; fortè ultimū ad proportionem promeritæ satisfactionis; adhuc enim reliqua exsoluenda manere sibi in altera vita verebatur & iste pœnitens latro, eo ipso, quod suffragia post mortem ab astantibus deprecaretur. Sed iam ingrediamur Civitatem Sanctam & nouam descendentem hodie de Cœlo, in domum Saraphici Patriarchæ, B. V. MARIAM: & videamus, quomodo illa hodie facta est Pœnitentibus, Civitas vltimi Refugij.

Cantip:

Latro ante mortē pœnitens auget sibi pœnas in vindictā pro peccatis.

PARS. II.

SS. DEIPARA, Civitas, vltimi Refugij.

94. Apoc: GLoriabatur olim cæteris dilectior discipulus Christi Joannes, vidisse se Civitatem quandam nouam Sanctam descendentem de Cœlo, paratam sponso suo *Apoc:* 21. Congratulatur quoq; sibi hodie vniversa Frãciscana Familia, in domum paupercularn fidelis famuli & Ministri CHRISTI, Patriarchæ suî, qui olim ex Baptismo dictus quoque à Matre Joannes fuit, descendisse de Cœlo simile nouã Sãctãq; Civitatem, paratam, non iam sponso suo, sed sponsi olim inimicis peccatoribus, nunc autem pœnitentibus; ut ipsis complanet vias difficiles Pœnitẽtiæ, fiatq; illis aduersùs iram iusti Judicis, vltimi Refugij Civitas & asylus. Porrò Civitates illæ refugij in veteri lege, ut patet ex *Exodi* 21. & 35. ad quas homicidæ ab hominum sævitia se subducebant, ut asylo gauderent; quatenus oportuniores essent confugientibus, ex nonnullis circumstantijs bene provisæ fuerant; quas omnes longè & incomparabili modo commodiores obseruo in hac noua vltimi refugij Civitate, B.V. MARIA, Patrona & Promotrice hodierni Privilegij de Portiuncula.

MARIA, Civitas descendẽs de cœlo, propter peccatores.

Exod:

Civitates refugij, quas habebant conditiones.

Probatur. Scripturaliter.

95. Oleast: Primum habebant Civitates illæ refugij, ut adnotavit *Oleaster* in *Cap:* 35. *Exod:* quòd viæ, quæ ad eas ducebãt complanatæ essent, ut nullum esset obstaculum, quod homicidam fugientem ad illas in via impediret vel tardaret. Audivimus suprà, quòd Pœnitentiæ Sacramentum, cuiq; & omni tempore sit prima Civitas refugij; nihilominùs vias eius non adeò complanatas esse, id est, plures difficultates pœnitenti superandas omninò, spectavimus: hodiernæ tamen Indulgentiæ Marianæ privilegium est, ut hæc omnia obstacula viarum complanentur, dum MARIÆ opitulatione, quæq; difficultates recurrentium ad pœnitentiam facilitantur. Jnde enim est, quod Virgini huic ab aliquibus verba illa tribuuntur, quæ de Sapientia Salomon habet. *Prov:* 4.

Vias complanatas habebant Civitates refugij.

Portiunculæ Indulgentia vias seu partes pœnitentiæ com-

A *Viam Sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currẽs non habebis offendiculum.* Ipsa etenim, per impetrata suo interuentu Cœlestia auxilia, & instinctus Spiritus S. ex occasione hodiernæ Indulgentiæ, perditissimorum etiam & inueteratorum peccatorum, qui hactenus tanquam monstrum aliquod metuebant Confessionẽ, mentes illuminat, voluntates emollit, & spe utriusq; scil: quoad culpam & pœnam, veniæ, extraordinariè allicit, facitq; quòd omnibus terriculamentis, quæ ipsis antea offendiculo ad pœnitendum erant, animosè spretis, viam Pœnitentiæ arripiant, & ad Confessionem sinceram, dolorosamq; properent velociter. Quod ipsum nobis, nedum pluribus Annalium Ordinis relationibus notum; sed ipsâ experientiâ in foro conscientiæ comprobatum, perspectumq; est: plures enim, quibus nil odiosius fuit, quàm Confessio, se extraordinario quodam cœlesti impulsu tactos accessisse hodie ad Confessionẽ fateri audivimus, hilaresq; ac iucundos recessisse vidimus. Et quia difficultates Confessionis & Pœnitentiæ alio tempore & ordinariè sub typo Maris ænei supra spectavimus; occurrit in B oppositum, imo in remedium illarum difficultatum, aliud mare vitreum, quod vidit Apocalypticus vates; super quo cernebat aliquos stantes. *Vidi inquam mare vitreum mistum igne, & eos qui vicerunt bestiam, & imaginem eius, vidi stantes super mare vitreum. Apoc:* 15. Sicuti suprà, mare æneum denotabat Pœnitentiam & Confessionem; pariter & hoc vitreum quadrat eidem significationi. Rationem cur dicatur vitreum, subministrat *Rupertus Ab: in Apoc: ap. Sylvein: hîc, Vt* (inquit) *cognoscas, quia omnes qui accedunt (ad Confessionem) debent esse vitrei, id est simplices per veritatem puræ Confessionis.* Sed penitiùs perscrutanda sunt arcana: Quæro etenim. Et quando tanta gravitas erat Maris ænei, ut sub illa duodecim jumentorum humeri fatigarentur? undè modò est? quòd in tantam commutatur levitatem; ut iam pœnitentia, non mare æneum, sed vitreũ sit, supra quod victores stare videantur? quanta gravitas, ubi gemitur sub mari? quanta levitas, ubi statur supra mare? Opportunam ad hodiernã

planat, facilitat.

Prov:

Maris ænei & vitrei differentia declarat, facilitatẽ Confess: in festo Portiunculæ.

Apoc:

Rupert:

myſterium

mysterium nihil impedit usurpare interpretationem. Vitreum mare, appellabo hodiernæ diei pœnitentium Confessiones, ad quas plerumque maiori cum sinceritate & præparatione cordis accedere solēt: mare hoc, quia vel ex ipsa analogia nominū, Marianū est: nam *Ernestus* Prag: *in Mariali c:* 21. hoc titulo *Maris vitrei ad abluendas maculas, cohonestare MARIAM dignatus est.* ideoq; vitreum est, insuperq; mistum igne, consequenter leue, neç nimiùm grauans pœnitentes, non ita ut illud æneum: nam respectu Pœnitentiæ, quæ ordinariè fit hodiernæ festivitatis confessio, dum Mariano interuentu corda fidelium miscentur igne cœlesti inspirationū illuminationumq; nouarum; mirâ quâdam facilitate & promptitudine currunt ad Confessiones, stantq; supra hoc mare, roborati gratiâ DEI, tanquam glorioſi, bestiæ infernalis victores, fædam eius imaginem per humilem confessionem, in hoc vitreo privilegiatæ pœnitentiæ mari abluentes, vel submergentes.

Probatur. Figuraliter.

96. *Civitates refugij in Montibus cur?*

Alterum est, quod habebant illæ veteris Legis Civitates refugij: nimirùm quòd situatæ essent in montibus, quatenùs excelsiùs collocatæ, a fugientibus reis faciliùs conspicerentur. *Beerl. in Th: vitæ hum:* Hodierni peccatorum Privilegij de Portiuncula, quod B. V. MARIAM vltimi refugij Civitatem esse demonstrat, fundationem dum considero; exclamare vel invitus cogor cum Davide, *Fundamenta eius in montibus Sanctis* Psal: Psal. 86. Si etenim ex mente *S. Augustini* mons significat insignem magnamq; iustitiam; nonne rectè merita sanctitatemq; illorū, qui siue authoritate, siue precatu suo, hanc nouam vltimi refugij Civitatem, Indulgentiam s: plantauêre, montes appellabo excelsos; idq; sub Figura celebriorum montium in S. Scriptura scil: Montis Oliueti, montis Ephraim, & montis, qui ex lapide creuerat. Juxta S. *Hieron:* ap: syl: alleg: Mons Oliueti, in quo plantantur oleæ *Luc:* 19. significabat CHristum Salvatorem: hunc enim montem in delicijs ipsi fuisse, & quasi refugij cuiusdam locum, quem frequentare consueuerat, (constanter) opinantur colliguntq; Authores ex illis verbis. *Luc: 6. Exijt*

Montes nobiliores, in S. Scriptura.

Mons oliveti typus Salvatoris.

A *in montem orare, & erat pernoctans in oratione DEI.* Huic monti inplantamur veluti oleæ, cùm Spiritûs S. vncti oleo, per gratiam pœnitentiæ iungimur Christo; atq; sic fimus palmites eius, ut fructum plùs afferamus iuxta ipsiusmet verba. *Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum.* Joann: 10. Hodierna ergo noua gratia, scil: Indulgentia a culpa & a pœna, ut esset Civitas vltimi refugij peccatoribus; primùm super montem oliveti fundari dicitur: quoniā in meritis insignis Justitiæ scil: Passionis Christi, quæ erat infiniti valoris, de rigore Justitiæ summi Judicis, pœnitentibus tota B etiam pœna misericorditer relaxatur. Celebris etiam in Lege veteri habebatur mons, qui Ephraim, aliàs frugifer dicebatur. Nihil decantatiùs apud Authores tam antiquos, quam recentiores, quàm B. V. MARIAM, Montem appellare, partim propter celsitudinem dignitatis Matris Dei, partim propter eminentiam meritorum eius super omnem puram rationalem Creaturam: & præcipue M. Gregor: in l. 1. Reg: c. 1. Montem Ephraim illā nominavit, causam statim asserti sui reddens. *Quia* (inquit) *dū ineffabili divinæ generationis dignitate attolitur, in eius* C *fructu, arida humanæ conditionis germina reviviscunt.* Hic appellandum esset ad articulum Fidei, & ad Canonem Symboli Apostolorum de Communione Sãctorum: hoc est, quomodo, non obstãte dignitate, & titulo Mediatoris nostri primi & principalis, Christi, ex cuius meritis tanquam ex primo fonte communicamus seu participamus. quidquid gratiæ, meriti, indulgentiarumq; habemus; etiam præterea communicatio nobis est cum Sanctis, & primò cum B. V MARIA? quæ libera ab omni culpa, ita superabundavit, per D gratiam Filij, meritis; ut de valore illorum satisfactorio, totum nobis distribuendum veniat: & in hoc magis augetur honor primi Mediatoris Filij eius. Idem sentiendum respectiuè ad residuum meritorum, cæterorum Sanctorum. Super ergò huncce Ephraim montem, Civitatem vltimi refugij, pœnitentibus hodie concessum Portiunculæ Privilegium fundari existimo, quando etiam ex superabundantibus meritis Beatissimæ MARIÆ, illud a Christo

Luc:

Joann:

Portiunculæ Indulg: ex vi meritorum Christi.

MARIÆ, mons Ephraim.

Greg:

MARIÆ merita communicantur fidelibus.

Portiunculæ Indulg: etiam ex

meritis MARIÆ

CHristo indulgeri credo. Jam & tertium satis sublimem suspicio montem *Dan:* 2. qui ex paruo lapide creviſſe legitur. Pulchra nimis adumbratio humilis famuli DEI S. P. N. Franciſci: qui licetſi paruus semper ſibi eſſet; adhuc tamen in oculis hominum minor eſſe cupiebat, & vocitari: propter quod ipſum crevit in excelſum tantæ Sanctitatis montem; ut ipſi dignata ſit Eccleſia Minorum in Præfatione Miſſæ gratulari, eum Sanctorum meritis & virtutibus fuiſſe ſublimatum. In hoc deniq; monte Sancto, Civitas noua refugij MARIÆ de Portiuncula, fundari videtur; ſiquidem concurrentibus huius Sancti meritis, validâq; ad Chriſtum & Matrem eius interpellatione, hæc indulgentia pœnitentibus conceſſa eſſe, ſatis evidenter ex teſtimonijs Annalium, Bulliſq; Pontificijs evincitur.

S. P. Frãciſcus mõs ex paruo creſcens, ob humilitatis ſublime meritum.

Probatur. Doctoraliter.

97. Sed interim inter ſenſa Patrum inquiramus, huius Civitatis refugij iura, ſeu potius teſtimonia. Imprimis S. Ephrem: Ephrẽ ſic Mariã ſalutaſſe legitur ap. Spinell: c. 16. *Aue peccatorum refugium, & hoſpitium: aue refugium in Ieroſolymis: ad quam nimirùm confugere poſſint peccatores, & ij, qui in Sancta Eccleſia per Ieroſolymam ſignificata, degunt.* S. Damaſc: orat: 2. de dormit V. M. aſſerit eam euaſiſſe Civitatem refugij omnibus ad illam confugientibus. Imo plùs aliquid, ut obſeruat *Spinell:* nam Civitas refugij ſolis homicidis aſylum dabat, non tamen cæteris criminoſis. At Virgo beatiſſima, per ſuæ miſericordiæ immenſitatem, Civitas eſt ampliſſima: quæ omnes ſceleribus quibuſcunq; obſtrictos, ad eam ſe recipientes, admittit, ijſq; veniam a DEO impetrat. Richard: a S. Laur: l. 11. *Commendatur Civitas Maria ab vtilitate, quæ conſiſtit in remiſſione peccatorum, & in collatione gratiarum: ideo ſequitur (poſt verba de fundatione Civitatis in montibus Sanctis) memor ero Rahab & Babylonis ſcientium me:* per quos ex Communi intelliguntur peccatores: Sed cæteris luculentiùs ad propoſitum noſtrum, id conſignaſſe legitur antiquiſſimus, proximuſq; ſucceſſor Apoſtolorum, Ignatius Mart: *MARIA, noſtræ novæ Religionis & pœnitentiæ, eſt Magiſtra.* Obſecro, Indulgentia hodiernæ diei, nonne iuſtè nova Pœnitentia dicenda?

Damaſc: Rich: Laur: Ignat: M.

A cùm extraordinario MARIÆ privilegio, pœnitentibus tam facilè dimittitur ſimul culpa & pœna: cuius novæ Pœnitentiæ Magiſtra electa MARIA, pœnitentibus cuncta obſtacula, ordinariè circa Confeſſionem occurrere ſolita, mire facilitat & complanat.

Probatur. Hiſtoricè.

Hoc ipſum præter iam dicta ſuperiùs, confirmat Hiſtoria de Viſione P. *Conradi de Oſſida.* quam habuit iſte præclarus Pater Aſſiſij, in ipſa nocte Feſtivitatis hodiernæ; ut referunt Annal: Ord: Pol: ex Floretto l. 2. P. 1. c. 4. Cùm enim conueniſſet ingens populus Aſſiſium, propter lucrandam die 2. Auguſti Indulgentiam, anno ſtatim ſecundo poſt eius promulgationem; magnaq; populorum multitudo in Eccleſiola illa, & circumquaq; in orationibus & vigilijs pridianam noctem inſomnem duceret; factus eſt aliquis magnus ſed gaudioſus tumultus, adeò; ut excitati Fratres accurrerint ad Eccleſiam: videbat enim populus niue candidiorem columbam quinquies circumvolitare congregatam devotam plebẽ. Hinc aliquis de medio populi acceſſit ad prænominatum Patrem ad latus maioris altaris orantem, quem interpellavit pro cauſa tumultuantis & vociferantis populi; cui ille reſpondit: O bone vir libenter myſterium pando, ſed ſub ſtricto, durante vitâ meâ ſecreto: vidi (inquam) Reginam cœli circumdatam miro lumine, & baiulantẽ Filium ſuum JESUM; quæ deſcendens de cœlo, omnibus præſentibus impartiebatur ſuam benedictionem: & ecce columba, quæ ſimul cum ipſa inſederat altari, expanſis alis celeribuſq; pennis aêra ſcindens, populum illum circumvolitando quinquies, pios, devotos, iucundoſq; ſimul in cordibus illorum dum excitavit motus, labia quoq; eorum voce exultationis complevit. Si columba, vulgare iam Symbolum Spiritus S. & gratiarum eius habetur; iam inde pluſquam evidenter colligere licet, quòd in hodiernæ feſtivitatis ſolemnitate, B. V. MARIA interuentu ſuo, ſpeciales Spiritus S. diſtribuat pœnitentibus gratias, auxilia, illuminationes; ut illis, qui ante abhorrebant Sacramentum Pœnitentiæ, difficultates & obſtacula complanet; quatenus expedi-

98. Annal: Ord:

Portiunculæ Indulgentia, miraculoſâ B.V.M & columbæ viſione, confirmata ab initio.

tiùs

tiùs percurrant viam istam, & appellentes ad istam Civitatem vltimi refugij, securissimum salutis suæ teneant asylum.

Probatur. Miraculosè.

99. *Civitates refugij, in via stipites & signa habebant.* Oleast:

Tertium etiam, in illis Civitatibus Refugij obseruavit, adnotavitq; *Oleaster*, videlicet, quod in vijs publicis ad illas ducentibus ponerentur signa aliqua cum inscriptionibus: verba Authoris recenseo, ut simul causam & significationem signorum illorum enucleem. *In Bivio, aut trivio stipes erat erectus, in quo scriptum erat Miklat, ut fugientem dirigeret in eam viam, quæ ad refugij ducebat Civitatem.* Signa plerumq; significant in Scriptura, prodigiosas res, seu miracula. Porrò quis sufficienter enumeret tot prodigia? quæ evidens testimonium perhibent, Beatissimam V. MARIAM de Portiuncula, ex parte privilegiatæ hodiernæ Indulgentiæ, verè esse securissimum asylum peccatorum & vltimi refugij Civitatem. Suffi*Portiunculæ Indulgentia, miraculo in Rosa, in Episcopo, in hirundine, confirmata.* ciat interea prodigium illud in spinis Mense Januario rosas progerminantibus, quas Seraphicus Pater ex hortulo suo decerpens, Assisio Romam ad summ: Pontificem tulit: quibus visis Papa, evidensq; prodigium advertens, veram & non confictam esse hanc Indulgentiam, pro cuius confirmatione pauper supplicabat Franciscus concluserit, publicariq; eam demandavit quibusdam Episcopis: in cuius publicatione aliud interuenit miraculum, dum Episcopus, qui publicare eam debebat, limitare eam vellet ad certum nonnisi tempus, Cœlesti adactus manu, involuntariè planè adjiciebat, *In æternum, in æternum.* Contigit postea brevi, quòd aliquis temerarius iuvenis deriserit peregrinos ad locum & Indulgentiam Portiunculæ festinantes, oblaterandoq; dixerit: eadem certitudine credendam hanc Indulgentiam, quâ videbat hirundinem prætervolantem se manu tenere: non priùs dixit, quàm celerrimo volatu, se illius manui indomita volucris crediderit. Sed minora censeo quæ a sola omnipotentis dexteræ activitate exeunt: maximum ego prodigium & miraculum miraculorum esse reputo, in quo etiam partem habere debet voluntas peccatoris, videlicet sinceram ad Deum conversionem, & perfectam peccatoris iustificationem, præsertim vigore hodiernæ Indulgentiæ. Nos ergo ad virginis asylum tot pittacia, tot inscriptiones ducunt hodie; quot extant miracula in peccatorum conversione: quotquot enim ex huius Privilegij occasione, Virginis Sanctiss: precibus, diaboli iugum excusserunt, repudiãtaq; prauâ vitâ, Sanctiorem amplexati sunt; tot tabulas erexerunt, quæ viam ad eandem Virginem denotent & demonstrent.

Miraculi miraculorum, conversio peccatorii

Epilogus.

100. Quodsi tot documentis compertum habetur, SS. MARIAM ex titulo novo Portiunculæ, factam esse vltimi refugij Civitatem; o quãtis nisibus, quantisq; desiderijs, nedum incedendum, sed currendum est ad illam peccatoribus! nec tardandum vel minimùm, donec Civitatis huius claudatur ianua. Expectabat olim, ut asserit S. Paulus ad Herb: 11. *Abraam, & Isaac, & Iacob habentem fundamenta Civitatem: cuius artifex & cõditor DEUS.* quod commodè intelligi potest de Virgine MARIA, per quam Civitatem gloriosior factus est Deus: iuxta accommodum sensum illorum verborum eiusdẽ Apostoli. *Ideo non confunditur DEUS vocari eorum DEUS, paravit enim illis Civitatem. ibid: v. 16.* O fortunatiores nos, inclytis illis Sanctisq; Patriarchis! Expectabant illi hanc Civitatem, nos paratam nobis, & apertas portas eius in Portiunculæ Festo conspiçimus: curramus itaq; anhelantes ad portas eius, & a longe devotè eam salutemus cũ *Richard: Laur:* l. 11. *O Civitas! O Ierusalẽ MARIA in Cœlis collocata! omnes qui habitant in Te iucundi sunt & lætantes. In fortissima enim munitione habitant homines securi & læti:* Nos quoq; aberrantes deambulones in rectam viam dirige, pœnitentiæ portas hodierni privilegij aperi, ut ingrediamur: simulq; claude, ne per relapsum in peccata, quæ hodie detestati sumus, excludamur a tantæ securitatis asylo. DEO & Tibi sint æviternæ laudes. Amen.

Ad Heb:

Rich:

CORONA Agonothetarum SS. DEIPARA

Pro Solemnitate SS. Rosarij.

Beatus Venter qui te portavit. Luc: 11.

101. SIcut nullum Agonothetam sine æmulo; ita, præsertim si accipiat coronam, sine præcone esse, compertum est. N. N. Hinc Sacrosanctum antiquis habebatur Romanis, ut dum victores hostium cum triumphali pompa ingrederentur Capitolium; Præco vnus, vel alter, aut orator, elatâ, eidem curru insidens, Triumphatori acclamaret voce. Porro VERBUM DEI descendens de cœlo in terras, carne humanâ indutum, quasi ad decurrendos pro nostra salute agones venit, iuxta prædictionem Regis Prophetæ. *Exultauit ut gigas ad currendam viam. Psal:* 18. De quo testatur & S. Evangelista. *Circuibat IESUS civitates omnes. Matt.* 4. Vbiq; hostes infernales, dæmonia videlicet, detriumphando, gloriosissimus iste victor adeò strenuè decucurrit agones istos, idq; usq; ad vltimum agonem, seu agoniam in Cruce, dum emisit spiritum. En itaq; Cœlestis iste Agonotheta, primùm non est sine antagonistis Judæis, & Pharisæis ipsum blasphemantibus & calumniantibus, quos tamen semper, sicut & nunc, acutissimo Verbi sui gladio detriumphavit: tandem hodie glorioſus iste Agonotheta non mansit sine præcone & oratore. Extollens (inquit Evang) quædã mulier vocem suam, dixit: *Beatus venter qui te portavit*, quæ dum ventrem Matris JESU appellat; Coronam quasi agonothetæ huic satis glorioſam imponit: quod ipsum subtiliter obſervavit. *Gillib: Abb: ap: vmbram n.* 397. in illis Jeremiæ verbis. *Fœmina circumdabit virum.* Jerem: 31. dum ea sic interpretatus est: *Fœmina circumdabit virum; quomodò circumdat corona caput: caput enim Ecclesiæ est CHristus. Nimirum Christi sui decus extitit MARIA: & quem carnis diademmate coronavit; coronavit & seipsâ* addidit explicando *Nouarinus.* Quot-

Triumphus nunquam sine præcone.

Ps:

Christi agones glorioſi.

Gillib: Abb:

Jerem:

Maria, corona triumphalis Filij.

A quot ego hodiè Ordines Sacros Almæ S. Rosarij Confraternitatis, per plateas vicosq; processionaliter dispositos, lætabundo conspicio oculo; tot Rosei agonis strenuos agonothetas, indefessosq; in laudibus Marianis Athletas, numero: qui in odorem vnguentorum roseorum MARIÆ currentes, Coronã Marianam nedum recipiunt, sed redimiti iam Rosarij Coronis, tantò feliciùs, faciliùs, securiusq; stadia hæc pietatis decurrunt, & vltimo coronantur à SS. MARIA: quam proinde appellabo, & probabo rectè dici CORONam Agonothetarum, excursione prius factâ de varietate currentium ad Coronam, id est, ad meritum gratiæ, & consequenter gloriæ. Jnterim Salutemus MARIAM.

Rosarij Confratres agonethetæ cum coronis.

O Magistra huius viæ!
Agones nostros dirige.
Coronas para roseas
Anhelantibus ad eas.

PARS I.

Triplex status currentium ad Coronam.

102. NOn modo primùm, huic subtilioris ingenij sæculo complacuit, desudantes in studio perfectionis virtutum & meritorum, Agonothetas appellare; sed longè antè ipse S. Paulus declarandæ huic rei, eadem vsus est Metaphorâ & similitudine, dum sic scripsisse legitur *ad Cor: 19. Ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium.* Quæ verba elucidando ad rem nostram sic explicat *Cornel à Lap: Stadium* (inquit) *est vita præsens, vel Christianismus, vel cuiusq; status; stadiodromus & pugil, est quilibet Christianus.* In hoc tamen felicior illis olympicis pugilibus,

Cor:

Cornel: à Lap:

gilibus, quod ibi unus non niſi, qui ſcil: primus eſſet, lucrabatur coronam; hic autem quiſq; modò non deficiat in curſu, pro ratione curſûs ſui, id eſt conatûs & meriti, obtinet bravium. Hinc varietatem colligo currentium ad Coronam.

Currentium ad coronã triplex ſtatus.

Probatur. Scripturaliter.

103. Currunt aliqui in ratione meriti ad Coronam, quodammodo ſecurè quidem, quamvis tardiori nonnihil paſſu, de quorum numero fuiſſe creditur ille, qui dixerat, Rex quamvis & Propheta, *Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.* Per quod conteſtabatur vates iſte ſuam promptitudinẽ ad currendas vias Domini, ſeu mandatorum eius, plenamq; ſui ipſius reſignationem ad quæq; facienda & ſuſtinenda. *Psal:* 72. Jumentum quidem ita ſeſſori obedit; ut ſiue per terram mundam, ſiue per lutum, ſiue per viam planam, ſiue per aſperam, ſi deniq; per hanc, ſiue per oppoſitam viam ducatur, ſemper eodem modo procedat ſine tergiverſatione vlla, non enim quô libet, non ſui juris eſt, ſed quocunq; dirigentis tulerit voluntas. Sic pariter iuſtus, & quicunq; alius in via virtutis deambulare & continuare deſiderat, vt eo pergat, quò DEI gubernantis voluntas impulerit, per *gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam:* vt ait Apoſtolus. Hoc eſt, ſiue per proſpera, ſiue aduerſa, per dulcia & amara &c: nihil per ſe diſcernens, ſed totum ſe gubernantis voluntati committens. Felix talis anima quæ dicere poteſt in ſinceritate cordis, *vt iumentum factus ſum apud te.* Et profecto quamdiu erit tale jumentum, nũquam deficiet à tramite vitæ, nunquã retrocedet, nunquam in via virtutis ceſpitabit; ſed prævíſo a DEO tempore, agonis ſui metam attinget, coronamq; tenebit. Nec mirum, quomodo enim errabit, cui inſidet CHRIſtus.

Pſalm:

Voluntas reſignata, non errat in curſu virtutis.

Bern: De quo pulchre *Bernard:* Ser. 7. in Psal: Qui habitat. *Glorificate & portate CHRISTUM in corpore veſtro, onus delectabile, ſuaue pondus, ſarcinam ſalutarem, etiamſi premere aliquando forte videtur, etiamſi interdum latera tundit & flagellat recalcitrantem, etiam quandoq; in camo & fræno maxillas conſtringit, & coercet omninò feliciter. Eſto tu ut iumentum:* Et paulo inferiùs alludens ad aſellum illum, cui, appropinquando Civitati, inſedit Salvator, venuſtè rem proſequitur. *Cæterum vnde ei, de quo nunc loquebamur, Saluatoris aſello verendum vllatenus videbatur, ne ſub tali ſarcina deficere poſſet in via? An verò timendus ei luporum incurſus, aut occurſus raptorum, vel præcipitium, vel periculum aliquando, ſub tanto præſide metuendum? Felix qui ſic tulerit Chriſtum, ut à Sancto Sanctorum in Sanctam Civitatẽ mereatur induci. Non eſt omninò, quod timeat, ne vel in via aliquod offendiculum, vel repulſam in ianua patiatur. Illi nempe iumento viam parabant fideles populi, huic Angeli Sancti. Hæc Bernardus* Similia iumenta non ſolum portant Chriſtum, ſed etiam portant & habent ſeſſorem alium, videlicet Spiritum S. ut tantò ſecuriùs currant, onus nimirum jumentorum Auſtri: de quo iterum dulcem ſuadam audiamus ejuſdem Bernardi *Ser:* 11. *de Oner: jumentorum auſtri* alludentem ad illud *Isa:* 6. 30. *Onus iumentorum auſtri:* Auſter (ait) qui ventus callidus eſt, ſignat Spiritum S: ſicut habes in Canticis Canticorum. *Surge Aquilo, & veni Auſter.* &c- *Felix anima quæ huius Auſtri iumentum eſt, & fræno moderationis huius regitur, quæ in omnibus ſubditur eius voluntati. Felix plane anima cui Spiritus S: præſidet, & omnia opera eius dirigit, cogitationes eius diſponit, motus ordinat, moreſq; componit.* Et ſuperius. *Iumenta Auſtri ſunt, & ideo onerãtur ab Auſtro, puta a Spiritu S:* Ergo quomodo iumenta talia, quæ à tantis reguntur ſeſſoribus, & moderamine eorum pendent, poſſent recedere vel aberrare à via DEI, nec concupitam attingere metam. Eſto ergo iumentũ CHRISTI, & ſic firmo ſecuroq; etſi aliquomodo tardiori pede, vitæ virtutiſq; ſtadia decurres ad præfinitum tibi bravium, illud feliciter comprehenſurus.

Aſellus Chriſti Symbolũ reſignata voluntatis curè

Iumenta. Auſtri, Spiritus S. homines reſignaſti

Probatur. Figuraliter.

104. Currunt deniq; & alij ad Coronã, ſed adhuc felicius, quia nimirùm & ſecurè, nam provide, & celeriùs: & hi ſunt agones perfectiorum, & feruentioris Spiritûs: quorum (bone Lector) exhibere Typum, & exemplar quoddam nobis eximius Propheta Ezechiel reliquiſſe a nonnullis traditur in illis admirandis quatuor animalibus

Currunt in ſtadio virtutum alij & ſi ſecurè & celeriter qui ſ

ante thronum DEI ambulantibus, Homine videlicet, Leone, Aquila, & Boue, quæ animalia multifariè alata, & capitibus pluribus ornata cernebantur. Audiamus ergo, qualiter illa, & præsertim incessum & cursum ipsorum depinxit Propheta. *Ezechiel* 1. *Non reuertebantur (ait) cùm incederent, sed unumquodq; coram facie suâ ambulabat* scil, coram primaria facie, quæ fuit humana. Quasi dicat: Quodlibet animal, licet esset quadriforme, tamen coram facie sua humana ambulabat, alias enim si ante facies seu capita brutalia ambulassent, retrogrado, & inuerso gressu incessissent, ut obseruat *Cornel:* à lap: hìc. Porrò vultne aliquis scire? cur viri perfectioris & Sanctioris vitæ, dũ stadia & agones ad coronam decurrunt, minimè revertantur, & sic a terrenis ad Spiritualia transeant; ut nullatenus retardentur per retrogradationem, respondeo: quia vnusquisq; graditur ante faciem suam: quod mysterium clariùs, & pulcherrimè enucleavit D. *Gregor:* in Ezech: hom: 3. *Non reuertebantur* (inquit) *cum incederẽt: qui statim, cur non reuertebantur, indicat, dùm subjungit: unum quodq; ante faciem suam gradiebatur. Ante nos enim æterna sũt, post nos temporalia, quia & illa pergentes inuenimus, & ista recedentes, quasi post terga relinquimus. Unde & magnum illud pennatum animal scil: Paulus dicebat, quoadusq; ad Cœli tertij Secreta volauerat: unũ verò quæ retro sunt obliviscens, in ea, quæ sunt ante, extendens me, sequor ad palmam supernæ vocationis: Ante faciem ergo suam gradiuntur Sancta animalia, quia & ea quæ reliquerunt, nullo iam appetitu respiciunt, & in æternis quæ appetunt, boni operis pedem figunt.* *Sic Greg:* Vis & tu taliter stadia virtutum decurrere, ut nunquam gradus reflectas, dogma hinc accipe. Coram facie tua ambula, temporalia despice, quæ retro sunt oblivisce, æterna, id est Coronam, pro qua in agone vitæ desudas, cogita: & sic secure boni operis pedem tenebis, insuper celerrimè curres. Non enim viduum est mysterio, & illud, quod vlteriùs adnotavit Propheta de ijsdem animalibus, *ap: Interp* 70. *Currebant in similitudinem fulguris coruscantis.* Vbi vox fulgur non solùm coruscationem fulgurantem, sed telum ipsum coruscantis fulminis significat: habet autem hoc fulmen, quòd nulli obstaculo cedit, imò tunc fortiùs celeriùsq; cursum vrget, & irruit, quibusq; obstaculis cõfractis. Per quod denotatur, quomodo in via virtutis agonothetæ non cedunt obstaculis quarumvis difficultatum, sed contra audentius eunt, novo celeritatis impetu ex repercussione obstaculorum aucti. Huius celeritatis aliam adhuc submινistrari causam adverto: Ad impetum enim Spiritûs processisse illa animalia, idem adnotavit Propheta, *Vbi* (inquit) *erat impetus Spiritûs, illuc gradiebantur.* Hoc ipsum magnam celeritatem perfectorum in merendo, & laborando pro Corona indicat: si enim Impetus iste Spiritûs designabat, (ut facile credere est) motus internos Spiritus S. de quibus S. Doctoris Ambrosij nobile illud extat effatum. *Nescit tarda molimina Spiritus S. gratia*; Si itaquæ viri perfectionis, & alati, magnorum meritorum, atq; cõcupitæ Coronæ cœlestis desiderio, & insuper ad impetum huius Spiritûs S: gradiuntur; hoc totum inasequibilis celeritatis in agone salutis argumentũ robustissimum est. O felices agonothetas, tanto stûdio ad Coronam contendentes, imò volantes? At nos non currimus, sed deambulamus: nec fortè deambulamus, sed potiùs reptantes sumus, imo ne quidem reptantes, sed sedentes. Et vtinam sedentes, & non continuo retrogradientes. *Rarissima enim* (inquit S. Bernardus *ep:* 98.) *avis in terris est quæ de gradu, quem forte in religione semel attigerit, vel parum ascendat:*

Ezech:

Corn:

Gregor:

Spiritûs S: nescit tarda molimina.

Bernar:

Cursûs celeritas, a feruore Spiritûs, demonstratur in 4 animalibus Ezechielis.

Probatur. Historicè.

Currunt tandem ad Coronam aliqui rectâ quidem viâ, sed stridenti gressu, ad modum illorum animalium, quæ portabant Arcam testamenti, de quo Historia Regum Juda 1. Reg: 6. sic refer: *Ibant in directum vaccæ, per viam quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur pergentes & mugientes: & non declinabant, neq; ad dexteram, neq; ad sinistram.* Hæ vaccæ, ut ait *Gregor:* 7. *moral:* 16. iustos referunt, qui Divinæ legis iugo per veram pœnitentiam, sinceramq; confessionem colla subjecerunt: hi sunt qui arcam, in qua Cœlestis doctrinæ epulæ asseruantur, humeris portant, si rectâ pergunt, quò suæ conversionis primordia, ac lumen illis tunc collatum

105.

Reg:

tum ducit. Mugitus autem ille ob re-
Cursui ad perfectionem, nõ obstant tentationes, ariditates. cluſorum vitulorum amorem, & gemitus ſub plauſtro, quem edebant, non tamen colla poſteriùs reflectebant, denotat, quomodo firmi propoſiti athletæ, quamvis interdum ob recluſos vitulos, id eſt ob abnegata temporalia, voluptates, commoditates, dum iterum atq; iterum naturales inclinationes eorundem memoriam refricant, & ad amorem impellunt, mugiunt, & gemũt, ſub arctioris vitæ iugo; nihilominùs quantùm eos affectus naturalis retrahit à currendo; tantùm ipſos Spiritualis concitat ratio & impellit, ut rectâ procedant, neq; ad dexteram, neq; ad
B ſiniſtram deflectendo. Et tales quoq; agonothetæ ad Coronam currunt, etſi cæteris difficiliùs, ſed non ſine lucro. Quod confirmatum habemus in viſionibus S. Birgittæ. Hæc enim dum ſemel graviſſime à diabolo fuiſſet tentata, præſertim de perauguſtiſſimo Euchariſtiæ myſterio *l.* 4. *c.* 61. apparuit ei Salvator ſponſus eius, qui dum acriter increpaſſet Sathanam, addidit:
Christus quomodo increpavit Sathanã tentatem S. Birgittã. Quoties ipſa reſiſtit immiſſionibus tuis, toties ei duplicatur Corona. Et iterũ ſimilia audivit à Beatiſſima Virgine l. 6. c. 94. quando enim mæſta mirabatur Birgitta, quod accreſcerent ipſi
C tentationes in ſenectute, quas nec in iuventute, neq; in coniugio experta eſt; apparens ei Virgo Beata hiſce allocuta eſt eam: Ne mireris. Hoc enim fit, ut ſcires te nihil eſſe nec poſſe ſine Filio meo: & niſi Filius meus ſeruaſſet te; non eſſet aliquod peccatum, in quo non fuiſſes inuoluta: Et poſt pauca addidit: Quacunq; tentatione tentaris in oratione, nihilominus ora, & conare ad orandum: Et ſi ſordida advenientia menti ejicere non poteris; tunc ille conatus reputabitur tibi pro Corona, dummodo tentationibus non conſentias, & ſint contra voluntatem tuam. Ergo iam recenſui
D Agonothetas, bene, etſi diverſimode currentes ad Coronam, quam tamen dum currunt, nondum tenent. Verum enim verò longè feliciores hiſce reperire eſt alios, qui vel in ipſo dum currunt ſtadio, iam tenent & portant Coronam, atq; per hoc feliciùs, ſecuriùs, celeriùs, ac facilius agones ſuos ulteriores abſolvunt. Et tales appello, Agonis Roſei Agonothetas ſcil: Confratres SS. Roſarij.

S. Birgitta in ſenectute, paſſa eſt tentationes, quas in uenis & in matronio ignorabat quare?

A PARS. II.

SS. DEIPARA, Corona agonothetarum Roſei Circi.

CIrcos Antiquis olim in vſu fuiſſe, decantatiſſimum eſt apud Authores: fuerunt hæc, quædam theatra, in quibus ſpectante populo varij exercebantur ludi, luctæ, curſuſq; athletarum. Imo recentioribus ſæculis in Italia renovatum vſum ſimilium fuiſſe ſcribit Kwiatkievius in Annalibus. Patavini enim Cives Roſeum quaſi inſtituerant Circum, ſeu luctam: Turrim quandam ſeu Caſtrum ſpectatoribus expoſuerant, pro cuius cuſtodia, & defenſa ſelectiores Patavinas deſtinârunt virgines, ſubminiſtrando ipſis magnam roſarum copiam. Ex oppoſito ſtatuêre nobiliores ex juventute Veneta, cum florida ſimiliter armatura, nam præter flores globis pomorum arancianorum, & ſimilibus vtebantur ad expugnandam Arcem illam & obſides. Hinc ab vtrinq; iucundè diu certatum eſt his floridis roſeiſq; miſſilibus: licetſi non adeò felici exitu. Nobiliorem certè & ſimiliter Roſeum, hodie ad Sacratiorem luctam pro Mariano honore Circum inſtaurari video, dum Coronis Marianis redimitos utriuſq; ſexûs Cõfratres prodeuntes circumſpicio: qui ſalutari concertatione tot Roſas jaciunt; quot Angelicas reciprocant ſibi ſalutationes. Quo fit, ut B. Virgo pios hoſce Roſeos Agoniſtas, (quæ ſors alios non contingit) adhuc in ipſo curſu & lucta, dum ab illis Coronâ laudum Roſarij coronatur, eoſdem ipſa coronet, idq; multiplici Coronâ.

106.

Roſis, pomis pugna Paduanorũ cum Venetis.

Roſei Cõfratres coronantur a Mariâ multiplici coronâ.

Probatur. Scripturaliter.

Primùm video hoſce Roſeos athletas à Coronaria noſtra (ut eam à Doctoribus nominari infra audiemus) donari Coronâ propria Chriſti Filij ſui: & quæ illa? reſpondet *Andr: Cæſar:* ap: Sylveir: in Apoc: 19. in illa ex Apocal: verba. *In capite eius diademata multa,* ſic dogmatizans. *Tot Chriſtus ſortitur Coronas; quot Angelorum ſunt Ordines, quot rurſum ſunt ſceptra in cœlis, Sãctorumq; hominum agmina.* Ex quibus facilè

107.

Andr: Cæſar:

cilè colligere est, quod Cœlestes illi Spiritus & Incolæ sint Coronæ Christi: hâc ergo Coronâ donantur a SS. MARIA Confratres SS. Rosarij, nam in ratione devotionis huius communicāt cum Angelis cunctisq; cœlestibus. Quod patet ex ipsa Salutatione, quam Angelicam dicimus. Est enim quæstio, Angelusne plenè nos docuerit Salutationem virginis? minime planè: Ille enim dixit: *Aue gratiâ plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Nec vlteriùs processit. At Elizabeth finem imposuit, adjiciens: *Et benedictus fructus ventris tui.* Et Quare Angelus non terminavit? ideo ut constet hanc orationē, alternâ Angelorum & hominum voce esse recitandam. In hunc sensum ad quæstionem respondit *Hugo Carensis: Vide quod in Salutatione Virginis Angelus primo imposuit: Aue gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Elizabeth subjunxit. Et benedictus &c: Et quid significat hoc, nisi quod in Salutatione Virginis conueniunt Ecclesia triumphans, & militans,* subaudit *Escob:* l. 7. ad c. 1. Luc. sect: 11. *vt scilicet innuatur cunctis recitationem Rosarij salutarem.* Accedit his sensib: *Canisius* l. 3. c. 2. *Angelica (inquit) Salutatio, non solùm hominibus in terra, sed etiam Angelis in cœlo ad lectissimam honorandam virginem est vnice accomodata.* Imò vniversaliter de cunctis Cœlicolis scripsit *Mellifluus: Cum deuotè* (inquit) *dicimus Angelicam Salutationem, Cœlum videt, Angeli lætantur.* Quod planius explicat additis causalibus Theol: Paris: *Gvilelmus Pepin:* in Ros: aureo ad finem: dū in laudem Rosarij sic scribit. *In tali ergo modulatione salutationis Angelicæ lætantur Patriarchæ, attendentes hanc esse, quam sub Figuris viderunt, & crediderunt. Lætantur Prophetæ, cognoscentes hanc esse, quam multipliciter prophetauerunt. Lætantur Apostoli, perpendentes hanc esse, per quā tantum Magistrum habere meruerunt. Lætantur Martyres, animadvertentes hanc esse quam in exemplum patiendi habuerunt, quæ quidem plusquàm Martyr fuit, utpotè quæ præ mœrore in animo, cruciatum sustinuit passionis. Lætantur Confessores, intelligentes hanc esse, quam in documentum patientiæ, & humilitatis, post benedictum Filium suū receperunt. Lætantur Virgines videntes hanc esse, quam in speculum totius puritatis animæ & corporis sibi in terris præstiterunt. Lætatur deniq; tota illa Curia Cœlestis cō-*

Corona Christi, Angeli & Beati.

Angelica Salutatio, quo authore?

Hugo Caren:

Escob:

Canis:

Bern:

Gvilel: Pep:

Rosarium lætificat quemlibet ordinem cœlicolarum quare?

siderans hanc esse, per quam omnes Sancti, & Sanctæ, Regnum Cœlorum intrauerunt. hactenus *Parisiensis Doctor:* Accipe ergo Rosee quisque Athleta de manibus Coronariæ tuæ hanc Cœlituum Coronā, qui toties te lætabundi, ut Corona circumdant, quoties tu invicem coronâ Rosarij MARIAM veneraris.

Rosario SS. assistunt, dū recitatur

Probatur. Figuraliter.

Alteram in Capite decurrentium laudes Roseo-Marianas, Coronam observo. Coronam videlicet Matris, quâ ab ipsamet SS. DEipara honorantur huiusmodi athletæ. Coronam quidem Filij diximus supra esse Matrem ipsiusmet; hoc tamen non obstante, Coronam Matris, ipsummet Filium esse, fateri cogimur, ob illud S. *Amadæi* hom: 6. de Laud V. *Corona capitis MARIÆ, Christus, dicente Sapientissimo, quòd filius sapiens, corona sit Matris: & quis Sapientior est illo, qui est Patris Sapientia.* Jam ergo Coronariæ huius, Coronam hanc distribuentis accipiamus Figuram in Triumphante Judith, quæ Typus fuit exactissimus MARIÆ, ex mente mei *Anton: Padu: Dom: post Pentec::* Item *Bonau: Albert: M.* & plurium aliorum *ap: Polyant: Marian.* De tryumphante Iudith ex Holoferne, lego talia in Scriptura, *Iudith:* 15. *Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & iuvenibus, in organis, & citharis.* Quæ verba in trāslatione Græca fusiùs habentur: sic enim transtulit *Serarius. Et concurrit fœmina ex Israel, ut ipsam videret: & benedixerunt ipsam, & fecerunt ipsi chorum ex seipsis, & ipsa suis manibus Thyrsos sumpsit, deditq; mulieribus, quæ secum erant, & coronarunt se oleaginis coronis, tam ipsa, quàm cum ipsa, illæ: Ipsa autem populum suum prægrediebatur in chorea, fœminas omnes ducens & sequebatur omnis vir Israelu armatus cum coronis & hymnis in ore ipsorum.* Nobilioris longè ✕ generosioris genij est Iudith mystica nostra, SS. DEIpara, illâ Bethulitide. Illa etenim, pro Coronis laudum acclamantium populorum: *Tu gloria Ierusalem, tu honorificentia populi nostri,* reddebat cuiq; suas coronas sed Thyrseas; hæc verò, dum triumphantibus de conculcato serpente infernali, plantis eius, novas & novas contexendo roseas laudum Coronas, substernit exultans populus; non Thyrsos, quod vile quid, sed illud quo

108.

Corona Mariæ Filius.

Amad:

Iudith, typus Mariæ.

Judith:

Serar:

pretiosius

pretiosius nihil, ipsiusq; proprium, re-
MARIA, *fratrem nobis effecit Filium Dei.* donat pro Corona, Filium videlicet
suum dilectissimum, per hoc ipsum,
quòd communicando ipsi carnem hu-
manam, fratrem nobis effecerit: quod
frequentissimè Seraphicus noster Pater
devote ruminabat, atq; hoc solo mo-
tiuo, ingentis amoris & devotionis in
MARIAM flammas concipiebat, ac
in Fratrum suorum cordibus propaga-
Rom: re satagebat. Unde S. Paulus *Rom:* 8.
vocat Christum *Primogenitum in multis fratribus.* Nec ipse pijssimus JESUS de-
dignatus est nos fratres suos vocare,
dum *Ioan:* 2. dixisse Mariæ Magdalenæ
legitur: *Vade ad Fratres meos.* scil: Apo-
stolos. Si ergo omnes Confratres Chri-
sti & præcipuè Alumni rosei sumus,
ergo & Filij MARIÆ omnino nomi-
Anſel: nandi. Cui fauet illud *S. Anselmi,* in
orat ad virg: *Mater est Maria eorum, quorum Christus dignatus est esse & Pater & Frater:* & merito sane, eodem enim
quasi vtero portari, ijsdemq; vberibus
Confratres Rosei lactari videntur, quo
& Christus. Primum, valde efficaciter
persuadent illa verba Sponsi ad MA-
Cant: RIAM *Cant: 7. Venter tuus sicut acervus tritici:* venustè enim & satis accommo-
dè ad rem nostram ea explicavit *S.*
Ambros: l. de Instit: virg: dum ita ait:
Vnicum granum fuit in vtero Virginis Chri-
Ambr: *stus Dominus, & tamen acervus tritici dicitur: quia granum hoc virtute continet o-*
Rosei fratres eodē quo Christus vtero portantur & ubere lactantur *mnes electos: ut sit ipse primogenitus in multis fratribus:* quod singulariter intel-
ligendum venit de illis, qui speciali
Confraternitatis Rosarij vinculo, huic
aceruo adnumerari meruerunt. Eodē
autem lacte, quo & CHristus potari
Confratres, filioſq; roseos MAriæ pro-
batum manet in B. *Alano,* Ords Præ-
dicatorum: tradit enim Hisloria, exi-
mio huic Rosarij Promotori, Beatissimā
cum Filio suo visibiliter apparuisse, e-
umq; dulcissimo beatorum vberum suo-
rum nectare, lactasse. Ergone imme-
ritò, Roseos Athletas suos, dum in-
defessè suæ devotionis stadia decur-
runt, B. V. MARIAM coronâ Matris
seu coronâ propriâ capitis sui, scil: Fi-
lio, & Filiationis eius titulo donare
dicitur?

Probatur. Doctoraliter.

109. Fauent non leviter nostræ dogma-
tizationi Patres, alijq; Doctores, dum
ex simili causa, B. V. MARIAM, ali-
qui Coronam, aliqui Coronariam
nuncupant. Scitè satis ad rem nostram
S. Ernest: Prag: in Mariali c. 29. *MA-*
Ernest: *RIA Corona est triumphantium.* Aptiùs ad-
huc S. Joseph: hymn: in suo pariter
Mariali. *MARIa, corona est athletarū.* Demū
apud *Butheonem* (*vid:* Vegam Theol:
Marian: n. 6.) in Hymnis Græcanicis,
Maria Coronaria certantium appellatur. I-
mo allegoriam nostram ex Tertulli-
ano latiùs promovet citatus *Vega,* dū
virtuosi agonis, describendo Præfectos
& Magistros, ita ait: *Itaq; præter Ago-*
Vega *netheten, id est certaminis Præfectum, quem præficiebat Christianu certaminibus Tertulli-*
anus, nempe DEUM vivum; & eorundem Epistaten, hoc est luctuantium Præpositum, scil:
CHRISTUM Dominum; ac Christarchen, id est congressum, ac luctaminum dispositorem,
nimirum Spiritum Sanctum; habemus insuper Coronariam DEIparam, quod ipsum
paulò suprà explicat dicens: *quæ viriliter decertantibus Coronas plectit, triumphosq; adauget, ac proinde meritò Coronaria, Coronarumq; opifex nuncupatur.* in Prologo.

Probatur. Miraculosè.

Tertium deniq; diadema, quod B.
V. MARIA stadiodromis Rosei Circi
110. sui imponit adhuc tum, dum in sta-
Rosarij, Congregatio, cuiq; illorū Corona. dio currunt, ipsam Coronam seu con-
gregationem Confratrum Rosarij ap-
pello: siquidem & Apostolus scribēs
ad Philippenses, dum illos honorasset
titulo fratrum, *Itaq; fratres mei charissimi*
& desideratissimi, subdidit: *Gaudium & Co-*
rona mea. Per quod significari posse
Ad Phi- authumo, eximium lucrum, & vtili-
lipp. tatem spiritualem cujusq; ex meritis &
orationibus cæterorum omnium, qui
sunt ex ista confraternitate: quod mi-
raculosâ apparitione comprobatum
lego ap: cit: *Gvilel Pepin:* loc: cit: f. 1.
Narrat Magister *Alanus* de Rupe, Ord:
FF. Prædicatorum, vir utiq; & DEO
& Virgini MARIÆ devotissimus, &
qui de hoc Psalterio multa scripsit:
qui eo tempore, quô B. Dominicus
prædicabat contra Albigenses a fide
errantes, & dicentes: peccatores non
debere confiteri homini, sed soli Deo,
cujus solius est peccata remittere. Fuit
inter istos hæreticus unus valdè per-
tinax in perfidia sua, nomine Antoni-
us: qui tamen hoc bonum habuit,
quod omni die recitabat Psalterium

Mariale

Rosarij cõfratrum meritis & precibus, alij adinvicem iuvantur.

Mariale seu Rosarium. Quâdam igitur vice, visum est sibi in somnis, quòd ad infernum traxissent eum mille dæmones, vbi vidit innumera tormenta inferni, inter quæ erant quædam valde stupenda, & supra modum horrenda, parata illis, qui nolebant confiteri, vel qui in Confessione fuerant mentiti: Cumq; dæmones vellent eum præcipitare intra illa tormenta, subitò adfuit Virgo Maria, quæ liberavit eum à potestate dæmonum, dicens ei: Ecce quia orasti psalterium meum, volui tibi succurrere, & à tanto liberare periculo, non quia dignus sis misericordiâ tali; sed quia Confratres tui orauerunt pro te: Scis enim quod vnum pomum in arbore nihil est, nec vnicus racemus in vite, nec vnum granum in agro, nec unus Religiosus in monasterio, vel vnus mercator in foro, vel unus miles in bello. Agnosce ergo, quod non propter te sit tibi nunc misericordia, sed propter bona, quæ faciunt confratres tui, quorum ut sis peramplius particeps, confitere, & redeas ad verum ovile Christi, rectam Fidem tenendo, quam prædicat servus meus Dominicus: executus est extemplò omnia, factusq; deinde miles atq; Capitaneus in bello contra infideles, vexillo suo, appenso Rosario, pluries contra illos glorioſè triumphavit.

Rosarij vi a periculo damnationis quidam liberatus.

Probatur. Historicè.

III. Jnter Coronas, quas interdum memorat S. Scriptura, inuenio aliquã quæ dicitur Corona Anni Benignitatis, apud Psalmistam, *Psal: 64. Benedices Coronæ anni benignitatis tuæ.* Porrò Seraphicus Doctor S. *Bonaven:* in spec: B. Virg: c. 10. SS. DEiparam pari dignatus est titulo, dum ait: *MARIA, Corona est Anni Benignitatis.* Nihil aptiùs quadrare videtur ad annos benignitatis, quam dies & anni indulgentiarũ, quibus ex liberalissima benignitate sua DEUS indulget, condonat plurimas peccatoribus pœnas. Hanc ergo quartam pugilibus stadij sui Rosei Confratribus SS. Rosarij imponit anni benignitatis Coronam Beatissima Virgo, quando ex meritis Christi Matrisq; eius, per Vicarium Christi in terris plurimæ tàm limitatæ quàm plenariæ Cõfratribus Rosarij distribuuntur Indulgentiæ: quarum Elenchum recensere in præsenti longum esset, & fortè minus vtile, cum alias de ipsis bene sint informati Confratres. Jnterim Indulgentijs, privata, sed præcipua adnumerare placet privilegia & gratias, quibus benignissima Coronaria nostra donare consuevit agonethetas roseos: pro quo iucundam hilari aure accipe Historiam *ex Compestein de Rosar:* 1. *P. f.* 191. Apparuit nonnunquam B. Alano Ord: Prædicatorum Beatissima Virgo, cui dum per planum omnia mysteria, quæ latent in Rosario exposuisset, etiam quatuor privilegia, quibus gaudent Rosario devoti, enarravit. *Primum* quod in recompensam 150. salutationum, quibus constat Rosarium, in via obtinebunt tales, 150. speciales gratias & auxilia à DEO. *Alterum*, quòd 150. diebus ante mortem per ipsam, & per Filium eius, disponetur anima illorum, ad bonam mortem: atq; in agonia habebunt assistentiam vtriusq; per quos deducantur ad Regna Cœlorum. *Tertium*, quòd in Cœlo 150 gradibus, cæteris Beatis perfectius glorificabuntur. *Quartum*, quòd 150. animabus purgatorij tunc donabuntur, ut sic cum maiori pompâ quilibet fratrum & Sororum Rosarij ingrediantur Regna Cœlorum.

Maria Corona anni benignitatis.

Psal:

Bonav:

Indulgentiæ, annus benignitatis.

Rosarianorum cõfratrum privilegia revelata a B. V. M. B. Alano.

Epilogus.

EN iam Mariano-rosee sodes, lustrasti Roseos Circos, spectasti non iniucundè floridas concertationes, coronasq; multiplices stadiodromorum, quibus MARIA decorat pugiles suos certantes pro laudum ipsiusmet, Corona eiusdem plane genij ipsa cum Filio suo, de quo adnotavit S. *Cyprian:* l. 1. ep. 6. exhortando Martyres, quòd simul & coronat & coronatur. *Militate* (inquit) *Fratres, dimicate constanter, scientes vos sub oculis præsentis Domini dimicare: qui non sic est, ut seruos suos tantùm spectet; sed & ipse luctatur in nobis, ipse congreditur, ipse in certamine agonis nostri & coronat & coronatur.* Converto (paucis mutatis nunc) Doctoris stylum ad agonothetas Marianos: Decurrite Fratres indefessè, constanter, & in dies ferventiùs rosea hæc stadia devotionis, scientes quòd in oculis præsentis Dominæ vestræ curritis: currit etenim & ipsa vobiscum, in vobis vires adaugendo

112.

CHRIstus & coronat & coronatur.

gendo devotionis, vt dum ipsa à vobis coronatur coronis roseis, ipsa quoq; reciprocè vos coronet coronis multiplicibus. Sed cautos vos o coronati athletæ MARIÆ habere vult monitor ille Apocalypticus Angelus.

Apoc: *Apoc. 3. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Imo &

Rup: Ab: *Ruper: Abbas,* inquiens: *Nemo dum certat, nimium de Corona confidat.* Legitur quippe quod illud floridum roseumq; Patavinum (de quo suprà) inter virgines & adolescẽtes certamen, desierit in cruentam pugnam: vbi pro rosis, certatum est gladijs fortè à Zelotypis de præda. Quid simile & ille agere videretur, qui roseis Coronis certaret pro honore MARIÆ, & præterea æstro passionum percitus, tela peccatorum in Filium eius contorqueret, ac veluti missilibus scelerum suorum impeteret. Tene ergo studiosè coronam tuam, quam iam habes, & cautè vlteriùs percurre obsequij Mariani stadia, vt vltimam tandem, videlicet beatæ æternitatis, de Manu Coronariæ nostræ MARIÆ merearis accipere Coronam. Faxit tibi Deus, almaq; Mater eius: A.

Corona Mariana

cautè tractãda.

CVSTODIA Munitissima Ecclesiæ SS. DEIPARA.

Pro Solemnitate SS. Scapularis.

Stabat autem iuxta Crucem IESV Mater eius. Ioan: 19.

113. QUantùm in numerosissimis quibusq; exercitibus & castris exquisitæ excubiarum Custodiæ valeant, & prosint, tot lugubribus euentibus strageq; populorum, adeò cõstitit; vt nemo credo ambigat. A. A. Vel vnius saltim periculum recenseo, invictissimæ scil: olim, fæcundæ hæroidum Matris, vrbis Romanæ: hæc socordiâ vigilium iam capta a Gallis, penè interijsset, nisi suprema vrbis specula, seu Custodia, Capitolium, vel vno vigilante, concrepanteq; anserе monitum, periclitanti succurrisset. Porrò in confesso apud omnes est, Ecclesiam CHRISTI castra DEI dici, & esse, quã ipse Salomon prætendit & prædixit, inquiens. *Terribilis ut Castrorum acies ordinata.* En iam strenuissimus horum castrorum Dux, devicto quamvis hoste, in monte Golgothæ glorioscè occumbit: percusso Pastore disperguntur oves, & vniversa elementa ad arma convolant contra ingratam rationalem Creaturam: terra tremit, Sol obscuratur, scinduntur petræ, claudit lumina Cœlum: plerіq; procerum Ecclesiæ, abjectâ mente in abdita fugiunt. *Relicto eo fugerũt omnes.* Sed quæso mortales iam erigite animos in tanta confusione totius vniversi? Sola pro vobis & pro Ecclesia Filij sui, vigilat MARIA; *Stabat autem iuxta Crucem IESU, Mater eius.* Sic enim in præfatum textum dogmatizat *Ioan: Sylveira* supr: c. 4. *Apoc: In illa conturbatione vniversali Creaturarum sola constanti animo stabat, ut hominum causas ageret, vt omnium mediatrix, & reconciliatrix DEI.* Obseruat præterea Rich: Laur: l. 4. de Laud: V: illam stetisse cõtra Aquilonẽ & cur? *Ad hoc* (respondet idem) *se interposuit Cruci & Aquiloni, ne diabolus signatus per Aquilonem posset eos impedire, qui venire vellent per Fidem ad brachia extensa Salvatoris.* Meritò proinde cum SS. Patribus, quos citabo infra, Beatissimam Virginem munitissimam vniversæ Ecclesiæ Custodiam nominabo: cuius hodie quasi iam erigi expandiq; vexilla conspicio, dum Sacratissimi

Anser salvavit Romam.

Ecclesia Dei castra.

MARIA stans sub cruce pro tutela humani generis.

Sylveir:

MARIA sub Cruce stetit contra Aquilonem cur?

MARIA custodia firma Ecclesiæ.

cratissimi Scapularis mysteria considero, sub quibus signis tot armaturas numero, quot sacratæ huius vestis privilegia scio. Et quia Custodiæ Castrorum, vigiles non somnolentos requirunt milites, priùs tangam aliqua de vigilantia in negotio salutis propriæ adhibenda. Saluto interim Rythmicè MARIAM.

Indefessa Salue Vigil?
Ad te clamat tuus pugil:
Serua eius statione.
Per tuas orationes.

PARS I.

Omni momento, pro virtute vigilandum est.

114. SUmmus noster Antesignanus, bellíq; strenuissimus Dux Saluator, non ita Castra sua Sanctæ Ecclesiæ metatus esse censendus est; quin de vigili & Custodia, opportunissimè eidem providerit: ut contestatus est, per suum Prophetam. *Super muros tuos constitui custodes.* Js: 6. Angelos scil: & cũctos Cœlites. Parva illi hæc fortè visa est; ideo generalem quandam erexit speculam seu Custodiam Ecclesiæ suæ, S. Beatissim: Virginem, ut mox audiemus: nihilominùs, perfectæ securitatis gratiâ, quemq; etiam militem suum, vigilem habere voluit & mandavit. Planè in virtutum duello, in excubijs, in vigilijs tota res constat. Qui enim vigilat, & in excubijs est, penè insuperabilis redditur.

Vigilandum cuiq;

Probatur. Scripturaliter.

Orante Christo ad Genitorem in horto Gethsemani ante passionem suam, ut, si fieri posset, transisset ad eo calix iste, paululùm interruptis precibus, surrexit & venit ipse ab discipulos: quos cum à somno victos animadueerteret; dicit Petro. *Sic non potuistis vnâ horâ vigilare mecum?* Matth: 26. Subtilis sanè & gravida vox reprehẽsionis. *Vigilate mecum.* Scilicet priusquàm hæc contingerent; locutus ad eos, inquiens: *Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.* Ioan: 14. Nam quid in eo reperisset, quẽ Pater (per æternam generationem) sanctificavit, & misit in mundum; in cuius ore non est inuentus dolus, & qui peccare non potuit. Non ergò erat ut dæmonem metuere aliquomodo deberet Filius Altissimi. Quid autem Apostoli? labi poterant, criminibus fædari, gratiam quæ iustificat amittere: quod Petrus ruinâ suâ, eâdem comprobavit nocte: & monuit impendentium insidiarum Dominus, cum tempore sermonem vertendo ad Petrum; *Simon,* Simon *Luc:* 22. *Ecce Sathanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum.* Jam igitur dictionis illius manifestatur vehementiâ, *Sic non potuistis vnâ horâ vigilare mecum?* Etiamsi mille noctibus vigilandum esset; oportebat naturam vincere & oculos nunquam clausisse; quantò magis unâ tantum horulâ, brevissimo intervallo? *Vigilare mecum:* mihi nullum imminet discrimen, nam corporis deperdere vitam, nihil refert; atq; hanc ego sponte pono. Quid enim non possem, nisi velim? nullus dæmonum me terror occupat, & tamen vigilo solerter, oro, efflagito, somnô depulsô; vos quos Sathanas valet superare, quod & summopere nititur, qui spoliari sanctitate potestis, quibus tartarei Principis iniquissimum iugum; gratiâ meâ a vobis excluſâ, imponi potest, ita in vtramq; aurem requiescitis, tanquam de hostibus nullus sit timor? O stultã securitatem! o inanem confidentiæ pollicitationem! O deplorandam salutis jacturam, & futurorum miseram ignorationem? Prudentiorem in hoc inuenit sponsus sponsam suam; quæ dormituriens etiam, vigilias peregisse se gloriatur. *Ego* (inquit) *dormio, & cor meum vigilat.* Cant: 5. Miser sanè somnus, quem tam crebræ vigiliæ quoquo momento suspendunt: imo nec sopor ille dicendus, sed continua vigilatio. Quid est, quòd saltim in noctibus, quando omnes mortales requiescunt, non vult dilecta, claudere in soporem lumina, & dare solatium palpebris suis? O sollicitudinem? o excubias? o attentionem sponsæ? Benè Sapiens Virgo est hæc: Cernit innumeris se ambiri hostibus, & callidis ad insidiandum, & crudelibus ad nocendum; scit terribilem judicij expectationem impendere; nescit autem an amore: vel odio digna sit: & ignoratur quâ horâ judex venturus sit; deniq; ab vnius instantis clausula, qualis sit

Cant:

Vigilat sponsa, etiam dũ dormit, ob securitatem.

Matth:

Vigilare nos vult Saluator: cur?

secura rerum æternitas, an beata, an infelix, non constat eidem: his igitur & talibus oppressa diuexataq; curis, ut somnus qualis qualis, excusari nequeat, non temperabit excubijs? Probè igitur insueto more ita dormit; ut tamen non stertat, & trunca jaceat, sed vigilet, atq; expergiscatur pariter. *Ego dormio & cor meum vigilat.*

Probatur. Figuraliter.

115. Quomodò sanarentur languentes in illa probatica piscina apud Jerosolymam narrat Joannes: c. 5. inquiens:

Joan: *Angelus autem Domini descendebat secundùm tempus in piscinam, & movebatur aqua: & qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat, a quacunq; detinebatur infirmitate.* Obseruat hic

Euthym: *Euthymius*, licet aliquoties per annum Angelus aquas turbaret; nullum tamen extitisse punctum dilapsûs. *Dicens autē* (inquit) *statuto tempore descendebat: docuit quod non semper fiebat miraculum, sed certu temporibus, hominibus incognitis, verùm frequenter (ut opinor) in anno.* Quare autem lateret infirmos tempus? quo DEO placeret concitari aquas ab Angelis; nimirùm, ut infirmi continuò attenderēt, & socordiæ nullum præberent locum, nec somnos ipsos absq; solicitudine captarent: quamobrem cæci, qui turbari lymphas perspicere non valebant, ut aduertit ibidem *Euthymius* habebant conductos ministros, qui pro ipsis excubarent. Juvat etiam, & quidem præcipuè, admonuisse, nonnisi vni tantùm elargitam salutem, quoties vndæ agitabantur: nam qui prior descendebat, ille solùm liberabatur, ut

Piscina probatica, vigilibus tantum proficua.

Cyrill: exponunt *Cyrill.* l. 2. c. 125. *Chrysostom*

Chrys: hom 35. Theopilactus (hîc) Cur tàm

Theop: parca salus? quam ob rem non multi conualescebant simul? Quoniam si multis restituerentur vires, segniores extitissent in desiderio valetudinis: licet enim tardiùs accurrerent, non ideo frustrarentur; modò autem considerantes, quòd etsi multi currerent & diligentiam adhiberent plurimam, non tamen nisi vnus acciperet bravium; cogebantur quodammodo exquisitam apponere solertiam in vigilando, quo optata præ reliquis, vnûquemq; contingeret sors. Sed ô filij hominum ex-

Scherl: clamat *Paul: Scherlog:* in Cant: 5. s. 4. nonne perspicitis in animarum salute

A paria accidere, & eâ quidem salute, quæ in gloriam sempiternam destinatur: a qua si aberrare contingat, pœnæ subrogantur, finem nullum habituræ, sed nec interpolationem aliquam. Heu! heu! tanti negotij hora incerta, & tamen vacamus gulæ, comessationibus, luxurijs, ambitioni, discordijs. Clamat passim Evangelium, *multi autem sunt vocati, pauci verò electi.* & non conturbamur, non expergiscimur, non vigilamus! Quia vnus sanabatur in piscina solùm, omnes studio summo conabantur, omnes attendebant; nos vero intuentes paucos esse, qui eliguntur multis vocatis, stamus totâ die otiosi,
B bibentes, comedentes, ridentes, & sæculi lucris immersi. Vtinam tandem excusso hoc pernitioso lethargo stemus in armis ad vigilandum, paratiq; semper hostem præstolemur, pro salute nostra fortia acturi; morem eorum secuti, qui sub Nehemia Israelita, restaurantes vrbem Jerosolymam. *Vnâ manu suâ faciebant opus, & alterâ tenebant gladium: ædificantium enim vnusquisq; gladio erat accinctus.* 2. *Esdr.* 4. Cum de ædificanti- Esdr:
bus primo Templum Salomonis legimus (ut obseruat *Beda*) nihil audimus de gladijs, nihil de castrorum buccinis: imò ne strepitus quispiam au-
C diretur in domo Domini, dum dolarentur & frangerentur lapides, mirabiliter de succo cujusdam vermiculi saxifrago, providisse traditur a quibusdam Sapientissimus; quando autem reædificatur Jerusalem & Templum illius, operarij gladijs trullas sociant, cementoq; Martios ignes commiscent: & cur? In promptu ratio; quia ibi de adversarijs impugnantibus nihil refer- *Pax, se-*
tur, ideo structores non armantur; sub *curitas, nulla in*
Nehemia verò pro capitis proprij sa- *sæculo.*
lute, pro fortunis, pro liberis, & vxoribus res agebatur: in quibus adumbrabantur spiritualia animabus nostris
D impendentia discrimina. Quid enim in hoc sæculo pacis? quæ fiduciæ ratio? quam dubia vniversa? quàm metu & insidijs referta? oportet igitur lumbis præcinctis, lucernas ferre in manibus, & indefessâ vigilantiâ, aut sponsum ad salutandum, aut hostem ad ei resistendum expectare. Pulchrè explicando præfatū locum venerab: *Beda* ait. *Non so-* Beda.
lùm pars juvenum media, faciebat opus, & pars media parata erat ad bellum, sed ipsi

ipsi

Vigilans animus, facilè hostem superat.

ipsi, qui faciebant opus, juvenes, gladio erant accincti: tanta enim versutia hostis antiqui, tantus est furor militiæ eius contra Ecclesiam dimicantu; ut non solùm prædicatores veritatis; sed & ipse DEI populus semper aduersùs machinas eius vigilare, & velut in acie debeat stare. Et quidem bono victoriæ omine, nam vigilantis animus difficilia quæq; facilè superat.

Probatur. Historicè-

116. Præclarum huiusce rei exemplum recensèt S. Historia, cruentum describendo certamen septem Fratrum Machabœorum, aduersus quos Rex Antiochus mire desævijt. 2. Mach: 7. Horum vnus dicebat Regi, horrendas tormentorũ machinas opponenti. *Quid*

Machab: *quæris, & quid vis discere a nobis? Parati sumus mori, magis quam patrias leges DEI prævaricari.* Et vndè tantus ardor in iuvenibus adversùs mortem, & hostem? cur non magis pauent ad tormentorũ instrumenta? flammas vident, sartagines ardentes & perstrepentes audiũt, spicula acutissima notant; & omnia hæc horrenda contemnunt. Quo poculo, quo medicamine præparantur, ne inter hæc excedant? planè per hoc, quòd vigilent animis in hac mundiali nocte, nihil verentur, vt qui possent superare difficillima quæq;. Hanc ipsã

Ambr: rem promouet affabrè S. *Ambr:* l. 1. de Jacob: c, 11. pro vno illorum Regem redarguendo. *Quid contemnis nos, vel circumscribis ut pueros? Experire, certa, subjice quibus placet pœnis, puerilia membra; non inuenies puerilia corda; nec potentiores eruut tormentorum machinæ, quàm legitimæ obseruationu excubiæ.* Nota singu-

Machabæi fratres triũphãt; quia obseruantes excubiarũ, vigilãtiæ.

lariter hanc vocem *Excubiæ.* Vigilias, excubias agebant Juvenes inclyti, ideo triumphant. Potentissimæ quidẽ erant ad instringendos puerorum animos, ob oculos positæ tormentorum machinæ; nihilominus tota illa machinarum potentia euanuit apud Pueros, qui in excubijs continuis pro Religione stabant. Non ærea, non adamantina pectora opponunt tormentorum machinis, ad solas tantummodo excubias pro religione confugiunt, & propterea excubantibus adolescentibus, totæ illæ machinæ cedunt. Et quando (quæso) vigiles nescierunt triumphare? Sed iam ad principalem materiam opportunè, pientissima & mille titulis dignatus sum titulo iam sequenti.

A gna Mater horum vigilium, & pugilium Domini accedit, quæ dum *Singulos eorum* (ut refert S. Textus) *hortabatur vocẽ patriã fortitèr, repleta sapientiã, & fæmineæ cogitationi masculum animum inferens,* quid aliud egit nisi pugilibus suis, ut tantò studiosiùs pro DEO, & salute sua vigilarent dimicarentq;, novam in seipsa custodiam munitissimam erexit: & hæc ipsa mihi accomodatissimam repræsentat Figuram Sanctissimæ Matris nostræ MARIÆ, quæ in Euangelio nostri etiam causa astitisse legitur decertanti Martyri Martyrum Filio suo, quam propterea di-

B

PARS II.

SS. DEIPARA, Custodia munitissima Ecclesiæ. 117.

PRudens valde, *Scherlogo* in Cant: scribenti super illud. *Sicut turris David collum tuum.* Cant. 4. conjectamen occurrerat; quòd sub ipsis regnorum auspicijs, quam præcipuam inter vxorum mandras, thalami consortem habuit Salomon, Pharaonis Ægyptiorum Monarchæ gnatam: hanc aulæ Jerosolymitanæ redditam, Davidis in Civitate, Arce nimirum Sion locavit, ubi tamdiu commorata fuit, *donec compleret ædificans domum suam, & domum Domini, & murum Ierusalem per circuitum* 3. Reg: 3. Hinc *Salianus* tom: 3. Anno mundi 3022 ex suppositio, quòd in Arce Sion genialem nuptiarum Põpam Salomon cum Pharaonis filia celebrauerit, vocat illam Arcem connubialium spectaculorum, & superbissimæ lætitiæ theatrum: Hæc dum turris nominatur, ex qua mille Clypei pendebant & omnis armatura fortium, veluti in Typo, excellentia quidem Sponsæ Salomonis in illa, sed nonnisi secũdario, principaliter verò Beatiss: Virgo Maria figurabatur, quam DEUS, Jerusalem terrestri, S. Ecclesiæ militanti dedit in custodiam, & tutamen: quod habeo ex mellifluo *Bernardo* ser: 4. de Assump: dum ait. *MARIA est turris David. Mille clypei pendent ex ea, & omnis armatura fortium: Ille solus tuas sileat laudes*

MARIA custodia munitissima Ecclesiæ.

MARIA turris David, pro custodia Ecclesiæ. Bernard:

des o beata? qui te invocatam sibi senserit defuisse. Hanc porro armaturam omnē fortium de ipsa pendere video, dum SS. Scapulare de manu sua seruo suo fidelissimo B. Simoni Anglico porrigētem Beatissim: conspicio. Hic etenim loricæ, hic vexilla, hic tympana, hic gladij, aliaq; armatura, quibus induti S. Scapulario Confratres, magistra Custodiarum vigilante, & arma subministrante, excubant securè in salutis suæ stationibus.

Scapulare S. armatura fidelium.

Probatur. Scripturaliter.

118. Loricam primùm fidelium esse SS. Scapulare, probat sub vmbra ille locus Apocalypticus *Apoc:* 15. vbi perhibetur & recensetur visio Apocalyptici Prophetæ. Videbat ille egredientes septem Angelos de templo, cum maledicta Babylon plagis concertaturos, quibus armatas, exertasq; ad prælium manus tenebant, quorum ad tantum certamen dum armaturam & loricas describit ille, ita ait, *Post hæc vidi & exierunt septem Angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo & candido.* Quis non mirabitur? Tam molles descendentium ad durum certamen, loricæ: sponsorum potiùs ad thalamum properantium, quam militum ad pugnam ascendentium hic vestitus est: sed facilè soluit nos admiratione & quæstione *S. Ambr: & Vatablus*; qui occasione sumptâ ex radice Græca, pro illo *vestiti lino* legunt *vestiti lapide candido.* liberaliùs autem *Haymo, vestiti lapidibus mundis.* Rursùs quæstio, quis vnquam aliquem intuitus est vestitum lapidibus mundis. Lapis enim materia magis apta est ad ædificia, minimè verò ad vestes: Quomodo ergo Angeli dicuntur induti lapidibus? Optimè & non ad insipientiam, contemperavit vtrumq; eruditus *Haymo ap: Sylv: hic* dum per lapidem intelligit Christum D. qui iuxta *Greg: Niss: de vita Moys:* prænuntiatus fuit a Davide *Psal:* 117. illis verbis: *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Et Zachariæ* 3. *Ecce lapis quem dedi coram IESU.* Hiç simul est candidissimum linum ob incomparabilem nemini innocentiam: atq; item est lapis, ob potentiam roburq; invincibile, quo servos suos veluti loricâ impenetrabili ad pugnam superinduit & armat. CHRISTUS (inquit *Haymo*) *bene lapis dicitur, quo electi circumdentur: quia murus est inexpugnabilis.* Ingeniosè satis hunc locum applicat *Ioan: Sylv:* in 22. Apoc: ℣. 3. n. 44. vestimento SS. Scapularis, dum ita scribit: *Quamvis sacrum Scapulare Carmelitarum videatur intextum ex lana; tamen ad suos devotos, & fideles custodiendos, est tanquam rupes fortissima ex multis lapidibus fabricata* Quibus verbis novis devotisq; cogitatibus ansam mihi præbuit & stimulum. Septem illis Angelis contra Babylonem decertaturis, nonne bene quadrant castra sacra Confratrum S. Scapularis? qui veluti septem illi Angeli, septem Angelicæ salutationis decadibus Coronæ B. V. MARIÆ contra stygis Babylonem strenuè decertantes, candido pro lorica induuntur lino, scil: protectione vestis Mariæ, quam S. *Hieron:* serm: de Assumpt: vocavit *lanam candidissimam ob puritatem. Richard:* verò à S. Laur: l. 12. de laud: Virg: ob protectionem Innocentum, & simplicium. Hæc Sacratissima castra pro firmiori, contra hostium missilia armantur & lapide, dum ex meritis Christi, qui dicitur Petra, ipsâ disponente Custodiarum Præfectâ Beatissima Virgine, dono fortitudinis & constantiæ adeo muniuntur; ut contra quæq; hostium pericula animosè stent in salutis suæ custodia, & potissimum felicitèr de Babylone (siue illa sit mundus cum concupiscentijs suis, siue infernalis congregatio) tàm bene veste SS. Scapularis loricati, glorioſè triumphent.

Amb: Vatabl: Haymo Psalm: Zach: Haymo Joan Sylv: Hier: Rich:

S. Scapulare, lorica fidelium. *MARIA lana mitissima: cur.* *SS. Scapulare munit, roborat cōtra tentationes.*

Probatur. Figuraliter.

Sed quid loricatus miles sine vexillis? Aquilas vocabant Romani vexillum: plerumq; Mater nominatur commilitonum: hoc enim fit fœcunda victoriarum Parens: cuius ad signum cōgregantur velut Aquilæ, dispersæ etiam phalanges, restituuntq; aciem, ac frequenter ex fugientibus fiunt victores, eiusq; desertores; si gradum repetant certum securitatis tutamen reperiunt. Profectò Custodiarum nostrarū Præfecta & Magistra B. V. MARIA, quia iam providit deuotis suis ex S. Scapulari de Lorica, nunc iam vexilla Mariæ prodeunt, fulget SS. Scapularis mysterium, & S. huius vestis pecijs usa, labara sua explicare videtur; ut com-

119. *Vexillum, Mater militum nuncupatur quare?*

S. Scapulare, labarum seu vexillum Mariæ.

ut commilitonibus suis seu Confratribus S. Scapularis de pleniori prouideat belli armatura, & præparamentis. In Chronicis Regni nostri Poloniæ legitur *ap: Okolscium* lib: de stemm: Regni tom: 1. de quadam hucusq; Curulibus & clavis Regni insigni Familia Skarbkonum & Abdank dicta, quæ pro stemmate gaudet tribus pecijs, admodum labari Ecclesiastici, quod ante populum in Processionibus deportari moris est: exindeq; ipsam traxisse originem & stemma, quòd quispiam veteranus de plebe miles, inopinatè irruente hoste, dum aliter convocare ad arma, & animare conciues non posset; in proximum Templum accurrens, sūpto & erecto labaro tali, convocavit populum, & glorioſum ex insperato hoste reportavit triumphum, atq; sub protectione vexilli illius sacri, desperatos iam de salute sua conseruavit dexteritatê. Si quæ aptior vexilli illius sacri similitudo, quàm in Sacratissimæ Marianæ vestis duplici pecia: hoc enim vexillo salutari protecti quàm plurimi, iam desperatis de anima tua rebus, dum ad illud, tanquam ad signum salutis conuolant devotissimis Confratribus adnumerati, proxima iam damnationis suæ pericula euaserunt. Quod contigisse pridem in Figura mihi cogito 2. *Reg:* 17. in Ionatha & Achima, Exploratoribus David, dum fugeret Absolonem: qui dum summè periclitarentur de vita, inquisiti à servis Absolon in domo cujusdam mulieris, saluati sunt in puteo sub mulieris pallio. *Tulit autem mulier & expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas, & sic latuit res.* Porro *Achimas* qui interpretatur *frater consilij*, & Jonathas, *columbæ donum*, perbellè denotant Fratres MARIÆ, quæ a Dyon: Carth: in Cant: 27. *Consiliaria DEI prima dicitur.* Et præterea Columba a sponso appellatur, *Veni columba mea.* Cuius columbæ singulari dono, insigniti sunt Fratres Scapulariani. Hi quandoq; vel cū Jonatha gustando mel voluptatis, periclitantur de salute, vel in puteis aliarum malarum consuetudinum immersi delitescunt; sed tamen non pereunt: nam sub felicissimo mulieris pallio, scil: veste Beatiss: Virg: protecti, iterum emergunt, & heroâ reassumptâ mente, noua ex sacratis pecijs vexilla erigunt, ampliori deuotione & cautelâ viuendi usi, aciem restaurant, hostiumq; infernalium pericula securè euadunt, imo glorioſè eosdem detriumphant, sub Alarum victricium, scil: Scapularis præsidio. Rem inferiùs comprobabunt miracula & Historiæ. Interim quid sentiant Doctores de armis Custodis nostræ vigilantissimæ MARIÆ, consequēter & de Scapulari, audiamus.

Labarum, stemma nobilis familiæ in Polonia vnde?

S. Scapularis typus 2. Reg: 17. pallium mulieris.

Reg:

Dyon:

Carth:

Scapulare in periculis salus.

Probatur. Doctoraliter.

Primùm genericè Ioan: Trithem: l. 1. de mirac: B. V. M. c. 10. *MARIA sunt arma nobis Divinitus collata, quibus cōtra vitia pugnare oportet,* Similiter & Iacob Monach: orat: de Nativit: B. V. appellat illam, *Arma vi omni belli potentiora nobis a DEO præstita.* Quoad verò principalem Discursus totius titulum, plurimum ipsi fauent Doctores: nam *Anonymus* vocat ipsam *Custodiam populi.* Jtem *CUSTODIAM tutam vitæ nostræ* In Eulog: Græc: S. Damascen: in Parad: B. V. *CUstodiam in nostris tentationibus tutissimam. S. Thom: Vill. conc:* 3. de nat: *Custodiam justorum.* Deinde specificè agendo de lorica & vexillo. Gregor: Nicom: orat: 3. de Præsent: B. Virg: *Loricam nominat MARIAM eorum omnium qui rerum summâ potiuntur.* D. Bernardus ser: 4 super Salue. *Vexillo veneratur Mariam, dum vexilliferam virginum ipsam appellat.* Quod totum optimè de illa verificatur propter titulum vestis Scapularianæ, ob superius dicta, & alia mox dicenda. Tandem Doctores armis hisce Marianis addunt alia, Clypeum videlicet, dum eam Clypei dignantur Titulo, veluti S. Damasc: *Ipsa* (inquit) *est clypeus noster.* Hugo vict: *Clypeus defensione.* Rich: a S. Laur: *MARIA est Clypeus aureus protegens fideles Ecclesiæ, in quē refulsit sol divinitatis, & montes scil: Angeli, & justi resplenduerunt ab eo.* S. Albert: M. in Bibl. *CLYPEUS defensionis quantùm ad nos; & interfectionis, quantùm ad damones: quem verus Iosue, id est DEI Filius, eleuavit in Annuntiatione, ipsam in Matrem assumendo, & in Assumptione secum in throno collocando.* Clypeus hic vestis SS. Scapularis licet impressus, & depictus, quantùm præsidij & tutaminis cōtulerit, statim audies & videbis in miraculis.

120. Trith: Iacob: Anony: Damasc: Villan: Greg: Bern: Damasc Hugo. Rich: Alb: M.

Probatur

Probatur. Miraculosè.

121. Huic triplici armaturæ, quâ SS. Scapularis vestem exornant, & muniunt privilegia eiusdem & gratiæ, quartam superaddit, videlicet Gladium, certa experientia miraculorum: quâ constat hanc Sacratissimam vestem, nedum infernales, sed temporales quoq; fatales gladios, validiori veluti gladio retutudisse, vel confregisse. Ex plurimis, quæ referuntur ap: *Iongen de Scapul:* est præcipuum, *Exhort:* 10. quod hic recenseo. Non multis ab hinc annis euenit Juvenem quendam Jtaliæ de vrbe Padvana, liberioris vitæ licentiam ingredi, seq; diuersis flagitijs atq; criminibus implicare. Hic à Fratribus Carmelitanis persuasus, permisit se sacro vestiri Scapulario, & Beatissimæ Confraternitati nomen inscribi concessit. Quodam verò die, ingressus cogitatione suæ conscientiæ penetralia, quæ contra Divinam admiserat bonitatem, & factus sibimet ipsi gravis, in desperationem adducitur, ingressusq; cubiculum se vestibus exuit, retento duntaxat indusio, sub quo & Scapulare MARIÆ: Tum perditus adolescens pugionem manibus arripit, & proprium pectus ictu validissimo percutit. Mirum dictu, per ictum, impetu tanto adacto nihil efficitur, sed pugio ad Scapularis S. contactum (nam in ipsũ ictus inciderat) hebetatur, & incuruatur: Quare secundò, desperatus juvenis ictum reassumens, repetit iteratâ percussione; sed ferrum duro illo pectore mollius, iterato reflexum, nihil intulit nocumenti. Quod videns, extemplò, operante intùs gratiæ auxilio, patrocinioq; MARIÆ, compungitur, & crimen illud enorme, cum reliquis anteactæ vitæ Sacerdoti confessus, meliorem aggressus est vitam, obtentæ Divinæ gratiæ salutisq; beneficium, Beatiss: Virgini acceptum referens, eiusq; Scapularianæ devotioni. Gladium plerumq; retundimus alio fortiori gladio: Scapulare ergo illud, quod retudit fatales ictus, gladius anceps acutissimusq; fuit: cui quoq; hostis infernalis seu tentationum gravissimarum impetus cedere debuerunt, mirifica vestis huius virtute & privilegio repulsi. Rectè satis Anony: *Anonymus* in Canon: ad Deip: Rituali Græc: Scripsit de MARIA. *Ipsa est gla-*

S. Scapulare gladium retundit miraculosè.

A *dius anceps, qui hostium aduersas cohortes discindat, eorumq; castra velut hominum vnum, solumq; desjiciat.* Hinc est, quòd his armis Marianis confisi, Reges, Principes Poloni, Ducesq; exercitûs, plerumq; & singulares milites, dum in aciem descendunt, loricis suis, Sacra vel superponunt, vel supponunt Scapularia: cùm mille exemplis compertum habeant, præsidio huiusce modi plurimos contra ictus gladiorum, igneorum globorum & similium mirifice salvatos fuisse, resilientibus à Scapulari hostilibus armis. Sed quia adhuc custodiæ huic deesse videntur tympa-

B na, organum præcipuum explorandarum vigiliarum in Custodijs.

Poloni plerumq; dum in aciem eunt loricas Scapulari muniunt nõ sine experimento contra ictus hostiũ

Probatur. Historicè.

Scio bene S. *Augustinum ser:* 57. de Nativ. Beatissimam Virginem cohonestasse titulo Tympanistriæ nostræ: quẽ secutus est *Alber. M.* in Postill: sup: 1. Luc: & *Ernestus* Prag: c. 135. ergo armaturæ huic Custodiæ non deerunt Tympana sua. Pellem propriam, Zisca Dux famosissimus rebellium Hæreticorum in Bohemia, testamento legasse scribitur pro Tympano exercitûs totius; ut etiam post mortem, infamis

C iste nebulo vocalis suis esset. Beatiss: V. MARIA commilitonibus suis, & Confratribus vestem suam Sacratissimi Scapularis, quasi in vocale tympanum disposuit, & donavit; ut tantò vigilantiùs Custodias eius Deuotionis peragerent. Pulsant hæc Scapularij tympana, quando privilegio huius vestis, parùm vigiles aut dormiturientes, vel somno peccati oppressos, ut evigilent per pœnitentiam, vel proxima pericula peccati excitant. Dixi supra sub Tit: Bulla p. 2. n. 60. quendam deuotum gestasse bullam seu pyxidem cum Sacris reliquijs pectori appensam, qui

D fatebatur, quòd quoties aliquâ tentatione cordis impeteretur, vel ipsi periculum immineret tentationis; toties pendula illa pyxis vltroneè eleuabat se, & veluti tympano, pectori eius pulsus ad cautelam dabat. O præclarum beneficium, sed rarissimum. Ast tympano Mariano, Sacro scil: Scapulari frequentissimum: dum privilegio huius vestis similibus in periculis pulsat Beatiss: Virgo periclitantium Confratrum suorum corda, idq; insperatis

122. *MARIA Tympanistria nostra.* Aug: Alb: M.

S. Scapulare, Tympanum fidelium ad pœnitentiam excitans

moti-

motibus & inſpirationibus Spiritûs S:, precibus ſuis a DEO impetratis: vnde eſt quod citò evigilent, ad mentemq; redeant. Teſtem appello nobilem Vallifoletanam Domicellam *ap: Iongen, Exhort 1. de ſcap:* quæ a quodam Juvene periclitari ſibi videbatur; ſed vbi laudes Sacratiſſi: Scapularis decantari audivit, deſiderio illius nonniſi concepto, ita cor ſuum vehementibus pijs motibus impelli ſenſit, nedum ad ſuſcipiendum, quod nondum habebat S. Scapularium, ſed ſimul ad deſerenda omnia pericula virtutis, ſcil: converſationes, ornatus mundiales, & ſimilia; virtutum deinde exemplar facta, poſtea pientiſſimè vitâ functa. Adeſt & alius teſtis. Theſ. Carmel: fol: 140. illa Neapolitana Matrona, quæ uſq; adeo igne & ſufflationibus libidinis vexata fuit, ut ipſe orcinus veterator hominem mentitus, commercium cũ ipſa prenſauerit; illa nihilominùs in ipſa arena, conſilium è Carmelo, votis ad DEIparam miſſis, exquirit, etſi nõdum inſcripta ſodalitati: adeſt benigna Mater, eiq; dicit: *Filia mea recipe meum Scapulare, & Fraternitati Carmeli da nomen tuum, & liberaberis.* O quam vigil in cuſtodia ſuorum MARIA.

Scapulare periclitantes de caſtitate duas feminas ſaluat.

Epilogus.

123. SPectaſti pie Lector multiformem SS. Scapularis armaturam: agnoſce ergo Beatiſſi: Virginem MARIAM eſſe Cuſtodiam, Turrimq; fortiſſimam Fidelium, à qua omnis hæc armatura dependet. Illuſerat olim S. *Aug:* l. 2. de Civit: c. 22. Dijs Romanorum, quos ſibi Gentilitas plures pro vigilibus ſupremæ illius totius orbis Cuſtodiæ, A Capitolij ſcil: elegerat: quod ipſis vigilantiores fuerint anſeres: ad harum enim voces evigilavit miles, & iam captâ vrbe à Gallis, ſuppetias dedit. Pono verba Doctoris: *Sed tamen hæc numinum turba, vbi erat, cum longè antequam corrumperentur mores antiqui, a Gallis Româ capta, & incenſa eſt. An præſentes fortè dormitabant? Tunc enim tota vrbe in* B *hoſtium poteſtate redactâ, ſolus Collis Capitolinus remanſerat, qui etiam ipſe caperetur; niſi ſaltim anſeres dijs dormientibus vigilaſſent.* O Felicem Eccleſiam CHRISTI, cætuſq; orthodoxorum! pro quibus non inſenſibiles dij, aut vocales anſeres, ſed ipſa Beatiſſi: Virgo vigilat, & cuſtodiarum Domini Præfecta, vigiles alios explorat, monet, excitat, armiſq: contra pericula præmunit. Scribit *Plut:* de Philippo Macedonum Re- C ge, qui nonnunquam Caſtra contra hoſtem tenens, cum in medio eorum plùs inſolitò & ſapidiùs ſomnum dediſſet, evigilans & vigilantem in proximo amicum ſuum advertens, dixit: *Tutò* (inquit) *dormivi, vigilavit enim Antipater.* O quam longè tutiùs & ſecuriùs ingeminandum nobis venit, dum D ſub protectione MARIÆ, eiuſq: ſacris veſtibus, quaſi placidè quieſcimus. Tutò, imò tutiſſimè dormimus, vigilat enim pro ſalute noſtra Archi-Mater MARIA; nam Mater ipſius Altiſſimi. Cæterùm & nobis vigilandum eſt: ſocordes etenim in devotione Confratres repellit a Cuſtodia ſua MARIA, Vigiles amat, & recipit, iuxta illud. *Et qui vigilauerit ad fores meas quotidie, inueniet me, & hauriet ſalutem a Domino.*

Fiat. AMEN.

Auguſt:

Dij Ethnicorum illuditur a S. Auguſtino.

Alexander M. tutò dormivit, vigilante Antipatro.

MARIA Archi-Mater cur?

DECAS II.

DAPIFERA Cœlestis
SS. DEIPARA.

Pro Festo Portiunculæ.

Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. Luc: 19.

124. *Conuivarum in epulis concertatio.*

NOn primùm modò ad magnificentiæ liberalitatisque signum, superbientis sæculi inolevit mos, patenarum multitudine, & convivijs certare, idq; non rarò cum turpis prodigalitatis vitio A. A. Similem etenim quodammodo (referente Evangelio & Historiâ Seraphicâ) peractam olim, imo & nunc etsi sacratiorem inuenio celebrari æmulationem, inter Evangelicum Hospitem, Zachæum scil: Principem. & Principem Cœli B. V. MARIAM: quam non citra mysterium Seraphicus *Bonav: DAPIFERAM deliciarum DEI,* nominavit. Diues iste Evangelicus, dimidium bonorum suorum in pauperũ subventione, sanctâ prodigalitate, quasi transigulivit. *Dimidium bonorum meorũ do pauperibus* (inquit ille) Cœlestis DAPIFERA nostra MARIA Princepsq; cœli, in pauperis Fratris domicilio, pauperculæ Minorum turbæ primùm, deinde quibusue peccatoribus conuivium parat, discosq; disponit, patenas porrigit: in quibus epulis, non iam dimidium bonorum, sed totum in quolibet, & a quolibet editur Regnum, illudq; cœlorum; idq; per participationem sanctificantis gratiæ, quæ bæredes Regesq; cœlorum constituit. O quoties cuilibet pœnitentium in exultatione cordis hodie ingeminandum, & longè veriùs, illud jactabundæ Cleopatræ ad Antonium post epotum pretiosum poculum effatum *Antoni, Regnum bibisti?* Abeste hinc, famosissima etiam antiquioris sæculi symposia atq; dapes luxus & gulæ fædæ victimæ Vitelliorũ, Heliogabalorum, Epicureorum epulationes: imo & in Scriptura Sacra, Assueri, Esther, Darij, nominatissima convivia: novam pretijq; incomparabilis, DAPIFERA Cœlestis Beatiss: V. MARIA, etsi de modica portione humilis Franciſci, atq; in exigua Aula templi seu Capellæ de Portiuncula, instruit mensam: dapes, missusq; disponit Regina cœli, dum pro tam Privilegiatæ Indulgentiæ concessione, Filio suo supplicat, illamq; obtinet propter refectionem languentium animarum nostrarum. Ad has ergo Regias dapes A. A. accedite, comedite & inebriamini chariſſimi: ad quas dum vos invito, simulq; sisto, ut tantò luculentiùs hodierni mysterij privilegia exponam, Beatiss: Virginem, DAPiferæ cœlestis titulo cum supra nominato Seraphico Doctore celebrabo. Sed antequam pretiosissimæ huius mensæ dapes prodeant in tabulam, morem seculi secutus, pro Antipasto Sallamentum quoddam saluţare præmittã; aliàs de pravis mundanarum dapum condimentis, monita aliqua dabo.

MARIA Dapifera deliciarũ:

Regum bibitur vino hausto

Portiunculæ dapes sacratiores.

dabo. Hymnum antè mensam dicamus MARIÆ.

Salue DAPIFERA Cœli
Nostræ famis miserens.
Duplicis reatûs mei.
Medicinam deferens.

PARS. I.

Tria praua condimenta conviviorum.

125. *Hospitalitas commendabilis: quo?*

NObile illud antiqui etiam Christiani sæculi officij genus, hospitalitas, ore quoq; Apostoli commendatissimum, siue vitio temporum, siue quod veriùs est, indomitâ luxurie hominum, adeò pernicioſum descivit in abusum; ut quod olim vitæ & necessitatis pium inter fideles subsidium erat, nunc mortis & ruinæ officina sit. Usu enim damnabili iam venit, ut non tot aromatibus & cymentis, cæteriſq; huiusmodi gulæ irritamentis Ars Gastrimargiæ mensas & sympoſia condiat, quot Princeps ille Cocorum *Nabuzardan:* 4. Reg: 25. ut legit S. Greg: ex 70. *Interp:* Diabolus scil: interprete *Angelimo ap: Cornel: hic.* aconita, mellita licet, id est, occasiones peccatorum & mortis animæ, patenis, discis, dapibusq; dispergat. Tria hîc præcipua mensarum condimenta memoro; quorum primum, sit Linguæ.

Conviviorum tria mala cõdimenta.

Probatur. Scripturaliter.

126. *Conviviarum cõdimenta, discursus sapientũ.*

Linguam apud Magistros Gastrimargiæ præcipuum condimentum mensarum esse, puto nemo non novit: quòtsi præterea moraliter loquamur, etiam apud Ethnicos, imò apud Salomonem hæc ipsa commendabilis in convivijs fuit: inde enim celebres fuêre mensales quæstiones, problemata, ænigmata, quæ a sapientibus sibi invicem proponebantur, & soluebantur: sed proh dolor? fædâ metamorphoſi, hæc venusta & sapida mensarum condimenta, desciuêre nunc in Quæstiones acatholicas, Atheisticas, blasphemas, in problemata astutæ detractionis famæ proximi, in veneris scandaloſa ænigmata: quod malum, iam suis temporibus Salomon illabi opiparis nobilium mensis aduertens, dum invitato ad mensam Principis, morum insinuat dogmata memoranda, ut ab hoc malo quisque caueat, cultrum ori ipsius impingit *Prov:* 23. inquiens: *Quando sederis, ut comedas cum Principe, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo.* In primo versu instruit, quali silentio, & attendentiâ vtendum sit ad ea, quæ a doctoribus prudentioribus, ad vtilitatem, vel doctrinam proponuntur: prout argutè *Salazar* exponit. In secundo verò versu, linguæ modestiam commendat, & contra pestilentiam eius cultros, & acinaces minatur, *statue* (inquit) *cultrum in gutture tuo.* vel ut colloquia mala aliorum abscindere doceat, vel ut sermones proprios ab omni nævo blasphemiæ, turpitudinis, detractionis &c: emendet & circumcidat. Aliàs ab illis mensis, quibus contingit huiusce modi infici pulpamentis, intra paulò, seriò quemq; dehortatus est inquiens: *Noli esse in convivijs potatorum, nec in commessationibus, qui carnes ad vescendum conferũt.* Ecquid Sapientum Sapientissime? Si ob luxum, cauendam mensam carnium mones, numquid discipulum tuum esuriales continuò ferias agere percupis? numquid de mensa etiam piscium, quos ingenti comparauerat pretio Vitellius, turpi prodigalitatis notâ non adustus? numquid & Heliogabalus non meritò, turpe mancipium Veneris dictus. quamvis sæpè perasitis suis Ceream cænam, sæpè ligneam, sæpè eburneam, aliquando fictilem, nonnunquam marmoream, aut lapideam exponebat: in qua dum esuriendo cænarent, cogebantur bibere per singula fercula, & manus lauare, acsi comedissent *Lampridius* Quid ergo plùs prodigalitatis præsefert carnium mensa? a qua dehortatur *Sapiens.* Soluit tacitè quæstionem *S. Greg:* l. 4. moral: 25. dum hunc locum exponit de detractoribus. *Sciendum* (inquit) *est, quod hi, qui alienæ vitæ detractione pascuntur, alienis proculdubio carnibus saturantur,* expẽdit enim ibi S. Doctor illa verba *Iob. Et carnibus meis saturamini.* Unde per Salomonem dicitur. *Noli esse in conviuio potatorum neq; comedas, cum eis, qui carnes ad vescendum conferunt: carnes quippe ad vescendum conferre, est in collocutione derogationis vicissim proximorum vitia dicere.* Imò talibus heluonibus conviviorum argutè improperavit *Tympius* in

Prov: *Convivarum dogma,* *Salaz:* *Detractores, carnivori.* *Greg:* *Iob:* *Tympi:*

Dedicat: quòd cùm carnibus ossa deuorent. *In convivijs* (inquit) *abundare solet loquacitas, quæ quisq; fecit, dixit, in ys tanquam tribunalibus ventilantur: & temulenti Censores cùm ossibus abstineant, alienam tamen famam rodunt.* Quid dicam de venereis ænigmatibus, quibus soluendis optimus modus alligatura molaris lapidis, supremi Magistri veritatis præscriptô. *Et qui scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Matt: 18. Amarè satis huic vitio mẽ-
Matt: Drexel: tarum indolet *Ier: Drexeli:* inquiens: de linguæ turpil: *Ponuntur subindè quæstiunculæ, quæ verbis non impuris constant sed sensu. Et eo iam nequitiæ subtilitate profeciſſe diabolus videtur; ut fædissima quæq; honestissimis subinde verbis efferantur. In aulis non ignotum hoc artificium, quod etiam verecundiam quandoq; & innocentiam facit erubescere; dum homines oris pudici, verba proferunt minimè sordida, aliorum tamen interpretatione ad turpidinem trahuntur.*
Turpiloquium in conviviis, acriter reprehensũ. Hic demum o quam acriter detonandum esset, contra quæstiunculas curiosas in Convivijs, de Mysterijs Fidei, & quod peius Atheisticas. vix enim non iam Commune Aularum vitium, quod sacrosancta Fidei dogmata, impiè in illud turpe ventris & Bacchi vo-
Fidei quæstiones, in convivijs non tractandæ. care proscænium pertrahantur, & ea, quæ nonnisi in iejunijs, laboribusq; multis, mentis in recessu, summi spiritûs Magisterio discuntur, ructantis gulæ, Aula vult patere inuerecundæ curiositati. Vtinam obmutescant linguæ talium blateronum? ut contigisse lego apud *Engelg: pro S. Catharina*, in nostra Polonia apud quendam Palatinum Podoliæ, pro tunc Acatholicum: qui dum
In Polonia, hæreticus obmutuit, blasphemus. consultò ad tabulam invitasset Prædicantium suum cum Catholico sacerdote, bono quidem viro, sed simplici: intra commessandum, bonum sacerdotem fatigare cœpit Prædicantius quæstiunculis contra Dogmata Romanorum, contra Papam, &c: Cui modestè respondit sacerdos, se ad prandendum, & non disputationem invitatum; dum pransus fuero, respondebo: & ita sublatis mensis, Sacerdos inquit: Hodie sacrum in Altari peragens hâc usus sum oratione, *Discerne Domine causam meam, de gente non sancta.* spero sanè hũc ipsum Deum pro sua omnipotentia & A & misericordia preces has meas exauditurum. Facto deinde Crucis signo, prædicantium sic alloquitur: *In Nomine Patru &c:* per Deum, cuius ego sum indignus servus & sacerdos, mando tibi maligne Spiritus, ut obmutescas: vix hæc fatus est, ecce Prædicans, pisce magis mutus sedet, hactenus enim cum maligno Spiritu, qui per eius os locutus est, res fuit. At ille frustra loqui conatus, totus pudore suffusus, inde se proripuit: quo miraculo plurimi cum Palatino, errores quibus innutriti fuerant abiurauêre, Ecclesiæ veræ Dei reconciliati.

Converſio cuiuſdam Palatini Poloni ab hæreſi, ex miraculo.

B

Probatur. Figuraliter.

A lingua, veniamus ad sanguinem & lachrymas: quo condimento plurimæ Epulorum madent patenæ deliciosæ, præsertim in Aulis Principum, & majoris notæ Dynastarum, Huius cruenti deplorandiq; convivij, ferviat pro Figura, illud parabolicum, simul cum suo significato convivium, quod produxerat Regi Davidi sub ænigmate Nathan Propheta 2. Reg: 12. de
Reg: quodam, videlicet Divite, *qui habebat oues & boues plurimos valdè*, cùm alius pauper, & fortè subditus, vel vicinus
C Divitis illius, nihil habebat omninò, præter *vnam ouem parvulam, quam emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filiis eius simul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu eius dormiens:* cum autem peregrinus quidam venisset ad divitem, parcens ille sumere de ovibus, & de bobus suis, ut exhiberet convivium peregrino illi, qui venerat ad se, tulit ovem viri pauperis, & præparavit cibos homini, qui venerat ad se. En in parabola habes Convivium sanguinis & lacrymarum:
D sanguinem subministravit mactata vnica, & tam studiosè nutrita pauperis ovicula: lacrymas insperſit oppressus pauper, tam proprias, quàm filiorum suorum, qui vellere eius forsitan ante caletacti, & vberibus nutriti, altricis suæ & famelici statûs sui miseram deplorabant sortem. Parabolam sequitur significatum: en festiua, thalami in gratiam alienæ, convivia, aut gaudia, David Regis, nonne pariter sanguine condiuntur & lacrymis: lacrymabatur credo, vtpote honestissimi Herois Ducis vxor Bethsabee, dum ad stuprum non

Convivia Magnatũ plerumq; madent ſanguine & lacrymis.

126.

tam

tam duceretur, quàm fortè raperetur reluctans, ut colligo ex verbis S. textûs: *Missis itaq; nuntiis David, tulit eam.* Ly *tulit*, aliquid non spontanei importare videtur. Maduerunt, saltim postea, lacrymis, eius nuptiales epulæ cum Betsabee, *Transacto autem luctu*, (quo planxit vxor Betsabee super morte uriæ) *misit David, & introduxit eam in domum suam, & facta est ei vxor*, narrat S. textus. Sed simul convivales illius mensæ rubuerunt multiplici sanguine, nedum Hethæi vriæ, gladijs filiorum Ammon expositi ad necem; sed & ipsius Regiæ Domûs vaticinante Propheta, *Quam ob rem non recedet gladius de domo tua usq; in sempiternum.* In hoc utroq; parabolico convivio Typum video sumptuosarum epulationum, quas pro magnificentia nominis sui Dynastæ Regni nostri non infrequenter instruunt: quod & inferioris conditionis, ac tenuioris sortis contingit quandoq; nobilibus vel Civibus, qui ut palato suo & alieno serviant, symbola à subditis insueta, subsidia gallinarum, ovium, & his similia non tam exigunt, quàm extorquent, imo rapiunt, Mercatores, creditoresq; plerumq, insolutos relinquunt. Idem applica & lautitijs Mercatorum, Civium ac similium: qui ex concreditis sibi ab alijs mercibus, vel fraudulenter venditis, aut muneribus in Judicio extortis, ventrem gulamq; pascentes luxuriantur. Sanguine profectò oppressorum, vel defraudatorum lacrymis, huiuscemodi mensæ nonne conditæ? Quod & miraculo comprobasse legitur Capucinus quidam Viennæ: dum etenim ad meliorem frugem, quendam lurisperitum auarum nimis, & clientũ, quorum causas agebat, durum Exactorem, reducere vellet, adijt, & invenit opiparæ assidentem mensæ: itaq; ut efficaciam daret verbis commonitorijs, mappulam quâ tegebatur convivalis mensa, fortiùs pugno contracto dum comprehendisset, sanguinem copiosum expressit, inquiens: *hic sanguis oppressorũ est.* O abominandas tam cruentas insipidasve vel ideo, mensas! Claudo hoc punctum exprobratorijs *S. Augustini Tob:* in cap: 14. *Tu bibis, & alius diffluit lacrymis: tu epularis, & alios cibo tuo strangulas: tu symphoniâ delectaris, & alius miserabili deplorat eiulatu: tu poma deguslas, & alius spinas vorat.*

Magnatũ convivia reprehensa: quare?

Sanguis prorupit ex mappula auari.

Augustus:

A *Probatur.* Historicè,

Tertium tandem vulgare dapum mundanarum condimentum, vel potiùs pestis, *Musca est.* Muscarum nomine M. Alexander appellabat parasitos, adulatores, & histriones, similesq; eiusmodi farinæ homines: & rectè, ipsi enim ne esuriant, vel ut lautiùs ex alieno vivant, tanquam muscæ palatia magnatum, etiam importuni hospites involant, discos obsident, simulque garritu suarum adulationum, & facetiarum, Heris applaudendo, fœcibus suis inficiunt, dum novâ iniquitatis specie, conscientias eorum contaminant: nequit enim fieri sine nævo ordinatæ in proximum charitatis, illud quod honestis pluribus pauperibus reficiendis sufficisset; in vnius vel alterius scurræ & histrionis turpiter prodigere gulam: quod ipsum D. *Hieron:* inter peccatum Idolatriæ recenset, inquiens: *Paria sunt dare histrionibus ac sacrificare dæmonibus* ap: *Mancin.* de Pass: l. 9. d. 1. Hoc vitium mensarum, de quibus non quid deguslat in paupere Christus, tali redarguit miraculo magnæ sanctitatis vir Theodorus quidam Bruxellis notissimus: ut refert ex alijs *Engelgraue*, pro *S. Nicol.* Hospes ad mensam cuiusdam nobilis adhibitus confertam lancium copiam admiratus, pro authoritate, quâ pollebat apud nobilem, ait: *Domine mi, tanta hic ciborum & ferculorum abundantia: quid si vnam alteramq; lancem in pauperum tectum deferri cures?* Benignè annuit Dominus omnibus, quidquid Theodorus decerneret. Hic itaq; accito famulo, unam optimè instructam lancem ei tradit, mappulâq; contexit, admonens ut rectâ ad forum iret, & obseruaret ad cuius ædem mappa vento exsufflaretur, eas subiret, eleemosynam illam offerendo pergit actutùm famulus, aduertit mappulam vento raptam, ad ædes deferri, & stare, bipatentibus valvis & frontispicio ad ostentationem magnifico conspicuas, ratus esse divitum ædem, nec egentium eleemosynâ, redit cum lance, remq; & euentum narrat; nihilominùs jubetur per forum eandem portare lancem, & similiter obseruare mappulam: contigit secundò, quod & priùs: quo divino veluti prodigio confirmatus, ædes pulsat, admittitur, subit, & numerosam prolem, for-

127. *Muscæ cõvivorũ, parasiti, & adulatores.*

Parasitos alere, crimen idolatriæ.

Theod:

Vidua pauper, miraculose cum prole de victu provisa.

tè siliquis porcorum sese cum Matre (nam ob mortem mariti ad extremam paupertatem rarò cuiq; ad extra notam deuentum erat) reficientem. Hinc meliùs sapuit ille nobilis: utinam ita sapiant & alij, qui superfluis dapibus, quæ iure egentibus debentur, inutiles & perstrepentes Muscas in Palatijs suis, parasitos, & helluones, facetiarum gratiâ, referciunt & implent.

PARS II.

SS. DEIPARA Dapifera Cœlestis

128. ANtiqui notarunt Historici, in tam perditissimum, Imperatorias Cænas processisse luxum; *Lyræus in in Trisag: Mar: l. 1. Son: 16.* ut per alphabetarias notas, eduliorum notas digesserint, præsertim ad numerum literarum nominis Imperatoris: vnde seneca (*ad Helviam*) dare se paratum scribit vniversam Varronis Grammaticam pro vna litera Cæsaris, argutè tangens missiones lancium cum dapibus ad nomen Cæsaris, quæ quotquot initiabantur, à qualibet huius nominis litera mensis importabantur fercula. Non merentur quidem ad comparationem DAPIFERÆ nostræ MARIÆ, venire, pretiosissimæ tot exquisitæ mundi deliciæ; sed si veniant, veniant vt umbræ. Morem enim quodammodo similem illi alphabetico gerere videtur DAPIFERA nostra, dum in hodierna Portiunculæ Iubilæi Cœlestis epulatione, ad numeros & ad literas nominis sui spiritualium esculentorum disponere videtur Classes.

Alphabetum convivále; quale

Portiunculæ portio, ad literas distributa Nominis MARIÆ

Probatur. Scripturaliter.

129. Primam Classem explicat DAPIFERA nostra MARIA, â litera M. Meritorum scil: infinitorum CHRISTI, & suorum superabundantium: quod in tantùm certum est, in quantùm evincitur ex S. Scriptura, dari in Ecclesia CHRISTI Indulgentias seu condonationes, relaxationes peccatorum, etiam quoad pœnam, quam dimissâ iam culpâ, plerumq; remanere cum obligatione, probant exempla S. Scripturæ in Moyse, Aarone, Davide, quos Deus dimissis culpis eorum, afflixit, ut

Peccati manet pœna, dimissâ culpâ.

A justus Iudex, varijs pœnis. *Eccli: 55.* monet *Sapiens: De propitiato peccato noli esse securus*, obligationem ad pœnam vt residuum peccati per hoc connotando. Hæ quidem Indulgentiæ seu relaxationes aliter nõ dispensantur, nisi, primùm ex meritis infinitis Capitis Nostri Christi, deinde B. V. MARIÆ, aliorumq; Sanctorum ipsis superabundantibus, quoad valorem satisfactionis. Hinc orthodoxa Ecclesia contra Acatholicos agendo, qui negant Indulgentias, primùm dari defacto easdem & fuisse in primitiua Ecclesia, probat ex illo loco Scripturæ, ubi contestatur Apostolus, se non civiliter (ut submussitat Anglus Forbesius) sed authoritate CHRISTI in foro interno, non tantùm externo, pœnitenti incestuario, condonasse etiam temporalem pœnam. *Nam & ego donavi* (inquit) *si quid donavi propter vos, in persona Christi* 2. Cor: 2. Pro quo ipso, stat explicatio S. *Hieron: & Chrysost:* hom: 4. Consequenter promovendo quæstionem, explicatur modus, & vnde fiat hæc condonatio; idq; ex verbis eiusdem Apostoli, *ad Rom: 12. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nõ eundem actum habent; ita multi vnum Corpus sumus in Christo, singuli autem, alter alterius membra.* Similia scripsit ad *Corinthios* 1. Cor. 12. *Sumus corpus Christi, & membra de membro.* Hic porrò per similitudinem Corporis humani, ad Corpus mysticum Ecclesiæ seu congregationem fidelium, quæstio assumpta de Indulgentijs, resolvitur. Sicut enim in Physico corpore omnia membra cum alijs, & præsertim principalibus, communicant quoad spiritus vitales, quibus superiora membra, tanquam fons illorum, quoniam superabundant, cæteris inferioribus membris eos per alia intermedia membra sufficienter subministrant, ne aliàs totum deficiat Corpus. Ita vel similiter, meritorum satisfactoriorum communicatio, ex quibus pullulant Indulgentiæ, fit inter membra Ecclesiæ DEI. Principalia membra Ecclesiæ & quidem primarium, primùm est ipse CHRISTUS, primus mediator, fonsq; & origo omnium meritorum MARIÆ: Cor autem Ecclesiæ iuxta *Isychiũ in Psal.* 44. est ipsamet SS. DEIPARA: quæ dum eructavit Verbum bonum,

Eccli:

Indulgẽtiæ, quo fundamẽto nituntur.

Corint:

adRom:

Corin:

Indulgẽtiæ originãtur ex meritis Christi, & Sanctorũ

Angelo

Angelo nuntianti Incarnationem; dicavit opera sua seu merita, nedum Regi in Coronam & laudem, sed quoq; inferioribus membris, scil: fidelibus in subsidium satisfactionis, tanquam superabundans (utiq; ex origine fontis scil: Christi) rivulus: qui si quando, tunc maximè hodie, *Fluvius lætificans Civitatem DEI* dicendus; dum intimando Filio suo infinita merita Passionis eius, sua quoq; venerabundè offerens (Maternitatis etenim suæ allegavit titulum) tam privilegiatam peccatoribus impetravit Indulgentiam. Vix non ad hodiernum collimasse videtur Mysteriũ illud S. *Ernesti Prag:* in Mariał: c. 23. *MARIA fluvius voluptatis, ex quo accipimus aquam ad peccatorum ablutionem, oleum ad vitiorum curationem, lac ad puritatis & innocentiæ reparationem.*

Christus fons, Maria ex fonte, rivulus.

Ernest:

Probatur. Figuraliter.

130. Jam ad secundam perauguſti Nominis MARIÆ literam, *A.* videlicet, instaurantur dapibus novis, Convivij Portiunculæ, tabulæ: *Angelorum* videlicet insuetæ lætitiæ de tanto privilegio remissionis, peccatoribus ad preces MARIÆ concesso: Cibum dapesq; Angelorum, quæ illæ sint, fortè cogitas? audi Raphaélem Tobiæ respondentem. *Ego* (inquit) *cibo invisibili & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor. Tob:* 12. Scio ex *Cornel: à lap:* quod Angelorum iste, nobis invisibilis cibus, est ipse DEUS, quo fruuntur per visionem beatificam. Cæterùm, ex ipsius Salvatoris ore didici, quod Angeli præterea habeant alium cibum, videlicet lætitiam specialem ex conversione & justificatione peccatorum. *Gaudium* (inquit) *est Angelis super vno peccatore pœnitentiam agente. Luc:* 15. Commensales prorsùs mensæ Christi, Cœlestes isti Spiritus dicendi, qui conversionem mulieris Samaritanæ, cibum suum sapidissimum nominavit: dum recedente illâ iam bene contritâ, dum invitaretur à discipulis ut manducaret, respondisse legitur: *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitu,* Ioan: 4. Hodie itaq; in convivio Portiunculæ, Angelicæ phalanges tot honorantur dapibus, quot gaudijs cumulantur ex insueta conversione peccatorum, eorumq; perfecta quo ad vtrumq; reatum justificatione, ministrante nihilominus Dapiferâ Cœlesti MARIA: cuius sat accommodam, quãvis ex improba radice, in S. Scriptura decerpo Figuram 2. *Reg:* 13. Dum Filius David, Ammon, incendijs inordinati amoris adustus ægrotasset in tantùm; vt visitante se Patre David accumbere debuerit lecto, ausus est deprecari Patrem suum hisce verbis: *veniat obsecro Thamar Soror mea in domum meam, ut faciat in oculis meis duas Sorbitiunculas, & cibum capiam de manu eius:* quod dùm permisit Parens, factum est. *Venit Thamar in domum Ammon, quæ tollens farinam commiscuit, & liquefaciens in oculis eius, coxit sorbitiunculas.* Sed hîc tristem convivij huius euentũ taceo ex causis. Nunquã auderem A.A. ab incesti convivij epulis, ad sacrosanctæ hodiernæ Indulgentiæ dapes Allegoriam trahere; nisi scirem eam esse naturam S. Scripturæ, quòd sicut ex aperto draconis capite, lapis medicus & pretiosus eruitur; pariter ex maculosis quoq; aliquorum actibus in Scriptura arcana & sydera parturiri possint: quod adnotavit *P. Oliva Soc: tom: 1. stromat.* Si ergo licuit S. *Hieron: Proem: in Osée* comparare CHRISTUM Samsoni capto amoribus Dalilæ, Ecclesiam autem Sacrosanctam, ipsi, quamuis infami Dalillæ; piaculum non fore puto, dum naturam Angelicam assimilauero Ammon, qui in alia lingua sonat, idem quod Pædagogus: ipsos autẽ fatetur S. Thõ: Vill: esse pædagogos nostros. *Thamar* autem, saltim prout interpretatur, *Palma,* cur nobis non symbolizet Beatiss: Vir: MARIAM? cùm ipsamet fateatur se exaltatam sicut Palmam in Cades. Duæ verò sorbitiunculæ denotent duplicem remissionem peccati, à culpa & pœna. Cœlestes isti Amnones, administratorij videlicet Spiritus, o quantis incendijs amoris erga sororem suam, naturam nimirum humanam, ardebant, & ardent! esurientes salutem animarum nostrarum, adeo; ut aliquando fleturos supra damna animarum prædixerit Propheta. *Angeli pacis amare flebunt. Isa:* 33. Quod si aliquãdo id contigisse videtur, quàm tempestate illâ vitæ & temporum S. P. N. Francisci, quibus in tantùm refrigeuerat pietas in fidelibus; vt vix non extincta esse videretur, sub illo persecutore Ecclesiæ Friderico Imperatore totam perturbante Europam: milleni & plusquã milleni

Portiunculæ typus Sorbitiunculæ duæ Thamaris: quomodo?

Reg:

Isa:

Seculum corruptissimum.

Tob:

Angelorũ cibus, quis?

Luc:

Ioan:

Cibus Christi, peccatorũ conversio.

Portiuncula, Angelorum lætitia.

temporibus S. P. Franc:

milleni numerabantur peccatores, rarissimus videbatur pænitens, rara proinde gaudia Angelorum. Ergo ut tristes famelicosq; tamdiu non retineret Cœlestis Pater, mittit Divinissimam Thamar MARIAM, quæ sicuti Palma, celsitudine meritorum suorum exaltata est in Cades: & non aliò properavit illa, nisi ex vi nominis loci in Civitatem sanctam, in domum fratris Francisci pauperculam, ad S. MARIAM de Angelis nuncupatam. Hæc Hospes nobilissima, duas sorbitiunculas commiscuit, dum duplicem remissionem pœnitentibus impetravit, illisq; peccatrices refecit animas: atq; eo ipso, novis gaudijs super pœnitentibus, Angelicam naturam cumulavit, & ceu convivali mensâ. Spiritus hos cœlestes DAPIFERA nostra MARIA, magnificè excepit & recreavit: qui gratiosissimi hospites tanto conuolarant ad convivium illud numero, ut S. P. N. Franciscus fateretur, vidisse se totum aërem a terra usq; ad Cœlum ipsis repletum: qui tam opiparè refecti, post mensam canere Gratias, id est. *Te Deum laudamus* audiebantur.

Probatur. Doctoraliter.

131. Tertia quoq; nominis glorioſi MARIA, *R.* litera, ducit suas numerosas DAPIFERÆ MARIÆ lances & edulia, *Remissionem scil:* peccatorum quo ad culpam & pœnam cuicunq; verè pœnitenti: & quod præcipuum, seclusis alijs conditionibus apponi solitis in vsu Indulgentiarum, etiam Iubilæi, visitanti Ecclesiam ipsam Portiunculæ, aut per Communicationem, vi Bullarum Pontificiarum, quâcunq; Ecclesiam Ordinis nostri: quod quia ex consueto mihi ordine, probare Doctoraliter incumbit, tot licet adcitare Doctores, eosq; Summos, nam ex Cathedra Petri Pontifices Romanos profitentes; quot Bullæ approbationis & confirmationis habentur; ut pote Honorij 3. Alexandri 4. Martini 4. Bonifacij 8. Clementis 5. Ioann. 22. Gregor: 11. Benedicti 11. Sixti 4. & 5 Leonis 10. Pauli 3. Gregor: 15. Vrbani 8. His adnumerare licet Chronologos pœnè innumeros, inter quos & S. Antoninus Ep: Florentinus, qui omnes apud Vadingum, tale veritatis perhibent testimonium, *sub ann:* 1221. Nocte quâdam ap-

Portiunculæ Indulgentię, singularitas, præ alijs, in quo?

Portiunculæ Indulgentia multis Bullis approbata.

A paruit Francisco circa mensem Octobrem Angelus Domini iniungens, ut ad Ecclesiam pergeret: siquidem Christus cum Virgine Matre & multitudine Angelorum illuc opperiebatur. Quò cum peruenisset, CHRISTUM cum Matre a dextris adstante intuitus, cum timore & reverentia pronus in faciem proruit. Quem sic prostratum Dominus allocutus est. Plurimùm o Francisce cum tuis sollicitus es pro animarum salute. Itaq; conceditur tibi postulare aliquid à me pro Communi animarum consolatione & salute, ac mei nominis honore, quia datus es in salutem gentium, atq; Ecclesiæ meæ reperationem. Ipse verò contemplatione tantæ majestatis aliquantisper raptus, vbi ad se redit, orabat dicens: Sanctissime Pater noster, supplico ego miser peccator, quatenus gratiam hanc humano generi impertiri digneris, ut omnes & singuli ad istum locum venientes, atq; Ecclesiam introeuntes, peccatorum omnium, quorum confessionem Sacerdoti fecerint, veniam, & indulgentiam vniversaliter obtineant. Supplico itidem B. V. MARIÆ Matri tuæ, humani generis advocatæ, ut pro huius meæ petitionis impetratione apud tuam pijssimam Majestatem intercedere dignetur. Porrò ipsa Regina Cœlorum precibus famuli sui Francisci inclinata, cæpit illicò supplicare Filio suo in hunc Modum: Altissime Deus, omnipotens, intercedo ego apud Deitatem tuam, atq; humiliter rogo, ut precibus huius pauperis Francisci annuere digneris. Subintulit statim CHRISTUS Dominus: Grande satis est Francisce, quod postulasti, verùm majora impetrabis. Ac ego petitionem tuam admitto; sed volo, adeas Vicarium meum, qui ligandi atq; solvendi potestatem habet in Cœlo & in terra, ac ex parte mea hanc indulgentiam ab eo postules. Plura mox infra audies, & leges alibi. Interim hoc sufficiat pro probatione Doctorali.

Visio S. P. Francisci ad Ecclesiam Portiunculæ

MARIA supplicās pro Indulgentia Portiunculæ.

Probatur. Miraculosè.

Properat enim cum discis DAPIFERÆ nostræ, quarta nominis eius litera *I. Iuvamina* scil: & suffragij animarũ; quæ famelicæ visionis beatificæ ignibus piacularibus detinentur. Nam quibus ex illis, a viventibus amicis hæc

132. Indul-

Portiunculæ Indulgentia confirmatur mi-

raculosâ apparitione S. P. N. Francisci & Doctoris subtilis.

Indulgentia applicatur, easdem à pœnis illis extemplò liberari miraculosis apparitionibus plurimis, si non innumeris comprobatum habemus. Omitto hic vetera ex Chronologis ab initio Ordinis, novissimam miraculosam visionem, quam *A. D.* 1650. habuit in Conventu S. Claræ Civitatis de Burgos in Hispania benè probatæ perfectionis, & extasibus Clara, Venerabilis Mater Ioanna Roderica Ordinis nostri, quod authenticis instrumentis ex archivio Burgensi extractis comprobatum asserit Basil: Rychlewicz Ords Min: Conv: Polonus, *in Crisi Apolo: pro morte Scoti.* Vnde clarissimè constabit quantum solatij & juvaminis habere se gaudeant animæ purgatorij, ex occasione hodiernæ Indulgentiæ. Hæc veneb: Spôsa Christi, in revelationibus suæ vitæ, quas conscripsit, obedientiæ voto adstricta, inter favores oblatos ipsi à Domino, unum fuisse refert: quod die Festo Portiunculæ descenderit cum S. P. N. Francisco in purgatorium causa educendi animas, quas ipsi Deus concesserat: liberandas retulitq; illud, quòd viderit Seraphicum Patrem cum quodam signo seu vexillo, cuius insignia erant ex vna parte Passionis Christi Redemptoris nostri; ex altera Imago Conceptionis Immaculatæ B. V. Mariæ, qui sibi associauerat subtilissimum Scotum Tutorem acerrimum Im: Conceptionis. Hæc miraculosa visio plusquam sufficienter ostendit, quid Iuvaminis ex die hodierno reportent animæ purgatorij, dum eas famelicas Dapifera Maria de nova portione providet solaturq; nedum per se, sed etiam aliorum Sanctorum sub signis suis militantium sibi deuotorum suffragio.

Probatur. Historicè.

Jam tandem vltima litera inclyti nominis videlicet *A.* cum suis Bellarijs claudat convivalem Portiunculæ apparatum: per quod intelligi volo, *Austeram vitam* pauperis & humilis Francisci, & filiorum eius penuriosæ vitæ merita. Habet profectò DAPIFERA

Rich: nostra, poma sua: quam *Rich a S. Laur. l.* 12. *Pomerium appellavit.* Poma & fructus Mariæ, viros intelligo Sanctos perfectosq; & præsertim ipsi devotiores. Hoc in Pomerio, creverat illud præstantissimum Ecclesiæ pomum, Seraphicus Patriarcha, imo tum, atq; ibi, adolescebat in meritis, dum in cellula proxima Capellæ, Mariæ de Angelis, exercebat meditationibus, jeiunijs, mortificationibus, & scopebat Spiritum suum atq; carnem. *Lucian. ap: Pier:* memorat alicuius præcipui Pomi semiesi, cuius partem dum momordisset dilectus, mittebat reliquum dilectæ: eratq; singulare symbolum furtivi amoris. Considerate A. A. benè, nonne tum, quando in Consistorio illo Cœlesti congregato ad Ecclesiam de Portiuncula agitaretur Causa, de promulganda & determinanda hodierna indulgentia, Franciscus ut semiesum comparuit pomum, toto etenim corpore lacer: nam ut Historia refert, Angelici nuntij missi à Rege Cœli & Regina, ut adcitarent Franciscum, inveniunt ipsum mense Ianuario, sese ad sedandam gravem tentationem volutantem in vepribus, & diré toto cruentatum corpore: indutum itaq; veste per viam auro textis perizomatibus stratam ad conspectum Throni regalis deducunt: fistit se & vel potius per patrocinium Mariæ fistitur, hoc semiesum pomum, adhuc rubescens corpus proprio sanguine habens Franciscus, offertq; illud in Convivij bellaria: quæ ut gratiora redderet, pro more seculi floribus respergit, rosis scil: illis, quæ brumali tempore ex spinis illis respersis sanguine miraculosè eruperant: ac proinde Christus oblatum pene manibus Mariæ recommendantis petita, & merita lacerati corpore pauperis Francisci, gratissimè acceptat donum, & insolitæ hodiernæ indulgentiæ, cum diei determinatione, confirmat iterum privilegium, mandatq; eius promulgationem.

S. Franciscus pomum semiesum, qui?

S. Franciscus in spinis volutatur, contra tentationem.

Epilogus.

EN DAPIFERAM nostram! en hodierni de parva portione Convivij pretiosas dapes, & multitarias ad nomen Regium Mariæ eduliorum missiones! Hinc illo Paschali Ecclesiæ alludendo Rythmo vos alloquor Auditores: Ad Regias Mariæ dapes, stolis amicti candidis, post transitum maris rubri, canámus Principi, vel clariùs DAPIFERÆ nostræ Mariæ. Iam his refecti dapibus plurimi in Sacra-

133.

Portiuncula, cane

mento

tus convivalis instruitur.

mento Pœnitentiæ stolas, quia duplicis remissionis induistis candidas, transistis sub nube protectionis Marianæ mare rubrum, passionis scil: Christi; & quidem sine vestigio, quia ex infinitorum meritorum Christi speciali applicatione satisfactionis, aut satispassionis liberi facti: Canamus ergo gratias, primùm Principi nostro Salvatori Christo, pro tam gratiosa in genus humanum dignatione. Canamus & A Principi MARIÆ Dapiferæ nostræ, & Marthæ tàm sollicitæ de salute nostra: humiliterq; per Patriarcham pauperum supplicemus vtriq;, ut qui nunc tam pretiosis providemur alimurq; per Mariam animarum nostrarum dapibus; eius interventu & patrocinio, Convivij quoq; æterni commensales fieri digni esse mereamur.

A M E N.

DECVS Ecclesiæ
S S. D E I P A R A.

Pro Purific: B.V.M. *Tulerunt illum in Ierusalem, ut sisterunt eum Domino.* Luc: 22.

134. DUm hodie Beatiss: Virginem MARIAM, cum Sacratissima sua prole Templum Jerosolymitanum solemniter ingredientem suspicio, Personam aut Sacerdotis ad altare offerentis, aut Legati magni ad thronum maiestatis induisse illam, videre mihi videor. A.A. Vtriusq; enim officij munere, ut perfungatur, accinctam esse adverto.

MARIA, Sacerdotissa, Legata dicitur.

Si Sacerdos DEI *a Ioan. Damasc: orat:* 4. Nat: B, V. M. atque *Alberto M. Bibl: Mar: sup: Prov* vel tandem Sacerdotissa a *S. Anton:* summ: p: 4. t. 15. c. 3. MARIA dicitur; nunc primùm stat cum hostia ad Altare, testante id Evangelista. *Et ut darent hostiam secundùm quod dictum est in Lege.* Si demum ex sensu iterum Damasc: *Legata est apud DEUM ad intercedendum, quæ pudore non suffunditur*; en missionis suæ authentica testimonia manibus portat, cùm pretiosissimum xenium æterno Patri dedicat Filium eius, & suum, puerum nimirum JESUM CHRISTUM. Porrò sacerdoti ad altare & oblationem paranti, lege veteri & novâ, singularem eumq; pretiosum deberi ornatum, ex illo præ-

Alb: M. Anton: Damasc:

B sertim Aaronico rationali optimè constat. Legati etiam jure & more Gentium ad salutandos in throno monarchas non admittuntur, nisi nuptialibus benè & comptè instructi vestibus. O Diviniissima Sacerdotissa DEI, Nuntiaq; generis humani ad thronum Iustitiæ eius, quid agis hodie? vbi nam pretiosæ vestes? vbi nuptialia decoramenta? Gazas omnes, quas tibi & Filio tres Magi obtulerant, & quæq; C pretiosa ab illis relicta, liberalitas tua consumpsit in pauperibus: vix pretio duarum columbarum dives es. Scio quidem ab *Ernesto Praq:* Marial: *c.* 137. Te nominatam esse *Rationale summi Pontificu CHRISTI:* a S. *verò Andrea Cretens: vestem Regiam: vestem deauratam* a *Bern: de Busto.* Cur ergo hodie hisce D omnibus pullam superinduis, & cilicia obducis? imo pluribus longè, quàm olim in veteri lege tabernaculum Dei, pretiosissimis quia virtutum coruscans decoraëntis, omnia cõtegis quãdo adeo pauper, siquidẽ & Agno pro Filio redimendo carens, adeò abjecta appares; ut cum sis pulchritudo pulchritudinum,

MARIA Pauperrima in Purificatione.

inter

inter Æthiopissas mulieres voluptate aduſtas; cùm ſis ſanctitas ſanctitatum, inter peccatrices Te ſiſtis; & tanquam rea culpæ, vel purgationis legalis indiga Te præſentas. Sed noveris benevole Auditor, dum hodie pullâ tantæ humilitatis, abjectionis &c: induitur MARIA; eo ipſo facta eſt, & apparuit ex ſenſu *Iſychy* ap: *Polyanth: Ornamentum præclarum naturæ noſtræ:* imò vniverſam Eccleſiam CHriſti, novo quodam induit decore, præclariſſimis nimirum virtutum ſuarum exemplis, quibus emicuit, in hodierna ſui Purificatione, non immeritò ab Alberto M. & *Bernar:* Senen: *ap: Polyant. Decor omnis Eccleſiæ, nũcupata.* Cuius ego ſymbolici tituli Myſteria explicabo, in honorem MARIÆ; nobis autem ad ſalutem. Priùs dicam, quantùm decoris cumulet Exemplaritas, & fuga ſcandali ſubminiſtrandi. Salutemus rythmicè MARIAM.

Iſych:

MARIA, Decus Eccleſiæ Chriſti.

Salue pulchra Rachel Cœli
Regu David Filia:
Eccleſiæ Chriſti DEI
Decus, forma, gloria.

PARS. I.

Exemplaritas Decus fidelium.

135. ÆTernus Sponſæ ſuæ Eccleſiæ Sponſus Salvator noſter, ſicut in fidelibus extrinſecorum ornamentorum, luxuſq; veſtium & ſimilium vanitatum auerſatur pompam, eamq; ſummè odit, vetat & prohibet, & præſertim ſi ſponſæ cuſtodes, quos acu tetigit *S. Bern: ſup: Cant: ſ. 76.* tanquam ſponſas incedentes, circumornatos varietate, in ſimilitudinem Templi, conſpiciat; Ita ex oppoſito Eccleſiam, ſuam Sponſam non aliter eſſe exornatam percupit, niſi ut induta Chriſtum per veræ Fidei profeſſionem, fulgore morum, virtutum, famæ, bonæq; converſationis & omnis exemplaritatis decorámentis reſplendeat ita; ut nihil is, qui ex adverſo eſt, dicere de illa mali habeat, atq, ſic confundat meretricolas, id eſt falſas Hæreticorum ſynagogas: de quibus bene currit illud *Melliflui ep: 1. ad Sophiã. Filiæ Babylonis, induuntur purpurâ, & byſſo, & ſubinde conſcientia pannoſa jacet: fulgent monilibus, & moribus ſordent: è contra, tu foris pannoſa, intus ſpecioſa: reſplendens, ſed divinis aſpectibus non humanis.* Eximium quippe decus cuiuſq; fidelis, atq; ſic totius Eccleſiæ, morum eſt exemplaritas.

Exemplaritas, decus fidelium.

A

B

C

D

Probatur Scripturaliter.

Mirum in modum, hunc zelum Spõſi pro Sponſæ ſuæ ornatu ſectati ſunt amici ſponſi, SS. videlicet Apoſtoli, ſtatim in initijs Chriſtianiſmi: nam vbi contra abusum veſtium, & ſimilium mundanarum pomparum, acriter detonaſſet ſummus Magiſter morum Petrus, cuſtoſq; adoleſcentis tunc Sponſæ iſtius, 1, *Petr: 3.* inquiens: *Non ſit extrinſecùs capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus.* Non minori energiâ Paulus etiam contra Mulieres, à ſimilibus dehortari mandauerit Timotheo Epiſcopo. *Volo mulieres in habitu ornato, cum ſobrietate & verecundia ornantes ſe, & non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſâ.* Statim de alijs ſalutaribus eidem Sponſæ providendo veſtimentis, uterq, illorum, exemplaritatis & modeſtiæ coruſcans ſubminiſtrarunt indumentum. Nam Petrus præcitatis ſubdidit talia verbis. *Sed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate, quieti & modeſtiæ Spiritûs; qui eſt in conſpectu Dei locuples.* Paulus verò ipſummet induere Chriſtum Romanos cohortatus eſt. *Induimini* (inquit) *Dominum IESUM Chriſtum Rom. 13* Indui autem Chriſto, quid porrò ſignificat? niſi mores, & actus converſationis Chriſti, in ſe exprimere, & penè mutari in Chriſtum, ut cum Paulo quiſq; gloriari queat. *Vivo ego, iam non ego, vivit verò in me Chriſtus Galat 2.* Hic inſignis ille Author Diſcipulus, imò potiùs Magiſter Cõcionatorum, prudenter ſciſcitatur, quodnam haberi poſſit ſignum, aliquam animam indutam eſſe Chriſto, & vivere cum Chriſto? Inter alia huius rei indicia recenſet id præcipuum. *Quando* (inquit *Fer: Paſch: ſ. 57.*) *ſolicitè cauet, ne quodpiam præbeat proximo ſuo ſcandalum; ſed potiùs ſtudioſè adnititur, ut cuiq; præfulgeat exemplo bonæ vitæ, & morigeratæ converſationis, devios, ad rectos calles virtutum ſectandos, vitæ ſuæ normâ alliciendo.* quod ipſum ſub ſimilitudine pulchra declarat. *Quãdiu* (inquit) *videmus hominem bene colo-*

136.

Petri

Veſtium luxum prohibet SS. Petrus & Paulus.

Ad Tim:

Rom:

Ad Gal:

Chriſto indui, quid ſit.

ratum, dicimus, quòd non sit dispositus ad mortem; sic quamdiu homo bene conuersatur, timens alios scandalizare & Deum offendere, signum est, quòd Christus vivit in anima illius. Et sanè rectè. Proprium fuit Christi, exprimere in se Personam Patris sui Cœlestis, *erat enim splendor Patris & Figura substantiæ eius.* indeq; erat, quòd quisquis aspexisset Christum, oportuit eum statim videre & Patrem *Philippe qui videt me, videt & Patrem meum.* Verba sunt ipsius: Idipsum experiri est & in hominibus de exemplaritate vitæ solicitis, dum enim vivunt, & induuntur Christo, splendorem & figuram vitæ eius in se exprimendo, cæteros ad cognitionem Patris cœlestis per conversionem illorum, deducunt, iuxta mandatum eiusdem Salvatoris. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est. Mat. 5.* Atq; ita fit, ut novâ, per illorum exemplaritatem, ad pietatem & virtutem, conversorum prole, fœcundata Ecclesia, tanquam ornatissima, decoremq; omnem induta Sponsa appareat, cunctis ob exemplaritatem, & modestiam Fidelium, etiam hostibus veneranda. Ad rem memorat *Niceph: l. 12. c. 45.* quomodo Hunni adhuc dum erant Ethnici, videndo vitam S. Theotimi Episcopi perspicuè exemplarem, immunemq; vel minimi scandali, eum Deum Romanorum appellitarint. Convenit hic & sensus S. *Clement:* Romani, Constit: Apost: 2. c. 28. qui bonæ & exemplaris vitæ sacerdotes, Deos terrestres esse notavit. Quod fortè dedit ansam Tertulliano, & S. Hilario, ut illud Psalmistæ: *Deus stetit in Synagoga Deorum*, interpretati sint de viris exemplaribus in Ecclesia DEI. O quãtum & quàm celebre Ecclesiæ decus! tot indui Dijs, præter IESUM Christum, quot numerat vitæ exemplaris fideles.

Matt: *Exemplaritas, fœcundat Ecclesiam.*

Exemplares, Dij appellati.

Probatur. Figuraliter.

136. Sed à Sponsa Ecclesia, veniamus ad Sponsam Solimæam, in qua huius Typus præcessit. Illius ergo Sponsæ, dum Ierosolymitanæ puellæ incipiunt decantare Epycinia laudum, ea ipsas a calceis auspicari audio, dum aiunt: *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, Filia Principis.* Cant: 7. non vili sed Regio quodam, ob exquisitum calceamentorum apparatum, gressuumq; admirandum artificium, honorando eam titulo: *Filia Principis.* Optimè novi luxum fœmineum, præsertim in calceamentis, damnabilem esse. Debacchatus est plurimùm & acriter contra hunc abusum *Tertull: lib: de Pallio c. 5.* Item de Habitu Mulier: c. 7. ubi ait: *Latent in cingulis smaragdi, & in peronibus, vniones emergere de luto cupiunt. Deniq; iam gemmatum habent, quod gemmatum esse non debet.* Imò & ipse Ethnicus Plinius obiurgat hoc, arrogantiæ & lenocinij genus, satyricè illud censurans *l. 9. c. 35. Neq; enim gestare iam margaritæ, nisi calcent, ac per vniones ambulent, satis est.* Necessitas calceos invenit, sed ab arrogantiâ ambitiosè expoliuntur, à luxu sumptuosiùs nitent, gemmant, fulgurant: quod fœminarum, & inuentum & lenocinium est, quo intuentium insidiantur oculis, denudantes calceatos pedes obviæ spectatorum libidini, quô faciliùs adeantur, dum ipsæmet meretricio incessu se produnt, publicant, & prostituunt: Pauo conspectis pedibus fastuosas demittere pennas traditur; hæ calamistratæ infernales Harpiæ, pedum calceamentorumq; ex cultiori ornatu, cristas fastûs & arrogantiæ erigunt: Quid ergo, inter tot vituperia, laudis, & commendationis reperêre illæ Solimeæ Cantatrices, in Sponsæ calceamentis, ut ab illis sermonis exordium aucuparentur? Sed consultiùs est à litera ad sensum mysticum in hisce calceamentis latitantem, cum S. Ambrosio & Bernardo *ap: Sylv: Alleg:* convolare: qui censent calceamentis istis admirandis, denotari vitam exemplarem iustorum: per Filiam Principis primariò significari Ecclesiam DEI, & ex consequenti cuiuslibet justi animam: eiusdem sensus etiam est *Did: Celada* in Iudith: c. 16. ℣ 9 13 quem ille ad hanc rem ex amæniore eruditione congerit & spicat, a Clemente Alexandrino 2. Pedag: c. 11. qui antiquarum Sponsarum secretiora quo ad hoc prodidit artificia, sic scribens: *Multæ fœminarum, soleis quoq;, amatorias salutationes imprimunt, vt vel per terram numerosè incedentes, amatorios Spiritus incessu insculpant.* nempe subjectæ calceorum parti, quæ vestigia imprimit, addebatur forma seu typus, qualis est in sigillis, qui in vestigijs, aliquod amoris

Calceamentorũ luxus censuratur.

Tertul:

Plinius.

Did Celad:

Calcei fœminarũ, cum ve-

stigio literarum.

moris, symbolum exprimeret, Hæc inquam perpendendo cit: *Author:*, & id ipsum animæ justi accommodando, eam sic deprædicat: *Pulchri ergo dicuntur sponsæ gressus, quia quocunq; se verterit, relinquit animi sui, & casti amoris notata vestigia.* O sacratos pedes, gressusq; benedictos sic calceatæ animæ, quæ veluti altera Iudith, cuius sandalia rapuerant oculos Holofernis *Iudith:* 16. fit lætitia Israel, & honorificentia populi nostri S. Ecclesiæ, dum plures Holofernesios scil: peccatores suo exemplo devotionis, castimoniæ, mortificationis, frequentioris vsûs Sacramentorum, ad imitationem sui provocat, & efficaciter perducit. Hinc proinde nobiles, imò Principes in Ecclesia DEI, tales animæ in Ecclesia Dei nominantur. Quarum vnam sic reverenter alloquitur Mich: Gislerus in Cant: *Hic videbimus te sanctitatis spectaculum, ita, ut in affectuum pedibus pulcherrima dicenda sis. Vnde nil mirum, si, quod vix perfectissimum competit vocabulum filiæ* DEI *qui verè perfectæ est, tibi imprimis congruat: meritòq; te dicimus filiam Principis.*

Exemplaritas, Regia virtus.

Mich: Gisl:

Probatur. Historicè.

137. *Exemplaritas Valentiniani Imp: & eius in fuga scandali cura.*

Præclarum huius rei Exemplum reliquisse legitur, illud inter Imperatores orthodoxos, præcipuum Ecclesiæ Dei decus & ornamentum, Valentinianus Imperator: cui S. *Ambros:* dum præstantissimam conscripsit Panegyrim, in qua ipsius eximias dotes virtutesq; tanto Principe dignas dum recenset; hoc tanquam præcipuum in illo commendat, quod exemplaritatis & vitandi scandali esset studiosissimus adeo; ut ijs etiam, quæ in delicijs ipsi habebantur, si aliquam scandali subesse inde alijs subodorabatur occasionem, lubens dimitteret. Venit ad aurem Principis, quod Circēsibꝰ ludis, quo spectaculo recreari solitum sibi erat, plebs garrula scandalizaretur, sicut & venationum frequentatione ac sumptuositate; vtrumq; subitò amandari ab Aula sua curavit. Contra tempestiuas, & opiparas Cænas submurmurauere subditos subaudivit; extemplò Culinam etiam reformavit & mensam, adeò abstinentiæ leges sectatus, ut plerumq; impransus, ab Imperatoria surgeret mensa. Florebat tum Romæ a flore venustatis & eximiæ formæ quædam Domicella, Iuuentutis Romanæ exitium & scandalum: illud malum ut è medio tolleret pius Imperator, accersiri illam fecit in Palatium suum, vt redargueret, proculq; amandaret ab vrbe: sed oculatissimus Princeps, quia necdum tum vxoratus erat, ne cuiquã sinistræ opinionis, adeoq; scandali ansa inde daretur, diu eam in Palatio commorari vetuit, tantominus pernoctare: Proinde acriùs commonitam de petulanti vita, publico cum comitatu, spectante populo, die adhuc clarâ, reducendam ad locum suum demandavit. Iure meritò tantæ pietatis & prudentiæ Princeps tanquam speciale decus Ecclesiæ Dei, a melleo Ambrosij ore, seorsiuâ vitæ suæ Panegyri deprædicatus.

PARS II.

SS. DEIPARA Decus Ecclesiæ.

138. *Purificationis Festum, ornatius.*

SI quando opportuniùs, Decus Ecclesiæ dicenda MARIA quàm hodie, dum nimirum ad tanti hospitis quàm condignius excipiendam præsentiam, semetipsam in cunctis fidelibus exhortatur Ecclesia, illud Epicinon in solemnioribus occinendo Processinibus. *Adorna thalamum tuum sion, & suscipe Regem Christum: amplectere Mariam, quæ est Cœlestis porta: ipsa enim portat Regem gloriæ novi luminis &c:* Missal: Rom: Ipsa etenim comes tanti Hospitis, & Mater Maria, omnem apparatum ut Decus subministrare Ecclesiæ Dei videtur, & adaugere solemnitatis pompam, dum ad normam sponsæ illius Solimeæ, virtutum suarum, actuumq; heroicorum fulgore, in capite & membris eius Ecclesiam, adornare conatur.

Probatur. Scripturaliter.

139. Cant: *Prælati, capita Ecclesiæ ornantur a Maria.*

Ordiamur cultum ornatumq; Ecclesiæ Dei, a mundo muliebri capitis sponsæ, quem sic describit ipsemet sponsus. *Caput tuum sicut Carmelus. Cant: 7.* Porrò capita Ecclesiæ ex mente *Hieron: & Gregor:* ap: sylv: Alleg: sunt Prælati Pontificali dignitate & quacunq; alia in Ecclesia Dei fulgentes. Non exiguum hoc, neq; novum studium Mariæ curam habere Capitum Ecclesiæ, Pon-

tificum videlicet, in adornando: nonnullos enim novâ veste miraculosè ab ipsa donatos novimus, ut legimus de S. *Ildephonso* Toletano Episcopo, & alio *Bonito* Auernorum Pontifice, quatenus inde disceremus, *Vmbr: Novarr: n.* 601. quid in singulis Ecclesiæ capitibus ipsa spiritualiter præstet, hodie præsertim, dum typo actionum suarum in facie Ierosolimitanæ Ecclesiæ ipsos edocet, illos tàm decenter alio non exornari, quàm eminentiâ supererogatoriarum virtutum, fugâ omnis scandali, & eximiâ vitæ exemplaritate. Reclamus tantisper ad caput Solymeæ Sponsæ. *Caput* (inquit) *tuum sicuti Carmelus.* Ex Hebraico autem interpretatur Carmelus. *Cognitio Circumcisionis.* Hinc Doctissimus Interpres *Escob:* de Maria *ad c.* 2. *Luc:* hodierni mysterij perpendendo arcana, super illa verba: *Postquàm impleti sunt dies purgationis eius,* dum aduertit à Blasio *Viegas* hæc verba cum interjectione legi, *Caput tuum super te, sicut Carmelus,* observat in illis denotari studium supererogativarũ virtutum in Maria, nunc præcipuè, dum Virgo, ante, in, & post partũ permanens, adeoq; minimè obligata Moysaicâ lege de puerperis, tanquam purgationis indiga, legalia implet. *Indicatur* (inquit) *caput Virginis non fuisse super humeros depressum, sed supra humeros eminens, quia non contenta fuit Virgo feruens charitate, operibus ad quæ lege tenebatur, sed ad opera supererogationis se erexit.* Dum autem Caput eius Carmelo, ut interpretatur, *Cognitio Circumcisionis* assimilatur; subinnuitur sollicita cura Mariæ in evitando scandalo: ne fortè dum putaretur ex viro puerpera, legem contempsisse Moysis accusaretur, non obseruatis rubricis purificationis, idq; ad exemplum Filij sui, qui innoxius omnis doli & culpæ, circumcidi ex eadem causa voluit. Audiamus de hoc venustè discurrentem *Bernardum ser: 7. Quid est quod dicimus Beatam MAriam purificari?* Eleganter ad quæsitum suum respondendo ait: *Quid verò, quod ipsum IESUM dicimus circumcidi? Enimverò tàm non indiguit illa purificatione; quàm neq; ille circumcisione.* Et iterum exclamando sic alloquitur Beatissimam. *O beata Virgo? verè tu non habes causam, nec tibi opus est purificatione. Sed numquid Filio tuo opus erat circumcisione? Esto tamen inter mulieres, tanquam vna earum, nam & Filius tuus sic extitit in medio puerorum.* Ne scilicet scandali vulnere afficerentur parvuli, & ut edoceat nos, amouendo scandalo operam expendere, addit *Escob:* Hoc exemplaritatis cultu ut capita quoq; Ecclesiæ, virtutis Marianæ imitatione exornentur, summoperè exoptans, Author cit: assumptis illis Sapientis verbis: *Rectorem te posuerunt, esto in illis, quasi vnus ex ipsis. Eccle* 32. ad similia præclara facinorum exempla, & piam æmulationem exhortatur Prælatos, dum præmissâ devotâ deprecatione MARIÆ cum *Bernardo. O Domina esto & Tu inter mulieres tanquam vna earum, nàm & Filius Tuus sic extitit in medio puerorum,* sermone converso ad Prælatos ait: *O quanti ponderis est! Principes legibus subjici, ut subditos alliciant ad earundem obseruationem.* Idem omnino hoc sapuit pridem *Isidorus* l. 2. c. 52. dum dixit: *Iustorum est Principum, legibus obtemperare etiam suis. Tunc enim jura ab omnibus custodienda existimet Præsul; quando & ipse illis reverentiam præbet.* En iam decus MARIÆ in capite Ecclesiæ, præfulgidæ exemplaritatis emicat.

Prælatos decet exemplaritas vitæ. — Ecch: — *MARIA, Prælatos edocet de exemplaritate.* — Isidor:

Probatur. Figuraliter. 140.

Capite tam exquisitè ornato, neq; pectori sponsæ sua decoramenta aberant. *Pone me* (inquit, sponsus ad illam) *ut signaculum super cor tuum.* Pectus Ecclesiæ Christi *Glossa Ordin:* super *Exod:* 28. intelligi vult Sanctos Apostolos, primos Martyres, & ex consequenti omnes alios, qui pro fide & Ecclesia Christi contra hostes ipsius Ethnicos, Hæreticos, ænea exponunt pectora, ad quæq; etiam atrocissimæ mortis paratissimi pro Fide & Ecclesia, pericula: hos autem omnes, signaculis & monilibus, (quæ a muniendo, secundùm aliquos dicuntur) Beatisi: Virgo hodie simul & munit & ornat, dum pericula ab Herode contemnens, ipso facto innuit, nihil timendum nobis, dum legis studemus obseruationi. Excitat etenim quæstionem S. *Augusi:* l. 2. de Ciu c. 1. *Cum iam sollicitus esset Herodes, perculsus magorum nuntio, quod natus esset Rex Iudæorum: quomodo potuerunt, completis purgationis diebus, tutè cum IESV ascendere in templum, ut fierent circa eum, secundùm legem Domini?* soluit Augustino quæstionem *Eucher* hom: de Innoc: *Adhuc omnia*

Pectus Ecclesiæ, Martyres — Augusi: — Eucher:

hæc omnia quieta erant, adhuc Herodes magos expectans, nondum sui cordis malitiam revelabat: vnde & securè vadunt in Ierusalem. Verùm ipse S. *Augustinus* paulò aliter respondit: *Quis* (inquit) *non videat, etiam illum vnum diem Regem multis occupatum, latere id potuisse.* Nihilominùs accommodatiùs ad gloriam virginis dicendum videtur, hæc omnia pericula spreta fuisse à Virgine & sponso eius castissimo Josepho, dum de adimpletione legis ageretur: Cui fauet illud S. *Anselmi* in Matt: 2. *Quamvis timerent Herodem, tamen non sunt ausi transgredi legem, quin ad Templum puerum deferrent.* Hinc est quod *Richard: Laur:* l. 3 de laud: v. adjecta novâ ratione scilicet, doloris gladij, qui pertransiturus animam ipsius iam hodie prædicitur *à Simeone: Tuam ipsius animam pertransibit gladius*, Beatiss. V. MARIAM appellavit Martyrem, imo præterea Martyrem Martyrum, plus adhuc, ut ratiocinatur ingeniosè Novar: vmbr: n. 480. Matrem Martyrum omnino dicendam, quia verbo & exemplo, præsertim hodiernæ suæ constantiæ & animositatis, contra quæq; pericula, ad Dei amorem omnes alliciebat, ut essent ad Martyrium parati. Et hoc ipsum veluti ex cortice erumpit sub Figura illorum malorum granatorum sponsæ, ex quorum musto, Dilecto suo, suavissima propinaturam se appromisit sponsa. *Dabo* (inquit) *tibi mustum malorum granatorum meorum.* Cant: 8. Et quæ sua hìc, sponsa Maria, vocat grana, videlicet illos homines, qui à virgine habuerunt, quod tali amore ferverent; quo possent sanguinis sui martyrij purpurâ decorari. Accersenda sunt huc Guilelmi verba, qui hanc sententiam versans, paraphrasim talem apposuit. *Dabo tibi mustum malorum granatorum, non enim tantummodo de feruore & dulcedine animi tibi gratias ago in memetipsa; sed verbo & exemplo faciam, in amorem tuum feruescere spiritum multorum, in tantùm; ut moriendo pro Te, glorioſi Martyres fieri valeant, qui per mala granata figurantur. Quod cum factum fuerit, fient malogranata mea, id est ad gloriam meam, in amore Christi rubentia, quotquot ex me ad tantam profecerint charitatem.* Debet ergo SS. Virgini nedum quilibet Martyrum, sed vniversa quoq; Ecclesia, quod exemplo & protectione MARIÆ & illi coronam lucrati sunt Martyrii, & Ecclesia tot myriadibus martyrum munita, tàm pretiosum monile in decus atq; ornamentum sui in pectore gaudeat se accepisse. Quare pro vtriusq; huius veritatis firmiori stabilimento adstruo authoritates Patrum.

Anselm:

MARIA Martyr Martyrũ imo Mater, excitando ad martyriũ.

Cant:

Guihel:

Probatur. Doctoraliter.

Iam penè communissimum habetur apud Patres, partim vniversaliter, partim diverso respectu, Beatiss: V. MARIAM nominare *Decus Singulare* nedum cœli, sed etiam terrestre. Et sic est quod S. *Ioan: Damasc:* orat: 1. de nat: B. Virg: vocat illam: Decus eximium humani generis. Item *Orat: 1. de Assump:* Decus totius Creaturæ. S. *Ioan: Chrysost:* Decus Ecclesiæ nostræ. *Ernest: Prag: c. 94.* Ornamentum præcipuum, ac speciosissimum totius Ecclesiæ. Deinde respectivè ad Sacerdotium, Præsuleſq; à S. *Ephrem s: de laud: V. MARIÆ* dicitur Decus Aaron. a *S. Ioseph: Hymn:* Decus illustrissimum Apostolorum. a *Iacobo Monacho.* Decus ordinis Sacerdotalis. Respective verò ad Martyres intitulavit ipsam idem qui supra *Ioſephus in suo Mariali* Decus illustrissimum Martyrum, Decus divinum Athletarum, quæ Christum decorum pulchritudine peperit. C

141.

Probatur. Miraculosè.

Jam Ecclesia in capite & pectore è MARIA exornata, manus quoq; exerit, ut novo à Virgine induantur decore. Manus Ecclesiæ iuxta *S. Ambr: s. Psal:* 118. *s.* 12. *Hilario*, atq; *Gregor: ap: Sylv. Alleg:* sunt Prædicatores, imo ex sensu *Origenis*, omnes in Ecclesia Dei exercentes ministerium spirituale, tàm in vita actiua, quam contemplativa. Appromiserat olim sponsæ suæ sponsus, murenulis seu catenulis aureis exornandas fore manus: *Murenulas* (inquit) *aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Cant:* 1. per quas ex mente S. Hieron: Bernardi, & Greg: significabantur verbi Dei & doctrinæ connexiones, quæ texuntur auro & argento, quia S. Scripturæ sunt aureæ, propter Sapientiam: vermiculatæ autem argento, propter eloquentiam prædicationis *Sylv: Alleg:* Appromissas olim sponsæ Ecclesiæ murenulas ipso iam facto hodie distribuit. D

142. *Manus Ecclesiæ, sunt Prædicatores.*

Cant:

distribuit, imponitq; manibus eius Beatiss: Virgo, dum quoq; ministros Ecclesiæ notitiâ Divinorum, & majori lumine, alijsq; gratijs, huic obsequio salutis proximi opportunis donat, aut donari facit vtriusq; vitæ operarios, hodiè per oblationem volatilium DEO, vt eis benedicat, offerens. Hoc assecutus sum ex *Ven: Beda:* qui motâ quæstione ex ly *Aut par turturum, aut duos pullos columbarum,* curnam S. *Lucas* qui benè didicisse poterat a Maria, quid rei factum fuerit, incertos nos reddiderit sub disjunctione asserens. *Par turturum, aut duos pullos columbarum* sic scribit: *Columba, quæ aggregale est animal, actiuã, turtur verò, solitaria vitam, solitudinus & communitatis, id est cum proximis commorationis denotant: & quia vtraq; conditori accepta est hostia, consulto Lucas, vtrum turtures aut pulli columbarum sunt oblati, non dixit. Ne unum alteri vivendi ordinem præferret, sed utrumq; sequendum, utrumq; Divinis cultibus doceret offerendum.* Et proinde B. V. Maria in nullam partem præcipitando, alterutrum institutum commendavisse Deo in illa oblatione creditur, vnicuiq; talium nova gratiarum emendicando à Patre cœlesti munera, et quidem non vano eventu: En enim actiuæ vitæ caput, quia Pontifex, Simeon justus & timoratus, hodie novis in gratiam Mariæ muneratur è Cœlo charismatibus, dum primus fit oculatus testis præcoq; adventûs veri Messiæ. *Quia* (inquit) *viderunt oculi mei salutare tuum, lumen ad revelationem gentium &c:* Refulsere sat speciosè dona hæc Mariana, etiam contemplativorum in illa Phanuelis Anna, *quæ ad annos octoginta quatuor non discedebat de Templo, jejunijs & obsecrationibus serviens die ac nocte. Et hæc ipsa horâ superveniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus. Luc:* 2 Quod ipsum & recentioribus sæculis miraculosè cõprobasse Beatissimam cerno, dum quosdam seduliores in ministeriis Ecclesiæ, Festo Purificationis, ex Mariæ patrocinio specialibus gratijs a cœlo donatos lego. Quidam (*Scheifler: vit: Dei: ver:* 43.) Episcopus deuotissimus B. Virgini, graviter ægrotauerat: qui post multa recuperandæ sanitatis suspiria ipso Festo Purificationis jacens in cubiculo affini Templo, adornatâ processione audiuit decantari a clero illam Antiphonam: *Adorna thalamum tuum Sion: &c:* viditq; simul ordinem virginum pulcherrimarum de Ecclesia ad se venientium in albis, quas postrema una cæteris elegantior sequebatur gerula Mater pulcherrimi filioli. Accesserunt ad lectum Episcopi hac visione dissvaviati, viragines, atq; duæ ad caput, ac ceruical lecti, Angelicis vocibus intonueruut usq; ad verba Antiphonæ: *Adorna, suscipe Regem Christum, amplectere Mariam, quæ est cœlestis Porta:* tum enim nitidissima virgo accessit cum pusione, eumq; in vlnas Episcopi tradidit, & dixit: modo, dilecte mi, suscipe Regem Christum, & amanter amplectere Mariam surge iam sanus, & vadens ad Ecclesiam annuntianq; quæ verè vidisti, dic Filio meo, officium meum: quod & diparente visione fecit Episcopus. Quid præstantius in nostra Polonia contigisse lego in vita venerabilis serui Dei Gasparis Druzbicij *c.* 4. quod ipsemet & alius Pater confœderatus ipsi in Spiritu, hoc ipso Purificationis die, prævijs internis admirandis in anima motibus, reuelationem acceperint, ipsos esse confirmatos in gratia & Filios prædestinationis: dum enim 1623. per multos dies ex speciali quodam impulsu pro obtinenda a Deo confirmatione in gratia laboraret; tandem ipso die Purificationis accedendo ad sacrum, suggeri sibi sentiebat: *Hodie in hoc sacro dabo tibi signũ confirmationis in gratia:* & tandem in ipso sacro, ex sanctissimo Sacramento bis audiuisse se testatus est, huiusmodi vocem: *Confirmo te in gratia mea.* Ille autem alius talia se, dum in oratione esset, audiuisse coram eodem Patre fatebatur: Beneficium scias tibi concessum, per merita Christi Prædestinationem tuam, notitiam autem huius beneficij per manus Beatæ Virginis accipe. Ambos istos Ascetas, præclaros fuisse operarios in Ecclesia Dei constat ex tot laboribus concionatorijs, & Asceticis Tomis P. *Gáspari,* item ex insigni alterius illius Patris Jacobi scil: *Lichańśki,* studio in audiendis pœnitentium Confessionibus: a quo exercitio evocatus ad celebrandum, istam per manus Mariæ accepit ille gratiam. Sic planè sic purificans se in Templo Maria, dum manus operariorum tantis exornat gratiarum monilibus, meritè

Columba & turtur, typus duplicis vitæ.

Maria æque iuvat vitam contemplativam sicut & actiuam.

Luc:

Purificationis Festo, Episcopus miraculosè sanatus.

Purif: Festo duo Poloni P. P. Soc: confirmati in gratia.

Gasparis Druzbicij revelatio.

tò se dici DECUS Ecclesiæ, compro- A bat.

Probatur Historicè

143 *Pedes Ecclesiæ, status inferiores fidelium.*

Pedes tandem & vltimò Ecclesiæ, per quos utpotè per vltimam partem corporis, denotari cogito reliquos omnes fidelium status in Ecclesia Dei, exâbiunt hi quoq; ut decorẽtur à MARIA porrò ornamentum pedum totum esse B à pretiositate calceamentorum, optimè constat. Mysticos ergo Ecclesiæ pedes, scil: cunctos fidelium status, hodie non assumptitio quopiam decore, sed proprijs Majestatis suæ exornat Maria calceamentis, per insignem scilicet & plusquam heroicum actum humilitatis: nam quando purior Angelis, & limpidissimum innocentiæ iubar, communium mulierum, & puerperarum infert se cætui; cuiuscunq; statûs hominibus etiam eminentissimis sectandam humilitatem edocet. Calceamenta enim MARIÆ, in quibus incedentem admiratæ sunt animæ dicendo. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis Cant. 7. ex Origene* deducit *Escob: de Purific Paneg:* 1 *n* 51. tuisse hodiernos actus humili- D

Cant:

MARIA, humilitatis Magistra.

tatis ipsius, quibus exornari quosq; fideles, quomodo percupiat Deus, declaret Historica narratio spectaculi, quod habuit in Festo Purificationis, S. *Gertrudis* Revel: P. 4. *c.* 9. Apparuit sc: infirmæ protunc, Christus D. dum cantaretur a choro *Adorna thalamum*, quem illa dum deprecaretur pro doctrina, quomodo ei adornandus esset thalamus cordis, per similitudinem quandam tabellarum cum imaginibus, docuit ipsam sponsus, & monuit. quòd ille summè delicietur in corde hominis talis, qui fideliter coram ipso manifestat abdita suæ conscientiæ, & defectus suos cum amaritudine exponit: quæ dum attentis sponsa excipiebat auribus, vidit Beatiss: Virginem, quòd talium humilium animas, ab illis imperfectionibus nitidissimo pallio suo purgando extergeret, exersasq; honoratiori asseruaret loco. Quod & iteratâ eodem Festo visione, comprobatum fuit, dum Saluator, humilitatem cuiusq; munitissimum contra omnes impetus sathanæ clypeum esse, ipsam edocuit.

Gertrudis visio, in festo Purificationis.

Epilogus.

144. EN quàm bellè illud dictum S. *Chrysostomi* in medium iterum procit, *DECUS Ecclesiæ esse Beatiss: Virginem*, dum tàm exquisitè cum hodierni Festi mysterio, in membris suis exornasse C cernitur Ecclesiam Dei. Ecce iam A. A. implentur dies purgationis; priùs tamen emundandus est à maculis, qui decorem induere vult Marianum. *Væ nobis* (inquit *Guarricus* s. *de Purific:*) *si dies impleantur, & purgatio minimè impleatur: & postea necesse sit impleri, & illo nos igne purgari, quo nihil acriùs in hac vita, potest cogitari.* Ergò cum *Erico* ap: Escob: cit: *n.* 22. *Dei Genitricem summis votis obsecremus, ut sua potenti intercessione, nobis apud Filium suum purgationem impetret criminum, quæ purgationem suscepit temporalem sine sordibus peccatorum: quæq; hac die cum Filio Templum ingreditur, sacrificium oblatura, supernæ Civitatis nobis obtineat ingressum.* Vota interim concludamus ascetico *Ioan: a Iesu* suspirio. *O MARIA! Decor animæ meæ, Spes & firmamentum meum, in terra morientium? quibus flagro desiderijs tenendi Te, & cãdendi in secreto thalamo cordis mei.*

Guarr:

Eric:

Ioan: a Iesu.

A M E N.

DIES Cœli
SS. DEIPARÆ.

Pro Assumptione B. V. M.

Assumpta est MARIA in Cælum. Breu: Rom:

145. NOvo exoriente sole, nouam quoq; oriri Diem necessum esse, quis nam subdubitet? A. A. Fecit enim Creator, (ut inquit Psaltes Regius) *Solem in potestatem diei* Psal: 135. Et Sanè hæc est formosissimi sponsi, qui quotidie procedit de thalamo suo dum oritur, venustissima Filia, & planè eodem instanti, nascenti Patri congenita soboles, continuus ipsius per diuersa hemisphæria partus, simulq; est, continua indissolubilisq; socia eius; quamvis verò diluculà sua & vesperum habeat; hoc tamen non vitio eius inest illi aut Parentis sui, sed effusâ liberalitate eiusdem, qui vult oriri super bonos & malos: & ideo cœlestis intelligentiæ nutu & motu, gyrat per vniuersa subterranei mundi hemisphæria. In festiuissima solemnitate hodierna Assumptionis SS. DEIPARÆ, novum quendam Solem in Empyreis hemisphæriis simul semelq; in omnibus exoriri Apocalypticus Astronomus Ioannes obseruavit, dum signum magnum apparuisse in cœlo descripsit. *Mulierem amictam sole. Apoc:* 12. quæ communissimum est & adæquatissimum Symbolum Assumptæ Virginis: ergo cum nouo Sole nouam quandam diem authumari licebit? Ita est A. A. & hæc erit, ipsa amicta hoc nouo Sole Mulier, Beatiss: V. MARIA, quam longè prædixisse videtur ex sensu *Mauritij a Villa* inclytus vates Zacharias *c.* 14. *Et erit dies* (inquit) *vna, quæ nota est Domino, non dies, neq; nox & in tempore vesperi lux,* in qua die mille & eximias beatitates promittebat Propheta. De hac porrò die, adhuc dũ viveret Christus, longè meliùs verificatum aduertit idem Author supra citatus, illud Psalmistæ *Fecit solem in potestatem diei.* Sol enim justitiæ Christus, datus est in potestatem suæ Genitricis. *Et erat subditus illis.*

Solis encomium.

MARIA, Dies

Zachar:

A Hinc est quod Mariam S. *Ern: Prag: in Marial: c.* 11. appellauerit *Diem perfectũ, in quo nihil fuit unquam opacum, aut rebelle lumini.* Deinde *Iacob: de Vorag:* ipsam ut *Diem perfectam* celebrat in Assumptione *s:* 2. *de Nativ: V.* Sed me iterum revocant ad se verba Prophetæ de illa nova die, dum ait: *Et in tempore vesperi erit lux.* Dies hæc mystica, Beatiss: Virgo, dum satis iam luxisset terris, ut Solis sui scil: Christi quoad thronum gloriæ æternalis fieret socia, iuxta præordinationem infinitæ provisionis Divinæ, venit ad vitæ vesperam, mortem scil: æmula Solis Filij sui, æstibus amoris adacta, obeundo. *Et in tempore vesperi lux,* & ecce Dies esse non desijt, dum cum corpore glorioso, & Anima in Cœlos assumpta, a Sole suo irradiata, adeo cœlestes claritate sua recreavit incolas; ut noua Dies cœli, hodie dici mereatur: quare deprædicent alij Assumptam Beatissimam tanquam Solem, Lunam & auroram; ego ipsammet cum eodem *Iacobo de Vorag: Diem nouam Cœli* panegyricè celebrabo. Cui Almæ diei præludam Astronomo-Morali axiomate. Quinã dicendi sint veri dies, & cuiq. viatori faustis hymnidice interim gratulemur Diei cœli MARIÆ.

Ern: Prag:

MARIA assumpta Dies cœli

Dies magna cœli Salue
Noui Solis Filia:
Patent tuæ luci, valuæ,
Corda nostra vilia.

PARS I.
Verorum dierum à falsis differentia.

MEnsurabiles quidem dies posuisse Deum viatoribus, optimè scio ex diuinissimo Iobre; nihilominùs vniuscuiusq; sensum, in quo abundamus,

145. *Dierum diversitas quanta.*

mus, & præcipuè ob vertibilitatem arbitrij noſtri, ſub vno eodemq; ſole vix non immenſurabiles quoad diverſitatem & Qualitatem eſſe dies audeo dicere: O quot numerant Medici criticos, climactericos! Aſtronomi, Ægyptiacos, caniculares, fauſtos & infauſtos, ſerenos, pluvioſos! &c: Ipſa demum S. Scriptura, varios dum frequentiſſime recenſet dies; vix vnquam ſine diſtinctione, & epitheto laudis, vel vituperij: Hinc in Scriptura leguntur quidam dies lætitiæ, ſolemnitatis, exultationis, jucunditatis, deſponſationis, ablactationis: alij dies iræ & indignationis, dies amaræ, dies luctûs, captivitatis, mortis, & ſimilia. Tandē ſi illud *Olympiodori dictum in Cant: tenemus. Quod quemquam delectat, id diem putat ſuum, ita errore decipimur.* Sequitur immenſa quædam & inaſſequibilis multiplicatio ac diuerſitas dierum, attenta volubilitate voluntatis humanæ: Itaq; cum iuxta Apoſtolum 1. *Rom:* 5. *Qui ſapit diem, Domino ſapit,* ut nos quoq; ſapiamus, diſcernamo dies veros à fictis.

Olymp:

Probatur. Scripturaliter.

146. Veros itaq; dies illos eſſe obſeruo, quibus anima noſtra continetur in gratia. Notavit idipſum Salvator in Parabola de ſeminatore *Marc:* 4. *Sic eſt Regnum Dei, quemadmodum ſi homo jaciat ſementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & ſemen germinet.* Non dixit, quod dormiat ſolum, ſed præterea addidit, quod *exurgat nocte & die.* Equidem non iacentes, & dormientes ſomno vitiorum, ſed ſurgentes à peccati ſomno, ij faciunt integros dies, ij vitæ peragunt tempora. *David Pſal:* 30. ait ad Dominum. *Deus meus es tu, in manibus tuis ſortes meæ.* Ex Hebræo legit *Hieron. In manibus tuis tempora mea.* Chaldæus poſuit. *In manibus tuis dies redemptionis.* Et meritò nulla alia in hominibus noſcuntur tempora, niſi dies redemptionis: dies quibus redempti à iugo & ſervitute peccati aſſerimur in libertatē filiorū. Idē *Pſal:* 38. clamat. *Notum fac mihi Domine finem meum & numerum dierum meorum, quis eſt.* Acutiſſimè D. *Auguſt.* expendit, qualem diem, qualē numerū dierum cupiat Pſaltes ſibi oſtendi: nimirum numerum ſiue diem *qui eſt:* non quemcunq; diem, non quemcunq; numerum dierum exoptat, ſed numerum dierum *qui eſt.* Inueniri

Marc:

Pſalm:

Pſalm:

Dies verus, qui ſine peccato.

ergò forſitan potuerunt alij dies, qui non ſunt? Ita ſanè: veteris hominis ſcil: in peccato ſine gratia conſumpti, dies non ſunt. Tunc tibi puta vera adeſſe tempora, veros accreſcere dies, cum exutus veterem hominem, omnes eius defectus, & vitia à te ablegaueris. Pulchrè D. *Aug: in Pſal:* 89. *Vtiq; petitur dies, qui eſt, non, qui non eſt, quia dies iſti, de quibus dixit: ecce veteres poſuiſti dies meos, non ſunt. Illi autem anni, illi dies non deficiunt, in quibus nec nos deficiemus, ſed ſine defectu reficiemur.* Nullus profectò creſcit dies, in quo ſub lapſu gemimus & defectu: tunc incipit numerus dierum tuorum; cum incipit numerus dierum, *qui eſt,* id eſt, qui excludit humanos defectus. Iterum loquatur Pſaltes. *Novit* (inquit) *Dominus dies immaculatorum. Pſal:* 36. vbi D. *Aug.* legit: *Novit Dominus vias immaculatorum.* Meritò immaculatæ viæ pro diebus ponuntur, quando non antea cenſentur dies eſſe; quàm ex quo viæ immaculatæ videantur reperiri. Et hoc ipſum quæſtionem facit, quòd dicatur Dominus cognoſcere dies immaculatorum, quaſi novum ſit, quod DEUS omnes cognoſcat. Cum ergo etiam viliſſimæ res, Divinæ ſubſunt cognitioni, quid ſingulare dicitur de diebus immaculatorum, in eo, quod cognoſcantur a Domino? Apoſtolus dirimet quæſtionem aiens: *Cognovit Dominus qui ſunt eius. 2. Tim:* 2. Et quidem ſoli qui ſunt, & verè ſunt, pertinent ad partem Dei, pertinent ad Dei cognitionem. Vnde dicebat *Origenes* in hunc locum. *Sicut ergo alibi dicitur: Cognovit Dominus qui ſunt eius; ſic hîc non impiorum, ſed immaculatorum dies cognoſcere dicitur Dominus.* Quo poſito, ſic monet conſequenter *Origenes. Vnusquiſq; ſuam propriam facit diem, cùm retrahimur nos ab his, qui oderunt fratrem, & in tenebris ambulant: & in dilectione fratrum permanemus, dies nobis facimus, charitatu: ſed & cùm juſtitiam cuſtodimus, & cùm viſitamus viduas, atq; orphanos in tribulatione ſua, immaculatos nos cuſtodimus ab hoc ſæculo, immaculatorum nobis ipſis facimus dies. Et iſti ſunt, quos noſſe Dominus dicitur.*

Auguſt:

Tim:

Dies immaculatorum, qui?

Origen:

Probatur. Figuraliter.

Alterum verum diem mortalis hominis aſſero eſſe Diem ærumnarum, nam ex ærumnis pro DEO, pro virtute, ſuſceptis dies noſtri cenſentur. Arcanum Figurale prodibit ex Epheme-

147.

ridibus Hebræorum a DEO præscriptis. Quem porro latet? quantis ærumnis populus ille electus DEI, toto tempore captivitatis suæ in Ægypto, involutus fuerit: postea dum clamauerunt ad Dominum; in potenti manu Dei prædicitur illis eductio ex ægypto in desertum, non certe ad delicias, quæ enim tales in deserto? sed conjiciendi in similes, si non plures ærumnas, ac labores, incommodaq́; eremi, ab illaq́; ipsa eductionis die Calendaria sua auspicari iubentur. *Exod:* 12. *Mensis iste vobis principium mensium.* Sed cur, quæso, extunc modoprimũ censentur dies Israelis, quando educitur ex ægypto? quarenam Ægypti dies, utpote pariter ærumnosi, non veniunt in computum dierum Israelis, quibus gemebat sub iugo populus, tot annorum decursu? Ratio ex D. *Gaudentio* in *Exod: s:* 1. Quia postremi hi labores propter DEUM ferebantur a fidelibus, & ideo ab illis incipiunt dies censeri. Verba adduco cit: Patris *Non sunt imputati Israelitis illi dies, quos consumpserunt in Ægypto, sed quando ingemuerunt ad Dominum conuersi ab operibus duris, & Dominus percussit primogenita Ægyptiorum, qui eos seruire Domino non sinebant; tunc audiuerunt: Mensis hic, vobis initium Mensium, primus est vobis in mensibus anni.* Vbi gemitus & labores nostri Deum aspiciunt; extunc dies censentur nostri, & incipiunt clarissima ætatis nostræ tempora numerari. Iuvant commentationem figuralem non parùm ærumnosæ sponsæ quærimoniæ. *Cant:* 3. *In lectulo meo per noctes, quæsivi quem diligit anima mea:* adeo se noscit ærumnosam, & laboribus deditam; ut nullum diem audeat numerari, sed tristibus tenebrarum noctibus se pressam fateatur: tamen *Gillib: Abb: s:* 1. *in Cant:* per hoc ipsum iudicat sponsam fortunatissimis, & prægnantibus insignium sustinentiæ suæ meritorum appropin quasse diebus: sic enim alloquitur illam præfatus Abbas. *Quare per singulas noctes dilectum tuum, quid dico per singulas? per totas noctes hoc opus continua: tunc poteris illud Pauli audire: Nox præcessit, dies autem appropinquavit:* Imo illæmet ipsæ ærumnosæ pro Deo noctes, felicium dierum exordia sunt. Hinc est, quod Husseus ille Princeps, post filiorum mortem, post bonorum amissionem, summis in ærumnis & calamitatibus constitutus, non calamitatum & miseriarum dies sibi perire optabat, sed diem nativitatis. *Iob: 3. Post hæc aperuit os suum Iob, & maledixit dies suos & locutus est: Pereat dies, in qua natus sum.* Expende, qualem diem cupit iustus homo delere: non diem præsentem ærumnarum & dolorum; sed diem, quâ in domo Regia natus est, quam secuta fuerunt tot gaudia, tot divitiæ, tot regiæ voluptates. Hanc diem plerumq́; mundani homines vocant suam, & misere decipiuntur: non enim censentur dies hominis justi, dies temporalium felicitatum: o quam miseri falluntur & errant! quem communem errorem damnans Iob, non præsentem diem calamitatum; sed præteritum felicitatum optat deleri, & expungi, ac penitus obtenebrari: nullus enim dies censetur noster, nisi quem sustinentiâ decoramus. *Psal: 89. Exultavimus, & delectati sumus in diebus nostris.* id est nullũ, diem nostrum amisimus, omnes steterunt ad solatium: sed qui dies hi fuerunt? qui sic vniuersi habiti sunt ad solatium. Jam ipse explicans subdit: *Lætati sumus in diebus, quibus nos humiliasti, annis, quibus vidimus mala.* Dies ergo tribulationum, & patientiæ, sunt veri dies, quia meritorij: nullus eorum deperit, sed vniuersi reseruantur ad gaudia.

Dies tribulationis, dies verus.

Exod:

Gauden:

Gillib: Abb:

Sponsa, quos dies amat.

Iob:

Psal:

Probatur. Historicè.

Ternarium felicium verorumq́; dierum ut compleam, duobus adnumero dies illos, quos plenos quibusdam euenturos gratulabatur David inquiens: *Et dies pleni inueniantur in eu. Psal. 72.* quibus opponuntur dies vacui, super quali aliquando lamentabatur Iob: c. 7. *Et ego habui menses vacuos.* quæ dixerat ille in persona hominis peccatoris, præsertim acedioſi in cura salutis suæ: proinde illi dies pleni iuxta Euthymium dicuntur, quibus non otiatur homo, sed feruenter, & constantèr laborat, vt dies vitæ eius fiant pleni operibus virtutum, semperq́; locupletiores: Qui dies, quam sint, nedum ipsimet homini, sed Deo quoq́; gratiosi, constabit ex sequenti Historia. Legimus in vita S. Gertrudis, id huic Virgini feria 2da Paschæ contigisse, cum sese ad Sacram disponeret synaxim, Christumq́;

148

Psalm:

S. Gertrudis visio de veste dierũ

stumq; sponsum suum deprecaretur, per charissimum Eucharisticum pignus nobis relictum, ut omnes iniquitates eius, defectus, & negligentias vitæ Religiosæ amplius non recordaretur. Rapta fuit in Cœlum, quam stitit Christus Sponsus ante Patrem Cœlestem, pictâ indutam veste: hæc enim videbatur esse ex tot lacinijs & centonibus consuta, quot annos in Religione exegerat: eratq; adeo expansa; ut ne ruga vel plica in ea appareret: Quodq; adhuc in hoc mysterio obtupescas, in quacunq; lacinia cuiusq; anni, omnes dies & horæ, omnia dicta, factaq; cogitationes, motus, affectus, expressa cernebantur: at vbi DEI Filius apud DEUM Patrem pro ea peroravit, & pretium Sanguinis sui obtulit; derepente vestis illa, laminâ aureâ perlucidâ instar crystalli cooperta fuit: per quam etiam imperfectiores eius actus distinctè relucebant, & beatis: mentibus miro splendore patebant. *vit. eius. c.* 28. *l.* 4. Vide quàm gratiosos dies habeat Christus, quos in studio virtutum insumis, ut tàm facilè etiam contingentes ex fragilitate in illis defectus nedum cooperiat; sed quoq; auctiori gratiâ ex meritis suis cumulet. Quisquis hoice dies veros sapis, DEO sapis, Diesq; cœli, & felicis æternitatis videbis, nec vnquam dinumerabis.

PARS II.

SS. DEIPARA Dies nova Cœli.

149. BEnignissimus Salvator noster privilegiatæ cuiusdam diei recensens privilegia, eâ exultatione expectantis Patris sui, & Patriarchæ Abrahæ, & gaudio, dum iam eandem videret, commendasse legitur, sic allocutus insidiantes sibi Pharisæos *Ioan:* 8. *Abraam Pater vester exultavit, ut videret diem meum: vidit & gauisus est.* & quisnam fuit iste Dies Christi tam concupitus Diuinissimo Patriarchæ, tantæq; exuberantiæ gaudiorum materia? Scio ex *Origene*, diem esse reuelationis de aduentu Messiæ Christi, qui eum in spe gaudijs cumulavit: vidit autem & gavisus est, dum ipsum Salvatorem in lymbo conspexit, & salutavit: quem deinde ascendentem in cœlum cum alijs comitatus est Patribus: sed quia *Eut: Prag: cit: supr:* appellat quoq; Beatissimam Virginem, diem Christi, qui est Sol verus; credo quod in Assumptione ipsius glorioſa in carne, iterum atq; iterum verificata fuerint verba Christi: Exultavit vt videret Diem meum, vidit & gavisus est: quod ipsum aperit viam ad comprobandum vlterius Beatissimam Virginem, sui Assumptione illustrasse & lætificasse Cœlestem mundum, tanquam nova dies Cœli.

MARIA Dies Christi.

Ioan:

Dies aduentus Christi, concupiscibilis Patribus.

Probatur. Scripturaliter.

150. Dari differentiam, eamq; maximam inter dies humanos, & dies Dei, inter terrenos & cœlestes, plusquàm certum est, ex illis D. Iobtis verbis, quibus allocutus quondam Dominum. *Iob:* 10. *Numquid dies hominis, dies tui:* quorum dierum diversitatem ingeniosè (ut alias solet) explicavit S. *Aug:* in illud *Psal:* 88. *Thronus eius sicut dies cæli.* Hinc scire vis, quales sunt, & quinam Dies DEI, dies cœli? inuestiga quisnam & qualis sit Thronus DEI? scitè deprehendes Diem Dei, Diem Cœli. Porro Thronus Dei, & Thronus Christi, ex consensu vix non omnium Patrum, & præsertim *Alb: M. in Bibl: sup:* 3 *&* 4. *Reg:* appellatur MARIA, cuius Throni ad normam illius Salomonici, *Greuens ser:* 190. *in Psal:* dum sex gradus per varias Virginis prærogatiuas explicat, sextum & supremæ perfectionis, in prærogatiua præmiorum, quorum vltimum complementum Beatiss: Virgo in sui glorioſa ad cœlos Assumptione recepit, constituit: *Thronus eius sicut dies cæli.* Si ergo B. Virgo in Assumptione Thronus DEI, Thronus Christi facta asseritur; eo ipso DIES DEI, modo quodam eminentissimo, quia DIES cœli, dicitur. Porro Beatiss: semper indefessa, illustrissimaq; DIES fuit: Et primùm in sui Conceptione immaculatissima: quod obseruavit *Chrysost: Vega Palæst:* 14. *cert:* 4. *Theol: Marianæ.* quasi in typo, in die septimo, aliàs Sabbatho Virg: Deiparæ sacro: nam cum Moyses de reliquis sex diebus dixisset: *Factum est vespere & mane dies vnus.* Gen: 1. soli septimo, nec vesperum nec mane concessit: cuius ille causam reddens, sic egregie pro Immaculata Conceptione MARIÆ loquitur: *Iustorum cæterorum vita, tanquam dies pedetentim luceſcit, sicut aurora: eorum*

Dies Cæli, quæ?

Gen:

Chrysost: Vega.

MARIA Dies, in omni myſterio.

initia parum lucis habent: moxq; quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſq; ad perfectum diem. At Mariana lux, ſtatim atq; aſſurgit, licet continuis auctibus gratia, caterarumq; virtutum accreſceret; tamen claritas & ſplendor illius etiam in primo Conceptionis momento ita corruſcabat; ut reliquorum juſtorum meridiem luce ac iubare ſuperaret. Aptè igitur dies Deiparæ, ſine veſpere & mane deſcribitur. DIES iterum fuit in Annunciatione conceptûs Filij Dei, taliter enim *Melliſluus*, illa Pſalm: verba: *Dies diei eructat verbum*, interpretatur

Bern: *ſ: 5. de paru: Dies diei, Angelus virgini: Dies Angelus propter beatitudinem, dies Virgo, propter integritatu virtutem: Dies diei eructat verbum, Deitas Virginitati de vtero paternæ Maieſtatis, in utero Maternæ integritatis.* DIES demum ſplendidiſſima apparuit Beatiſſ: V. MARIA, in partu ſeu NativitateFilij ſui,qui intaminatam lucem Virginitatis, nedum non imminuit, ſed potius ſacravit. Super qua die exclamat D. *Aug: ſ. 21. in append:*

Aug: *O dies dierum omnium, lucrum lucis, & diſpendium cæcitatis, in quo æternus Sol de ſumma celſitudine claritatis Paternæ deſcendens vuluæ virginalis aluum reſeravit.* Tandem in ſua Aſſumptione glorioſa, DIES apparet, ſed longè excellentiori modo, dum nouæ gloriæ circumdata in corpore & anima ſplendoribus, ac ipſius Regis gloriæ Thronus effecta, ipſi quoq; & toti cœleſti curiæ tanquam DIES cœli illuxerit. De huius diei, ſimulq; Throni fulgore

Ildeph: ſic fatur S. *Ildephonſus ſ. 2. de Aſſumpt:* Thronus Beatiſſ: Virginis præparatus ante mundi conſtitutionem, in die Aſſumptionis eius celſior glorificatur ab Angelis, nec *immeritò, quoniam & ipsa eſt facta Thronus DEI.* Tantum certè illuſtritas huius nouæ DIEI Cœli auxit ſplendorem gloriæ in cœlis; ut nedum (quod obſeruavit *Pereira*) Cœlicolæ illæ Spirituum mentes præ gloria ingre-

MARIÆ ſplendor in gloria verberat Sponſi oculos. dientis MARIÆ cœlum, perſtrictos immenſitate lucis oculos, alis velarent, ſed ſi credendum eſt D. *Ambr:* etiam Divini oculi ad tantæ maieſtatis fulgorem ſtupere quaſi viderentur: Iſte etenim S. Doctor illa Sponſi verba. *Cant. 6. Auerte oculos tuos a me. quia ipſi me auolare fecerunt*, ita commentatur in præſentem theſim. *Deuotione nimiâ*

Ambr: *ac fide poſſibilitatem naturæ & conditionis propriæ ſupergreſſa eſt, quia lucem inacceſſibilem e regione intueri eſt graue. Auerte oculos tuos a me, eo quod plenitudinem dignitatis eius, & ſplendorem veri luminis ſuſtinere non poſſet.* Equidem ſponſam Mariam tanquam ſpeculum perlucidum contemplabatur, quod lucem ac ſplendorem ab æterno Sole acceptum ita intenſiorem ac vivaciorem inſtar puriſſimi cryſtalli reddit; ut ipſe Sol Chriſtus quodammodo ex reflexione, & reuerberatione tantæ lucis, perſtrictum ſe eſſe fateatur. Vnde dixit: *Auerte oculos tuos à me.* Accedit ad ſenſum D. Ambroſij & S. *Anſelmus* l. de *Excell: V.* qui Mariam, gloriam Dei appellat. Anſel:

Quod & ipſe Chriſtus per os *Guarrici* Guarr: ſ. 4. aſſumptæ Virgini fatetur, dum hisce alloquitur ipſam. *Concupiui ſpeciem tuam etiam deſiderantiùs, quam tu meam. Nec ſatis glorificatus videor mihi, donec tu glorificeris.* Quid illuſtrius? quid magnificentius ad excudendas huius nouæ DIEI Cœli illaminationes?

Probatur- Figuraliter.

Sed iterum Dies diem eructet, etiam ſub Figura. Novimus benè ex S. Scriptura, illi pientiſſimo & patientiſſimo viro Iobti, poſt illas ærumnas, & decumanos calamitatum fluctus, *dum addidit Dominus omnia quæcunq; fuerint Iob duplicia, inſuper fuerunt illi ſeptem filij, & tres filiæ: & vocavit nomen unius diem, & nomen ſecundæ Caſſiam, & nomen tertiæ Cornuſtiby: Non ſunt autem inuentæ ſpecioſæ mulieres, ſicut filiæ Iob in vniuerſa terra.* Non diffiteor hanc elegantiſſimam filiarum Triadem apprime eſſe idoneum ſymbolum explicandæ pulchritudinis, eximiarumq; prærogatiuarum MARIÆ. Breviter famuletur honori MARIÆ vltima earum, videlicet *Cornuſtiby.* iuxta ſeptuag. Interpretes, *Amalthea cornu*, quod elegantem & opulentum ſonat, nam ſtibio in cornu aſſeruato. mos erat fœminis vultum & oculos fucare; Ita porro pulchra MARIÆ, & non vacua ſpecies, quæ vnctione præ participibus alijs, Spiritûs S. præuenta, & impleta, oculos mentis ad contemplandum Divinitatis, adhuc in terris, myſterium, diſpoſitos, & vultum, quem deprecarentur omnes divites, paupereſue plebis, Divinitatis vnctione decorum habuit, quo placeret Altiſſimo. Nec ſibi tantum pulchra, plenaq; eſſe potuit, quæ omnibus in Matrem

151.

Iob tres Filiæ, Figura Mariæ.

trem, Patronam, Magiſtramq́, data: ideoq́; ex hoc pulchritudinis Cornuſtibij, tot erroribus excæcati fidei, gratiæ poſtmodum & gloriæ lumen accipiunt, & deformatos peccatorum fuco animarum vultus reformant. Hîc omnium gratiarum & divitiarum DEI opulentia, tanquam per Amaltheæ cornu defluit, informiſq́; mundi paupertatem ditat, & implet. Subſcribat & ſecunda Filia dicta *Caſſia* Mariano honori & gratijs. Iuxta *Ioan: a Gemin:* l. 3. c. 9. Caſſia, a qua ductum nomen Filiæ huius, eſt fructus ex arbore productus: illa tamen eſt nobilior, quæ pinguior ſucco medicinali impletur, quo vacuæ, minùs æſtimantur. Non vacua fiſtula *Caſſia*, non nuda pulchritudo MARIÆ, quam omnis plenitudo gratiæ, quæ cæteris creatis, commendat vere ut *Caſſia*. Quia ſicut hæc medicinalem virtutem habet, ſcil: dura mollificandi, ſanguinis feruorem mitigandi, apoſthemata diſſoluendi, ſanguinem purificandi; ita pulchritudo MARIÆ, copiâ chariſmatum Diuinorum impleta, indurata peccatorum corda ad pœnitentiam emollit, & compungit, feruorem concupiſcentiæ, & deſideriorum inordinatorum mitigat, & reſtinguit, apoſthemata peccatorũ diſſolvit, perſanatq́; omnes mortales è ſanguinibus genitos, purgat à ſanguinibus & carne, ut per Spiritus S. gratiam Spiritu vivant: carnis & ſanguinis operibus renutiando, in nouas ſecundum Deum creaturas reformentur. Horum tamen ſororum prima *DIES* appellata, cæteris aptiùs eructat, ſeu ſignificat Diem noſtram Cœli, B. V. MARIAM vt Aſſumptam: illam in Primiceriam lucis, claritatiſq́; nouæ demonſtrat, quâ ipſe quoq́; æternus Iob, Rerum vniuerſarum Conditor, & Dominus lætificatur. Sciſcitatur nonnemo, cur tanta pulchritudo in Iobi domo naſceretur? & reſpondet: ut videlicet pijſſimus vir ærumnarum & laborum obliviſceretur, videns coram ſe pulcherrimas filiarum ſuas facies. Ita enim fatur *Author Caten: Græcæ. Filias quoq́, liberali Spiritu, atq́, egregiâ formâ ſuſcipit, vt earum aſpectu, omnis ſuperioris ærumnæ memoria interiret.* Quid ſimile cogitate A. A. Ideo aſſumptam Virginem, in hemiſphærijs cœleſtibus veluti illuſtriſſimum inclaruiſſe DIEM:

MARIA figurata in Iobi Filia, Diei dicta.

A Nam quando nos peccatis noſtris, & pravis moribus mille ærumnas, labores plurimos cumulamus Deo, quantùm ex nobis eſt; pulcherrima hæc Filia Iob Cœleſtis, MARIA, reſplendet vt Dies: cuius gloriæ aſpectu delectatus DEUS, radijſq́; emicantibus eius patrocinij præoccupatus obliviſcitur omnium noſtrorum peccatorum ita; ut funditùs lucis DIEI huius radijs fæditatum noſtrarum memoria diſſipetur, & totaliter intereat. Rectè ob hoc à S. *Damaſc:* in oratione hodiernæ diei. *Obliteratio vnica mærorũ* appellata.

Probatur Doctoraliter.

B Jam DIES diei eructavit verbum ſuum; ſed quia *Germ: Conſtat: ſ. de Nat: V.* noctis attributum, etſi in laudabili ſenſu, adſtruit MARIÆ dum ait: Maria nox eſt, de qua *Pſal:* 18. *Et nox nocti indicat ſcientiam:* hæc nox, quia non tenebrarum eſt, ſed illuminationis, iuxta illud. *Et nox in illuminatione eius*, noctibus, quos item illuminat, S. Doctoribus indicat ſcientiam. Quid ergo iſtæ illuminatiſſimæ, iſtæ Marianæ noctes, de iſta cœleſti die, Aſſumpta Virgine, dabunt ſcientiæ? Fauerunt iam cogitatibus noſtris plures ſupra citati in ſuis commentationibus ſupra Te- C xtum, Figuralemq́; ſenſum. S. Scripturæ; ſed iterum melleum Bernardi os eructat huius DIEI in laudem. ſ. *de aquæ ductu.* An non etiam Virgo Dies & præclara? rutilans plane dies, quæ procedit ſicut aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol. *Gvilb: Abb: in Mariali c. 9.* MARIA, Dies eſt quæ rutilo Sole, Cœlo, inferis, Terræq́; perfunditur, cui pio compunctionis iubilo gratulari debemus. *Bernard: Buſten: l. aſſimil: ſ. 3.* MARIA Dies eſt, in cuius poteſtate Sol, id eſt Chriſtus. Si quando glorioſius in poteſtate MARIÆ Sol Chriſtus, quam dum in gloria i- D pſo hoc Sole apparuit amicta, & circumdata, cuius lumine totum Cœlum implevit. Huc ſpectare videntur & illorum PP. authoritates, quibus immenſa lætitia cœlitum die Aſſumpt: B. V. MARIÆ explicatur. *Erneſt: Prag: c. 5.* vocat eam lætitiam SSS. TRINITATIS *Anonym: in Menæis Græc: 4. April:* Lætitiam cœlituum. S. *Ioſeph: hymn:* Lætitiam Angelorum. *Ioan a IESU MARIA.* Lætitiam cœli dulciſſimam, & impetum

152

delici-

deliciarum, exhilarantem Civitatem Dei.

Probatur. Miraculosè.

153. *Grypho, solem stitit, in festo Assum: B. V.*

Vadingus in Ann: Ord: zelantissimi illius Apostoli Maronitarum gentis, in Oriente P. Grifonis Belgæ describendo acta, sub A. D. 1450. huiusmodi portentum par omnino illi Iosiano sub Gabaa enarrat. Hic dum reformationi illarum nationum feruentiùs insisteret, errores ablegando, ritus componendo, Ecclesias restaurando adeò; ut nouam faciem rebus obduxerit, durius quidam, qui Gentis Principatum obtinebat, obstitit eidem: tandem die ipso Assumptionis Glorioſæ B. V. Mariæ, dum prædicaret è suggestu, rem suam comprobare voluit miraculis, fecitq; solem iam ad occasum tendentem a toto auditorum consessu conspici in oriente, radijs ingredientibus per fenestram, quæ in Capite Ecclesiæ prominebat ad orientem, qui paulo ante collucebant in fenestra, quæ in templi fronte vergebat ad occidentem. Cuius rei perpetuam hucusq; peragunt memoriam Maronitæ: quo portento confusi, & sermonibus Gryfonis conuicti aduersarij destiterunt a moliminibus suis. Magnam subesse noui difficultatem circa repedationem aut regressum Solis, quam aliàs doctissimi scriptores expenderunt, illam stationem Solis ad mandata Josue, & retrogradationem eius ad lineas decem in horologio Achaz, trutinando. Sunt qui dicant nullam tum a parte rei interuenisse mutationem syderum, sed eundem, quem semper, solem tenuisse cursum; sed tantum Metheorologicis impressionibus, vmbra siue lux mutari aut circumferri ab Angelo potuerit: Non desunt tamen qui veram retrogradationem syderum tum interuenisse miraculosè affirmant, ita ut dies duplo major appareret: quibus fauet ipse textus. *Non fuit antea, nec postea tam longa dies. Ios:* 10. Sed utut sit, portentum prolongatæ apud Maronitas diei ego non aliàs explico, nec cuiq; post Deum adscribo, quàm DIEI cœli, glorioſe assumptæ Virgini. Hæc etenim cùm ex Chaldaica versione, Maria, *Domina Dierum* interpretationem habet; iure & prærogatiuâ Dominationis suæ, diem illam vnam, semel & iterum in Festo Assumptionis coruscare voluit, ut etiam terrestri promulgaret mundo, se in gloria illa apparuisse tanquam DIEM nouam cœli: de cuius communicata luce, ad Beati viri preces, noua quoq; subterraneo mundo accrevit dies.

Ios:

Probatur. Historicè

154. *Circulus aureus 365. dierum in sepulchro Symandij Regis.*

Tradit ex veteribus *Pierius Hierogl: l. 39. c. 11.* de Symandio Rege Ægyptiorum, qui erat victoriosissimus, & simul sapientiæ amantissimus: vnde (eodem attestante) pro stemmate & signo habuit Leonem: Bibliothecæ vero, quam magnifice instruxerat, curavit inscribi *Animi alimentum. Idem* l. 38. c. 2. Huius ergo sepulchro, ut ornatius redderetur, superimpositus fuit aureus circulus, cubiti vnius latitudine, in ambitu verò cubitorum trecentorum sexaginta quinq; qui singulis anni diebus, singulis cubitis insculptis, per astrorũ ortus occasusq; quæq; obseruanda Astrologis demonstrabat: pro cuius pretiosæ & satis industriosæ machinæ, tantæ rei novitate illecti Cambyses & Persæ armis dimicarunt, eamq; lucrati sunt. Quid intenderit superstitiosa illa gens in huiusmodi symbolo, significare arcani? non capio: nisi fortè quod aureæ illæ circuli partes, seu dies denotarent illum victoriosum, simulq; sapientissimum Regem, aureos, nouosq; ex sepulchro extulisse, & vivere dies. Famuletur laudibus & Honori glorioſissimæ in sua Assumptione Virginis hoc superstitiosæ antiquitatis monumentum. Nonne Reginæ nostræ Beatiss: V. Mariæ signum & symbolum, Leæna: ex sensu S. *Epiph. hær. 78.* ideo quia ipsi *non contigit partus secundus, sed unum nonnisi genuit Leonem scil: CHRISTUM.* Vel ideo ut sentit *Belarm: Conc: de Resurr:* quia post immensorum dolorum cordis sub Cruce pugnas superatas *tertiâ die super mortuum filium irrugit dicens: Exurge gloria mea.* Nonne item, & ipsam Bibliothecam esse Sapientiæ supra multipliciter probavi. *Tit: Bibliotheca.* Huic ergo sepulchro Gethsemanico nobiliorem, quam ille aureus fuerat, dierum circulum impono: dum ipsam in illo cœlesti Regno, vbi vna dies ipsa tota æternitas censetur, DIEM Cœli illuminationis maximæ, claritatisq; inuestigabilis, quibus mire lætificat

MARIA, leæna.

Epiph:

Belarm:

tificat DEUM, cunctosq; cœlites demonstro.

Epilogus.

155. Eccli: MOnet prudentissimè quemq; Sapiens, dum ait- *Eccli:* 14. *Ne defrauderis a die bono, & particula boni non te prætereat.* Et quænam melior dies aut particula, quàm DIES glorioſa cœli, Assumpta MARIA: quæ etiam optimam, non iam particulam, sed partem elegisse in Euangelio dicitur, in potioribus bonis Filij collocata. Ne defraudemur ergo à tam bona Die: hæc inquam DIES est, in quo alloquenda vel deprecanda a nobis, & pro nobis est MARIA *Cant:* 8. Alloquamur itaq; deuoti & humiles illustrissimam hanc DIEM Cœli, illis ipsius Sponsi verbis: veni o Domina, non iam ad montem, sed ad vallem myrrhæ, scil: lacrymarum, & exilij nostri, donec inclinentur vmbræ tentationum, quæ nos vndiq; terrent, & circumdant, *Donec aspiret dies.* Et quid sunt fratres chariſsimi isti aspirantes dies? doceat nos *Mellifluus*, qui distinctionem ponens inter diem, & diem, ita dicit: *s. 71. in Cant: Duo in nobis præcedũt dies, vnus quidem aspirans pro corporis vi-*

Dies aspirans, quæ?

Bern:

A *ta, id est, dies nativitatis nostræ, alter verò respirans in sanctificationis gratia, tertius supererit aspirans in resurrectionis gloria.* Iam dixi ex nominis Ethymo, MARIAM appellari, & esse Dominam Dierum omnium, atq; sic diei tam inspirantis scil: Creationis nostræ, quoniam eam satis subtiliter S. *Ansel: ap: vmb: nouarr: n. 552.* deducit esse *Matrem omnium Creaturarum.* quàm diei quoq; respirantis in sanctificatione per gratiam: nam sicut omnis gratia per Christum, ita (quamuis alio modo) & per MARIAM, illinc originatiuè, hinc impetratiuè. Huic ergo DIEI cœli studioſè attendamus, & tenebrarum mundanarum B pertæsi anhelemus ad illam, quam quoq, aspirantem audimus, quoniam præter Deum nil tam spirat, seu desiderat MARIA, sicuti salutem, & glorificationem nostram. Illa ergo cœlestibus corruscationibus penetrans ima cordium nostrorum faciet, ut exultemus in diebus æternitatis, & laudemus Deum, Matremq; laudemus eius in insigni die solemnitatis ipsius ac nostræ.

AMEN.

Ansel:

C

DONATRIX Magnifica

SS. DEIPARA

Pro Festo SS: Rosarij.

Extollens vocem quædam Mulier. Luc: 11.

156. FAtale olim, vel saltim summi periculi erat, etiam de voce certare cum Regibus, tantò verò magis cum Dijs. A.A. Clades illa, exitiumq; humani generis, Imp: Rom: Nero, dum vici, plateæ, abditaq; carcerum, partim fletu, partim eiulatu sub Tyrannidis eius gladio pereuntium implerentur, ut tradit *Suetonius*, mirum in modum musicâ cantuq; nedum delectabatur, sed quoq; exercebatur adeo; ut grati-

D oris modulationis ergo, in multos dies inedias sustineret: nec sibi graue erat plumbeas in pectore deportare laminas: quinimo nobiliores hac in arte ad certamen vocabat, sed pluribus tristi euentu: si enim superassent, vel superarentur, a tam crudeli chorago, quid lucri sperandum manebat, nisi mors. Æmulatum quondam (apud Pòétas) legimus Deo Apollini an Orphæo de potiori fistula sylueſtrem Satyrum, sed

Musicâ; certabat Nero, Satyrus cum Apolline.

sed superatus non leuem ausûs sui pænam subijt, crudeliter excoriatus. Quid ergo agis bona & pientissima Mulier? dum loquente Domino & DEO tuo, *Extollu de turba vocem tuam*, MARIÆ intonas laudes: *Beatus Venter, qui te portavit, & vbera quæ suxisti:* quasi ad vocale certamen ipsum euocare videris. Respondit enim subito vox voci, laudes laudibus iunguntur, dum inchoata à te laudum Marianarum præconia complet ipse, & plura adjicit. At ille ait: *Quinimò beati, qui audiunt Verbum Dei, & custodiunt illud.* Apage hinc fæde vecorsq; interpres Calvine, qui putas Christum hac respondendi phrasi negare, quod dictum fuerat, id est Matrem suam beatam esse. Solvit te bene *Caiet.* dicens. Quinnimo, non negat verè dictum, beatum ventrem, & beata vbera; sed hoc affirmans, adjicit formalem ac communem beatitudinis rationem, ex *Theoph: Beda, Chrysostomo*, nam iuxta S *Augusti: Beatior fuit MARIA percipiendo fidem CHRISTI, quàm concipiendo carnem Christi.* Sed non verendum tibi pientissima Mulier, dum cum ipso Christo in laudibus MARIÆ certamen subire audes: siue enim hoc in agone vincas, siue vincaris, lucrum gloria est: certantibus pro sua laude præmia magnifica parat & auget Beatiss, V. MARIA: vel ideò à S. *Bernard: Sen: T. 1. f. 52. Donatrix multorum beneficiorum.* Hanc porro mulierem, zelozam laudum Marianarum Decantatricem, noster Lyranus asserit B. Marcellam fuisse, famulam S. Marthæ, hospitæ Saluatoris. Non novum est apud Patres, præsertim S. Ansel: Albert: M Anton: Padv: Bernard: Senen, Vincent Ferr. per Martham significari Mariam: & quæ potior Marthæ huius, solicitæ in ministerio salutis nostræ famula? quam ter inclytus Prædicatorum Ordo, SSmiq; Rosarij Confraternitas: quæ quotidie alternatim in certamine laudum Marthæ huic dum famulatur, magnificum donum, ipsum videlicet Rosarium per manus Primicerii & Patriarchæ sui D. Dominici accepit. Cuius doni pretia dum recensebo, hoc ipso Beatiss: V. Mariam *Donatricem magnificam* comprobabo: præmittam dogma morale, quomodo certare donis cum cœlo, prodest? Rythmicè interim consalutemus Mariam.

Calvinus, redarguitur.

Augusti:

Bernar:

Marcella famula S. S. Marthæ Mulier vocem extollens.

Gratulare plebs fidelis
Iam dona magnifica,
Rosas tibi mittit Cælis
DONATRIX munifica.

PARS I.

Certare cum Cœlo liberalitate præstat.

S. GRegorius Nazianz: quem Theologum, pro eximiæ suæ Sapientiæ magno merito vocant, cum in Epistolarum suarum vigesima prima, ea commemorasset, quæ homo Deo offert, quæq; illi Deus vicissim rependit, sic exclamat. *O præclaram negotiationem? qualia contemnentes, qualia recipimus!* Cuius admirationi non modicum adminiculum subministrare videntur illa verba Psaltis ad Dominum. *Psal:* 88. *Exprobrauerunt inimici tui Domine, exprobrauerunt commutationem Christi tui.* exprobrari hic a dæmonibus Deo, (censet *Did: Niss: Dom:* 1. *Pent:*) liberalitatem quandam quasi excessiuam, quod mortalibus, qui nihil magni habere possunt, quæ pro donis collatis ab ipso redonare valeant Deo, in commutationem pro vilibus, pretiosissimum Donum, scil: vnigenitum suum Christum dederit. Cuius liberalitatis Divinæ, & remunerationis plura iam videamus monumenta.

157. *Negotiatio cum Deo quã vtilis.*

Probatur. Scripturaliter.

158. Exhortatus fideles ad patientiam S. *Iacobus Ap:* illustre documentum Iobi capere ex actis eius persuadebat *c.* 5. *Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt: sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis* Domini quidem scil: Iesu Christi: sed quam ob rem non ipsius Iobi finem magis proposuit? hoc enim aptissimum videbatur, ut cuius labores imitari jussi fuerint; illius & mercedem respicerent: at cautè penitus subtrahendos oculos admonet ab exitu calamitatum Iobi, meta enim illis fuit prosperitas temporalis in præmio, cum in duplum acciperet, quod perdidit. Si igitur in remunerationem humanam intenderent; toleraſſent quidem dispendia bonorum, filiorum orbitatem, & corporis vlcerationem, magis ob commodum proprium, quàm propter gloriam Dei: vult igitur Apo-

stolus

ſtolus, finem ſuſtinendi parem eſſe Chriſto Domino, qui pertulit, Dei Patris honorem maiorem ſolum conſiderans: quo etiam ex pacto Jobus multa mala tolerabat, nam ſiue Domino dare, ſiue ea auferre placebat, æquè benedicebat. Hanc expoſitionem eſſe ipſius S. *Auguſt:* patet, ex ipſius verbis. *Ep:* 120. ad Honor. *c.* 10. *Vt ergò non tam rectè remunerationem ſperarent, quando mala temporalia paterentur, non ait, ſuſtinentiam & finem Iob audiſtis, ſed ſuſtinentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis, tanquã diceret: Mala temporalia ſicut Iob ſuſtinete, ſed pro hac ſuſtinentia non temporalia bona ſperate, quæ illi aucta redierunt; ſed æterna potius, quæ in Domino præceſſerunt.* Quorſum ergo Jacobus in his perſuadendis? num ut patientiæ remunerationem non expectent homines? imo ut ampliſſimâ donentur mercede, ſiquidem norât Dei conditionem, quod liberaliſſimus ſit cum eis, qui cum eo liberalitate quâ poſſunt certant. Homines autem ſi ad emolumenta proſpicerent humana, dum pro numine paterentur, hæc eorum, quæ erga Deum liberalitas fuiſſet? quantum enim eſt, laborare quempiam, ob maiora incrementa ita agendo? non Deum, ſed ſeipſos quæſiuiſſent. Mandat igitur auertere lumina à ſpe temporalis præmij, ut purè Deum quærentes, liberales euadant: ſic autem liberales facti cum numine remunerationem copioſiſſimam expectent, eò quod Deus profuſiſſimus eſſe conſueuerit in ſibi liberales: ad hæc ergo patientiam quidem mutuentur à Jobo; at non finem eius, ſed Chriſti animaduertant. Enituit hoc ſatis liberalitatis Divinæ cum humana certamen in SS. Patriarchis Abraam & Iacob. Hoſpitio trium Angelorum ſpecie, recipitur a primo Patriarcha Dominus. Pro mactato in gratiam hoſpitum vitulo, nedum, Filio, quem deſiderabat, in quo benedicendæ erant omnes gentes, & pro tribus ſatis farinæ, multiplicatione ſeminis ſicut Stellas Cœli, quod pius ſenex exambiebat, in Hærede donatur; ſed etiam, quod inter poſtulata ac deprecationes pro conſervatione ſubuertendæ Sodomæ, aut reminiſci non potuit, aut fortè non auſus eſt pro eo interpellare Dominum, in remunerationem, Lot ſcil: Fratris ſui, a ruina illa communi conſeruatione: ſic enim ait ſcriptura *Gen:* 19. *Cum ſubuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus Abrahæ, liberauit Iob de ſubverſione vrbium, quas habitabat.* De quo *Oleaſter. Miſericordior eſt Deus in conſanguineos iuſtorum, quàm ipſi ſunt in eos: non legimus Abraam pro nepote oraſſe, & legimus, Deum eius gratiâ eum ab incendio liberaſſe.* Dormierat Iacob, vach quàm duro ſtrato? quàm immiti pulvino, nam tulit de lapidibuis, qui jacebat, & ſupponens capiti ſuo dormivit in eodem loco. *Gen:* 28. Eleuatâ mente cernit Dominum innixum ſcalæ: quâ de cauſa divinæ excubiæ in noctis profundum? *Pet: Cell:* reddit rationem: quia malè ſoporatus erat, ſeu durè cubabat, deſerendo propter Deum domum Parentum, in qua delicatè nutriebatur, nè offenderet ſtomachantem Eſau: gratificaturus itaq; Dominus hoc adoleſcentis erga ſe ſtudium, omnino vigilat. Igitur Iacob in Deum proculdubio officioſus, dum ob eius gratiam laborioſè dormit; ſed maior in Deo relucet gratitudo, quod non aliquomodo dormiat propter ſervi honorem: ita Deus liberalitatem famulorum recompenſat, ampliora ſuggerens: at quis honor ut vigilet? plurimus ſanè. Nam Regum gloria non exigua, ut habeant, qui ſomnos obſeruent, quo ſecurius in thalamo jaceant: fit igitur Deus ipſe excubitor Jacob, & hoc famulatûs genere rependit, quod malè cubauerit ob eius amorem, egregiam juuenis erga ſe pietatem largo remunerans fœnore.

Mala pro amore Dei tolerata, copioſè remunerantur.

Auguſt.

Deus copioſus in retribuendo.

Gen:

Probatur. Figuraliter.

Sponſa illa, Sponſæ myſticæ, id eſt Sanctæ animæ typus, cum ſe totam donaſſet ſponſo; Sponſum ſuum totum, lucratam fuiſſe & poſſediſſe, gloriatur adeo; ut ipſi ſoli vacare videretur, à cæteris feriando negotijs *Cant:* 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Stupefactus ad mirificam ſponſi dignationem & indulgentiam *Bernard: ſ.* 68. ait: *Quid ſibi ergo vult iſta inter tam diſpares comparatio? aut illa in immenſum gloriatur, aut ſi in immenſum amat: quàm admirabile eſt, quod illius intentionem, iſtâ ſibi quaſi propriam vendicat dicens: Dilectus meus mihi. Itanè huic intenta eſt illa Maieſtas? cui gubernatio pariter & adminiſtratio vniuerſitatis incumbit: & cura ſæculorum ad ſolã*

159.

Bern:

transfertur negotia, imo ad otia amoris, & desiderij huius. Ita planè: sed ut tantæ gratiæ magnitudo, non appareat insolita, subnectit sponsa. *Et ego sponsa illi* quasi asserat, non multum est, vicem rependi ab illo. O fœminæ simplicitatem? quæ sibi adæquari Principem tanquam non grande aliquid, sed magis quod debitum sit, putet? Nonne ille Creator est, tu Creatura? ille Dominus, tu ancilla? ille potens, & dives? tu misera & paupercula? Tam igitur dissimiles, pares reputari, grande non æstimas? Sanè sponsa, & ipsa habebat adolescentularum plurimam turbam, quibus velut Magistra præerat, quin eas tanquam Mater alebat, multæ providentiæ, & solicitudinis tam numerosæ alumnas. Quo igitur se liberalem erga sponsum ostenderet, non omittens tantæ familiæ curam, sic dilecto intendebat, quasi nullâ aliâ distraheretur occupatione: cum itaq; partem Dilecto horarum concessisse sufficiens videretur; quod & alia pars familiæ deberetur, totas dies noctesq; vni tribuebat, ne si parte afficisset vltra debitum, nihil concessisse censeretur. Quô ergo tantæ liberalitati eius Sponsus regratiaretur, & cum munifica profusus appareret; veluti subtrahens se reliquis creaturis, soli sponsæ intendit, non quod consulere alijs desinat; sed ut providentiæ erga sponsam commendet excellentiam specialem: *Non enim ille* (addit Bernard:) *intendit huic, & non illa illi, propterea vtrumq; ponit, dicens: Ille mihi & ego illi. Ille mihi, quia benignus est, & misericors; Ego illi quia non sum ingrata: Ille mihi gratiam ex gratia; ego illi gratiam pro gratia: Ille meæ liberationi; Ego illius honori. Ille saluti meæ; Ego illius voluntati.* Vide pie Lector pietatem superam, & liberalitatem Dei immensam in tam lucroso animarum certamine cum illo pro finitis, & exiguis munusculis, interdum vix oculis hominum dignis; multiplicibus, eisq; pretiosissimis, imo se quoq; Toto reciprocare pignoribus. Si res tibi cum Deo est & certamen, scito quod tam munificus amansq; tui sit; vt tam grata sibi habeat suarum permutationum damna, & huiuscemodi fraudes cum voluptate libens, gratanterq; patitur. Recte S. *Augustinus* Tom: 9. frag: 7. afferuit Verbum æternum de Cœlo in mundum mercatum venisse, vt cum hominibus commercia iniret, sed nostro lucro. *ser: 13. de Temp: Inuenit hic viles merces terrenas, & terrestribus attulit peregrinas & cœlestes.* O præclaram negotiationem? itero cum Nazianzeno.

Sponsæ certamen munificũ cum Spõso.

Bern:

Aug:

Probatur. Historicè.

Lipsius de magnit: Roman: l. 2. c. 13. tradit de Augusto Cæsare ex magnifica liberalitate commendatissimo: hunc quispiam Græculus donis cum illo decertaturus accessit, donoq; obtulit ipsi panegyricum carmen: acceptavit gratanter Imperator oblatum [& nihil vltra. Græculo iterum paranti carmen, prævenit, & carmen à se dedit, ut ostenderet, talia etiam domi suæ nasci, egregius enim erat Poeta Augustus iste. Hic Græculus legere, mirari, cæpit, & tandem manu in pauperem crumenam demissâ, denarios aliquot Cæsari offert, dicens: *Si plus haberem Cæsar, plus darem.* Quo ipso callidè commonefecit Imperatorem, se regium ab eo expectare donum. Augustus ne quid munificentiæ suæ decederet, sestertia Centena dari illi etiam pro carmine iussit, id est, bis mille Philippicos. Sed quid hæc comparata ad infinitæ liberalitatis Divinæ monumenta? Quid brevius carmine illo? *Domine memento mei, dum veneris in Regnum tuum,* vel salutatione *Aue Maria:* en pro primo Dysmas accipit Paradisum. *Hodie mecum eris in paradiso*; alterius verò, quamuis cum aliqua euagatione animi recitetur, pretium pene inæstimabile in gloria fassa est defuncta monialis, *apud Barri, sub die 1. Novembris.* Quidam Religiosus ob micas collectas ad mensam, eas subito volâ abscondita, in pretiosos conuersas vniones reperit. B. Patriarcha meus Franciscus rigida hyeme obvius germano suo, dum ironicè peteret frater, vt vel guttulam sudoris sui venderet ei Franciscus, ille respondit: Frater iam pridem sudoris mei omnes guttulas liberaliori Domino, & quidem carò vendidi. Eremita quidam sitibundus & famelicus, melle in via de rupe stillante, atq; obvio in terra, quâ gradiebatur, pomo abstinuit; mox ab Angelo de flumine quodam refectus, quo nihil dulcius, vel suavius cogitare poterat. Culicem

Cæsar carmen rependit bis mille sestertijs.

160.

Brevi verbo, salus

exiguum

Culicis morsus quanti meriti.

exiguum, cutem ſuam uſq; ad ſanguinem pungentem, manu ſuâ ex propoſito non depulit quiſpiam; (quem nouerat Lancicius,) & ecce in mercedem mortificationis modicæ, brevi tempore gratiâ multiplici heroicarun virtutum remuneratus fuit: quod idem pro morſu pulicum pluribus contigiſſe refert idem. Hinc rectè ſcripſit *Bloſius. Hic propter Deum dimittendo florem, tantùm præ decerpente obtinet meritum; quanta eſt diſtantia cœli a terra.* Vide quanti præſtat certare donis cum DEO.

PARS II.

SS. DEIPARA, Donatrix magnifica.

161. *Rapa redonata a Ludov: XI. Globus filorum, amplâ poſſeſſione.*

VVlgare occurrit illud: *Dat pyra, dat poma, qui non habet aurea dona:* nec ſine liberalitatis contigiſſe nõnullis legitur eximio lucro. Rapam vilem Ludovicus XI. Galliarum, ruſticano homini, dum eam dono obtuliſſet, millenis aureis remunerari fecit. Ruſtica Mulier filum tenuiſſimum, quod rùdi pollice ſubtiliter duxerat in globum, conuolutum, Bertæ Henrici IV. Imper: coniugi in donum obtulit: In mercede accepit tantum terræ, quãtum filo illo protenſo menſurari potuit. Similia præſtitiſſe plurimi traduntur pro hauſto exiguo aquæ. Demum dum ſponſa ſolis floribus lilij conualij, hyacinthiſq; donaſſet Sponſum; pro floribus, aureis murenulis, cæteriſq; pretioſiſſimis redonata eſſe a ſponſo noſcitur ornamentis. Jdem omnino genius, liberaliſq; animus Donatrici magnificæ MARIÆ ineſſe creditur: quæ dum à Confratribus Roſarij Floribus Devotionis roſeæ honoratur, ipſiſmet illis non exile, ſed magnificũ per manus SS. Dominici donum porrigit, illud ipſum SS. Roſarium, Magnificum dico, & tanta Donatrice dignum munus, idq; multifarijs de Cauſis.

Probatur. Scripturaliter.

162. *Chriſtus, Author Roſarij.*

Donum Magnificum eſſe, SS. Roſarium, probo primùm ex parte Authoris, quo dignior nullus haberi poteſt: hic enim eſt ipſe Chriſtus Dominus: pro cuius aſſerti veritate totum ſtat Euangelium, quod eſt principalis pars Scripturæ. Si enim in confeſſo eſt apud omnes orthodoxos, Chriſtum ipſum eſſe ſicut primum obiectum Euangelij; ita & Authorem: quod colligere facile eſt ex cuiuſlibet Euangelij prologo illo: *Sanctum Domini noſtri IESU Chriſti Euangelium*; ſequitur legitimè etiam Roſarij quoad ipſius ſubſtantiam eundem dicendum Authorem: ſi enim vel ſola Roſarij principalia ſcrutemur nomina & obiecta, JESUM & MARIAM, quorum cauſa, & de quibus conditum, & conſcriptum eſt Euangelium; idem plane dicendũ eſt in ſubſtantia Roſarium, quod & Euangelium, adeo; ut Roſarium ſit ex Euangelio, Euangelium in Roſario, vtrumq; in idipſum. Quid enim ſonat ly *Euangelium*, niſi bonum nuntium, ſeu bonam Annuntiationem, quia nobis annuntiat triplicem coniunctionem hominis ad Deum, (prout D. *Thom: Aquinas* docet in Prologo *ad Ep: Roman:*) Vnam per gratiam vnionis, ſecundum illud: *Ioan: 1. VERbum Carofactum eſt.* Alteram per gratiam adoptionis, prout inducitur in *Pſal: 81. Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes* Tertiam per gratiam fruitionis. *Ioan: 17. Hæc eſt vita æterna &c:* Et quoniam S. Roſariũ in prima parte *Gaudioſa* contemplatur gratiam *vnionis*, illam nimirum gratiam ineffabilem, quando Filius Dei deſcendens in vterum impollutum Virginis Mariæ, ſuam Perſonam Divinam & naturam vnivit cum carne Virginis, Spiritu S. ineffabiliter operante: & hanc carnem Virgineam ita aſſumpſit ex Virgine; ut fieret verus homo, ſimulq; verus exiſtens Deus: In ſecunda parte *Doloroſa* S. Roſarium contemplatur *gratiam Adoptionis:* nam recolligendo paſſionem JESU Chriſti, qui iuxta *Iſai 53. Tradidit in mortem animam ſuam*, per eandem adnumeramur Filijs adoptionis: addidit enim Propheta *Pro eo quod tradidit animam ſuam* (pro peccatis noſtris) *videbit ſemen longævum*, id eſt (ut explicat Cornel:) *Filios Spirituales, qui durabunt uſq; ad finem mundi, imò per omnem æternitatem:* In tertia tandem parte *Glorioſa* S. Roſarium meditatur *Gloriam Fruitionis*, quam in Chriſto reſurgente, aſcendente, ad dexteram Patris ſedente, intuetur per Fidem; Jdeoq; iuſtè dicitur Roſarium idem quod & Euangelium, ſeu Euangelium

Roſarium Euangelium, ad conuertẽtiam.

Pſal:

Roſarium explicat triplicem vnionem.

Cornel:

annuntians vitam, Passionem, & gloriam D. N. JESU Christi. Duo nomina, sed eandem rem in substantia significantia. Fauet plurimum nostræ ratiocinationi illud S. *Alani* p. 4. c. 32. f. 3. *Dominica oratio & Angelica salutatio, sunt duo Euangelia, omni creaturæ cum signis magnis prædicata semper, & prædicanda.* Imò liberiùs pro nobis loqui videtur *Bernard:* ap: Alb: M. *Totum antiquum & novum Testamentum, imo universus mundus in Salutatione Angelica comprehensus est.* Quod vtrumq; dum pluries in SS. Rosea deuotione repetitur; ipsum quasi Euangelium multipliciter annuntiatur. Vnde concludendum est, quòd quamuis (ut adnotauit S. *Alanus* de Rupe) ipsi Apostoli, præsertim S. Bartholomæus, (qui centies de die, itidem de nocte cum adgeniculationibus orasse scribitur Dominicam orationem) docuisse hunc modum replicatæ orationis tradantur, quibus postea successit vñb: Beda, SS. Benedictus, Franciscus, MARIA Ogniacensis, Loricatus Dominicus, & tandem præcipuus S. Patriarcha Dominicus; isti nihilominùs Promotores huius deuotionis tantummodo censendi; Author autem dicendus est ipse Christus, Euangelij conditor.

Probatur. Figuraliter.

162. Altera ratio, ob quam SS. Rosariarum oblatum nobis à B. V. MARIA per S. Dominici manus, appellaui Donatricis nostræ Donum magnificum, quia est donum ipsi & Filio eius suauissimum, iuxta illud S. Ambrosij, l. [Ambr:] 1. offic: c. 30. *Affectus diuitum collationẽ, aut pauperem facit, & pretium rebus imponit.* Hic etenim est genius Sponsæ MARIÆ, & hæc magnifica indoles, dilectos suos eis, quæ sibi suauiora, & chariora sunt, munerare: quod ipsum familiari illo Sponsi & sponsæ colloquio proditur. [Cant:] *Cant:* 5. *Veniat dilectus, & comedat de fructu pomorum.* Quare de pomis signatim? an non in Viridario nobiliores alij fructus, qui visu, qui sapore, qui fragrantiâ præstent? communis est fructus pomorum, quo & rustica plebs vescitur, est enim copia vbiq; & exiguo comparatur pretio: exquisita quærenda erant sponso non trivialia istamet: verùm fit pomorum qualiscunq; conditio; locum teneant

Munera suaviora, quæ offerunntur pretiosiora.

A seu supremum, seu mediciorem; illis præcipuè delectatur sponsa, ipsa adamauit præ horti reliquis donis: *Sicut malus* (*Cant:* 2.) *inter ligna Syluarum; sic* Cant: *Dilectus meus inter filios: sub umbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Quam desiderauit vmbram? quem concupivit fructum? equidem mali arboris poma ferentis: ecce deliciæ sponsæ poma sunt: sed & cum languet; cum Spiritum penè amittit; nonnisi à pomis cum floribus medicinam exoptat: *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Poma igitur & flores chariora fœminæ cæ- B teris quibusq; rebus, in pomis voluptas vnica: hanc ergò ob causam spõso de pomis offert, quia nihil tam gratiosum apud sponsam, quàm pomum, novit autem sponsum incredibiliter oblectari talibus muneribus. Pari vel simili zelo æmulari videtur Sponsa Maria, præter Dilectum suum Christum, etiam Dilectos suos alios, scil: Confratres Rosarianos: nihil habet suauius Sponsa hæc pomis & floribus, flores intelligo Rosarianas preces, & præcipuè floridissimam illam, in qua totus refloruit mundus, Angelicam Salutationem: Pomum verò, Dominicam o- C rationem, quod ille, qui dicitur *Malus inter ligna sylvarum*, protulit, dum docuit. Hi flores, hæc poma, scil: preces Rosarianæ, quàm grata sint Sponsæ Mariæ, sponsoq; eius, imò toti SS. Trinitati & Cœlo, constat ex illo Seraphici mei Patriarchæ effato: *Cum dico Aue Maria, Cœli rident, Angeli gaudent, mundus exultat, infernus contremiscit, dæmones fugiunt.* Hoc ipsum de se Beatissima testata est, S. *Birgittæ* apparens, ut scribit *Lanspperg l. 1. Spirit: gratiar: c.* 16: dum enim Sponsa ista Christi mi- *Rosarij* ris desiderijs semel exarsisset, quàm *nobilitas* perfectissimè salutandi B. V. Mariam; *commen-* astitit Cœlestis Regina, gestans in pe- *datur.* D ctore suo aureis literis exaratam Salutationem Angelicam, ficq; affata est illam: *Mortalium nemo hactenus ad huius Salutationis perfectionem attigit: nec ullus unquam me dulcius salutare poterit, quàm ille, qui me salutat eâ reuerentiâ quâ me DEUS Pater eo verbo, Aue, salutavit.* Similes apparitiones si plures scire cupis; vide *Miechov. in Lit: Loret: Dise:* 238. His quoq; roseis pomis, quantùm delectetur Beatiss: comprobat illa mira-

culosa

culosa arbor (ut lego in vita neocanonizati S. Andreæ Auellini, Theatini) plantata prope cellam eiusdem, qui sibi summè complacebat in Rosariana deuotione: hæc enim arbor anno quolibet, quindecim fructificabat poma, in memoriam quindecim mysteriorum Rosarianorum: & dum contigebat decerpi aliquod ob medicam virtutem propter infirmos, aut amicorum gratiâ, siue ventorum impetu quodpiam decidere, mirabili tamen modo semper & continuò quindecim pomis arbor abundabat. Quod prodigium etiam post obitum huius Sancti plurimis annis duravit. Ipsemet Pontifex Paulus V. eiusmodi pomis donari plurimum delectabatur, & cæteri Purpurati Principes, Comites, ac nobiles, tanquam vniuersali medicinâ, hisce pomis ad suarum leuamen infirmitatum vtebantur. *Veniat Dilectus meus, & comedat de fructu pomorum meorum.* Iisdem planè verbis, quibus invitabat sponsum, cæteros quoq; dilectos Rosarianos Confratres compellit, ut de his sibi suoq; sponso gratissimis participent Pomis & floribus, dum eandem Rosarianam Deuotionem promouendam per Almum seruum suum Dominicum renouari, & promoveri per vniuersum orbem curavit.

S. Andreas Auellinus Rosarianæ deuotionis symbolum habebat arborem quandam cum fructibus.

Probatur. Doctoraliter.

163. Tertium, quod Magnificentiam huius Rosei Doni auget & cumulat, est, quia est Donum benedictum. Hinc moris est summis Pontificibus, ut quotannis in Quadragesima Rosam auream solemniter benedicant: quam deinde dono mittunt Regibus, Monarchis, vel insignioribus ex Christianitate Principibus. Porro hoc Rosarij donum *Donatrix* Magnificæ tot benedictionibus magnorum Pontificum repletur, quot eorum extant Bullæ, in laudem & comprobationem istius Rosarianæ deuotionis. Imò quidquid in laudem Salutationis Angelicæ, & orationis Dominicæ SS. Patres scripsêre; totum in re est benedictio, seu laudes, & encomia prærogatiuarum Rosaiij. *S. Ephrem Syrus* de laud v. vocat istam salutationem maximè congruentem atq; decentem, & dignissimam mundi salutem, cunctarumq; animarum medelam atq; tutellam. *B. Alanus*, inde deprædicat hoc orationis genus, quod hâc Salutatione nedum sint vsi Apostoli, adhuc vivente Maria; sed & ipsam Beatissimam usurpasse, ut sibi reuelatum ab illa habuit in hæc verba: *Ipsa sciens virtutem Incarnationis Dominicæ, ego inquam, secundùm esse naturale humanum, orabam ipsam.* Dignum quippe erat, (inquit cit: Miech:) positam in se gratiam Divinam honorare, recolere, & debitas pro ea Deo gratias agere. Addebat quoq; Ipsum Dominum IESUM Christum, eandem Salutationem frequentasse, non necessitate, sed exemplaritate, vt nobis exemplum daret, & simul Patrem suum æternum in SS. Matre sua coleret & adoraret: sicut & nonnulli Theologi satis probabiliter putant, Christum secundum humanitatem, adorasse suam Divinitatem. Cùm ergo tota benedictio Salutationis huius redundat in preces Rosarij ob omnimodam identitatem vtriusq;, sat sacrum, sat benedictum (Rosariane Sodes) accipis a MARIA pignus. Juste itaq; S. *Damasc:* orat: 1. de Assump: appellauit Mariam *DONATRICEM bonorum & opum.* Sicut & *Ernest: Prag: Donatricem omnium bonorum c.* 22.

Rosarium antiquissima deuotio.

Rosarium in substantia, orabat Christus & Maria.

Probatur. Miraculosè.

Quartò Magnificentia doni augetur per pretium & pondus sui iustum. Rosariani Doni quantum pretium sit, & pondus, non semel patuit etiam ex statera: pro quo duæ miraculosæ visiones recensentur a B. *Alano* Primum. Degebat Romæ Maria Hala, Matrona nobilis genere, & Domina satis magna in oculis mundi, sed coram Deo maior, & nobilior virtutibus, cui cùm S. P. Dominicus in Sacramentali Confessione imposuisset, per annum vnum quotidie orare Rosarium, illa acceptare recusavit dicens: Pater, ego alias orationes habeo, & ieiunare solita sum, etiam gero cilicium cum chorda catenata, atq; sic obeo in dies Romanas Ecclesias, pro Indulgentijs discurrens, otium non habeo: Spero etiam SS. meritis & laboribus sine istius Rosarij recitatione, me saluari posse. Quod ille audiens, vehementer admiratus est tantam istius fæminæ deuotionem & sanctitatem, laboravitq; in persuadendo, acceptationem Confrater-

164.

Rosarium in pretio, statere probat.

fraternitatis SS. Rosarij, sed nihil prorsùs profecit. Cæterùm Domina illa deprecabatur Dominum cum eleemosynis multis, ut sciret, quid sibi defacto agendum sit. Itaq; in somnis sæpè cernebat infernum super se apertum, quasi paratum ad se recipiendam: quâ visione per duodecim dies nimiùm afflicta venit ad Concionem, in qua S. Dominicus in recommendationem SS. Rosarij plurima dixit: post Concionē dùm S. Missam celebrat, Mulier subitò in Spiritu rapitur, & quasi ex Judicis sententia ad inenarrabilia condemnatur tormenta, quæ dum experiri incipit, MARIÆ Virginis pietatem recogitans, adiutorium ipsius intentissimè deprecatur: Cui apparens Virgo, & eam, apprehensâ eius dextrâ, de pœnis extrahens dixit: *O filia, Filia, quia ex ignorantia inobediens fuisti; ideo misericordiam consequeris.* Tunc subitò prædicta Matrona vidit ipsum S. Dominicum, quasi Confessionem audientem, & Virg: MARIÆ Rosaria pro pœnitentia imponentem. Ex quibus B. V. MARIA vnum accipiens dixit ei. *Ecce filia, ponam hoc Psalterium in statera, contra vniuersas tuas pœnitentias corporales.* Quod cum fecisset, & stateram, in qua erant pœnitentiæ, in aëra usq; ad æquiualentiam eleuasset; *Ecce* (inquit MARIA) *quantæ virtutis sit Psalterium meum.* Et post hæc ostendit ei per aliam visionem, quod Rosariana Confraternitas in tantum excellit alias Sanctorum Confraternitates; in quãtum ipsa MARIA omnes Sanctos antecellit: Ad se ergo rediens mulier, illico nomen suum Confraternitati dedit. Huic est & aliud simile. In Italia fuit quidam admodum diues & vsurarius maximus, qui dicebatur Jacobus: habebat autem homo ille hoc solum bonum, quòd omni die Rosarium B. V. MARIÆ recitaret edoctus à S. Dominico. Tandem ergò morti proximus vidit Beatum Michaelem ponentem in statera omnia bona sua, parte autem ex altera vidit dæmones ponentes omnia mala sua in alia statera, quæ multò erant graviora. Cùmq; nimiùm stuperet; mox adfuit Beatissima, quæ in statera, vbi erant bona opera eius, appossuit vnum Rosarium eius, & ex tunc opera bona cæperunt præponderare. Euigilans ergo conteritur, confitetur, vsuras restituit, catholicè moritur, & tandem Regnum cœlorum adipiscitur.

A B C D

Probatur. Historicè.

Vltimo. Præstantiam doni commendat, si detur pro dignitate dantis, non verò iuxta mensuram indigentis. Extat illud senecæ: Vrbem aliquando donabat cuidam Alexander, qui nihil animo, nisi grandia semper concipiebat: Cùm ille, cui donabatur, seipsum mensus, tantum munus refugisset, dicens: non conuenire id fortunæ suæ; respondit Alexander animosâ & regiâ você: *Non quæro, quid te accipere deceat, sed quid me dare.* Simile in præsentiarum quid agit, video, magnifica DONAtrix nostra, dum Rosea distribuit DONA: Donis quippe certare cum ipsa ad æqualitatem non valemus: si quæ precatiuncularum nostrarum ipsius honori dedicamus munera, exigua sunt & vilia, quia plerumq; distractionibus, fragilis & facile labentis ad alia mentis, & alijs imperfectionibus vitiata, non tantùm merentur; ut magna aliqua a MARIA præmia expectare æquum sit: Cæterum DONATRIX Magnifica cum liberalior sit in dando; quàm in promittendo, & cuncta distribuat, nedum pro ratione indigentiæ petentis; sed potius pro dignitate Largientis, quod Domina & Regina Cœlestis Civitatis sit; Rosarianos sodales, illâ augustissima & glorioſissima Civitate donat, dũ cuiq; illorum deuoto jus, privilegiumq; Civitatis illius, seu prædestinationis suæ signum in Rosario confert. De quo accipe verba ipsius SS. Deiparæ ad sponsum novellum S. *Alanum* de Rupe *c. 11. P. 2. Dulcis Sponse: secretum iam tibi pandam Diuinæ Providentiæ: scias & secure intelligas, quod & sine mora alijs patefacias: Quòd signum probabile est & propinquum æternæ damnationis, horrere, & attadiari, & negligere Salutationem Angelicã, totius mundi reparatiuam. Habentibus vero deuotionem ad hanc, signum est ordinationis & prædestinationis permagnum ad gloriam: propterea, qui tenet mẽ in hac Salutatione, semper me teneat, donec ad me in paradisum perueniat.*

165. *Alexandri M. generositas in donando.*

Rosarium insigne prædestinatorum.

Epilogus.

IVra canunt, Leges iubent, Justinianus loquitur. Donationes, præsertim 166.

tim liberaliores maioris firmitatis ergo officioſè peragendas eſſe. Magnificum Donatricis noſtræ MARIÆ Roſarianum Donum vobis, Parthenii ſodales, hac quoq; non caruit ſolemnitate: nam ſummo robore totius SSS. Trinitatis, illud confirmatum inuenio in Actis viſionum iam toties citati B. *Alani* P. 2. c. 8. vbi legitur, quomodo in Feſto ſolemni Aſſumpt: glorioſæ Virginis a tota SSS. Trinitate Beatiſſ: Virgo inſtituta ſit in Dominam & Donatricem omnium Donorum, hiſce verbis: Eſto Regina donorum Dei, nec vllum donum naturæ, morum, gratiæ, ſeu gloriæ cuiquam dabitur, niſi Te cooperante, & mediatrice. Tandem dum Beatiſſima toti SSS. Trinitati offerebat ſeipſam pro ſe, ſervuliſq; ſuis

Maria a SSS. Trinitate, inſtituitur Donatrix bonorum omnium.

A Pſaltibus, id eſt, Roſarij Conſodalibus; inter alia, hæc a SSS. Trinitate ipſi dici audivit: Quia Dona illa quindecim ordinaſti ad mea decem præcepta, & ad meas decem virtutes potiſſimas, contra decem vitia mundi, ad naturæ decem prædicamenta inſtauranda; ideo volo, vt in Cœlis & in terris, hoc ſub numero lauderis in Pſalterio. O quàm bonum, quàm proficuum certare donis hiſce Roſeis cum Donatrice Cœleſti MARIA: o pretioſum & magnificum munus cultûs Roſariani! O Cimelia tantis appretiata prærogativis! deuoto hæc cordi (ſodes Mariane) reB conde, ut ea quotidiano penſo, (ingratitudinis ne incurras crimen,) redones Magnificæ Donatrici tuæ Mariæ. A M E N.

DVLCEDO Dulcedinum

SS. DEIPARA

Pro Annunt: B. V. M.

Et Nomen Virginis MARIA. Luc: 1.

167. EXoptaſſe quondam Tertulianus legitur inſtituenda Concilia nominum, vt ſicut in Curijs Principum diverſa a diuerſis ineuntur conſilia, partim rei familiaris, partim bellica &c: ad graues peragendas Cauſas; ſic quoq; ad nomina imponenda vel detrahenda aut moderanda, per ſententias concluderetur in tanta nominum corruptela, vt cuiq; ſuum inderetur nomen, iuxta cuiuſq; mores & ingenium. Plures etenim nomen ſibi vſurpant inſolentèr, illudq. adulterantur, quia neq; morum præſtantiâ, neq; vitæ integriD tate id præſtant, quod nomen aut cognomen ſonat: imò per fallaciam appellationis, ut obſeruat *Baſil: Seleuc:* pleriq; facinora ſimulant, virtutes mentiuntur: quorum vni id exprobrando ait *Orat: 9. Cur appellationi, cuius virtute cares, iniuriam irrogas? & quid geſtu cognomen, quod Perſonæ probro ſit? factis ap-*

Concilia nominum. expetebat Tertulianus.

Baſil: Seleu:

C *pellationem impugnas, & calumniâ nomen tuum afficis.* Porro Auguſtiſſimum MARIÆ nomen, quod in capite hodierni Euangelij promulgatur, *Et nomen Virginis MARIA*, nomen eſt, ad cuius appellationem tot SS. Patrum & Doctorum tanta conuenit multitudo, Sacrumq; congregatur Senaculum; quotquot (illi autem ſunt planè innumeri) in huius nominis, ex varia radice linguarū, vel accentibus, explicatione dulciter immorantur. Dum ly *MARIA*, alij Stellam, alij Dominam, alij Genus meum Deus, alij Dominam diei illuminatricem, Dominam maris interpretantur: ſed communior cæteris, & Synonimis linguæ Hebraicæ ac Latinæ magis congrua eſt opinio, MARIÆ nomen deduci ab Hebraico *Mara* & Latino *Mare*, quaſi Maria diceretur *amarum Mare*. Sed quid agis bone Euangeliſta? dum Meliſluli tacti Cœli, rorem illum deſideratiſſi-

MARIÆ, diuerſum ethymon.

deratiſſimum, & manna dulcedinum, pro quo orabant Patres, *Rorate Cœli deſuper, & nubes pluant juſtum*, Meſſiam ſc: ſtillare incipiunt in vterum intemeratiſſimæ Virginis, nuntiante Angelo; tu quaſi amaritudinis mare in nomine repræſentas Mariæ, dulcibus amara miſcens? ſed litem componat S. *Ern: Prag:* qui illa verba *Deutor: 33.* applicando Mariæ, Mare ipſam fuiſſe aſſerit amarum reſpectu ſui, dulce nihilominus reſpectu noſtri, ſic enim ait: *MARIA, Mare, cuius inundationes ſunt amaritudines in paſſione Filij, omnis autem qui eam diligit, tanquam lac dulce ſugere ducit.* Hinc eſt quod dum ipſam ſalutat Eccleſia vt Reginam: *Salue Regina Mater miſericordiæ*, antonomaſticè *Dulcedinem* eandem appellet. *Vita, Dulcedo, & ſpes noſtra ſalue:* cuius dulcedinis ſuaviſſimæ, ſi quando copioſiùs emanarunt ſcaturigines, tunc præcipuè in hodierni Myſterij, Incarnationis Filij Dei celebratione. Itaq; nouam Matrem, quia ſimul & Virginem, Titulo *DULCEDINIS dulcedinum* ſalutabo, ſed priùs reſoluam, cur plerumq; mortalibus vera dulcedo, amor ſcil: Cœleſtium non ſapiat? nunc breviter Salutemus MARIAM.

MARIA, mare dulcedinis.

Fundu mella corde, ore,
Ad nuntia Angeli:
Quam felices illa hora?
O Mater ſummi DEI.

PARS I.

Tres Cauſæ, cur alicui non ſapiant Cœleſtia.

167. NEdum vniuerſa Diſcipulorum Galæni vel Æſculapii ſchola, nauſeæ profligatiq; appetitûs infirmorum ad quoſue ſaluberrimos ſuaviſſimoſq; cibos, aut inordinatæ appetentiæ ad noxia, cruda, amara, vel acida, cauſam huiuſcè mali, vitio malè affecti palati adſcribunt; ſed Divinus quoq; Prophetes Jeremias, pereuntis præ fame Jeroſolymæ miſerens, id ipſi infelicitatis, eademq; de cauſa, accidiſſe fatetur: dū non iam Galeniſticis aphoriſmis inhærens; ſed Cœleſtibus dogmatibus inſtructus, in amaras reſolutus lacrymas, ita ſingultiendo ait. Thren: 4. *Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius in ſiti. Qui veſcebantur voluptuoſe, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceu, amplexati ſunt ſtercora.* Sanè iuxta *Gloſſ: Ord:* Palato dum dicitur adhærere lingua lactentis; ſignificat defectum dulciſſimi lactis doctrinæ ſpiritualis, conſequenter carentiam notitiæ rerum Spiritualium in intellectu, atq; ſaporoſi guſtûs ad ſimilia in voluntate. Quod vitium ſicut in corpore, iuxta Medicos; ita & in anima, iuxta SS. PP. ex triplici cauſa, nimirum ex febri, paralyſi, noxiorumq; ciborum vſu, contingere, probandum incumbit.

Appetitûs defectus ad Spiritualia, malum portendit animæ.

Probatur. Scripturalier.

Febrim, tanti mali cauſam; ut quæq; dulciſſima etiam animæ non ſapiant, dum inueſtigo; manum & venam, non iam ipſius infirmi; ſed ipſius infirmorū medici, ſcil: Spiritus S. hoc eſt, S. ſcripturam tango, pulſantemq; obſeruo in pulſibus Regiæ Davidis citharæ: qui iam benè dulcedinibus, quæ ſunt in Domino, & obiectis ſpiritualibus apprimè ineſcatus, & iiſdem delibutus, ſacraq; orexi ad reguſtanda iterum cœleſtia cimelia percitus, taliter exclamat: *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine quam abſcondiſti timentibus te. Psalm:* 130. Obſeruant hîc Expoſitores, principaliter Divum Pſaltem loqui de dulcedinibus beatitudinis æternæ iuſtorū: cæterùm *Dionyſ: Carth:* & S. *Bernardus* cenſent ſtillam illius cœleſtis dulcedinis, etiam pro hac vita defluere ſuper timentes, ſeu in Spiritu veritatis colentes Deum, piorum ſcil: delectationes, quæ ſunt quaſi præambulæ dulcedinis futuræ beatorum: de quibus mellei Doctoris ſuada ſic currit in verba præcitata Pſalmi. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ &c: Hoc ergo centuplum adoptio filiorum, eſt libertas, & primitiæ Spiritûs, delicia charitatis, gloria conſcientiæ, Regnum Dei, quod intra nos eſt, non vtiq; eſca vel potus; ſed iuſtitia & pax, & gaudium in Spiritu S. gaudium ſanè, non modo in ſpe gloriæ; ſed etiam in tribulationibus. Hic eſt ignis, quem voluit Chriſtus vehementer accendi. Hæc virtus, quæ Andream fecit amplecti Crucem, Laurentium videre carnificem, Stephanum pro lapidantibus flectere genua ad orationem. Hæc illa pax, quam ſuis reliquit Chriſtus, quando dedit & ſuam, ſiquidem donum & pax eſt electu Dei, pax utiq; præſentis, & donum futuræ. Illa ſuperat omnem ſenſum, ſed & huic, quidquid ſub ſole placet, quidquid in mundo concupiſcitur.*

168. Pſalm: *Dulcedo Spiritualis animarum quâ grata.* Bern:

piscitur, non poterit comparari. Hæc gratia deuotionis, & vnctio docens de omnibus, quã expertus nouit, quoniam nemo scit, nisi qui accipit. Hactenus *Bernardus.* O felix anima! o beatum cordis illius palatum! cui vel semel prælibasse contigit huius mellitæ dulcedinis bellaria. Sed eheu! quam rarum contingens, cunctis licet concupiscibile. Raritatis causam caue ne refundas in Deum, qui quoniam dum gustatur, suauis est, præuenire quemq; exambit in benedictionibus dulcedinis; sed indispositioni & malè affectionato palato cordis tui, quod multis febribus laborat, id adscribito: De quo audi D. *Augustini* in hunc locum commentarium. *Hic homo impius si dicat, vbi est ista multitudo dulcedinis* (quam ego non experior) *Respondebo Quomodo tibi ostendam multitudinem huius dulcedinis, qui palatum de febre iniquitatis perdidisti? mel si non nosses, quam benè saperet, non clamares nisi gustasses. Palatum cordis non habes ad hæc omnia gustanda, quid tibi faciam? quomodo ostendam? non est cui dicam: Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. Quam magna multitudo Domine dulcedinis tuæ &c:* Febres istæ animarum quæ nam sint, enarrat, S. *Ambros:* l. 4. in *c.* 4. *Luc: Variis* (inquit) *criminum febribus caro nostra languebat, & diuersarum cupiditatum immodicis æstuabat illecebris. Nec minorem esse febrim amoris dixerim, quam caloris: Itaq; illa animum, hæc corpus inflammat. Febris nostra auaritia est: febris nostra libido est: febris nostra luxuria est: febris nostra ambitio est: febris nostra invidia est.* Malignitatis istæ febres, seu æstus indomitarum concupiscentiarum, quantùm inficiant palatum animæ, ut sibi non sapiant, quæ sunt Spiritus, iuxta illud Apostoli. *Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus*; patuit primùm in Israelitis, qui quoniam etiam in deserto febricitabant æstibus gulæ, *Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate, Gen:* 16. ideo cum dapes Cælestes pluerent ipsis nubes, manna illud, symbolum spiritualium dulcedinum, quod iuxta sapientem *c.* 16. *Omne delectamentum in se habebat, omnis saporis suavitatem* nauseabundè recepit vulgus illud ingratũ tam præstans ætheris donum: imò stomachabantur contra illud, dicendo:

Dulcedo Spiritualis, non sentitur ob febrem peccati.

Auguſt:

Ambr:

Eccli:

A *Anima nostra nauseat super isto cibo levissimo. Num:* 21. Simile exemplum ostendit S. *Augusti:* in illis invitatis ad cænam magnam, quorũ Primus dicit *villam emi, eo videre illam, habe me excusatum: Alius dixit: iuga boum emi quinq; ea volo probare, habe me excusatum: Tertius dixit: vxorem duxi, & ideo non possum venire.* In primo intelligit S. *Augusti:* Superbiam vitæ, seu ambitionem sæculi: in secundo, concupiscentiam oculorum: in tertio concupiscentiam carnis. Nonne itaq; vides? qualiter terrenarum rerum immoderatæ cupiditates inficiant palatum cordis, ut propterea non sapiat B animæ vera dulcedo, & mellitæ rerum spiritualium cupediæ, imò super ipsas fastidiat, & nauseet anima.

Num:

Probatur. Figuraliter.

Iterum, cur dulcissimi etiam cibi non sapiant palato, accidit ex paralysi; quæ dum circulationem sanguinis spirituumq; vitalium impedit vel perturbat; quendam stuporem in organo gustûs causat, & malè dispositum ad gustandum reddit. Contra huius mali affectionem, præsentaneum & vulgare habetur anthidotum, grana synapis quæ sunt amarissima: hæc dum infirmus masticare renuit, ampliùs nihil dulce gu- C stabit. Hic occurrit vsurpatissimum illud dictum. *Dulcia non meruit, qui non gustavit amara.* Porro dulcedo, quæ in vitæ spiritualis, actionumq; virtuosarũ latitat cortice, ad speciem quasi amaricans est: virtus enim in arduo posita, durior pomi cortex, suavioris fructus indicium est. Pomum sine cortice exambis, quicunq; dulcedinem virtutis sine difficultate & lucta, degustare percupis. Gloriabatur olim palato suo sponsa, quod in horto sponsi suavissimos pergustasset fructus: *Sub vmbra illius* (inquit) *quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Cant.* 2. Et D qualesnam sponsorum illorum Horti fructus tam eximij? nucea planè, vel cùm nucibus poma, ait sponsa *Cant: 6. Descendi in hortum nucum, ut viderem poma conuallium, & inspicerem, si floruisset vinea mea, & germinassent mala punica* O prudens, & Deo dilecta sponsa anima! ergone in horto tuo permisisti plantari & excrescere nucem, cuius vmbra non exiguum vicinis vitibus solet inferre damnum? Quid amænitati hor-

169.

Cibi non sapiunt ob paralysim.

Virtus, dulcedo in cortice.

Cant:

torum conferunt & conducunt syl-
ueſtres & damnoſæ iuglandes? quæ ſo-
cietas nuci cum pomo? quis vnquam
Nux, virtus cur? ex magnis & præaltiſſimis ramis, inter
lata aſperaq́; nucis folia, prodire con-
ſpexit odoriferum & coloratum pomũ?
Reſoluo controverſiam, ex mente ple-
rumq́; S. *Ambroſii*; qui per fructum dul-
cem gutturi ſponſæ, intelligit gratias
& virtutes, aliaq́; dona Spiritus S. de
quibus S. Paulus *ad Galat:* 5. Inter quos
fructus, quaſi principalem ponit *Origenes*, donum orationis, ſeu contemplationis, quod nobis ſeruiat inter multa
pro exemplo. Nux iuxta *Philonem* de-
ſignat perfectam virtutem. Similiter ex
ſenſu S *Hieron:* & pomum ſeu malum
punicum: quia ſicut vni durum & a-
marum putamen, & alteri cortex in-
ſuavis & amaricans, intus tamen con-
tinent guſtui ſuaviſſima; ita & pariter
fructus ſpirituales, exercitia & merita
virtutum, præſertim orationis, donec
animæ dulceſcant, ſuaueſq́; reddantur
per vſum, plures difficultates conanti
ad perfectionem guſtandæ & deuoran-
dæ ſunt: diſtractionum tentationes, tæ-
dia, ariditates, diſturbia euagationum
mentis, ſuperanda ſunt: adde mortifi-
cationes alias, tàm animæ quàm indo-
mitæ carnis, quæ ſunt adminicula fru-
ctuoſa orationis. Ideo ergo ſponſa de-
ſiderabat videre poma inter ramos &
folia nucum, ut mundi patefaceret de-
ceptionem, qui notat & obſeruat vir-
tutes, & actiones ſeruorum Dei, non-
niſi ex cortice, eaſq́; arbitratur eſſe a-
maras, ſed prædulcia & ſuavia poma
ſunt: quia ſi ex vna parte guſtant a-
maritudinem difficultatum, ex altera
parte maiores recipiunt in anima con-
Auguſt: ſolationes: *Nux* (inquit S. Auguſt:) *fo-
ris amara & dura, intus eſt fructuoſa & in
medio dulcis; ita & tribulatio, etſi vide-
atur aſpera; fructum tamen dulcem habet ab-
ſconditum.* Vnde Regius Pſaltes dixit:
Pſalm: *Pſal: 93. Secundùm multitudinem dolorum
meorum in corde meo, conſolationes tuæ la-
tificauerunt animam meam.* Ergo quiſquis
dulcedinum ſpiritualium fame preme-
ris, ſtupori primò palati tui meden-
dum eſt: irritanda eſt acribus fames
animæ: duriora quæ in initio exercitii
virtutum contingunt, conſtanter ſupe-
Dulce in amaro. randa, & tum tibi guſtare licebit, quàm
ſuavis ſit Dominus. Tunc afflues &
videbis in temetipſo illud impleri, quod

A de oratione ſcripſit S. *Gregor: Dulce eſt* Greg:
*ſibi cæleſtia cogitare, in æternitate oculum
intimum figere, ut aliquando in fletibus etiam, mens accenſa compungatur, & inter lacrymas ſubleuato Angelorum cibo, ipsâ videlicet ſapientiâ, quantò dulciùs, tanto avidiùs paſcatur.*

Probatur. Hiſtoricè.

Tertiò tandem vitiatur palatum, ad 170.
guſtanda ſuauia, noxiorum maſticati-
one: quod etiam myſtice euenire pluſ-
quam certum eſt. Fatetur S *Bernardus* *S. Bernar-*
lib: de clam: Se aliquando vidiſſe *di viſio,*
quinq́; viros, quaſi phræneticos: pri- *de 5. vo-*
mus illorum buccis tumentibus in lit- *racibus,*
B tore marinam maſticabat arenam: hic *adnotan-*
deſignabat auaros: aliâ ex parte vidi *da.*
(inquit) hominem ſedentem ad palu-
dem, quæ teterrimam exhalabat mem-
phitim, his ſordibus guſam explebat
& famem: denotabantur homines car-
nales. Tertius ſtabat ad oſtium forna-
cis, & flammas prodeuntes novus
helluo glutiebat: ſignificabat iracundos.
Quartus altâ ex turri ore immanè quan-
tum ducto auram captabat, quaſi v-
no ex aere vita penderet: repræſenta-
batq́; ſuperbos, ambitioſos. Vltimus
crudis & incoctis carnibus, quaſi adi-
palibus bellariis, ſummo cum guſtu &
C delectatione veſcebatur: talis ſignifica-
bat invidos, triſteſq́, de bono proximi
ſui: Quidni putas? quomodo his hel-
luonum buccis ſapiant, vel ad guſtũ
poſſunt eſſe cœleſtia & ſpiritualia. Vti-
nam ſaperent & intelligerent! vel ad
modicùm euomerent hæc toxica, vt
tantillùm deguſtarent, quàm ſuauis ſit
ſuis Dominus. Arbitror id in illis e-
uenturum, quod cuidam Cænobitæ de-
licatulo contigiſſe legitur: qui dum me-
liora cæteris edulia ab Abbate popo-
ſciſſet, & obtinuiſſet; vidit S. Petrum
cum quodam Abbate defuncto ex py- *Eremita,*
xide aurea, cuiq́; fratrum, ipſo tan- *delicioſus,*
D tùm ptætermiſſo, cæleſtem ambroſiam *a S. Petro*
diſtribui, cuius ille a vicino modicâ *confuſus.*
particulâ furtiuè ablatâ, cum de illa
vix deguſtaſſet, tantâ dulcedinis ſuavi-
tate animam ſuam repleri ſenſit; vt
penè in extaſim raperetur, atq́; ſic de-
inceps omne partialitatis vitium exo-
ſus, perfectiſſimè in Religione vixit.
Conſtat itaq́; vitio palati cordis noſtri
id contingere, quando cui ſpiritualia
non ſapiunt.

PARS

PARS II.

SS. DEIPARA, Dulcedo dulcedinum.

171. ETiam hodie, iterumq; ænigma illud fortissimi Samsonis Philistæis propositum, longè venustiùs in nomine MARIÆ soluitur. *De comedente exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Iud:* 14. Quid enim fortius Leone, vel Leæna illa, quæ nobis genuit Leonem Christum, iuxta *Epiphan. lib: 3. hær: 78.* cuius vel ipsum nomen, turris fortissima contra malignos Spiritus, qui attestante *Kempensi, s. 4. ad novitios* audito hoc nomine diffugiunt. *Quid dulcius melle?* cum *Cæsar: Cister:* nomen hoc, mel in ore appellet. Harum ergo dulcedinum Marianarum, quia hodie scil: in eius Annuntiatione, solito liberaliùs funduntur scaturigines, avidiùs degustemus hæc sacra prælibamina.

In Maria solvitur ænigma Samsonis.

Probatur Scripturaliter.

172. JN MARIA primùm collige, esse Dulcedinem ex nomine, quod hodie primùm in recto nominari audio in textu Euangelii, *Et nomen Virginis Maria.* Huius perauguſti nominis mysteria enarraturus quondam noster S. *Bernardinus Sen:* tanti nominis prærogatiuâ perstrictus, sic fatus esse legitur supplicando Virgini *Tom: 3. s. 1. Da mihi Virgo virtutem, ingenium, sermonem, ut fidelibus tuis & devotis valeam nuntiare gloriam nominis Tui, non quantum est; sed ut tantillùm ego parvulus tuus tuis laudibus immensis enuntiem ad gloriam tuam, & deuotionem meam.* Hæc Sanctus ille. Paria & mihi, licet nec pari, nec sancto, o quoties ingeminanda essent! cùm non sit speciosa laus de ore peccatoris, & qui Mariam laudat, laudibilis esse ipse quoq; debet: sed audendum tamen pro posse & gratia. Scio locupletes ex lingua Chaldæa, Syriaca, Hebræa, Latina, huius nominis haberi apud Authores significationes: non latet me, Zoar, & Circulatores aut Caballistas ex coordinatione literarum, vel illarum sympathia cum astris, & syderibus, interpretandi novum adinuenisse modū: volupe est legere nonnullorum subtilium Theologorum opinionem, quod nomini huic ex pacto seu institutione Divina competat, quosdam operari effectus ex opere operato, ad modum Sacramentalium, quod probat *Chrys: Vega Palaest: 18. Cert: 4. n. 1384.* Huic ego lubens adhæreo, quoniam inter huiusmodi effectus nominis MARIÆ, numerat ipse dulcedinem Spiritualem, quæ efficaciter imprimitur menti, nomē hoc pronuntiantis. Itaq; non ex astris, non ex radicibus literarum, aut linguarum, sed & ab effectu & consensu planè omnium Doctorum, ly *MARIA,* idem sit quod DULCEDO: ut idem sit hodie cum Euangelista dicere, *Et nomen Virginis MARIA,* quod, *Et nomen Virginis Dulcedo.* Primus asserti testis sit meus *Antonius Padu:* qui Dom: 3. *Quadr:* hæc habet verba: *Nomen MARIÆ iubilus in corde, mel in ore, melos in aure.* Succedat Minoritæ Minorita nominis huius dulcedinem deprædicans *Bernardin: Sen: ser: 3. de nomine MARIÆ.* Testis, (ait) *conscientiæ meæ est Dominus, quia si aliquando, cælesti gratiâ largiente, exterioribus curis exemptus, laudibus Virginis valeo vel per horam occupari; tantâ mentis lætitiâ saucior, tantaq; interiùs suavitate perfundor; ut cunctis mundi vanitatibus & concupiscentiis conculcatis, nihil aliud appetam &c. Quandoquidem in sordibus adhuc carnis & mundi luto degentibus tam læta contigit in eius nominis contemplatione sentire; Ad ipsum deniq; Mariæ nomen iterum contemplandum, iterum, atq; iterum descendere libet.* Confirmat id *Alcuinus, hom: de nat: V. Tu nec nominari quidem potes MARIA, quin accendas: nec cogitari, quin recrees affectus diligentium Te.* Richar: a S. Laur: *l. 1 c. 2. Sicut nomen IESU, mel in ore, in aure melos, in corde iubilus; sic & nomen MARIÆ, & etiam amplius, si dicere audeamus. IESUS enim quasi superbum nomen est, & nimium potens, nostrum humiliùs nomen affectus decet, ut si in IESU, aut Deitatis aut sexûs virilis austeritatem aliquis vereatur, recurrat ad Mariam, in qua nihil horum suspectum.* Addit asserto nostro non modicum pondus illa satis ingeniosa simulq; deuota *Petri Clun: Abb:* quæstio, cur media syllaba nominis MARIÆ producatur? quam resoluendo sic ait: *Nomen tuum in desiderio animæ: sapor autem specierum non perfectè perpenditur, nisi species diutiùs masticentur, ideo media nominis huius, MARIA, syllaba longa est, ut in eius nominatione diutiùs immoremur.* Fauet huic adhuc clariùs sensui *Richard: sup: cit: l. 12. Ideo huius nomi-*

MARIA, dulcis a nomine.

Bern: Sē:

MARIA nominis mysteria.

A B C D

Ant: Padu: Bernar: Alcuin: Richard a S.Laur Petr: ClunAb: Richar:

minùs MARIA, *media syllaba longa eſt, ut in nominis eius prolatione diutius immoremur, ac maiori perfruamur dulcedine.*

Probatur Figuraliter.

173. *MARIA dulcis ab vbere.*

Secundò. B. V. MARIA hodie colligitur eſſe DULCEDO ex vbere: nam hodie, dum ad verba cæleſtis nuntij, Mater fieri conſentit, dulciſſimorum vberum, quibus poſtea lactatura erat Dei Filium, prærogatiuam accepit. Pluries legitur ſponſus dilaudaſſe vbera ſponſæ ſuæ, partim à pulchritudine, Cant: *Cant: 4. Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ, Soror mea Sponſa,* partim à fæcunditate, *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli,* ſed præcipuum illud eſt, vbi laudabantur a dulcedine lactis *Cant: 1. Meliora ſunt vbera tua vino:* Quod totum Typice de Maria, eiuſq; vberibus facilè creditur. Pulchræ dicuntur Mammæ ob privilegium virginitatis: fæcunda vbera, ideoq; ſubſilientia tanquam hinnuli, ob prærogatiuam Maternitatis hinnuli illius, qui ſaliens de monte cæleſti, venit in terram, ſalutis humanæ ergò. Dum autem meliora dicuntur vino, dulcedinis miræ ambroſiam deſignant ratione lactis, quo lactauit Filium Dei vbere de cœlo pleno. Ait enim quidam: Merum, ex Mariana vinea, lactis ſuaviſſimos parit effectus. Vinum Domino profert virgo adnata aſperitate exutum, in ſuauiſſimum lac conuerſũ. O Beata MARIÆ vbera! quæ nedum lactauerunt Chriſtum Dominum; ſed miræ ſaccareæq; dulcedinis perfuderunt nectare plures: ſcil. ipſammet Mariam, Deum Patrem, Chriſtumq; eius, & Angelos. Dulcis profecto ſibi ipſi MARIA ab vbere, ait enim *Aloys: Novar: Vmbr: n. 427. Maria maximo & inexplicabili gaudio perfundebatur, cum Filium ſuum lactaret, eiq; fugenda præberet vbera: præueniebat enim illa conceptum B. Laur: Iuſtin: ipsumq; maſticabat in corde: Quæ ratio capere ſufficit redemptionis beneficia? quomodo factus eſt homo hominis factor, ut ſugeret vbera, qui regit ſydera, ut eſuriret panu, ſitiret fons, &c:* Dulcis deinde MARIA ab vbere Patri cœleſti, nam *Guilhel:* expendens cit: verba de mammis ita fatur: *Quam gratæ ſunt oculis Patris mammæ tuæ, quæ Filium vnicum aluerunt, quàm pulchræ ſunt, quæ lacte ſingulariter candido tumuerunt* Dulcis tandem ab vbere Chriſto Filio ſuo, quia ob abundantiam vberum eius, ſimul cum

MARIA lactans, dulcedine perfruebatur.

Aloys:
Novar:

MARIA dulcis Patri æterno.

Guilhel:

MARIA, dulcis Filio.

A lacte dulcedinem miſericordiæ erga peccatores, exſuxit. Firmandæ rei gratiâ, adduco *Richard:* pium Doctorem. *Iſtud quodammodo infinitæ æſtimationis eſt, quod nobis per vbera ſua præſtitit Virgo obſequium, quod ſcil: indolem ſuam miſericordiſſimam & genium illum ad benefaciendum, ad compatiendum, ad ignoſcendum, facilem Filio ſuo vnâ cum lacte inſtillarit.* Hîc libens illa verba flexerim, quæ habet *Iſaias* c. 11. vbi cum Chriſti aduentum prædixiſſet; *Egredietur virga de radice Ieſſe,* de Chriſti lactatione ait: *Delectabitur infans ab vbere.* Inſolens non eſt vel inſuetum, infantem ab vberibus delectari, præſertim virgineis & puriſſimis; B ſed illud mirum, quod ſubdit: *Super foramine aſpidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet.* Quid aſpidis foramen ad vbera, vel lac? quid cum ablactatione, cauerna reguli? An hic peccatores ſignificantur? qui vbi Chriſtus materna ſuxit vbera, peccati virus evomentes deſierunt deſæuire, nam ſtatim ſequitur. *Non nocebunt & non occident* manſuetiores facti, acſi hoc à Virgineis vberibus factum ſit, & Matris lac Chriſtus ſugens, didicerit hominibus parcere. Audiendus de hoc iterum idem Doctor. *Delectabitur* (inquit) C *ineffabiliter infans ab vbere Matru ei repræſentato: ſequitur, ſuper foramine aſpidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet: Chriſtus enim delectatus ab vbere Matris tendit manum gratis ad malos, qui priùs fuerant foramina aſpidis, & cauerna reguli.* Dulcis adhuc MARIA ab vbere SS. Angelis quàm enim gratum & dulce ſpectaculum fuit ſpiritibus illis, Deum videre ab vberibus virginis pendentem, lac ſugere. Illorum putat *Guilhel:* fuiſſe verba Cantic: *Quam pulchræ ſunt* D *mammæ tuæ,* qui inſuper addit: *Planè ſpecie & pulchritudine ſua Sanctos Angelos oblectabat, cum ab eis penderet ſpecioſus præ filijs hominum, Dominus Angelorum.*

Ab vberibus Mariæ exsuxit Filius miſericordiam.

Iſa:

MARIA dulcis peccatoribus & Angelis.

Probatur Doctoraliter.

174. *MARIA dulcis à verbo.*

Tertio DVLCIS MARIA a verbo & ſermone, hodie præſertim, dum agendo cum Angelo eructauit illud toti vniuerſo ſalutiferum verbum: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum:* Primum inter Doctores meretur locum Doctorum ſapientiſſimus, imo Magiſter, Spiritus S, qui de voce commendans labia Sponſæ MARIÆ, ait:

Eaum

Fauus distillans labia tua. Cant: 4. Quæ valde appositè rei nostræ interpretatus est Seraphicus Doctor *Spec: lect:* 11. Nonne Maria mundissimum lac habuit sub lingua? quando castissimum illud verbum ait: *Quomodo fiet istud?* Nonne Maria etiam dulcissimum mel sub lingua habuit? quando illud mellifluum verbum dixit: Ecce ancilla Domini. Dulcissimæ suæ sponsæ, etiam a spōso suo gratiosissimæ eius vocis non desunt testimonia: sic enim alloquentem audio: *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis. Cant:* 2. Imò S. *Birgitta l.* 1. *Revel. c.* 6. fatetur se audiuisse Christum alloquentem suam SS. Matrem similibus verbis. *Verba tua mihi sunt suauia, & delectant intima cordis, tanquam potus suauissimus.* Et iterum *c.* 5. dum supplicantem Filio pro mundo videret Virginem, hisce respondisse illi Filium asserit: *Benedictum sit verbum oris tui. Hoc quasi odor suauissimus ascendit in Deitatem: faciam quod vis.*

Probatur Miraculosè.

175 *MARIA, dulcis à cantilatione.*

Dulcis quartò est MARIA à Cantu: quod ipsum probat vetus illud ipsius Canticum, quod in domo cecinerat Elizabeth, tot miraculis ibidem approbatum, tum salientis in vtero infantis, tum prophetiâ Elizabeth Christum euangelizantis. Hoc Mariæ canticum quomodo ex mira ipsius dulcedine commendauerit S. *Laur: Iustin:* de *disc: Monast:* audiamus. Post spiritualem & Angelicam salutationem, post VERBI ineffabilem ex se Incarnationem, post desideriorum humilium ardorem, & innumerabilium gratiarum exhibitam Deo actionem, post Elizabeth tacitam salutationem, tanquam plenissimum vas odoramentorum cælestium in se nimiâ ardens charitate, quum os Sanctissimum aperire cæpit, eructauit canticum illud eximium, canticum æternis iubilationibus plenum, & Sacramentis multis repletum, & ait: Magnificat anima mea Dominum &c. Antiquis hisce hymnis Mariæ, dulcissimæ Tympanistriæ nostræ, noua superaddo, eiusdemq; superinduco Drammata, quæ cuidam sibi deuoto ceciniſſe ipsa legitur. Rem sic enarrat *Cæsar:* l. 2. c. 22. Fuerat in almo Cistercienſum ordine religiosus B. Thomas dictus, tenerrimè deuotus, & addictus B. V. Mariæ: qui aliquando ardentissimè exoptabat singularem aliquam visitationem seu reuelationem a Virgine Diua: cuius rei consequendæ gratiâ secesserat ad hortulum vicinum cellulæ, exercitij sui manualis aream: oculisq; in Cœlum defixis, hæsit tantisper: en subitò miraculosa succedit visio: quædam venustissima & splendidè ornata Virgo, propiùs accedens, sic eum affata est: *Placetne tibi audire aliquid de Canticis meis?* respondit ille. *Libenter audio, canta Virgo egregia:* cecinit illa modulamen Cœleste suauiter adeò; ut cor audientis diffluì ipsi videretur: quo finito & ipsa reuerenter valedicente seruo Dei, breui interuallo succedit alia, æque priori similis, si non venustior & ornatior, atq; paradisiacum carmen excellentissimè modulata est: vna putabatur esse S. V. Catharina, & alia Agnes, Martyres, & Virgines. Vltimò tandem quasi ancillas suas præambulas subsequendo apparuit ipsa Domina Cœli & terræ Maria cum insigni comitatu Angelorum, quæ præamanter salutando seruum suum, sic eum affata est: O Frater nunc venio ad te, ut interim aliquantisper gratificer deuotioni tuæ in me: volo tibi Cœlestem ipsamet intonare strophaṁ: aures erige & ausculta. O bonam Dominam! o dulcissimam Tympanistriam! totam se solvit in organa vocis, tamq; suauiter seruo suo modulabatur; ut dulcedine excessiuâ cor ipsius opprimente, exanimis pene in terram corruerit: & sic euanuit visio. Ergone MARIA non *Dulcis* in Cantu?

Mira apparitio cantilantis Mariæ

Probatur Historicè.

176. *MARIA, dulcis operè.*

Vltimò Beatissima Virgo DULCIS est in opere. Ab illa etenim in actu & reipsa, dulci nectare aut lactatos, aut potatos esse quosdam historicæ traditiones docent. Primus utpote præcipuus Cultor MARIÆ censendus est S. *Bernardus Clareuall:* qui insigni beneficio 3. Maji traditur in *Chron: sui Ords.* vberibus MARIÆ esse lactatus. Historiam *Bidermanus l.* 2. *Epigr.* venusto complexus est carmine.

Virgineo stabat signum venerabile templo,
Indita cui magnæ forma Parentis erat.
Hìc solitâ Bernardus opē dum sedulus optat,
Tergeminumq; leui murmure dicit Aue;
Ter vocat atheriæ portam blandissimus aulæ;
Ter Stellam æquoreæ cernuus orat aquæ;
Deniq;, Mater, ait, magni facunda Tonantis
Incipe

S. Bernardus lactè MARIÆ potus, similiter & aliqui.

Incipe te Matrem Virgo prabere meam.
Sic ait, & niuei respexit ad vbera signi,
Vbereq, e niueo lacteus imber iit
Cum mediu fluxo, postquā aera transiit, arcu
Arida Bernardi fluxit in ora liquor.

177. Neq; id semel, sed iterum atq; iterum Sancto Patri accidisse, traditum ab aliis est. O felix! cuius os Virgineo maduit lacte. Quid ni tam dulcis, tam suauis, melleus, lacteusq; eius sermo extiterit? Vel nuda huius rei cogitatio, singulari dulcedine mentem perfundit, eximiâ suauitate afficit. Simile beneficium multoties præstitisse legitur, ut *B. Alano a Rupe in vita eius:* Imò nouissimè quasi in diebus istis, nam A. D. 1581. paria contigisse Romæ refert *Nadasi* in quodam adolescẽte: qui cum extremis non tam cum vi morbi, quàm cum impetu molestissimarum tentationum nimiùm luctaretur, opem implorauit Mariæ. Apparet sole illustrior Regina, fidei actibus fatiscentem confortat: vegetior factus, pabulo Eucharistiæ Viatici reficitur: et dum de more ablutio oris illi porrigeretur; respondit Ministris, se ipsâ non indigere: iam enim (inquit) Regina cœli potavit me Calice Sanguinis Filij sui, insuper vberum suorum lacteo nectare linguam meam recreauit. His adde Historias illas, in quibus aliquoties legitur, Religiosos deuotos, communi mensæ assidentes, a Beatissima visibiliter visitatos, cælesti ambrosiâ conditas de manu ipsius accepisse portiones. Itaq; ex omni circumstantia cum Dulcis sit MARIA; rectè à me DULCEDINEM dulcedinũ appellatam censueritis.

Adolescẽs Romæ, vberibus Mariæ refectus.

Epilogus.

STultam fuisse rusticorum petitionem approbat *Galenus l. de nutrim: Rusticorum votum est, o Iupiter! plue mel:* nam quos sudoris acrimoniâ madefecerat in labore; in exigua quiete mellis dulcedinem petere non debebant. Sed pace huius medici, etiam rusticitas sapit nonnunquam, vel saltim si errat, per id alios meliùs sapere facit: sapiamus & nos ab illis salutariter. Post tentationum superatos agones, post tam laborioſam virtutum culturam, sudant nostra languentia membra, vireſq; animæ deficiunt adeo; ut non iam guttis sudoris, quàm lacrymarum profluuiis interdum obruantur oculi. En præsto Dulcedo dulcedinum MARIA: en mel illud, iuxta *Richard: l.* 4. quo gustato illuminantur oculi Jonatæ, scil: iusti. Inclamemus ergo, non iam superstitioſum illud: *O Iupiter plue mel,* sed votum illud ardentissimum Limbi Patrum *Rorate Cæli desuper.* Pluat nobis mel & dulcedo animarum nostrarum MARIA, quæ omnem amaritudinem peccati, (quod intendit Bernard: sub Salue) expellit, *impetrando gratiam, quæ nobis dulcorem acquirit, quæ ad suauitatem Patriæ Cæleſtis contemplantes introducit.* Nos felices, quibus Sanctum mellitumq; nomen hodie innotuit, quod in thesauro Divinitatis delituit, donec supera pietas illud exprompsit: quo factũ est, ut post Nomen JESU, nullum suauius, nullum dulcius, salubrius nomẽ nullum insonet, aut inuocetur, quàm SS. Virginis Sanctissimum Nomen Maria. Hoc ut in tempore, & æternitate dulcescat in cordibus nostris, piissimo interuentu eius, faxit infinita Bonitas,

DEUS. AMEN.

178. Galen:

FASCIATA Sponsa dolorum.

SS. DEIPARA

In Paraſceue. ſeu Pro Compaſſione B.V.M.

Stabat autem iuxta Crucem Iesu Mater eius. Ioan: 19.

179. DE Sapientiſſimo illo mortalium ſponſo Salomone ipſiuſq; nuptiis, figuram præviſſe CHRISTI, planè omnium conſenſus adeſt Doctorum. A. A. Hic porro, Cœleſtis ſponſus cũ multiplici ſponſa, Humanitate ſcil: Anima Sancta, imò ſimul & cum Matre ſua ſponſa MARIA (de quo vide Cornel: a lap: Prol: in Cant:) dum iam diem lætitiæ & nuptias celebraſſet, hodie demum, ſcil: in Paraſceue coronatus ſpinoſo diademate, quô coronauit eum Mater ſua Synagoga, nouam fæcundiſſimamq; ſalutis noſtræ futuram Matrem, ſponſam ſibi adſciſcit, mortem videlicet doloroſiſſimam: rectè proinde nominandus ſponſus dolorum, vel ſponſus mortis. De quo typice ſcriptum eſſe aſſerit *Michael Gislerus in Cant: 3. Videte Filiæ Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis ipſius.* Diem autem illam triſtiſſimam dicit, diem lætitiæ ſuæ, ideo (ut aduertit Lyreus de Paſſ: l. 4. c. 5.) Quia nullus ſponſus tam magno mirificoq; amore ſponſam ſuam dilexit; quantâ hic inductione animi ſui ad amandam Crucem trahi ſe atq; impelli paſſus eſt: quamuis non aliud ab illa expectaret dotis patrimonium, quam mortem. *Alexander ab Alex:* ſcribit morem fuiſſe quibuſdam Ethnicis, dum defunctorum maritorum (quod ipſis gloria erat) corpora publico cremarentur foco, circumſtantium vxorum, quæ plures habebantur in conſpectu, vna nobilior, & ornatior tenebatur eidem inſilire rogo, & ſimul cremari cum marito. *Stabat autem iuxta Crucem Mater eius.* En hodie dolorum ſponſus incendiis exceſſiuæ charitatis in amplexibus fatalis ſuæ ſponſæ ſcil: mortis, crucis crematur in rogo. Circumſtant & cæteræ ſponſæ, pientiores videlicet animæ, ſed à longe. *Stabant autem à longe noti eius & mulieres.* Sola præſtantiſſima eius ſponſa & Mater *Maria ſtabat* ad rogum, id eſt iuxta Crucem, ardentiſſimis compaſſionis ſupercrudeliſſima morte Filij ſui cremata ignibus: ſtabat autem, ut ſemper ſolet, ornatiſſima, Faſciam induta pectoralem, ſeu zonâ præcincta ad mamillas, ut per hoc luculentiùs materni cordis ſui manifeſtaret immenſam dolorum magnitudinem. Quare ſi vidimus hodie ſponſum dolorum in vepreti diademate; videamus quoq; ſponſam eius zonâ pectorali faſciatam. Dolentiſſimã Mariam: cuius compaſſionis dolores ſub ſimilitudine Faſciæ Pectoralis declarabo: præmittendo morale: ſignum eſſe incertæ & non fidelis Sponſæ Chriſti, ſcil: animæ carentis gratiâ Dei, ſi in hiſce Paſſionis Chriſti feriis non adſtat morienti, faſciam induta pectoralem: id eſt, ſi motus Compaſſionis in corde ſuo minimè ſentit. Interea breuiter conſolemur mæſtiſſimam Matrem.

Quis tuos capit dolores?
O Mater egregia?
Sed & animi mœrores
Altaq; ſuſpiria.

Chriſtus, ſponsus mortis, ſeu Crucis.

Vxorum vna, concremabatur marito.

MARIA, ſponsa dolorum, faſciata.

PARS I.

Non amat Chriſtum, qui ei non compatitur.

180. SCribit Alexander ab Alexandro Gen: l. 2. c. 25. apud Iberos & Gallos olim fuiſſe zonam ſeu menſuram, aliàs cingulum a Magiſtratu inſtitutum, cui venter alicuius ſi cinctus benè adæquaret, huiuſcemodi magno probro habebatur: id enim erat ſignũ hominis deſidioſi, & ad labores quos illa gens amabat, malè diſpoſiti, ob craſſi-

Mensura ſeu cingulus vẽtrum apud antiquos.

crassitudinem, quam ille cingulus laxus demonstrabat. Idem cogita de Anima illa, cuius hodie viscera compassiuus non constringit dolor, neq; caro alicuius mortificationis cingitur exercitio, sed æquè ut & alijs diebus indeuotus laxatur ad sæculi curas, ad mundana, ad risus & jocos: talem porro, probrum Christiani hominis noueris, & infidelis spõsæ, argumentum præseferre.

Probatur. Scripturaliter.

181. Scimus benè ex S. Scriptura, quòd simul cum vnguiculis Creationis, huius mundi, summus rerum opifex Deus homines illos, inter quos haberetur aliquis nexus, unam quodammodo rem, quia vnam appellauerit carnem; nam ligando nexu Matrimoniali Adamum & Euam, adjecit dicens *Gen: 2. Erunt duo in carne vna.* Hinc est, quòd & D. Paulus instituendo coniuges ad bonam commansionem, ijsdem verbis vsus fuerit pro argumento, vbi simul virum Caput appellat: *Caput autem Mulieris est vir, Cor: 6.* Mulierem verò pro reliquo corpore censet: quâ similitudine vsus est etiam, quando explicabat mysticum matrimonium, seu nexum inter sponsum Christum, & sponsam Ecclesiam: quod suo modo extenditur in singulari ad quamlibet animam justi manentis in gratia sanctificante: hoc etenim sensu alloquitur talem idem Apostolus 1. *Cor: 13. Vos autem estis Corpus Christi & membra de membro.* Huius Corporis caput est Christus. *Facientes* (inquit Idem) *in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & contextum &c:* Itaq; iacto huiusce modi ex Scriptura fundamento, facillimè convincetur illa Anima, quæ fasciâ pectorali, seu affectu Compassionis supra dolentem Christum caret, id est, dum Christi anima est tristis vsq; ad mortem in horto; ille ridet, & jocatur, diebus Quadragesimalibus scenas, galerias instruit, vel frequentat, negotiis sæcularibus totus immergitur: dum Christus duro in Crucis patibulo mortali oppressus somno pendet; ille post dulcia, opiparaq; epulas, mollibus in culcitris stertit, atq; vel minima de Christo passo pulsari cor suum cogitatiunculâ non sentit: talem inquam animam esse in gratia DEI valde incertum est. Antiquum proloquium. *Quando caput languet, cætera membra dolent.* Exangue & inanimatum membrum vel saltim morituriens esse censetur illud, quod non dolet, non sentit, dolente & sentiente capite. Caput nostrum sponsus noster Christus Quadragesimalibus feriis doluit & dolet, utpote sponsus dolorum, in omnibus membris. Dolet in capite 1000. vulneribus saucio, tribusq; cerebro suo hærentibus aculeis: dolet in dorso, per semialteram horam à 50. robustissimis sibi succedentibus ad columnam 6666. plagis flagellatus & afflictus: dolet in manibus, pedibusq; Cruci dirè acclauatus: Dolet in visceribus & stomacho, præ siti, præ biduana fame, præ fætidissimo phlegmate, quod violenter apertis faucibus Saluatoris, spurcissima illa gens inspuebat. Dolet insuper in Anima, exiguum tàm amaræ passionis prævidendo, in saluandorum numero, fructum. Hæc dum, o homo! deuotè perpendis dolentis capitis tui amara, & simul sentis animam tuam tangi, & constringi piæ cuiusdam & amorosæ compassionis motibus, corq; tuum resolui incipit in lacrymas, & interea arctius adhuc zonâ seu fasciâ pectorali cor tuum constringere cupis, id est piâ meditatione, vel lectione librorum de Patiente Christo, exorientes compassionis motus, in voluntate tua dilatare conaris; magnum indicium est, quod non sis Capitis tui Christi inanime membrum, sed quod vivis in illo per gratiam: & ita in idipsum fascia hæc pectoralis compassionis, testatur te fidelem, & veram esse sponsam Christi. Verùm contrarium cogita, si pectus tuum hacce fasciâ non premitur: ait enim quidam *Asceticus. Si non compatimur, signum est, quod membra eius non sumus, nec de Spiritu eius vegetamur.* Coincidit in sensu *S. Bonau:* alloquium illud *stimul: amoris. Quare magis compateris paruæ punctura pedis tui, quàm grauissimæ morti Domini tui? O homo! nonne tibi videtur, quod illum plus diligis, cui plus compateris in dolore? Ergo numquid plus diligis pedem tuum, quàm Dominum tuum?* Certe videtur, quòd tanquam putrida membra iam sumus excisi a capite nostro JESU Christo, quia ipso vulnerato eius vulnera non sentimus. Tandem

Gen: Corin: Corin: Compati Christo, fascia pectoralis. Dolores Christi multiplices. Ascet. Bonau:

dem iſte Seraphicus contra hominem huiuſcemodi tanquam contra beſtiam ſic debacchatur. *Si* (inquit) *hæc omnia non valuerint tibi, tam nobiliſſimo beneficio Paſſionis indignus es: & de caterò non reputes te hominem ſed beſtiam, & cum feris ſit habitatio tua: quia indignus es conſortio aliorum.*

Probatur. Figuraliter.

182. Conqueſtus aliquando coram Propheta ſuo legitur DEUS, contra ingratitudinem & oblivionem beneficiorum ſuorum, quam teſtabatur dilecta quondam eius Sponſa ſynagoga Judæorum: hanc ideo induxit in Perſona ſponſæ habentis pretioſum monile, zonam ſcil: ſeu pectoralem faſciam, (quod idem eſſe apud *Scherl:* cenſetur) Sic ergo in Perſona DEI tatur Propheta: *Numquid obliuiſcetur Virgo ornatûs ſui, & Sponſa faſciæ pectoralis ſuæ? populus autem meus oblitus est mei in diebus innumeris.* Ezech: 2. Ezech: Hic videtur Dominus Deus, memoriam beneficiorum ſuorum, quæ præſtiterat affluenter illi populo, appellaſſe faſciam pectoralem, ſeu zonam ſponſæ ſuæ Synagogæ. Quoniam autem, ut obſeruat cit *Scherlog: in Cant:* apud Antiquos, faſcia pectoralis in ſignum fidelis coniugij apud veteres geſtabatur, prout eſt in uſu nunc annulus pronubus: proinde Deus, non cernendo apud ſynagogam huius faſciæ ornamentum, ſcil: aduertens nullam haberi gratam memoriam ſuorum beneficiorum, ſed quòd iuêre cũcta in abolitionẽ & obliuionem perpetuam, implicitè ipſam redarguit de amiſſione tam pretioſi monilis. *Numquid* (inquit) *obliuiſcetur Sponſa faſciæ pectoralis ſuæ, populus autem meus oblitus eſt mei* Imo ſi ſe reflectere placeat ad ſuperiores verſus capitis, in quibus exprobrantur Genti illi, adulteria *Sub omni*(inquit) *ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix,* colligere hinc licebit, in tantorum criminum ſponſæ notitiam Deum deueniſſe, non aliunde niſi ex carentia huius pectoralis faſciæ, ex defectu ſcil: memoriæ beneficiorũ Dei. Idem omninò adæquatiſſimè quadrare videtur in particulari cuilibet Sponſæ JESU, ſeu animæ, quam in Sanguine ſuo ſibi deſponſauit ille, cuius cùm longè maiorem curàm habere credendus eſt, quam olim ſynagogæ; eam proinde ornatiorem videre cupit: idq; omninò ad formam ornatus proprii. Et quiſnam ille ornatus Chriſti? non alius, niſi faſcia ſeu zona pectoralis, referente id oculato teſte. *Apoc:* 12. *Et erat* (inquit) *præcinctus ad mamillas zonâ aureâ.* Et hæc ex ſenſu *Ioan: Sylv* ſymbolum fuit amaræ Paſſionis Chriſti: quæ aurea dicitur ob eximiam dilectionem noſtri, *Nam oblatus eſt, quia ipſe voluit.* Simili huic aureâ zonâ præcinctas Sponſas ſuas habere cupit JESUS, ſaltim per piam memoriam & recogitationem paſſionis ſuæ, per cordis coarctationem motibus amoroſæ compaſſionis ſuper doloribus ſuis, ſub his præſertim doloroſis Paſſionis ſuæ feriis. Et utiq, Mater noſtra communis Eccleſia ſtatim ab initiis Chriſtianitatis pluritnùm fuit & nunc ſolicita eſt, in exornandis hoc apparatu dolorificæ faſciæ pectoralis filiabus ſuis, ſcil: animabus fidelium: ſiquidem quidquid hiſce feriis in ceremoniis Eccleſiaſticis proponit, totum lugubre eſt, Paſſioniſq; Chriſti rememoratiuum, atq; ad cõmouenda pectora mortalium ad fletus, ſingultus, idoneè diſponens ita, vt nefas grande antiquitus inter orthodoxos haberetur, in tàm triſti proſcenio, his ſcil: feriis, iocari vel ridere. De quo *Bernard. Quis tam irreligioſus, qui non compungatur? quis tam inſolens, qui non humilietur? quis tã delicioſus, qui non abſtineat? quis tam flagitioſus, ut non contineat? quis tam malitioſus, qui non paniteat iſtis diebus?* O pretioſam pectoralem faſciam compaſſionis! o præſtantiſſimum monile ſignumq; ſimul, fidelis & dilectæ DEO ſponſæ animæ! Sed quia iam vſu venit, vel potiùs peſſima pernicioſaq; deſuetudine fit, quòd plerumq; his feriis pauci compaſſiuæ exercitationi ſtudeant, pauciores, qui ad Eccleſiaſticas Ceremonias, conciones, Exhortationes de Paſſione, conueniant, pauciſſimi qui afflictatione aliqua carnis Chriſto patienti compatiantur, vno verbo dicam: dies iſti tres, cenſentur apud ſeculares eſſe feriales, qui deberent eſſe feſtiuiſſimi; ideo Saluator tantam indeuotionem & ingratitudinem reprehenſurus in fidelibus, tanquã ſuſpectæ ſpõſæ de amoribus alienis, ſub faſciæ pectoralis ſimilitudine obliuionẽ tãti beneficii, exprobrat per Prophetam. *Numquid obliuiſci poterit &c, populus autem*

Zona pronuba antiquis.

Zona aurea, Paſſio Chriſti.

Apoc:

In Paraſceue videre, nefas antiquis.

Bern:

lus autem meus oblitus est mei.

Probatur Historice.

183 Illustrandæ rei gratiâ duas allego Historias, seu argumenta veri, vel falsi affectûs ad sponsum. Legitur in Monologio Franciscano *sub* 4. *Decemb:* A. D. 1633. de Isabella Principissa Austriæ, quod hæc in contestationem intaminati & constantis amoris erga defunctũ maritum, memoriam ipsius quasi inuiscerare sibi cupiens, corporis eius cineres, in bene condito poculo hauserit epotando: insuper quòd pro anima defuncti integrum millionem aureorum in suffragium ad eleemosinas, & in Missas celebrandas erogauerit. In contrarium legisse me memini cuiusdam fucatum in priorem maritum amorem: curauit etenim elegantissimè Imaginem ipsius depingi, quam aliquot mensibus honoratissimè habebat in intimo cubiculi sui. Ast dum nouos hymæneos cogitare cæpit, nouum nanciscendo sponsum, Iconem prioris amoueri & in viliori parte alterius cubiculi collocari mandauit: factum deinceps, ut in culinam delata Imago, fumo, pulueribus, fulgineq; foci obducta, vix vestigium mariti illius primi exhiberet: quo facto tacitè demonstrauit, totum, ad præteritum maritum, affectum iuisse sibi in obliuionem. Prior illa & valdè laudabilis Principissa, perbellè exprimit illas animas, quæ hoc ipso fidelitatis & constantis amoris in Christum testificantur argumenta, dum feriis istis, quasi puluere emortui pascuntur sponsi, dum s. compassionis madent lacrymis, atq; in memoriam dolorum eius, inediâ, flagellatione, humi cubatione, vel similibus affligunt corpus suum, aurumq; copiosum distribuunt charitatis actibus & gratitudinis, in mortuum præ nimia charitate nostri, Saluatorem, plùs solitò efferuescendo. Cæterùm illa altera inconstantis amoris fæmina, personam gerit illorum, qui memoriam Passionis Christi vivacem hisce Paraseeue diebus non curant, sed occupati negotiis sæculi aliisq; obiectis, Jmaginem Crucifixi, obliuionis obducunt fuligine: quo probrosæ ingratitudinis & indeuotionis argumento, suspecti amoris ad Christum se esse declarant sponsas: quod ipsum tanquam maximum cri-

Isabella Austriáca, cineres mortui mariti bibit, & millionem aureorum pro anima eius erogat.

Vxor mortui mariti Imaginem, quomodo tractat.

A men detestatus est olim Sanctus *Bernardus* serm: sup: signum inquiens: *Non miremini Fratres, quòd MARIA, martyr in anima fuisse dicitur: miretur qui non meminerit se audiuisse Paulum Rom: 12. inter maxima gentium crimina memorantem, quod sine affectione fuissent: longè id fuit a Mariæ visceribus, longè sit & a seruulis suis.*

PARS. II.

SS. DEIPARA, Fasciata sponsa.

B ITerum lego in Alexandro ab Alex: olim apud Gallos, nedum viros, sed fœminas quoq; quibusdam zonis a parentibus suis quolibet mense exploratas fuisse: ex accrescentis enim vel decrescentis zonæ mensura, vel ingluviei vel furtiui amoris indicia sumebantur, etsi fortè fallibilia. Adest nobis sub Cruce intaminatissimi amoris in suum Sponsum & Filium Sponsa B. V. Maria, Zonâ pectorali fasciata, quæ dum eius Sacratissimum pectus multitudine & magnitudine dolorum arctiùs, supra quod credi potest, hodie strinxit, imò compressit, mirificè amo-
C rosæ compassionis affectibus; tanquam Sponsam verioris Salomonis, fasciâ exornauit pectorali: cuius ego zonæ tã materiam, quàm alias circumstantias dum perpendo, vbiq; dolorosissimæ compassionis causas inuenio & argumenta.

184.

Zonæ apud Gallos, ad mensurandas fœminas:

Probatur Scripturaliter.

Materiam zonæ compassionis MARIÆ auream fuisse probatur ex Scriptura, a simili de illa aurea zona, quâ præcinctum se conspectibus Ioannis stiterat Sponsus Jesus. *Præcinctus* (inquit) *ad mamillas zonâ aurea.* Aurum verò,
D ordinarium symbolum charitatis habetur in Scriptura. Hinc statim erumpit & emicat veluti ex auro fulgor, prima circumstantia seu causa inuestigandi magnitudinem compassiui affectûs Mariæ in Passione Filii: quæ fuit Amor, isq; duplex: vnus charitatis in Filium, & alter amoris ad salutem deperditi generis humani: qui duo amores, quasi duo vncini seu ligaturæ erant zonæ huius, seu fasciæ pectoralis

185.

Amor duplex MARIÆ.

lis, compassionis MARIÆ: nam iuxta intensionem charitatis in vtrumq; crescebat & compassionis affectus, & tantò strictiùs ligabatur vel potius opprimebatur doloribus cor Mariæ. Quod ipsum liquet ex Scriptura, vbi dum Saluator resuscitaturus Lazarum, stans super mortuum, áltùm suspirasset & fleuisset, singularîs affectûs in defunctum indicia dedit, ipsis etiam malignantibus Pharisæis mussitantibus. *Et lacrymatus est* IESUS. *Dixerunt ergo Iudæi, ecce quomodo amabat eum.* Ioan: 11. Vnde & in præsenti, si vel conjecturam aliquâ habere cupimus immensitatis dolorum cordis MARIÆ, ad mensuram amoris illius erga Christum, & erga salutem nostram, res perpendenda est. Porrò Amor ipsius erga Filium, iuxta S. *Antonin:* 4. *p. tit:* 15. *c.* 21. triplex fuit, vnus supernaturalis per gratiam, alter acquisitus per actus frequentatissimos: in quorum vtroq; excedebat Virgo omnem puram rationalem Creaturam: siquidem ex consensu Doctorum, gratia illi infusa censetur perfectissima, & nec minimo momento ab actibus charitatis Dei feriasse illa legitur. His duobus amoribus, necessariò addendus amor tertius naturalis, s. Matris ad Filium: qualem ulla Mater ad prolem quam genuit, nec habuit, nec habere potuit. Sed cur? respondet sat profundè *Lansperg: hom:* 48. de Pass. *Quia erat ipsius solius Filius, neq; enim in terris Patrem habuit Christus, sed quidquid utriusq; erat Parentis, quoad naturam pertinet humanam, ex sola accepit Matre: Vnde quomodo sola genuit* MARIA *sine viro Christum; ita sola, Filii, qui in Patrem & Matrem apud aliorum Parentes diuisus est, tenuit amorem.* Vnde pro incomparabili intensione doloris MARIÆ concludit *Richard: Laurent: Quò igitur magis amabat, magis dolebat, & amoris magnitudo, attulit merita Passionis.* Quantùm verò attinet amorem MARIÆ erga genus humanum: hic tantæ intensionis fuisse creditur; ut *Taulerus* & S. *Antoninus* asserant ipsam B. Virginem tradidisse Filium suum ad mortem: ait enim sic S. *Antonin:* loco cit: c. 20. *Quod dicitur de Patre æterno, ita & de Matre temporali dici potest, illud Rom:* 8. *Proprio Filio suo nõ pepercit, sed pro nobis tradidit illum:* quod non aliàs factum puta, nisi per plenæ resignationis actum, in voluntatem Cœlestis Patris, non aliter nisi sic reparationem generis humani decernẽtis. Imò idemmet S. Doctor singulare quid asserit, Beatiss: scil: Virginem ita dispositam in voluntate sua fuisse; ut si alius quispiam non fuisset, aut non vellet, propriis manibus ipsamet dilectissimum suum Filium Cruci acclauasset: cuius statim solidam subdit à simili rationem, inquiens. *Neq; enim credendum est minoris ipsam fuisse perfectionis & obedientiæ ad Deum quàm Abraham, qui proprium Filium suum obtulit* DEO *in sacrificium, propriis manibus occidendum & comburendum.* Quisquis ergo deuotior cõparavertit ad se invicem istos excessiuos amores MARIÆ, vnum s. erga Filium, alterum ad genus humanum; ex parte saltim deueniet in mensuram doloris compassiui MARIÆ: nam isti duo amores, similem quodammodo inter potentias animæ eius causauêre colluctationem & pugnam, qualem subiit in Horto dulcissimus Saluator, usq; ad agoniam, sanguineumq; sudorem: quêadmodum enim in ipso superior pars pugnabat contra inferiorem, illa alliciendo lucro salutis nostræ ad subeundam mortem, altera retrahendo naturali horrore pænarum; pari & non dissimili luctâ, in area cordis Materni certatum est inter Amores: suadebat amor salutis nostræ consentire morti Filii; maternus iterum retrahebat Amor, in tot ærumnarum immanem abyssum, carnem de carne, & os de ossibus suis abjicere, ac demergi: Atq; sic innocentissimum tenerrimum cor MARIÆ, quasi duarum ligaturarum adminiculo, strictissimè veluti zonâ compressit pectus, afflixitq; cor dolorosissimæ Matris.

Amoris, quæ mensura.

Ioan:

Mariæ amor in Filium, triplex

Lansp:

MARIA *quia sola Mater Filii, eum summè dilexit.*

Richard: Lauren:

Amor Mariæ in genus humanum examinatur.

Antoni:

Maria ipsamet tradidisset Filiũ suum ad Crucem.

Probatur Figuraliter.

Alteram circumstantiam huius Fasciæ pectoralis, seu zonæ, dolentis Spõsæ, aduerto Typicè in scriptura, Figuram præferente Sponsâ Salomonis in fascia pectorali, quæ iuxta comment: Pauli *Scherlog:* eadem omninò erat, quod & murenulæ: quas ita descripsit Sponsus. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Cant: 1. Hic aduertendum zonam illam seu fasciam pectoralem, nedum fuisse commendabilem ex ratione materiæ, auri videl: *Murenulas aureas faciemus tibi,* sed præterea

186.

Cant:

quòd essent incrustatæ seu vermiculatæ artificiosâ varietate ex argento. Typicè innui videtur, præter causam principalem immensi compassiui doloris in corde MARIÆ, (cuius illa sponsa Typus fuerat,) quæ originabatur ex intensione amorum, ipsorumq; inter se immiti collisione, plura alia eaq; multiplica adfuisse adminicula, quæ funestâ dolorum auxesi, vermiculabant, dixerim, terebrabant cor Virgineũ. Authorẽ vermiculationis & doloros artificii prodere liceat vermem illum, qui de se per Psalmistam locutus. *Ego autem sum vermis, & non homo. Psal:* 21, ipsum scil: intelligo MARIÆ dolentis Filium cõtritum, conculcatum, veluti abiectissimum vermem in sua Passione: Artifex enim hic dolorum Mariæ fuit, nedum Materiæ subministratione seu obiectiuè, dum dolentibus madidisq; oculis cerneretur à Matre pendens de Cruce; sed præterea in forti manu ac malleo linguæ suæ, quo tot vermiculationes seu varietates, & ictus dolorum cordi materno impressit; quot verba è Cruce protulit, nouarum ærumnarum MARIÆ scaturigines. Taceo cætera vnum validiorem aliis obseruemus ictum, verbum scil: illud. *Mulier, Ecce Filius tuus.* Et quænam Mater vltimò valedicentis Filii ad verba, ipsa non responderet gratificando vel benedicendo valedicenti? en gratissima Mater JESU ad verba planè conticuit Filii: cur nam? S. *Bern: de Lament: Virg:* immensi doloris, & æqualis martyrio inde sumit argumentum, dum ait: *Tacebant ambo illi Martyres, & præ nimio dolore loqui non poterant.* Energiam ad cor pungendum verborum Christi S. *Anselm.* vehementer admiratus ait: *O commutatio? pro æterno & incontaminabili DEO, purum, corruptibilem homine, pro naturali & vnico Filio, seruum accipit in Filium, filium Zebædei, pro Filio DEI.* Adfuit & alius faber ad vermiculandum nouis doloribus cor mærentis sub Cruce Matris, illius scil: ipsiusmet intellectus illuminatissimus: quò etenim oculi penetrare non poterant, vt viderent mœrorem animi Christi, & amarissimam desolationem eius, ac præcipuè internum dolorem cordis Filii ex aspectu Matris sub Cruce præsentis, gemitusq; Crucifixi ac suspiria audientis; hoc ipsi totum repræsentabat intellectus, unde augmentum mœroris & tristitiæ copiosissimum. De quo S. *Laur: Iustin: Gemebat Filius, quod Mater, in tam horrendo esset spectaculo.* Hinc S. *Bern.* O *dolores inexplicabiles? o ineffabilis reciprocatio amoris?* Accessit tandem multiplicata manus huic vermiculationi, videlicet turba Judæorum Crucem circumstantium, Filio eius, ipsiq; illudentium: Latro de Cruce blasphemans: & quidam spongiam felleam ori sitientis Filii objiciens: Milites quoq; in conspectu Matris, super tunicam Filii sortem mittentes. Ait enim *Cyrillus: Milites cum risu atq; triumpho, coram Matre ad derisionem Christi, vestimenta partiebantur.* Imò vltimum & generalem ictum accepisse cor Mariæ creditur a tota sublunari creatura: dum petræ scinderentur, sydera ecclypsarentur, terra tremendis quateretur motibus. Nam si multi Doctores asserunt, nullum protunc in vniuerso fuisse hominem, cuius cor tristem quendam non sensisset motum, causam licet ignorans; quid credendum de impressionibus illis? quas præsentis, illi funestissimæ scenæ, Matris, tenerrimum cor recipiebat, & patiebatur. Et hæ sunt vermiculationes zonæ, seu Fasciæ pectoralis dolentis Sponsæ.

Murenulæ aureæ vermiculatæ, Mariæ dolor compassionis.

Psal:

Lingua Christi, malleus.

Dolor Mariæ examinatur ad verbũ Filii de Cruce.

Bern:

Anſel:

MARIÆ intellectus illuminatissimus, auxit dolores in Passione.

Laur: Iustin:

Bern:

MARIÆ dolorum: plures circumstantiæ.

Cyril:

Probatur. Doctoraliter.

187. *MARIÆ dolor, in statera.*

Fasciæ huius, ita pretium sicut & artificium, ut magis innotescat, demus ad stateram Doctorum, quid sentiant de magnitudine affectûs compassiui Virginis Beatæ. En primus cum statera adest S. *Ildeph: s. 1. de Ass:* qui ad illa Hymni alludens verba. *O Crux aue spes vnica, statera facta corporis, ita ait: Qui cuncta quasi statera suspensa tenet, crucis stateræ suspenditur, super quam Virgo multùm doluit, multùm perpessa est. & gladio eius vulnerata in anima.* D. Anſel: *l. de Excell: v. c. 5.* ad libram æquans Martyrum cruciatus & dolores MARIÆ, sic cõcludit. Dolor Virginis maior fuit omnibus doloribus. Quidquid enim crudelitatis est inflictum corporibus martyrum, leue fuit aut nihil comparatione Tuæ (o Maria) passionis, quæ nimirum suâ immensitate transfixit cuncta penetralia tua, tuiq; benignissimi cordis intima. Et vtiq; pia Domina, non crediderim te potuisse vllo pacto, stimulos tanti cruciatûs, quin vitam

Anſel:

amitte-

amitteres, sustinere, nisi ipse Spiritus vitæ dulcissimi Filii tui, pro quo moriente conquerebaris, & tantoperè torBernard: quebaris, Te contortaret. S. *Bernardin:*
Sen: *Sen: Tom:* 2. *de nomine* M. Tantus fuit dolor Virginis, vt si in omnes creaturas, quæ pati possunt, distribueretur, omnes subito interirent.

Probatur. Miraculosè.

188. Multis historiis probatum esse constat, non sine interuentu insignis miraculi contigisse etiam in nostra Polonia, sacras Imagines Beatissimæ, veluti viuentes facies, copiosas profudisse lacrymas, easq; aliquando sanguineas: *Imagines B. V. M. sanguineas fundũt lacrymas.* vti æuo nostro in miraculosa Imagine B. Virginis Lublini ad Ecclesiam S. Spiritus, per multa & canonica examina, testesq; omni exceptione dignos constitit: quorum etiam plures ex persona nosse, nobis contigit, & volupè audire, enarrantes magnalia DEI. Porrò sic profusæ lacrymæ, veluti compatientis Mariæ Filio suo, liquida erant argumenta, imminentiumq; plagarum ab hostili Cosacorum manu genti Polonorum, qui pro tunc in enormia prolapsi scelera, rursus crucifigebant Filium illius, tristissima portenta. Miraculum proinde Miraculorum, Mariam sub Cruce dolentem appellare minimè vereor, dum lacrymarum copiam qualitatemq; earum, quas sub Cruce stans dolentissima Mater, partim ex compassione Filii, partim ex commiseratione super ingratum sceleratumq; genus humanum, quod dilectissimum Filium suum, tam dirè in Crucem egerat, effudisse considero: quas præterea copiosas in tantum, ut toti abluendo, deposito è Cruce corpori Filii sui sufficerint, & præterea sanguineas fuisse comperio apud Authores. Et quamuis lacrymæ MARIÆ sub Cruce adhuc in disputatione apud quosdam videantur haberi, propter illa verba. S. *Ambros: in orat: de obitu Valentin. Stabat S. Mater iuxta Crucem Fi-*
Ambros: *lii, & spectabat Virgo vnigeniti passionem: stantem illam lego, flentem non lego.* Cæterùm adhæreo libenter Jerem. *Drexelio Tom:* 3. *de Christo moriente p.* 2. *c.* 2. *MARIA lacrymas fudit Sanguineas, & copiosas.* qui asserit, Beatiss: Virg. nodum copiosas, sed sanguineas quoq; tunc profudisse lacrymas. Pro cuius veritatis comprobatione adducit *Ioannem Signi-*

um tam eruditum, quàm pium Scriptorem *l. de SS. Lipsanis*, cuius verba taliter citat: *Authoritatem Beati Germani lego dicentis: Beatissimam Virginem, adeo amare fleuisse; ut post vberrimos lacrymarũ riuulos, sanguineas quoq; effuderit lacrymas,* Subjicit *Metaphrastes ap: Surium de dorm: Deip: c.* 30. *tantam copiam lacrymarum Matris in sepultura Filii profluxisse; ut ad Sacratissimum illud emortuum corpus totum cum membris suis irrigandum, & abluendũ* Metap: *sufficerint.* Quod habeo ex Vega *Palæst: 17. Cert:* 18.

Probatur. Historicè.

Plutarchus in quæst: *Rom: n.* 87. tradit morem fuisse Græcis, ut cum Sponsa aptaretur, seu ornaretur novi Sponsi in gratiam; tunc si vidua fuit, cum certis, non citra superstitionem, obseruationibus comabatur, non iam eburneo, vel aureo pectine, sed lanceâ defuncti prioris mariti. Non dissimile quid hodie video agi cum Sponsa dolorum Maria: *Comæ quippe capitis eius sicut purpura Regis*, id est, vt phrasis currit *Hailgrini. Cogitationes eius tinctæ in sanguine Dominicæ Passionis.* Neq; mirum, pectinabantur enim cruentâ demortui sponsi sui & Filii lanceâ, quæ dum in emortuo Christi corpore, cor iam insensibile tetigit, tantò maiori impetu, & sæuitiâ cordi Mariano, seu animæ Matris, immane doloris inflixit vulnus: super quo tristes audiamus nænias melliflui *Bernardi* ser. *in signum. Posteaquam, o MARIA! emisit Spiritum suum, tuus ille IESUS, ipsius planè animam crudelis lancea non attigit, quæ ipsius aperuit latus, sed tuam vtiq; pertransiit animam: ipsius nimirum anima, iam ibi non erat, sed tua planè inde nequibat auelli: Tuam ergo pertransiuit animam vis doloris.*

189. *Sponsa, lanceâ viri comabatur, apud veteres.*

Lancea, Christi tetigit cor, sed Matris afflixit.

Bern:

Epilogus.

190. PROV: 31. Dum cuiusdam Mulieris fortis elogia excellenter prædicasset Sapiens, cinguli quoq; alicuius singularis meminit. *Cingulum* (inquit) *fecit, & tradidit Chananæo. Chananæus* autem idem quod & *negotiator.* Vidimus iam Fasciatam sponsam dolorum fasciâ pectorali, seu zonâ affectuum compassionis, vermiculatâ tot fomentis, causisq; dolorum: vtinam laxatæ fibriæ cordium nostrorum, & saxis duriora, atq; sine pia ad Christum patientem

affecti-

affectione pectora, ſimili hodie quàm arctiſſimè conſtringerentur compaſſionis zonâ. Non difficilem fortè in tanti beneficii communicationem inueniemus Mariam, quæ cingulum fecit & tradidit Chananæo. Nos ergo nos, o mæſtiſſima Mater! ſumus vtiq; Chananæi, quia negotiatores, ſed peſſimi, nam turpi voluptatum illecti lucro, Filium tuum Chriſtum vendidimus: propter enim iniquitates noſtras venundatus eſt & traditus in manus carnificum, atq; in ſtatera Crucis appenſus, appretiatus, ut redimeret deperditas ſalutis noſtræ merces. Faue ergo doloroſiſſima Sponſa. Iam ſatis a Te datum lacrymis & doloribus: ſolue iam cincturam tuam: depone zonam & faſciam pectoralem immenſi doloris Tui: noſtra potiùs, ſalutiferâ hac tua zonâ præcinge viſcera: impetra gratiam deuotè recogitandi ea, quæ pro nobis Tu, Tuuſq; Filius perpeti dignati eſtis: piumq; ſimul concilia amoroſæ compaſſionis affectum quod cum Seraphico *Bonau:* a Te exoro inquiens.

Votum Authoris.

Sancta Mater iſtud agas:
Crucifixi fige plagas,
Cordi meo validè.
Tui nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati
Pœnas mecum diuide. Amen.

FESTVM DELICIOSVM
SS. DEIPARA

Pro Feſto Imm: Concep: B.V.M.

Iſias genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babyl: Mat: 1.

191. MIrum eſt, quòd Joſias prædicetur, Jechoniam, & fratres eius reliquos in captiuitate genuiſſe, ſi certum eſt minimè tranſmigraſſe. A. A. Ait enim *Strabo. Non in tranſmigratione genuit, non enim tranſmigrauit, ſed ſecundùm prædeſtinationem DEI, ad tranſmigrandum.* D. quoq; Bernardus, *ep: ad Honor: Nati ſunt hi fratres, ut pro ſuis & aliorum peccatu captiui ducerentur.* Ideò ergo in captiuitate geniti dicuntur, quia captiui futuri erant. Quàm triſte, quàm inglorium eſt, captiuitatis, vel ipſum nomen? quod etſi poſt multa dierum & annorum curricula immineret; iam tamen coronæ Regiæ deſtinata, ſtatim in ipſa origene, turpi notâ aduſſit capita. Adeò generatio ſeu conceptio & vitæ curſus aſſimilantur, ut captiuitas conceptionis, indicet vitæ captiuitatem, & vitæ captiuitas, arguat conceptionis ſeruitutem. Hinc pulchrè a contrario, hodierna Conceptio Beatiſſ: Virg: in vtero S. Annæ celebratur: ſi etenim Virginis huius vita à ſeruitute peccati immunis fuit, ut communis fert opinio; ex hoc neceſſariò infertur libertas Conceptionis eius, quia ſi in captiuitate fuiſſet concepta, nullatenus vita MARIÆ, plenâ libertate frueretur. Omninò abſtractam a captiuitate Babylonis duxit vitam: igitur in vniuerſali hominum captiuitate peccati, genita, concepta non eſt. Triſtes olim in tranſmigratione Babylonis hi filii Joſiæ aliis cum concaptiuis inter gemitus & ſuſpiria, intonaſſe leguntur Nænias. *Pſal: 136. Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus:* nec enim licebat, nec expediebat in tanta ærumnarum abyſſo demerſis, feſta legalia agere, & vel ſaltim de Canticis Sion, raucò ſibilo mæſtos ſolari animos, utpotè in terra aliena: vnde ſuſpenſis in ſalicibus feſtiuis organis, id nonniſi lamentabantur. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* nec mirum: talia enim captiuis conueniebant. Attendite nunc A. A., Hodie Beatiſſ: Virgo Maria cum Eccleſia vniuerſa Feſtum ſuæ Conceptionis ſoleniſſimè celebrat: Hodie de Canticis ſuæ Sion, S.

Strabo

Bern:

Captiuitas, nota turpe.

Pſal:

Mariæ

Mariæ implentur templa, reſonant fora & totus orthodoxorum cætus feſtiuè occinit ex Breviario Rom: *Sentiant omnes tuum juuamen, quicunq; celebrant tuam Sanctam Conceptionem:* Ergone Maria filia Babylonis, filia captiuitatis, ſc: peccati originalis, in ſui Conceptione dicenda? vetat certè tam duram conſequentiam omnis piorum Dialectica. Steind: Et quoniam B *Ioseph: Steindelf. opusc: 4.* B. V. Mariam nominauit: *Feſta nunquã mæſta,* & iterum *Feſtum cordis noſtri,* ego proinde, maximè in hodierno Feſto Conceptionis, Feſtum deprædicandum aſſumo: atq; ſic Neo-Conceptam MARIAM, diemq; & punctum primæ generationis eius FESTUM delicioſum cordis noſtri, ideoq; ex omni parte celeberrimum comprobabo: priùs de feriis, vel alias feriatis diebus ærumnoſæ vitæ noſtræ, cauſas ſubnectam aliquas: feſtiuum interim licet breue huic Feſto occinamus carmen, ſalutando Neoconceptam.

MARIA, Feſtum delicioſũ in Conceptione.

Salue, Salue Dies FESTA
Cultu delectabilis
In concepiu non es mæſta.
Virgo venerabilis.

PARS I.

Triſtes ſemper agimus Ferias: & cur?

192. FErias a Feſtis, etiam ex nomine plurimùm differre, nemo eſt qui ambigat: apud Ethnicos quidem pro ſynonimis olim iſta reputabantur, nã feriæ a feriando dictæ, Feſtis diebus otia, veriùs dixero, vitia indulgebantur; nunc autem Feria, prout contra diſtinguitur a Feſto iuxta *Raban: 2 de Inſtit: Cler: c. 46. ap: Gauant.* Feria a fando dicta eſt, in qua quoniam officium Canonicum *De Ea* dicitur, quod longius eſt, flexiſq; genibus non pauca in illo oranda præſcribuntur; plura fandi, copioſa materia & obligatio Clericis ſubminiſtratur. Verùm ad myſticum Ly *Feria* trahendo ſenſum, dicendum videtur *Feriam a Feriendo* deriuari: ſi etenim iuxta quendam commentatorem *ap: ſylu: Alle: Feſtum continuum celebrat, qui nunquam peccat;* ab oppoſito, triſtes & ærumnoſas agit ferias ille homo, qui peccato feritur: a quali feria incipit prima dies vitæ Conceptionis mortalium omnium, Chriſto & Matre eius exceptâ.

Feriæ vnde dictæ.

Probatur Scripturaliter.

Solus ille locus Apoſtoli rem ſufficienter probaret 1. *Cor: 15. In Adam omnes moriuntur. &* Rom: 5. *Per vnum hominem peccatum intrauit in Mundum, & per peccatum mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt.* Quem declarant non modicùm illa verba apud *Esdram 4. c 8.* Zorobabel lamentantis Si *enim tu* ſc. *Adam peccaſti, non eſt factus ſolus tuus caſus ſed & noſter, qui ex te aduenimus* Nũquid non rectè conceptionis noſtræ dies, triſtis feria dicenda? a feriando: cùm enim primus Parens poſt acceptum Creationis beneficium, poſt hauſtum a DEO ſpiraculum vitæ, & inſignia tam corporis, quam animi privilegia, inſuper poſt deſpotici dominii ſuper animalia prærogatiuam traditam, feſtum diem in gratiarum actione, laudibuſq; Divinis agere teneretur, ab omni tali gratitudinis nota ipſe feriauit, nec enim vel vnicum verbum protuliſſe, vel aliquod ſpecimen gratitudinis erga Deum exhibuiſſe legitur: atq; ſic triſtes, tali feriatione ſibi & poſteris ſuis induxit ferias, quas agimus in conceptione noſtra præſertim: hoc enim fortè ſilentium, malorum omnium origo fuit: ut meditabatur *Rupert: l. 6. comm: in Ioan: Quam obſtinatus* (inquit) *labiis ab omni gratiarum genere abſtinuit, & ingratum Domino Deo ſilentium dedit, formante Deo & inſpirante ſpiraculum vitæ acceptæ in* Plaſtæ *ſui faciem, ut adoraret & glorificaret eum: qui ergo gratiam Dei non agnouit, non mirum, quòd ad hoc ut peccaret & omnia amitteret, deueniſſet?* Feria iterum triſtis, dies conceptionis noſtræ dicenda a *Fando:* vtinam enim Eua nunquam fuiſſet fata in paradiſo, & ad illos peſtiferos ſerpentis affatus *cur præcepit vobis Dominus,* duriùs ſaxo obriguiſſet in lingua, ne reſpondiſſet inſidianti: fata eſt & prolixiora traxit cum hoſte colloquia: itaq; fando ferales ſuperinduxit ſibi & nobis ferias, totamq; deperdidit gentem. Amilcar ſilentio periiſſe legitur, nos affatu Evæ perditos eſſe nobis indolemus De *Ea* porro, ſcil: de Eva continuò Feriale officium ſeu penſum ſoluimus, nedum quando recens nati plorauimus: *Vo-*

193. Eſdr: *Feriam primam infauſtam Adam fecit.* Rupert: *Feriam a Fando, Euæ dedit affatus.*

cem ſimilem emiſi omnibus plorans, ait Sa-
Sap: lomon *Sap:* 7. Sed etiam dum in vte-
ro materno, peccato originali infecti
Feria à feriendo. gemuimus. Feriæ quoq; triſtes, Con-
ceptionis noſtræ dies, a *feriendo* meri-
to nuncupandæ, nam ferali originalis
peccati vulnere icti, fomitiſq; peccati veneno intoxicati, quaſi in feria, genua fleximus, dum potentias noſtras debilitatas ad bonum, pronaſq; ad peccatum, in ortu noſtro ſortiti ſumus: hinc fit, quòd tam leui præbendâ vel portione concupiti a Protoparentibus pomi, longam nimis imo perpetuam, ſed implacabilium gemituum, ærumnarumq; tàm corporis, quàm animæ contraximus exoluendam obligationem. Quæ mala breviter complexus eſt *Thō:*
Blanc: *Blanc:* in Pſal: 48. hiſce verbis. *Amiſſâ iuſtitiâ originali, ipſo caſu, & iuſto iudicio Dei, ipſæ vires & affectiones a ſuo ſtatu prolapſæ, diminutæ ſunt pariter, & deordinatæ, non autem omninò deſtructæ, ſed contrario ſe modo habentes, quàm prius habuerunt, ſibi inuicem motibus ſuis & impulſibus contrariantes & repugnantes. Siquidem ipſa ratio cæca facta eſt, erronea & obtuſa: ſæpè falſa pro vero recipit, frequenter ſe curioſis & inutilibus inuoluit. Voluntas facta eſt curua: ſæpè deteriora eligit, carnalia diligit, ſpiritualia & cæleſtia vilipendit. Vis concupiſcibilis deſtituta eſt, & quodammodo prolapſa in concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & carnales voluptates. Irascibilis verò deordinata eſt & prolapsa in ſuperbiam vitæ, & gloriam mundanam.* Atq; ſic in pomo cum Progenitoribus malè feriati, in cunctis ferimur: ipſoq; in ortu vitæ noſtræ infauſtas inchoamus ferias.

Probatur Figuraliter.

Sed utinam hæc, licetſi prima, ſi-
194. mul tamen & vltima infauſta feria eſſet: penè etenim homo, quot vitæ numerat dies, tot ærumnoſas celebrat ferias: nec ſanè aliter decuit vivere hominem iuſtiſſimâ ſui Creationis ſententiâ, ad laborem damnatum. *In ſudore*
Gen: *vultûs tui veſceris pane tuo.* Gen: 3. Semper enim vitiata primo peccato gleba noſtra, anima ſcil: & corpus ſpinas tentationum, & tribulos ærumnarum germinat nobis: vnde continuò ſtudendum virtuti, eruncanda diligentiſſimè pullulantia mala vitiorum germina, cæteraq; corporis & temporalium

A ſuſtinendæ ærumnæ & aduerſitates. Feriæ enim ſunt iſtæ Domini, ſed non Feſta: imo dico ex mente mei *Antonii* pervigilium, prodromus celeberrimi Feſti ſ. Beatitudinis æternæ. Hic enim eximius Italiæ præco ſciſcitatus, cur ſolemniora feſta præueniri afflictatione aliquâ corporis ſtatuerit Eccleſiaè reſpondit: *Ad ſignificandum, quòd ad feſtiuitatem quæ celebrantur in ſuperna patria, nonniſi per afflictionem debemus aſcendere.* *Dom. 1. Quadr:* Pulchram huiuſce declarandæ rei ſubminiſtrat Figuram, mons ille a transfiguratione Chriſti famoſus, & à manifeſtatione gloriæ eius feſtalis,
B Thabor dictus: vbi dum Petrus veſtigia æterni Feſti in corpore & veſtimentis Saluatoris cerneret; iam ſe Feſtum gloriæ agere ſibi videbatur, cuius ſolemnitate intellectus, & nihil cæleſte beatificumq; eſſe, niſi æternum ſit, maturè perpendens, perpetuum eſſe voluit quod guſtabat: Vnde interpellaſſe Dominum legitur: *Domine bonum nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula.* *Matt.* 17. Matt: Hic notare videntur alii Euangeliſtæ Petrum de errore. Nam Marcus addit *Non enim ſciebat, quid diceret.* D. Lucas *Neſciens quid diceret.* Primus tamen leuioris errati excuſationem ſubiungit.
C *Erant enim* (inquit) *omnes timore* exteriti. Cæterùm nonnulli PP. aliunde cẽſẽt erraſſe Petrũ nimirùm in præpoſtero ſeu inuerſo ordine rerũ; dum non præguſtatis feriis, de quibus fuit ſemel monitus à Saluatore: *Cum autem inquit ſenueris, cinget te alter, & ducet quo tu non voles:* Feſtum ſeu gaudia appetiit Beatorum: De quo S. *Remig:* Remig: *Erraut Petrus, quia oblitus eſt, & ſe & ſocios ſuos eſſe mortales, & abſq; guſtu mortis, voluit ſubire æternam felicitatem.* S. *Leo* obſeruando ad hæc verba nihil Petro reſponſum eſſe a Chriſto ait: *Huic ſuggeſtioni* Leo. *Dominus non reſpondit, ſignificans non quidem improbum, ſed inordinatum eſſe quod*
D *cuperet: vt intelligeremus inter tentationes huius vitæ, prius nobis tolerantiam poſtulandam eſſe, quàm gloriam: quia tempora patiendi, non poteſt felicitas præuenire regnandi.* Quaſi vellent dicere iſti præſtantiſſimi Doctores, in hoc reprehenſibilem fuiſſe Petrum, quòd ſolemne beatitudinis Feſtum, ſine eſuialibus feriis & pervigilio ambiret. Hic erigite aures & animos, voluptatum huius mundi aſſeclæ & ſectatores, qui ferias vitæ hu-

Feria præeant ſeſta: ærumnæ, gloriam.

Petrus male appetiit feſtum in feriis.

vitæ huius ut Festa ducitis, vel saltim vano plerumq; conatu ducere nitimini: scenam vel potius laruam æternarum lætitiarum in vanitatibus mundi, carnis voluptatibus, cultuq; ventris, & cuticulæ proponentes, tristiores ferias in mortificatione carnis, perpessuq; ærumnarum, peius angue & cane fugitis ita tamen, vt hoc non obstante

Delicioſi, redarguũtur.

speretis etiam æternali beatitudinis perfrui Festo. O malè coctas mentes? & vecordiæ plena pectora? Quis vobis ordo, quæ regulæ salutis? quis Rubricarum tam præposterus Magister, vt Festa sine feriis, sine pervigiliis promulget, & vos celebrare faciat? Hunc certè, Diabolum esse prodidit Sapiens.

Eccl:

Eccl: 10. *Væ tibi terra, cuius rex puer est, cuius principes manè comedunt. Beata terra, cuius Rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo.* Sed quorsum istam ob causam regnis exitum impendat? nam si cum temperantia manducent Optimates, nihil officit diluculò comedisse. *S. Aug: l. 17. de Ciu: c.20.* Spiritualiter hæc interpretatur: manè scil: denotari huius vitæ curriculum, cuius finis, qui in aliam transfert vitam perennem, vespera censeatur: porrò voluptas & lætitia manducatione & epulis significatur, his enim exhilarantur mortales. Suggeri itaq; opinatur S. *Augustinus*, manè propterea non esse sympoſiandum, quòd in hoc exilio gaudere æquum non sit, locus enim mæroris est, cùm iubilationi cælum destinatum sit. Manè igitur, & non ad vesperam Festa agere & tripudiare, rerum est ordinem inuertere, & terris appropriare, quod cœlo conuenit. De quo cùm præcitatus Doctor ait, in principio sermonis Authorem perturbati Ordinis Festorum prodit: scil: Diabolum: hæc enim verba eius sunt.

Feſtinanter beari nonnulli cupiunt.

Auguſt:

Adolescentem (seu puerum) *dixit Diabolum propter stultitiam, superbiam, & temeritatem, & petulantiam, cæteraq; vitia, quæ huic ætati solent abundare: Christum autem Filium ingenuorum, Sanctorum Patriarcharum pertinentium ad liberam Ciuitatem, ex quibus est in carne progenitus. Principes illius Ciuitatis manè manducantes, id est ante horam congruam, quia non expectant opportunam, quæ vera est in futuro seculo felicitatem, festinanter beari huius seculi celebritate cupientes. Principes autem Ciuitatis Christi, tempus non fallacis beatitudinis patienter expectant.* Vnde rectè arguit, festinanter in hac vita beari percupientes, Regius Vates *Psalm:* 126 inquiens.

Pſalm:

Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Quasi innuere vellet, hîc horam esse doloris & sustinentiæ pervigilium, cui demum succeſſura speranda beatitudinis celebranda Festa.

Feſtum in Cælo.

Feriæ hic,

Probatur Historicè.

Satis ingeniosè hanc vesaniam mundialium, qui nunquam ferias, sed in hac & altera vita, Festa lætitiæ celebrare intendunt, quidam *Sorbonicus* Doctor legitur redarguisse, *apud Lobett. morali Tit: de Pat: Christi q.* 1. Hic, cùm Rex Christianissimus e puluere Martio glorioſus Lutetiam redibat, victis, cæsis, profligatisq; hostibus, spoliis diues triumphantis in morem, dum augustam pompam, erecta victori trophæa,& cunctum ingenti sumptu apparatum conspexisset; accessit propiùs Regem salutaturus Hinc ergo gratulatorium sermonem exorsus est.

195.

Sorbonicus Doctor, acutè docuit, Feſta non celebranda ſine feria

Sorbon:

Sereniſſime Rex: ſtultus erat S. Ioan: Baptiſta, ſtultus Petrus, licet Apoſtolorum Princeps, ſtultus & S. Paulus, quamvis gentium Doctor, ſtultus & Andreas qui Crucem aſcendit, ſtultus & Bartholomæus, qui pelle exutus & vitâ, ſtultus & Stephanus, qui ſub ſaxorum grandine cecidit. ſtultus & Laurentius lento igne toſtus, ſtulti & alii Apoſtoli, ſtulti & Martyres, licet inuicti, ſtultæ & Virgines, candidata agmina, quæ ſub carnifici manu ceciderè victimæ: ſtulti deniq; & Sancti omnes quos habet cæli regia. Dixit & altùm siluit. Tam insuetum admiratus Rex Oratoris procœmium, mysterium sermonis explicari postulat: tunc reassumpto sermone Orator ait: *Ecquid Rex Chriſtianiſſime? ecquid viri Principes? qui tua o Rex ſtipant latera? numquid omnes ad cæleſte Feſtum æternaq; gaudia, & triumphos cæleſtes aſpiratis? idq; ſpe & votis omnibus prenſatis?* Cui Rex Enimuero ita est: Iterum Doctor: *Ergo non inſolens videatur vobis, ſermonis mei procemium: parabolam intelligite. Stultos dixi prænominatos, ſi Feſtum illud æternitatis ſeu beatitatis gloriam in luxu, gloria, proſperitatibus, plauſuq; ſeculi ſe conſecuturos credidiſſent, vt vos creditis: ea nihilominus, mærore, luctu, ærumnis infamiâ, cruce, tormentis, gladio & igne, ac demum per mortem ignominioſam ſanguinemq; comparanda eſſe cenſuerunt: Certè ſi patebat illis viæ*

lis via consequendi speranda facilior, curnam horridam asperamq; elegerunt? Hac parabola sapuit melius Rex Christianissimus, Procereſq; eius intellexerunt, festalia illa triumphi non decuisse orthodoxos, quibus duræ feriæ hic in vita agendæ, si Festi æterni solemnitatem sperarent, & desiderarent.

PARS II.

SS. DEIPARA, Festum delicioſum & celeberrimum in Conceptione.

196. *Festum B. V.M. gloriosum, iucunditatis, boni nuntii quod.*

SEd iam à tristibus vitæ nostræ Feriis, ad Festa transeamus Mariana, quibus maioris solemnitatis ergo, nec sua Epitheta desunt: Dies enim Assumptionis eius dicitur Festum glorioſum: Nativitatis, ex suauissimo nomine nascentis, Festum iucunditatis appellatur. Annuntiationis verò propter Cœlestis Legati mandata, Festum seu Dies boni nuntii meretur vocari: & similiter de similibus, Quia verò dies Conceptionis Beatiſſ: V. mentes fidelium, (dum hoc colunt & contemplantur Mysterium) mirum in modum exhilarat atq; tenerrimè demulcet; iustè dixerim illud, Festum delicioſum, celeberrimumq; simul esse, comparatiuè ad alia: quod multifariè iam demonstro.

Probatur Scripturaliter.

197. *Festum imm: Cõceptionis celeberrimum.*

Primò. Festum Conceptionis B.V.M. siue id sumatur materialiter pro ipsa die ortus ipsius, siue formaliter aut saltim allegoricè, pro mysterio Conceptionis eius (quod principale propositi mei est) in vtero Dignissimæ Matris suæ Annæ, Festum inquam hoc celeberrimum appello, quia est Festum Canonizatum. Quomodo (dices,) vbi, a quo,& quando? respondeat pro me Sapientissimus. A *Luna* (inquit) *Signum dei Festi Eccl:* 43. Luna ex mente SS. Ambros: Augusſt: Hieron: dicitur Ecclesia: per quod innui videtur Ecclesiæ Dei cum capite suo, munus esse, signare, indicere, seu quod idem est in re, canonizare Festa: adeo vt optimis fretus fundamẽtis & authoritatibus Christ: *Vega Theol: Mar: Palæst: 3. n. 402.* asserat

Eccl:

A cum Corduba & Suare, Summ: Pontificem, sicut in canonizatione Sanctorum; ita & in Canonizatione Festorum seu mysteriorum non posse errare. Hinc fit, ut quemadmodum in alicuius Sancti Canonizatione, plura illius Sanctitatis indicia & testimonia ad exactissimum vocantur examen, de ipsius vitæ integritate, ac de miraculorum veritate; ita etiam antequam Ecclesia aliquod mysterium catalogo Festorum inserat, ut tanquam Sanctũ à Fidelibus suscipiatur; in examen adducit, diuq; discutit, vel S. Scripturæ vel SS. Patrum testimonia, vel Ecclesiasticarum Traditionum ritus, vel Theologorum placita: vel deniq; reuelationes, & miracula illud mysterium contestantia, prudenti discussioni ac maturæ deliberationi committit. Quibus præmissis, Ecclesia vel Pontifex e Cathedra, publicam illius mysterii celebrationem indicit, veramq; illius mysterii sanctitatem decernit, ac fidelibus venerandam proponit, in Christianæ Religionis augmentum: quod nihil aliud est, quàm illius mysterii vera canonizatio ac propria. Hæc autem omnia præcessisse ad institutionem Festi Conceptionis B. V. MARIÆ affirmat *Baron. in Annot: ad Martyrol: 8. Decemb: & Tom: 12. Annot. sub Anno 7.* Et quoniam clarè constat ex tot Pontificum Bullis ac Constitut: nonnullis Juri Canonico incorporatis, vti est Extrauag: Sixti 4. *Graue nimis* & Pii V. super specula, & noviſſimè Clemen: XI. Festum, Concept: B.V.M. inter Festa solemnia atq; de præcepto pro vniuersa Ecclesia recenseri; nihil aliud restat dicendum, nisi Festum Conceptionis etiamsi materialiter sumatur, esse legitimè Canonizatum. Ex quo statim ritè, imò à fortiori sequitur, Festum hoc formaliter vel allegoricè sumptum, pro ipso mysterio, canonizatum esse, id est Sanctam & immaculatam Conceptionem fuisse MARIÆ: partim, quia Ecclesia vniuersalis, in Communi omnibus Divino officio Conceptionis, addit terminum ly *Sanctam* 8. Respons: *Sentiant omnes tuum iuuamen quicunq; celebrant tuam Sanctam Conceptionem:* quomodo autem *Sancta*, si in peccato Conceptio? partim, quia Doctissimi & Sanctissimi viri hanc consequentiam à Festo ad mysterium legitimam esse agnoscunt: præsertim

B

C

D

Festum Conceptionis, canonizatũ in Ecclesia.

Conceptionem im: B.V. Ecclesia dũ dicit Sanctam, eam canonizat

Ildeph: præſertim S. *Ildephons:* l. de Virg. & partu Mariæ. *Beata Virgo, niſi in vtero Sanctificata eſſet, minimè eius Nativitas colenda eſſet: nunc autem quia ex authoritate totius Eccleſiæ veneratur, conſtat eam ab omni originali peccato immunem fuiſſe.* Ne verò videatur S. Doctor ſimpliciter de Nativitate eius id aſſeruiſſe, declarat ſequentibus, ſe de Conceptione, quæ initium eſt Nativitatis, ibi Ildeph: egiſſe. *Dies* (inquit) *quando inchoata eſt MARIÆ Nativitas, beata pronuntiatur, & colitur, religioſè ſatis. Quodſi in peccato eſſet, iure maledicta diceretur, & gemebunda potius, quàm benedicta.* Similiter Bellarm: Bellarm: *l. 8. de cult. SS. c. 16. Nos ex eo, quod Eccleſia celebrat Feſtum Conceptionis, nihil dubitamus, Conceptionem illam fuiſſe ſanctam.* Obiectiones eorum, qui admiſſo Feſto canonizato, canonizationem, myſterii factam eſſe negant, cùm minùs vtile cenſeatur vulgari populo proponere, doctiores inuenient ſufficienter euacuatas, ap. cit: *Chriſtop: Vegam,* & alios plures.

Probatur Figuraliter.

198. Celeberrimum iterum Feſtum, ſcilicet Conceptionem B V. Mariæ deprædico, ex eo: quia Feſtum eſt Sabaoth, quô maior iam ritus, ſeu celebritas in Eccleſia non datur. Et talia ſunt præcipua Feſta Chriſti Domini, & SS. Trinitatis: Conceptionem ergo Beatiſſim: Virginis, feſtum Sabaoth appello: nam feſtiuam exultationem, & ſolemnem lætitiam DEO, & Chriſto eius, affulſiſſe ex Conceptione eius in Figura comperio, idq; ex illa celeberrima, quâ ſolemnior nulla præceſſit, Feſtiuitate Dedicationis Templi Salomonici. Paralip: *Paralip: 2. c. 7. Fecit ergo Salomon in tempore illo ſolemnitatem ſeptem diebus &c,* in qua tot mactabantur victimæ, ut cremandis illis altare æneum non ſuffecerit, lætitia populorũ quoq; inẽarrabilis: *Dimiſit populum* (inquit S. textus de Salomone) *ad tabernacula ſua, lætantes atq; gaudentes ſuper bono, quod fecerat Dominus.* Ipſius Regii cordis, ex tanta feſtivitatis pompa, quam comparauit, & operis magnificentiâ, quod conſumauit, quis capiat gaudia? imo ipſa SSS Trinitas, vnus Deus, vt conceptam cordis ſui lætitiam, tantò luculentiùs commonſtraret, eam, partim deſcendente in igne gloriâ ſuâ, partim apparitione ſui, gratioſoq; cum Rege colloquio, manifeſtauit *Apparuit autem Dominus ei de nocte, & ait. &c.* Templum illud Salomonis Figuram fuiſſe Beatiſſ. V. MARIÆ tanta multitudo Patrum aſſerit, vt temerarius cenſendus, qui pernegaret, cuius myſtici templi hodie, ſcil: in Conceptione, celebritas fundationis, ſimulq; dedicationis, ſeu conſecrationis celebratur, nam fundamenta eius decuerat eſſe in montibus Sanctis: in huius ergo Feſti ſolemnitate, pluſquam Salomon Chriſtus, prædeſtinatus Mariæ Filius, victimas ſolemnes egit & holocauſta, dum ex præviſa Paſſione ſua, tot millia vulnerum, guttarumq; Sanguinis obtulit, imò ſeipſum immolavit, atq; impendit, vt Templo ſuo futuro, Matre ſcilicet, illicò in fundatione ſui, ſeu primo Conceptionis puncto, originali gratiâ, conſecratâ, gaudere potuiſſet. *Plùs enim* (ait S. *Bernardin:* Sen.) *pro redimenda Virgine Chriſtus venit, quàm pro vniuerſa creatura.* Quam proinde S. Ildephonſus l. 1. de V. M. c. 12. ſolum & ſingulare opus Incarnationis DEI appellauit, & veneratus eſt. & cur? niſi, ut, quod nulli mortalium conceſſum, ſine originali concipi; id ſuæ Matri ſingulariter promereri intendiſſet. Nonne in huius Solemnitate Feſti, Conceptionis ſcil: myſterii cultu frequentiam collætantium populorum cernere eſt: vbiq; pulpita, vbiq; fora laudibus Imm: eius Conceptionis concrepant: ad cuius ſolemnitatem Feſti immenſæ turbæ ſeu chori ſpirituum cæleſtium, vt ius ſibi ſtatim a principio præſcripſiſſent, & tantò firmiùs ſtabiliſſent, (quod S. Vinc: *Ferrar: ſer: 2. de nat:* adnotauit) *ſtatim in Conceptione ſeu in creatione Deiparæ, Feſtum ſolemne in cælo celebrauerunt.* Ipſius tandem Domini Sabaoth SSS. Trinitatis, ſcil: in Conceptione Mariæ, obſeruemus feſtiuam lætitiam, ut Feſtum Sabaoth illam eſſe comprobemus. Adeſt præſtò S. *Erneſt: Prag:* in Mariali: c. 5. qui B. Virginem appellat *Lætitiam SSS. Trinitatis:* & quando aptiùs dicenda talis, quàm in ſui Conceptione? Quî non lætetur Pater, Filius, & Sponſus, in ortu ſingularis Filiæ, Matris, vel Sponſæ? Accedat iam Seraphicus Doctor, & ſingulares hodie orientis in vtero materno Virginis, ediſſerat ad SSS. Trinitatem relationes. Hic ergo *in ſpec: c. 8.* ſic ait:

Feſtum Conceptionis, quo ſenſu dicatur Feſtum Sabaoth.

Paralip:

Templum Salomonis,

Figura Concept: B.V.M.

MARIA vt immaculatè cõciperetur ſingulariter pro ea paſſus Chriſtus Ber: Sẽ-

Angeli, feſtum celebrant Concep: Vinc: Ferr:

SSS. Trinitatis lætitia, ea immac: Concept.

Ipsa singulariter Domini Filia, Domini Mater, Domini Sponsa. Ipse est Dominus Pater, cuius Maria est Filia nobilissima. Ipse est Dominus Filius, cuius Maria est Mater dignissima. Ipse est Dominus Spiritus S. cuius Maria est sponsa iustissima. Cunctæ particulæ halant ex termino MARIÆ specialem præ cæteris immunitatem Mariæ ab omni peccato: aliàs nihil singulare notaretur in illa. Vnde idem Doctor concludendo ait: *MARIA est Filia summæ æternitatis*, ergo nunquam fuit non Filia: *Mater summæ veritatis* ergo cum mendacibus hominibus, sola verax computanda non est. *Sponsa summæ bonitatis*, ergo communis corruptionis, ac iniquitatis semitas declinavit, viam iniquitatis non iniuit, *quando omnis caro coruperat viam suam.*

Bonau:

Probatur Doctoraliter.

199. *Festum Concept: Festum sit vtriusq; vesperus.*

Tertiò. Conceptionem Beatiss: Virginis fuisse festivitatē celeberrimā, evinco ex eo: quia fuit Festum sine vtriusq; vesperis, ad modum illius totius vniuersi, Generalis Festi, seu primæ Creationis diei, in quo lux creata, (nondū enim Sol & alia sydera habebantur) totis primis diebus sine noctis interruptione festiuè splenduit: pro quo *Lipomanus* ex vñbli Beda citat verba S. *Augusti. l. 1. in Gen: Non est* (inquit) *credendum, primam illam lucem fuisse extinctā, vt nocturnæ tenebræ succederent; & rursus accensam, ut mane fieret, antequam hoc Solis officio gereretur; quod à quarto die capisse fieri, eadem Scriptura testatur.* Ex Solis ergo ortu & occasu, solemnitates, primas & secundas sibi vendicant Vesperas, quas quia generalissimum illud Creaturarum Festum, primigeniæ Lucis illustratum splendoribus, non habuit, ideo celeberrimum, ideò solemne ac supremæ Classis censendum est. Idem omninò adstruunt plurimi Doctores Conceptioni MARIÆ: dum noctem vel vesperam omnem peccati in illa pernegant. A noviss̄imis calculos numero *Chrys: Vega* cit: *n.* 247. in illa primigenia Luce trium Creationis dierum, mysterium puritatis MARIÆ obseruans, ita ait: Dies Alma MARIA, lucis illius æmula, quam nox neq; antecessit, neq; subsecuta est; quia sine nocte culpæ vllius, & absq; ignorantiæ, & erroris alicuius tenebris promicavit. S. *Ildeph:* locō iam cit: vt solemnitatem Conceptionis sine vesperis culpæ originalis fuisse comprobaret, ex solemnitate Nativitatis eius, ingeniosè satis argumentum assumit: *Si enim MARIÆ Conceptio non festiua, id est, in peccato fuisset; nec Natiuitati eius, vtpote in origine sua vitiatæ, festiuitas aliqua foret adstruenda.* Premit ius sequellæ instantia de Ieremia, qui etsi in vtero sanctificatus, sine culpa originali prodiret; doluit tamen grauiter in sui Nativitate. *Maledicta dies, in qua natus sum, dies in quo peperit me Mater mea:* nec mirum: nam in initio ortûs sui, scil: in Conceptione, originalis peccati damna sensit. Verba Doctoris sunt. *Vndè, etsi Ieremiæ dies maledicta prædicatur, dies inquam nativitatis eius; tamen dies, in qua inchoata est Mariæ nativitas, beata prænunciatur, & colitur religiosè satis:* Quasi diceret: nativitas Prophetæ sub maledicto, quia conceptio quoq; eius sub maledictione fuit, etsi sanctificatus ex vtero prodiisset: Dies autem Nativitatis MARIÆ prænunciatur festiua & beata, quia inchoatio eius, seu Conceptio, beata & benedicta nimis. Concurrit ad vota Ildephonsi, S *Bernardus ep: ad Lugdun:* dum sic in illa verba: *De qua natus est IESUS*, scribit. *Ex hoc cum Augustino cognoscimus, datam ei fuisse virtutem ad vincendum ex omni parte peccatum, quia concipere & parere meruit eum, qui peccatum non fecit. Ex omni parte inquit Augustinus, scil: ex parte originalis, & ex parte actualis peccati.* Cùm ergo ex testimoniis horum pateat, diem Conceptionis Mariæ, Vesperis peccati caruisse; rectè dixerim Conceptionem eius celeberrimum Festum: vel cum *Iacobo de Vorag: s. 2. Sabb. post Ciner: Sabbatum a DEO benedictum.*

Jerem:

Bernardi pro Imm: Conceptione testimonium.

Probatur Miraculosè.

220. *Festum Palatij, in quo iudicia silent, dicenda Immac: Conceptio.*

Quartò Celebritatem Conceptionis B. V. MAriæ non incongruè iuuant, nonnulla in Romana curia Festa, dici solita Festa *Palatij*, in quibus Judicia silent, & alteri ius dicendi, facultas vetatur. Nonne benè constat ex tot Pontificum Summ: Bullis, præsertim Pauli V. & Greg: XV. ius dicendi publicè seu accusandi Mariam de maculata Cōceptione, id est, oppositam sententiam, ex Cathedra & pulpito, aut in concursu vulgi proponere, vetitum esse: altum in publico talia agendi, indictum

ſum eſt ſub Cenſuris ſilentium. Mitto hæc, venio ad miracula. Franc: *Mayron:* & alii referunt, ipſam glorioſam Virginem, miraculoſè apparendo quibusdam, litem contra ſuam Conceptionem parantibus, arctum mandauiſſe ſilentium. Nam Pariſiis, dum quidam Magiſter concionem habiturus, adornando ſermoni ſeriò incumberet contra piam ſententiam; ecce B. Virgo apparuit agminibus ſtipata Cæleſtibus, ſic eum alloquens: o Magiſter? quid ego tibi unquam feci, quia hoc manè, *Vt contra meum prædicare honorem:* Pœnitentiâ ductus Magiſter mutauit animum, ac ſententiam: & B. Virgo ad Gabrielem ſermonem intendens, ait: *Vade & doce hunc ſermonem, quem manè faciet vniuerſitati Pariſienſi.* Gabriel itaq; accedens ad eum inquit: *Aperi os tuum, & imple illud.* Quo quidem facto exarſit Concionator deſiderio propugnandi piam ſententiam, & quidem præſtitit ex Cathedra luculentiſſimè. O quãtò felicior illo (ap. Bern: Buſt: ſer: 11. de Concept:) Capellano Marchionis Mantuenſis, qui frequenter myſterio Immac: Conceptionis obgarriebat, imo ex libro Feſtorum, Feſtum hoc Cõceptionis cancellare auſus eſt: ſed ecce violati ſilentii pœnam atrocem luit, nam nocte ſequenti improviſè mortuus, & ſine lingua repertus eſt, Feſti Palatii violator & hoſtis.

Pariſiis Doctor redargutus a B.V. de contraria imm: Concept. ſententia.

Imm: Concept: hoſtis, ſine lingua mortuus repertus.

Probatur Hiſtoricè.

201. Vltimò tandem, celebritati huius Feſti, ſcil. Conceptioni Immaculatæ Virginis, præter ſacram, profana quoq; antiquorum, licet ſuperſtitioſa adſtipulatur pietas. Refert *Cauſin:* Hiſt. l. 5. c. 8. quòd apud Perſas olim celebraretur inter alia Feſta, vnum, quod *Interitus ſerpentum* dicebatur: illo enim die Perſæ venenata omnia telis conficiebant, & ea pro inſigni pietatis argumento Diis ſuis immolabant, ſeu offerebant. Quid aptiùs ad hodierni Feſti Imm: Concept: Mariæ celebritatem declarandam? cuius victorioſi pedis ſub calcaneo conculcatum cernimus ſerpentem. Hanc olim victoriam mundo ſalutarem, MARIÆ Q; glorioſam !appromiſit Deus. *Gen:* 3. ſic deceptorem allocutus ſerpentem. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius: Ipſa conteret caput tuum.* Si-

Feſtum apud Perſas, mactationes & ſerpentũ.

Gen:

A gnate ait *ponam, non pono,* vt ad illam mulierem oculum flecteremus, quæ mulierum decus, & ſalus; virorum autem damna, Deum pariens reparare debebat. Sed cùm inter ſemen ſerpentis & ſemen mulieris diſcordiam Deus poſuit; quæres fortè, quodnam ſerpentis hîc ſemen dicatur? B. *Alcuinus Interr: 75. in Gen:* reſpondet, *Semen ſerpentis eſt originalis peccati primordium.* Per ſemen verò mulieris *Nouarinus n.* 203. intelligi poſſe aſſerit, initium puritatis & ſanctitatis Mariæ. Dum ergo inimici ſibi ſeminis conterit Maria caput; de peccato originali ſe in Conceptione triumphaſſe, & feſtiuam illam habuiſſe B diem, atq; horam, manifeſtè declarat. *Et hæc eſt* (ait quidam) *principalis, celeberrima, ac feſta dies, hora, & momentum, in quo Virgineo hoſtis omnium ſubiectus protritusq; calcaneo, nedum ipſi triumphanti Mariæ in prædam ceſſit; ſed prædam quoq; (nos intelligo) quam Eva ſeruituti manciparat, libertati reſtituit.*

MARIÆ ſeminis, inimititiæ cum ſemine ſerpentis.

Epilogus.

202. INdoluerat olim Bern. Buſten: l. P. ſ. 2. ſui ſæculi infelicitati inquiens: *Quod abominabilius eſt: cùm contra ſceleſtiſſimos quoſq; non ſoleat ferri ſententia ſanguinis, niſi in diebus ferialibus; contra ipſam tamen innocentiſſimam Virginem in maioribus Feſtis ac ſolemnitatibus, a quibuſdam cõdemnationis ſententia profertur. Et cùm ad audiendam malefactorum condemnationem, ſolùm generali campanarum ſigno populus invitetur; ad audiendam tamen iniuſtiſſimam SS. Virginis de peccato condemnationem, vltra generalem ſonitum, tales crudeles judices per domos diſcurrendo, ad ea inuitant, quibus B. Virgo coram pluribus diffametur.* O quam beatiora dixerim ſæculi noſtra tempora! dum iam per Conſtitutiones Apoſtolicas publicæ proviſum eſt indemnitati & famæ MARIÆ, creſcentibuſq; ſæculis, in dies D creſcit quoq; celebritas & zelus Feſti Immac: Conceptionis eius: nec eſt qui audeat ex pulpito malè loqui de illa: imò quàm plures zelatores oppoſitæ ſententiæ, ad noſtra caſtra in dies tranſire videmus. Ergo iam delicioſiſſimi celeberrimi Feſti tui, Conceptionis ſcil: Immaculatæ, læti peragimus Anniuerſarium, o ter Virgo Beata! Ex abdito cordium minimi cultorum tuorum depromimus feſtiua gratulatoria: breuiſſi-

202. Bern: Buſt:

In Feſtis, non profertur ſẽtentia capitu.

mum scil: *Aue:* id est iuxta Interpre-
Escobar: tem Escobar l. 4. de Concept: obs: 15. n. 141. *Gaude & lætare* MARIA, *pax tibi, quiesce, Festum age.* Fac igitur, ut almo interuentu Tuo accipiamus Festum seu
Greg: Sabbathum illud, de quo *S. Greg: l. Moral: 18. c: 28. de vero festo ait. Populus DEI accipit Sabbatum, id est requiem mentis, vt nullo in hac vita desideriorum carnaliũ fatigetur appetitu:* Precamur hoc igitur iterum atq; iterum, idq; efficaciter, quia per ipsam Immaculatam Conceptionem tuam.

A M E N.

FILIA SSS. TRINITATIS

SS. DEIPARA.

Pro Nativitate B.V.M.

Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus. Mat: 1.

203. NOmen Virginis, solemnitatis hodiernæ Euangelio, studuit inserere sacer Euangelista, ideo opinor A. A. vt mortales omnes in tantæ Filiæ natalitio, tam Sancti, tam beati nominis cognitione bearet: & ut audito nomine MARIÆ, statim singulari perfunderentur gaudio, spiritualiq; cumularentur fructu. Inseruit & nomen Spõsi, dum Josephum produxit in medium, ne virum ignoremus, cui ob tot obsequia Virgini ac Christo exhibita, tantùm mundus debet. Sed hic deuotus aliquis scisitabitur: cur & Parentum MARIÆ nomina, Divinis literis inserta non sint? Euangelium volue, & reuolue, nullibi deprehendes MARIÆ genitorũ nomina, in posterorum notitiam transmissa: cur ita? nam istud casu accidisse nequaquam putandum est An id factum, vt hoc silentio innueretur, MARIAM nimio affectu parentibus non adhæsisse? Hinc cùm vix triennis esset, ad Templum ivit, vt ibi DEO suo dicaretur, Patre Matreq; relictis. Vnde *Vgo Caren:* illa Davidica de futura MARIA verba *Psal: 14. Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.* asserit ad literam impleta fuisse, *Mat. 1.* ubi texitur Genealogia eius, & non nominatur Pater eius. Ergone MARIA, ceu alter Melchisedech, sine Patre sine Matre? Grande aliquid innuit, hæc Sacrorum Auctorum de Virginis parentibus reticentia, magnumq; quidpiam sub hoc nominum silentio delitescere subodoror. Suggerit aliquid *Ambr: Catharinus in 3. Gen:* dum ait: *Ecce de Beatiss. Virgine nihil ferè habemus in Scripturis, nec ex quo patre, nec ex qua Matre descenderit, solùm accepimus eam esse Christi Matrem, id verò multi mirantur: sed magna DEI providentia factum: ostendere enim voluit Spiritus S. secundùm quam partem considerandа esset in Genealogia, Sacratissima illa Virgo, & non quidem vt habens Patrem & Matrem peccatores, sed vt existens Mater Dei.* Ex cuius Authoris verbis hoc eruitur, quòd ex specialibus relationibus MARIÆ ad DEUM, inuestigandum sit, cuius Neonata MARIA, dicenda sit Filia: certè non cuiuspiam alterius, nisi ipsius Dei: quod magno numero & libero ore profiteri à Patribus audiemus infra. Ego vt luculentiùs rem aperiam, FILIAM propterea SSS. TRINITATIS, Neonatam MARIAM appellabo & demonstrabo. Breviter præmittam morale, quàm salutaris sit homini titulus SSS. TRINITATIS: Interea vagienti in cunis natæ Filiæ adblandiamur, rythmicè supplicando.

Ambr: Cathar:

Maria, Filia SSS. Trinitatis.

Iam non vagi, noua Nata
TRINITATIS Filia:
Imò nostra, fronte gratâ
Solare exilia.

MARIÆ Parẽtes, cur non nominentur in Euangelio.

PARS.

PARS I.

TITVLVS SSS. TRINITATIS, salutis tessera.

204. *Nomina, antiquis, amuleta securitatis.*

VIm quandam nominibus titulisq; inesse, nedum ethnica antiquitas asseruit, sed sacer quoq; Textus non pernegat: illa quidem superstitiosum quid & vanum, ac fallibile adstruebat syllabis; sacra verò Scriptura nominibus suis sacrosancta adscisit mysteria. Vnde fluxerat ardens illud mulierum votum, apud *Isaiam* ad nomen cuiuspiam expectatissimi viri (Messiam ille futurum significabat) de quo sic Prophe-
Jsa: ta *Isa:* 4 *Apprehendent in illa die septem mulieres virum vnum dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos.* Horum in serie salutarium titulorum, primum ex æquo tenet locum, nomen seu deuota inuocatio SSS. TRINITATIS: Nam hoc nomen, salutis nostræ, tam in vita, quàm in morte, tesseram esse probo.

Probatur Scripturaliter.

205. Titulum seu cultum SSS. TRINITATIS, fundamentum felicitatis in vita securitatisq; tutamen, imo venam esse omnium bonorum spectantium ad vitam colligo partim ex dictis, partim ex factis Saluatoris nostri: Ex dictis (inquam) verbis scil: illis. *Matt:* 18. *In ore duorum vel trium, stat omne verbū.* D. etenim *Auguſt.* per hos tres in præ-
Trinitatis invocatio, iuvamen. senti notatos, adumbrationem SSS. TRINITATIS agnoscit, & meritò ait, quòd in ore horum trium stat omne verbum, non jacet, non cadit: Quid? vbi TRINITATIS vel adumbratio, per piæ deuotionis affectum & invocationem, viget, nullus ibi metuendus casus; sed omne contra aduersa præstolandum tutamen. *Vis* (inquit S. Do-
Auguſt: ctor: tract: 36. in Ioan: c. 8.) *habere bonam causam? habeto duos vel tres testes, Patrem, Filium, & Spiritum S.* Felicitatem verò bonorumq; abundantiam, huius tituli esse privilegia, facto ipso edocuit idem Saluator *Ioan:* 8. Dum enim a
Ioan: nonnullis interpellaretur de natalibus. *Dicebant ei vbi Pater tuus? Respondit IE-*

A *SUS: neq; me scitis, neq; Patrem meum: si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis.* Attendite Fratres circumstantiam loci, gazophylacium fuisse. *Hæc locutus est IESUS in Gazophilacio, docens in templo*, hoc est iuxta arcam, in qua pro pauperibus, & viduis sustentandis, collatæ a fidelibus pecuniæ reponebantur. Non alibi, mysteria nominaq; aliqua mysterii SSS. TRINITATIS explanare complacuerat Saluatori, nisi in divitiarum reconditorio: & cur? *Nisi* (vt divinatur *Baëza* in Euan: l. 18 c. 8. §. 21.) *ostendere volens, in notitia SSS. TRINITATIS, eiusq; cultu, haberi tantam bonorum* Baez.
B *abundantiam, quæ posset implere thesauros ad vitam humanam sustentandam. Huc spectat homo ille, qui habens amicum, Luc: 11. vadit ad illum mediâ nocte, & dicit illi, amice commoda mihi tres panes &c:* Media in nocte constitutus, tenebris obrutus ad amicum abiit, quærens tres panes: quasi, si notitiam accipiat SSS. TRINITATIS, tantam bonorum recipiat abundantiam, quanta possit no- Auguſt:
C cturnos omnes labores superare. Ait D. *Auguſt:* in D. Thom: Catena: *Amicus ad quem venitur mediâ nocte, ut accommodet tres panes, vtiq; ad similitudinem ponitur, secundùm quam quis in tribulatione positus, rogat Deum, vt ei tribuat intelligentiam (seu memoriam) TRINITATIS, quâ præsentis vitæ consoletur labores.* Sed mirùm quòd nonnisi pro tribus panibus solicitet amicum: credibile est deficiente domi pane, defeciſſe a fortiori & alia sustentationi necessaria, cur ergo non quærit potum, neq; ulla alia? cur contentus est quærere solos tres panes? Ecquidem si ipse habebat notitiam TRINITATIS, cum illa simul habebat, & cætera necessaria, quibus indefectibilem vitam ageret. S. *Auguſt:* ibidem a- Auguſt:
D it. *Cùm peruenerit ad tres panes, hoc est ad cibum, & intelligentiam TRINITATIS, habes & vnde vivas, & vnde pascas.* Quid homo requirat ad vitam, quod non habeat in diviniſſima, cui est deuotus, Trinitate: talis homo habet, quo omnia mala & nociua depellat, & vnde fortunatissimè, & in æternum vivat. Thamari a Juda hædus promittitur. *Gen:* 38. & pro hædi arrhabone, dantur illi tria, nimirum annulus, armilla, & baculus, interea, dum ei hædus mitteretur. Quid tunc? acceptis tribus pignoribus, ipsa hædum noluit expectare, sed

Trinitas inuocata, implet bonis.

sed statim discessit. Cur non magis expectat hædum sibi promissum? Fidelis Ecclesiæ typum ferebat Thamar: quæ vbi in tribus pignoribus, divinæ Trinitatis pignus recepit; non vult ampliùs cum hædis, sed cum agnis felicibus in loco pascuæ divinæ reperiri. In hunc sensum ratiocinantem audiamus S. *Zenonem. Hædum* (inquit) *ei promittit Iudas, id est, quæ sit peccatori peccati merces, ostendit. Quam accipere devitavit, quia inter agnos venturo tempore, non inter hædos deputatur, qui pignus Trinitatis accepit.* Ex dictis collige emolumenta & insignes felicitates deuotæ in Mysterium SSS. TRINITATIS animæ huiusce modi, quæ externè sine speciali reuerentia, motuq; interno cordis nomen SSS. TRINITATIS audire non patitur, quinimò non infrequenter pro possibili huius vitæ, administrabili Fidei, altitudinem divitiarum & Mysterii inaccessibilis illius Maiestatis, mente sibi proponens, ipsam, in abyssum nihileitatis & vilitatis suæ projecta, profundissimè veneratur actibus laudis, glorificationis, gratulationis inscrutabilium pertectionum eius, nec non cordialissimæ Compassionis, quòd scil: tanti Mysterii Dignitas, a tot millionibus infidelium Ethnicorum, Mahometanorum, Iudæorum, Arianorum, ignoretur, (& quod dolentius) blasphemetur: ac tandem totam omnitudinem suam, in medullatum superexaltandæ Maiestatis ipsius holocaustum, offert & dedicat.

Zeno:

SSS. Trinitatis cultus & deuotio, animam mire accumulat.

Probatur Figuraliter.

206

SSS. Trinitas in agone præsidium.

Alterum est, quod ex pio cultu perauguistissimi istius mysterii deriuatur in animam deuotam privilegium, quòd scil in mortis duello seu in agone, huiusce modi anima feliciter triumphatura sit, TRINITATE armata. Mysterium mysterio comprobo, illâ scil: Apocalypticâ, quatuor animalium incessanter Trisagium SSS. TRINITATIS indefessè decantantium, visione. *Requiem non habebant die ac nocte, dicentia Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Ex sensu Origen: & Nazian: *ap: Syllv: Alleg:* Quatuor hæc deuotissima erga SSS. TRINITATEM animalia, exprimunt quatuor potentias animæ rationalis, præsertim (vt ego puto) deuotè affectæ huic mysterio. Animal ergo, quod habebat signum, & speciem hominis, signat principalem, & primò distinctiuam hominis ab omni alio, *potentiam rationalem:* quâ deuotus quispiam tum temporis trisagium *Sanctus &c:* decantat, quoties actibus Fidei hoc mysterium profitetur. Leo symbolum est *potentiæ irascibilis:* Leo hic sacrum Canticum Triados intonare censetur, dum vel infidelibus, rudibusue Christianis mysterium explanat, & deprædicat, vel dum super malitiam blasphemantium zelosè ipsi irrugire contingit. Speciem quoq; Bovis, potentia *concupiscibilis* induit, terq; Sanctus decantat, quando in honorem SSS. TRINITATIS in abstinendo a concupitis & delectabilibus, laborat: vti plurimos in hoc labore studiosos recenset, *Engelgraue*, atq; *Lobettius* in Festo Trinit: aut etiam tum, dum zelo propagandæ Fidei, seipsum internè hostiam immolandam, parato animo ad martyrium dedicat. Quartum deniq; animal videlicet Aquila, quod designat *Conscientiam* specialiter circumscripsit Joannes, dum volantem se vidisse asseruit. *Et quartum animal simile volanti*, quod in cæteris animalibus se aduertisse absolutè conticuit, quamvis ex Scriptura constet etiam illa alata fuisse. *Singula eorum alas senas habebant.* Ingens in hoc volatu latere mysterium aduertit *Did. Baez:* in Evang: l. 5. c. 9. §. 10. videlicet, quòd Ales ista victrix volans, atq; Trisagium sibilans annuntiet, quomodo illius anima deuotioni SSS. TRIADIS addicta, dum mortis adierit pericula hoc charactere armata, victrix evolabit ad superos: Indeq; acumen suum ad Aquilas victrices dirigens, quibus labara Romanorum ornabantur, & ad Aquilam, quæ ex rogo, quo demortuorum Cæsarum cremabantur corpora, cælum versùs dimittebatur, animæ quasi defuncti baiula, ingeniosè satis Figuram significato suo applicando, mysterium edisserit: hisce præconceptis verbis: *Non sic Romanæ Aquilæ victricis gentis Labarum decorabant, non sic Imperatoria stemmata hostes deterrebant, medias inter inimicas phalanges, ad victorias volantia; vt* TRINITATIS *Divinæ cultor & adorator, & amator euolat ad immortales triumphos.* Et paulò infra. *O quàm altè volat victrix Ales* TRINITATE *suffulta! non sic victrices buccinæ & tympana exarmant hostes; ut anima divino tri-*

animalibus declarata.

Trinitatis sub titulo, triumphus.

Did: Baeza.

Animæ potentiæ, in quatuor

vino trisagio repetito mortales devincit terrores, & in astra volat. Sic olim Imperatoria iusta perficiebantur: tres pyram constituebant gradus, e quorum summo Aquila emittebatur, quæ in Cælum euolans, volantẽ Imperatoris animam notaret; Sed beatiori præsagio ad Trinum Deitatis conspectum effertur quartum animal simile volanti Aquilæ, vt notet, quantùm conferat è vita migrantibus, deuotus cultus TRINITATIS. Hactenus iste præclarus, & bene fundatus commentator, pro gloria TRIADIS.

Probatur Historice.

207. Vtriusq; asserti rem historiis comprobo. Huic posteriori, scil: quanto munimini sit moriturientibus cultus, & titulus SSS. TRINITATIS, fauet illud quod lego apud *Lobett cit:* de eximio Ecclesiæ Dei Doctore, venerabili Beda: qui cæcus licet, mirificæ doctrinæ suæ lumine illustrauit Ecclesiam: hic iam animam acturus, festiuissimè intonavit raucâ licèt, sed cygneâ voce illum versum: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto:* atq; sic mirâ dulcedine perfusam animam, e terra in Cælum emisit. Liceat domesticam similem huic adnumerare narrationem, de magni nominis in Regno Poloniæ Senatore, Castellano Camenecensi, Illustrissimo Nicolao Bieganowski, Magno olim Legato ad Turcarũ Imperatorem, nostræq; Reformationis insignem Fautorem, trium enim Conventuum meæ Provinciæ Fundator ex asse fuit, nostro iam sæculo. Hic itaq; (vt relatione, præsentium moriturienti Patrum, Coniugisq; eius, celeberrimæ animi dotibus Magnatissæ, constitit) dum proximo esset mortis in periculo, monitus à medicis per prudentissimam Coniugem, quod iam moriendum esset, animosè respondit: Itane? ergò morior, *In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus S.* verbis signum Crucis consuetum orthodoxis fronti, brachiis, pectoriq; apponendo, placidissimè Leopoli, quæ Metropolis est Russiæ, obdormivit cum spe bona salutis, in Domino: inter Fratres, quos tenerrimè amabat, sepultus. Prioris autem asserti nostri veritatem, robustè fulcit perinsigne illud exemplum, quod habet *Mancin: de Pass. l.* 10. *Dist:* 1. *P.* 3. *ad finem.* Mauritio imperante, ex Advocatorum grege quidam Constantinopoli sceleratissimus præstigiator, hominem adolescentem in Notarium conduxerat, ignarum prorsus herilium veneficiorum, quem ille perditissimus, à salutis via auertere, & cacodæmoni devouere constituerat. Opportuno itaq; die, equos conscendũt & solitudinis ab omni hominum cultu remotæ, trivium petunt, Soleq; iam in noctem declinante ad castrum peruenium, portis æratis egregiè munitum: pulsatis ab hero foribus, ambo admittuntur. Visum intùs magnificentissimum auroq; illustre fanum: cernunt lampadum ac luminum frequentes ignes: subsellia & dispositos ad officia ex vtroq; latere ministros, omnes in deformem Æthiopum atrorem degenerantes: vnum reliquis proceriorem habitu Regis in solio sublimi residentem: qui causidicum officioscè exceptũ salutavit, propeq; suum tribunal assidere fecit: stantem porrò famulum penes sellam Domini sui respectans dæmonum Imperator, quam ob rem inquit, adduxisti puerum hunc? Juxta mecum (inquit Magus) hic tuus Domine famulus est. Et Dæmon: Itane puer, tu meus famulus es? Ego (inquit Adolescens) sum famulus DEI Patris, & Filii, & Spiritûs S. vnaq; cum dicto, e regio Tribunali Inferorum Rex, ritu fulminati effusus concidit: corruêre & circumsedentes proceres, ipseq; adeo Aduocatus, & lumina & arx euersa, simulq; hausti terrâ omnes; solus cum equis relictus juuenis, curriculo vrbem repetiit. Rogatus vbi herum reliquisset, seriem inusitati facti per ordinem exposuit. Nactus deinde idem Iuuenis meliorem Dominum, nobilem, deuotum eleemosynarium, virtutisq; cultorem singularẽ, eum comitatus est ad quandam Ecclesiolam oraturus: itaq; dum constitit ad heri sui partem sinistram; ecce imago Crucifixi ab hero auersa ad ephebum cæpit respicere: Re Patricius ille animaduersâ, puerum ad dexteram reuocavit, sed effigies sacra, iterum se ad adolescentem reflexit. Hic vehementer perturbatus Dominus, fusus in lacrymas. *Christe Sancte* (inquit) *quare auertis faciem a me seruo tuo? Tu mihi testis es, me nunquam auertisse faciem meam ab vllius miseria.* Hæc dum diu flens ingeminasset, vocem ex Icone delapsam audit: *Tibi quidem habeo gratiam, de*

Vn. Beda moritur inuocata SSS. Trinitate.

Nicol: Bieganouius Castell: Camen: Gloria Patri &c: intonat in morte.

Seruus, confessus SSS. Trinitatem, a dæmonibus saluatus: & a Crucifixo honoratus.

ei, de fortunis tuis a me tibi collatis manu litanti, sed huic plùs debeo, in vltimo terrore non nëganti, meq; palam Patrem, & Filium & Spiritum S profitenti. En quàm salutiferum, vel minimi serui SSS. TRINITATIS gloriari titulo: quantò magis gloriosiùs, Filiæ SSS. TRINITATIS nomine insigniri.

PARS II.

SS. DEIPARA, Filia SSS. TRINITATIS.

208. TAntæ olim felicitatis, gloriæ, vel potiùs stultæ ambitionis erat, Filium supremi nominari DEI; ut dum oraculo ipsius Jovis Ammonis Alexandrum Macedonem, Jovis Filium fuisse, divulgaretur, scribit, *Pier: Hierog: l. 1.c.7.* quod ad tanti nominis veneratione terræ Reges, Principesq; conspirauerint, præcipuèq; Ptolomæus Ægypti Rex, qui dei sui filium veneraturus, magnâ pecuniæ vi ex Nili ostiis, & memphiticæ vrbis portoriis collectâ, ad aliquot talentorum millia, totum sine delectu, xenii nomine, ad Alexandrum deferri curauerit. Hinc a superstitiosis ad seria, a commentitiis ad vera, robur consequentiæ formando, perpendendus est honor & dignitas MARIÆ, dum Neonata verè & defacto, FILIÆ DEI, FILIÆ SSS. TRINITATIS de vtero materno gloriosum exportat titulum: quem explico.

Iovis filium prædicari, quãti honoris.

Probatur Scripturaliter.

209. Scio benè ex Theologis, & Patribus, opera TRINITATIS esse indivisa ad extra: ex quo rectissimè concluditur, creationem MARIÆ, cum sit opus ad extra, opus esse SSS. TRINITATIS. Hoc tamen quia nimiùm vniuersale est cunctisq; creaturis commune; ex hoc solo Filiam SSS. TRINITATIS dicere Beatissimam Virginem, parùm iuvat: Cæterùm si ea, quæ tribus Personis in Divinis figillatim per appropriationem competunt, aliaq; adminicula penitiùs scrutemur; ius speciale huius tàm Excellentis tituli in MARIA agnoscemus. Imprimis Patris æterni veram & specialem esse & hodie nasci FILIAM, Virginem Beatiss: probat Eccl: illud *Eccli* 24. Vbi typicè inducitur ita loquens MARIA: *Ego ex ore altissimi prodiui primogenita omnium creaturarum.* Concors Expositorum sensus æquè de Sapientia æterna, DEI Filio; ac de Beatiss: Virgine hunc textum verificari asserit: qui præcipuè isto suffulti loco, MARIAM FILIAM DEI Patris affirmant adeò firmiter; vt Chryst: Vega *n.* 1791. ex præfato textu concludat, ita id rigorosè competere Virgini, *quod si per impossibile gaudere posset Pater æternus ab æterno, FILIA naturali, sicut gaudet Filio; non aliam vtiq; sibi adsciscere, nisi MARIAM.* Itaq; nobiliori quodam modo, & iure dicenda est MARIA FILIA DEI Patris, quàm titulo solius adoptionis per gratiam sanctificantem, hoc enim est vix non æquè commune, sicut & ille titulus Creationis. Hic iam, quod in votis est, euoluere necessum, cur nam Patres & Doctores, Beatiss: Virginem passim æterni Patris FILIAM quasi titulo speciali compellent. Pro cuius rei explicatione, fundamentum pono ex definitione generationis viventium, quam compendiosè exhibuit S. *Bonau:* l. dist. 13 a. 1. q. 2. ad 1. *Generatio, est productio substantiæ similis, per modum fœcunditatis.* Vndè nullus Theologorum ausus est similitudinem in natura, a generationis definitione ablegare. Natura autem hîc sumenda, non simplicitèr prout dicit essentiam; non enim propositi nostri est asserere, MARIAM eiusdem dici essentiæ cum Patre, hoc enim adulterinum esset Virginis elogium, quale nec illa amat, nec nos amamus; sed prout natura dicit fœcunditatem, seu radix est alterius Personæ generandæ. Itaq; talis natura, miro huius proprietatis Paternæ pondere, MARIÆ inesse dignoscitur: siquidem ex virtute Altissimi prærigata, efficaciam ebibit generandi suo modo Divinam Personam, utpotè verè & propriè dicta Mater Filii DEI: quo iure, prima natura proximè accedens ad Patrem, dicta est ab *Andrea Hieros. s. 2. de* Ann. *Mulier* (ait ille) *quæ Cælorum superauerat naturam, Virgo, ipsorum Seraphim iam vincens naturam, miraculo DEI generationis, prima natura accedens ad DEum opificem omnium generationum.* Id ergo nulli vnquam creaturæ concessum est: sic differentiùs præ cæteris nomen hæreditauit, quod Mater DEI efferatur, & sit: vnde a S. *Bernardin Sen: tom:* 1.

Vega:

MARIA, nobiliori titulo, quã creationis vel adoptionis, Filia Patris dicitur.

Bonav:

Andr: Hieros:

MARIA vim ebibit a Patre, generandi Filium Dei

tom: 1. *f.* 1. *art,* 1. *c.* 3. cum sapore & gustu dicta est, *Emanatio sincera omnipotentis Dei.* Emanatio enim, cùm sit vocabulum expressiuum immanentium actuum, sacrarumq; originum, quæ intra Deitatem emanationes vocantur, omnipotentia autem per appropriationem Patri æterno competit; naturam generandi Filium DEI, MARIAM veluti genuinam FILIAM hæreditasse per id asseritur. Iuuat cogitatus & conatus nostros, pauper licet & simplex, in schola tamen orationis eruditissimus Theologus, Seraphicus Patriarcha meus Franciscus, in sua ad Beatam huiusmodi oratione, *apud tom:* 5. *Bibliot:*

Franc: *dum ait: Sancta MARIA Virgo, non est tibi similis nata in mundo in mulieribus, FILIA & Ancilla Altissimi Regis, Patris cælestis.* Huic similitudini ex parte fæcunditatis naturæ, accedit rursùm in MARIA, vt FILIA Patris, ex parte modi generationis, alia similitudo ad Patrem: & quæ nam? quia sicut Pater totum Filium generat solus, sic MARIA vt Mater, se solâ, scil: sine alterius hominis adminiculo generat totum Filiũ. Quod

MARIA, se solâ generat Filium, sicut & Pater. ad stuporem usq; rapuit S. *Damasc: orat:* 1. hodiernæ Diei Natiu. *O Filia* (inquit) *semper Virgo, quæ virili opera ad cõceptionem minimè opus habuisti: sempiternum enim Patrem habet is, quem peperisti.* Hinc erumpit & tertium similitudinis MARIÆ ad Patrem (cuius Filia dici-

Damasc: tur) argumentum, non iam ex similitudine; sed quod maius, ex identitate geniti: idem enim est absolutè Filius,

Mariæ idem Filius qui ab æterno Patru. quem ab æterno genuit Pater, & quem in tempore peperit MARIA. Audiamus *D. Ansel:* de excell: V. c. 3. *Hunc igitur sibi tam vnicum, quàm dilectissimum* (de Patre loquitur æterno) *& in omnibus æqualem, non passus est solummodo remanere*

Anselm: *suum, sed eundem ipsum voluit, ex rei veritate esse B. MARIÆ vnicum & dilectissimum, & naturalem Filium, nec ita, vt duo essent, vnus videl: Filius DEI, & alius Filius S. MARIÆ; sed vnus & idem ipse, qui Filius Dei est in vna Persona, etiam Filius esset S. MARIÆ. Quis hæc audiens non obstupescat?* Quis ampliora desideret ad comprobandam similitudinem inter æternum Patrem in ratione fæcunditatis naturæ, ad Beatissi: Virginem? adeoq; quis veluti temerè dictum redarguat? Sanctiss: Virginem, FILIAM Patris æterni esse.

A *Probatur* Figuraliter.

FILIAM deinde ipsius æterni Filii dici Beatiss: Virginem MARIAM, quãdam primo intuitu, videtur Elogium hoc, præseferre contradictionem; veritas nihilominùs ex principiis fidei eruta est, si MARIA in esse gratiarum comparetur, ad præuisa merita Filii sui: ex quorum valore, quidquid gratiarum (inter quas, vtpotè summa gratia scil: Maternitas Filii Dei, recensenda) MARIA habuit, totum profluxisse ex meritis Filii, typice insinuat Scriptura, & expressè fatentur Patres. Quid

B porrò est, quòd cælestis Sponsus Sponsæ suæ MARIÆ variis sub similitudinibus rerum, enuntians panagyres, comas ipsius, de purpura Regis concelebret? dum ait: *Comæ capitis eius sicut purpura Regis.* Regis certè meminit, non alterius, nisi suipsius, mystici scilicet eius Sponsi, qui plusquam Salomon. Comæ capitis, quæ singulare præbent sponsis ornamentum, benè denotant excellentiam, multitudinem gratiarum; quibus adeò cumulata fuit B. V. MARIA; vt illius nonnisi calculo, qui Sanctorum suorum connumerasse gloriatur capillos, examinanda & recensenda maneant. Et quoniam Purpura Mysti-

C ci Regis Salomonis ex sensu Patrum, est ipse sanguis illius, vel potiùs valor Passionis; dum Comæ MARIÆ, purpurâ tinctæ asseruntur, omnis gratiarum apparatus, quem obtinuit vnquam MARIA, ex meritis Filii adstruitur: & propterea sine omni hallucinatione Beatiss: Virginem, Filiam dicere Filii sui, minimè verentur Patres, quorum ipsamet SS. Virgo præcinendo, chorum ducit, dum intonat *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo:* in quibus verbis ex sensu Bernardi, Re-

Maria se redemptã à Filio fatetur. demptorem vniuersi Christum, Salua-

D torem etiam sui & quidem non vulgarem, sed singularem, id est Authorem, & originem donorum suorum appellat. *Beata Virgo* (inquit Melleus) *exultauit in Deo salutari suo. Quasi dicat: singularis Saluator meus, quia aliqui Doctores speculantes dicunt, quòd Deus assumpsit carnem, potiùs propter saluare Virginem singularem, quàm omnes alias creaturas.* Quo sensu de genu veneratus est MARIam

S. Ildefon: c. 12. *Procido ante te, solum o-* Ildef:

210. *MARIA Filia Filii Dei: quomodo.*

Cant: 7.

pus Incarnationis DEI. Occinit Mariæ in eundem tonum vniuersalis Ecclesia in Hymno *Aue Regina. Tu quæ genuisti naturâ mirante, tuum Sanctum genitorem.* Hoc

De la Zerda. seruit illud Illustrissimi Præsulis de *la Zorda* Acad: 4. n. 11. *MARIA nouo & insolito miraculo, dum diuinam sobolem vtero generauit pudico, ab ipsamet sobole genitricem vim præviâ largitate sortita est.* Hic idem præclarus, & subtilis Marianarum laudum Encomiastes aliam rursùs huic rei accommodam Figuram seu vaticinium præcessisse obseruat, in illa novitate apud Jeremiam decantata.

Ierem: *Ier: 31. Nouum creauit Dominus super terram, fœmina circumdabit virum.* Laborant enim Hebræi in rimanda veritate, & vel inviti reuerendum Incarnationis mysterium, gloriamq; Matris Messiæ produnt *ap: Galat:* l. 7. de arcan: c. 14. Vbi Rabb: Haccados, & Josue, *Nouum est* (inquiunt) *quod Virgo circumdet masculum.* Rabb: Hunna, & Iichosuas dixerunt, quod *hic vir est Rex Messias.* Sat

MARIA circumdedit virum a quo simul circumdata. novitatis a Virgine circumdari, concipi (quod idem est) virum, scil: Messiam: sed novitas hæc maiori novitate cumulatur, dum reciprocè Virginem circumdari viro, alia versio *ap: Corn: à Lap:* innuit: *Poel* enim, id est *Circumdabit,* apud illos tam passiuum, quam actiuum est. Horum verborum & interpretationum scrutationi immersus cit: Præsul, circumdatam MARIAM a viro, scil: Filio ideo affirmat; quia illa totum habuit, etiam hoc quòd gigneret, ex meritis Filii. *Si igitur MARIA gignitur à gratiâ,* (citans supra illud Damasc: orat: 1. de natiu: *Natura gratiæ fœtum antevertere minimè est ausa*) *seu a Filio singulariter, quatenus ob Filii merita:; si quatenus sic genita fructus nuncupatur; circumdatam a Filio fatebêre.* Subsidium ingeniosæ commentationis suæ, & quidem non leue, assu-

Amadæ: mit illa verba 8. *Amadæi* hom: 2. de laud: V. super eundem Prophetæ textum: *Circumdans & generans, circumdata & regenerata: generans in forma humanitatis, & regenerata in forma natiuitatis,* scil: quòd nouam illam gratiam, vt Virgo manens, generaret Filium, ex meritis haberet Filii.

Proba[tur]. Doctoraliter.

Proba. Divinæ Personæ compar, & Vtriq; [illegible]is Spiritus S. exambit omninò æqua-

211. quoq; Beatiss: Neonatam MARIAM, dici & esse suam FILIAM, scil: ratione specialis adoptionis per gratiam. Id commune quidem est iustificatis, vsurpare titulum Filiationis Spiritûs S. & hoc ex seminis cælestis scil: gratiæ fœtura; sed id ratione abundantiæ gratiarum, respectiuè ad alios, singularissime conuenire Beatiss: Virgini asserunt Patres, ex quo eam omnium gratiarum thesaurum & donorum Spiritûs S. quas nulla alia accepit a DEO creatura, esse colligunt, ex stylo Angelicæ Salutationis. *S. Ambr: in Luc: Bene gratiâ plena, prædicatur, quæ sola gratiam, quam nulla alia meruerat creatura, consecuta est, vt gratiæ repleretur authore.* Similiter ait *Beda* & S. Greg: Thaum: in Annunc: *Conuenienter Archangelus S. MARIÆ Virgini primò omnium illud: Aue gratiâ plena, Dominus tecum, præsignificauit, quoniam in ipsa totius gratiæ thesaurus reconditus erat.* Vnde est quod expressiùs de ista prærogatiua Filiationis MARIÆ, respectiuè ad Spiritum S: effatus sit *Dionys: Carth:* l. 2. *de laud: V. MARIA FILIA charissima Spiritus S. quam Spiritus S. singularissimè visitauit, gratiosissimè adimpleuit, atq; liberalissimè præ omnibus aliis superimpleuit.* Liceat hîc, utpotè in suo loco, pro Filiatione MARIÆ respectiuè ad Patrem & Filium, ad maius robur dictorum supra, adducere Doctorum authoritates. Pro Patris jure ad MARIAM, idem *Dionys:* agit, dum eam *Filiam præcordialissimam Patris æterni appellat.* Pro quo etiam stat *Richard: Laur. l. 6. MARIA Filia summi Regis, id est Dei Patris, per creationem & gratiam, cuius omnis gloria ab intùs, quando Christum gestabat in suo vtero Virginali.* Tandem respectiuè ad Filium extollunt alii MARIAM, vt Filiam. S. *Augustin: serm:* 20. *ad Fratr: MARIA FILIA, & Mater DEI. Dion: Carthus.* de laud: V. l. 3. a. 3. *MARIA FILIA præclarissima Filii sui. Idem in Cant. art.* 24. in illud Cant: *Quam pulchri sunt gressus tui FILIA Principis! MARIA FILIA Principis, id est Vnigeniti, id est Principis Pacis, ratione creationis, & adoptionis, atq; æternæ prædestinationis, & singularissimæ prouisionis, cuius gressus, id est actus & affectus fuerunt pulcherrimi, quia Sanctissimi.*

MARIA Spiritûs S. Filia.

Ambr:

Beda Greg:

Dionys:

Richar:

Dion:

Probatur. Miraculosè.

Quartò deniq; Neonata MARIA etiam in cunis prodit se FILIAM Dei, 212.

Filiam

Filiæ patrizant

Filiam SSS. TRINITATIS. Vulgò dicitur, *Filiæ patrizant:* quia plerumq; illæ magis, quam filii, genium paternum in mentis præseferunt indole. Geniũ porrò DEI, seu præcipuam, (ut ita dicam) proprietatem eius, non aliàm esse, nisi misereri, fatetur Ecclesia, dum sic orat: *Deus cui proprium est, misereri semper & parcere.* Atq; sic, si videat quis & perpendat misericordiam & clementiam MARIÆ, & Patrem vtiq; cognoscet non alium nisi Deum; sed misericordias MARIÆ quis enarrabit? Terrent enim quemq; illa verba *Bern: s. 98. in Cant. Quis misericordiæ tuæ o benedicta longitudinem, latitudinem, profunditatem, sublimitatem queat investigare? nam longitudo eius vsq; ad noviſſimum, etenim invocantibus eam, subuenit vniuersis: Latitudo eius replet orbem terrarum, vt Tuâ misericordiâ, plena sit omnis terra: sic & sublimitas eius Civitatis supernæ inuenit restaurationem: & profundum eius sedentibus in tenebris, & in vmbra mortis obtinuit redemptionem.* Verumtamen monumentum MARIANÆ Misericordiæ, quod ex cunis natiuitatis eius per miraculosam apparitionem emicuit, tacere non expedit. In reuel: S. Gertrudis lego, quomodo hæc deuotissima Virago, dum hodierno in Festo, plùs solitò deuotioni incumberet, & attentè tot salutationes Angelicas recitasset; quot diebus in vtero Matris suæ Annæ viuebat, & crescebat B.V. MARIA per nouem Menses, dignata fuit mirabili visione, partim ipsius SSS. TRINITATIS, partim Angelorum, partim Beatissimæ. Inter alia vidit procidentes coram Throno gloriæ Dei Angelos laudantes Deum, & gratias agentes, quòd in subsidium salutare generis humani Opitulatricem & Matrem misericordiæ, hâc die nasci fecerit: deinde vidit chartam quandam ab Angelo conscriptam, in qua aureis legebatur literis: *Ipsa intercedat pro peccatis nostris,* tradi Beatissimæ ab eodem Angelo, quam deinde ipsa Filio suo reuerenter exhibebat: qui suauissimè respiciens Virginem, sic eandem affatus est: Honoratissima Mater mea? Ex omnipotenti magnificaq; liberalitate mea do tibi Imperium, vt sis misericordissima super peccatis omnium horum, quicunq; deuotè recurrunt ad clementiam tuam, omni quo tibi libuerit modo. Imo ipsam Gertrudem monuit Saluator, vt saltim bis in diem deuotè compellaret Opitulatricem MARIAM illis verbis: *Illos tuos misericordes oculos, ad nos conuerte,* pro tali exercitio in MARIAM, specialem consolationem in hora agoniæ cuiq; appromittens: dum itaq; tàm exquisitè Clementissimi Cælestis genium exprimit, adeoq; patrizat MARIA; eo ipso sat luculenter se FILIAM specialem Dei esse comprobat.

Bern:

MARIÆ misericordia describitur.

S. Gertrudis visio de B. V. Mariæ misericordia.

Probatur Historicè.

213. *Parentum ius ad nomina imponenda.*

Vltimò tandem, ex nomine Natiuitatis suæ, se FILIAM SSS. TRINITATIS demonstrat MARIA. Historici & præsertim *Alex. ab Alex: l. 2. c. 19.* tradunt, Antiquis varium ritum fuisse imponendi natæ soboli nomina: Romani enim aliquando habebant nomenclatorem, qui nomina suggereret: *& c. 25. Antoninus* dictus Philosophus natos liberos apud præfectos ærarii profiteri, & tertio die à partu nomina ferre iussit. *Maldon:* in illud Luc: 1. *Vocabis nomen eius IESUM,* probat ius nominandi sobolem apud Judæos, ad solos Patres deuolutum fuisse ita; ut si aliquando legatur in Scriptura, Matres vocasse nomina prolis, id sine consilio & consensu Patris fecisse non censendæ. Scirene cupimus nomenclatorem MARIÆ? non alius est ex mente Card: *Petri Damiani,* nisi SSS. TRINITAS: sic enim, *s. 2. de Annunc:* scribit. *Cogit* (SSS. Trinitas) *concilium, facit sermonem cum Angelis, & de restauratione eorum, de redemptione hominum, de elementorum renouatione: en statim de thesauro Diuinitatis, MARIÆ nomen euoluitur, & nomen indidit Deus, edidit Angelus, homo vocauit.* Expressiùs nonnihil *Idiota de contemp: M. c. 5.* habet. *Dedit Tibi* (inquit) *MARIA, tota SSS. Trinitas nomen, ut in nomine Tuo omne genu flectatur, &c.* Et licet aliqui Patres asserant à S. Anna Matre eius nomen impositum neonatæ fuisse: de quo *Greg: Niss. orat: in nat: Dom: ait. Quamobrem cùm voti compos effecta Anna, filiam suscepisset, eam vocauit MARIAM.* Similia habet *& Metaphr.* ac *Nicephorus.* hoc tamen facilè conciliari potest dicendo, id quoq; verificari, intelligendo Sanctam Annam, vt ita vocaret, id accepisse a SSS. TRINITATE, per Angelos reuelatum: quod benè præsit

Nomen MARIÆ SSS. Trinitas imponit.

Petr: Damiæ:

Idiot:

Greg: Niss:

Purpu-

Purpuratus Doctor in vltimis verbis. Atq; sic vi & instituto nomenclaturæ suæ, Neonata MARIA, veluti firmissimis tabulis, FILIAM se esse SSS. TRINITATIS evincit.

Epilogus.

214. EST quod primũ gratuler vobis Dignissimi Parentes Neonatæ MARIÆ, eximiam nimirum felicitatẽ, tãtæ sc: Filiæ exoptatissimum ortum, & nobilitatem: ita etenim facta est Summi DEI, & Ter venerandæ TRINITATIS FILIA; vt vestra quoq; esse non desierit. Quodsi Apocalyptica illa parturiens. *Apoc:* 12. doluit minimè, dum fætus eius, raperetur ad Deum, & ad Thronum eius: imo glorificatura Deum in solitudinem receſſit; O quantò maior hodie vobis gaudendi materia se effundit! Vos etenim primum & nobilissimum hunc fætum SSS. TRINITATI obtulistis, dum natam suam in FILIAM ipsi cessistis. Vnde de vobis rectè scripsit S. *Epiphan: Ioachim porro & Anna, & MARIA: hi tres* TRINITATI *palàm sacrificium laudis offerebant.*

Parentes MARIÆ SSS. Trinitati, cedunt filiam suam.

Epiph:

A Ergo sub tàm glorioso titulo, in lucẽ prodeuntem MARIAM, similibus haustis a SSS. TRINITATE veneremur encomijs. Et primò admirabundi cum S. *Ambr.* l. 1. *de Virg: col:* 4. dicamus: *Qualis est hæc Virgo, quæ* TRINITATIS *fontibus irrigatur: cui de petra fluunt aquæ, non deficiunt vbera, mella funduntur.* Tandem prouoluti cum toto Ephesino Cõc: *c.* 6. eandem festiuè salutemus. *Salue lampas inextinguibilis, Corona Virginitatis, sceptrum rectum doctrinæ, Templum indissolubile. Salue Virgo, per quam SSS.* TRINITAS *in vniuerso orbe glorificatur & adoratur.* Addimus vocibus voces, cum Carthus: l. 4. a. 6. *Tu Dei Patris vnica Sponsa, tu vnigeniti eius Mater electa, tu Spiritûs S. triclinium, & totius supersanctæ Trinitatis splendidissimum reclinatorium.* Faue exulibus & Filijs iræ, nobis peccatoribus. Tu quæ iam in hæreditate Patris tui seu gloriæ SSS. TRINITATIS lætanter commoraris, mancipiis tuis seu mancipatis gloriæ tuæ cultoribus, partem æquam in hæreditate Domini constitue, vel impetra. Amen.

B

FONTES CARMELI

SS. DEIPARA.

Pro Festo SS. Scapularu B. V. Mariæ.

Stabat autem iuxta Crucem *Iesu, Mater eius.* Ioan: 19.

215. SEmel nonnisi Beatissimam Virginem, in montibus cum luctu stetisse legimus; sed pluries cum exultatione. A. A. Steterat illâ vice, dum Filius moriebatur in Caluariæ monte, idq; lugubrem induta saccum, amarissimis erumpentibus lacrymis, adeo; vt sacræ Virgineæ vestes abundante profluuio oculorum maderent: Si aliàs montana visitat vel visitavit MARIA, illicò iucunditatis induitur vestimentis: de quibus omnis exultationis copiosæ stillant guttæ, vel potiùs scaturigines prodeunt gaudiorum. Quod non obscurè insinuasse videtur D. Psaltes, dũ stantem in montibus sanctis ad dexteram Regis, in Spiritu præscio futurorum, contemplatus est. *Psal:* 44. vbi ait: *Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato.* Vbi stillantium de vestimentis eius gratiarum non immemor adjecit: *Myrrha & gutta, & cassia a vestimentis tuis* Et sanè vestimenta MARIÆ stillarunt myrrham in monte Caluariæ, ipsâ sub Cruce dolente: guttâ verò & cassiâ, quæ suauissima & aromatica profluuia arborum sunt, maduerunt quodammodo vestimenta MARIÆ, dum alios

Maria in montibus quoties, toties in exultatione.

C

Psal:

alios visitaret montes. Abierat semel in montana cum festinatione ad domum Zachariæ; & ecce exultauerunt montes sicut arietes a facie hospitantis Dominæ: infans etenim, magnus ille coram Domino, puer Ioannes exultauit in vtero Matris, Parentesq; eius gaudio replentur, ad apices vsq; Prophetarum sublimati. En hodie iterum in montibus sanctis constitit MARIA, Carmeli scil: in verticibus, nouam iucunditatis vestem (S. Scapulare intelligo) festiuè induta, quam pro dono, fideli seruo suo B. Simoni deportauit ac obtulit. Iterum vestimenta hæc Reginæ, nouam cassiam & guttam, nimirum insignia dona ac priuilegia sodalibus MARIÆ stillant: clariùs dicam, copiosos ex S. Scapulari video gratiarum erumpere fontes. Res sanè noua & admiranda. Scio equidem, Viennæ cuiusdam peruersi causidici vestem manu religiosa alicuius Minoritæ compressam, sanguinem stillasse: Legi quendam Ægidium Montanum ex Societate IESU, post mortem, partem purgatorii exsoluisse veste indutum metallicâ, quæ in guttas plumbi liquefacti sensim resoluebatur; fontes tamen e vestimentis erupisse, nullibi reperi. Ergo sit MARIANI Scapulariani vestimenti singulare Encomium & commendatio, quod in Monte Carmeli nouos, eosq; non alios, nisi eiusdem Carmeli profundat fontes. Proinde ego hodie Beatiss: Virginem ut Auctricem & Patronam SS. Scapularis, FONTEM appellabo Carmeli; vt sub eius similitudine expeditiùs proponere valeam gratias & priuilegia, quibus S. Scapulariana hæc vestis magno animarum fidelium lucro redundat. Ne autem Sacræ huius vestis Marianæ fluenta contigant aliquando, adulterinorum vestimentorum stigii fontis infici irruptionibus; priùs huic malo repagula ponam, dum ornatus tales, mortiferas animarum stillare pestes comprobabo: applaudat interim Carmelitano Parnasso rythmica Camæna.

Vestis seu Mappula sanguinē stillans.

Purgatorium Ægidii montani in veste plūbea diffluente.

Scapularii vestis, fōtes emanantes.

O Carmele vertex feste
Decoris & gloriæ!
Tu MARIA sacrâ veste,
Stilla fontes gratiæ.

PARS I.

Vestimentorum luxus, fontes mortis. 216.

Vestium luxus fōtes mortu.

OQuotos illos, quotasq; SS. Scapularianæ Confraternitatis sodales, quæ dum Marianæ vestis signa in Scapulis deportant, aut fortè, sub interulis absondunt; foris tamen calamistratæ, facies suas stibio depictæ, pretiosis ultra conditionem statûs ad luxum si non erubescentiam honestiorũ oculorum ornatæ, & turrita, capillamentorum strue deportantes capita, incedunt; nihilominùs spebus consequendæ salutis ex priuilegio S. Scapularis eriguntur. Profectò, huius farinæ deuotis, multò certiùs S. Benedictus, si adesset, detonaret illud, quo olim aggressus est spatharium Totilæ Regis, veste regia indutum, seq; Regem simulantem. *Depone* (inquit) *fili, depone quod geris, nam tuum non est.* Talis etenim vestium luxus, non est Sodalium MARIÆ, imo repagula hæc sunt fontium Carmeli, scil: S. Scapularis gratiarum: Cùm enim ex fucis, ornamentisq; mundialibus, stygii multiplicium peccatorum erumpant torrentes, validò suo impetu fontium gratiarum, quibus stillat Carmelitana vestis, placidos retorquent, & sistunt Spiritus S. influxus.

Probatur Scripturaliter.

Quantorum malorum scaturigo sit, sumptuosus & præsertim luxuriosus ornatus, breuiter complexus est Siracides, dum a petulanti oculo dehortaretur adolescentem. *Auser* (inquit) *faciem tuam à muliere compta.* Ex Græco Cornel: legit: *id est, à formosa, ob formam tum naturalem, tum ascititiam per ornatũ comæ & vestium.* Et mox subiungendo rationem addit: *Propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia, quasi ignis exardescit.* Siracidi succinit Bensira, vnus de Solimæis illius æui Sapientibus. *Propter speciem Mulieru pulchræ, multi pessundati fuerunt: & robusti omnes interfecti ab ea.* Et quos hîc robustos quæso subintelligit iste Sapiens, qui nullo vibrante tela, aut gladios, & nemine torquente machinas mortis, à solius calamistratæ faciei molli illicio,

217.

Siracid:

Vestium luxus, peccati occasio.

Bensiræ

illicio, interiisse dicuntur? *Robusti omnes interfecti ab ea.* Opportunè occurrit mihi *Basil: Seleuc:* orat: 6. cum sua explicatione illius textûs Scripturæ *Gen: 6. Videntes filii Dei, filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi in vxores, illaq; genuerunt, (Gigantes) isti sunt potentes a sæculo, viri famosi.* Taliter enim illa verba: *Videntes filii* DEI *&c:* interpretatur. *Filias* (inquit) *ex posteritate Caini conspicati splendidas, & ornatu florentes. &c.* Vbi mox S. textus enarrat, quomodo DEVS, dum omnis caro corrupisset viam suam super terram, pœnam vniuersalis diluuii decreuit, & immisit: sub quibus aquis, vt meminit *Iob,* cuncti illi robustissimi ingemuerunt Gigantes, & in totum perierunt. Tam funesti generalisq; cataclysmi, quam causam putas? ne quæso ruptas cataractas cæli, & quadragesimalem pluuiam, aut si moraliter loquamur, solam multiplicationem peccatorum clamantium ad cælum, quibus inundauerat terra, causas fuisse diluuii, ne existimes? fontes primùm aquarum istarum inuestiga, tunc originem diluuii habebis: *Videntes filii* DEI, *filias ex posteritate Cain splendidas, & ornatu florentes. &c.* ab ornatu florido fæminarum, tanquam de fonte profluxit omne malum, id est corruptio omnis carnis: atq; sic consecutiuè, ratione vniuersalis cataclysmi, quo tantorum scelerum turpitudo ablui merebatur, in abusum ornatûs muliebris, originaliter refundendam esse, ex S. colligitur veteris Testamenti textu. Vtinam pestifer iste peccatorum & malorum fons cum diluuio periisset? sed eheu! ante diluuianorum hæc vitia, vel ex limo residuo exstagnantium aquarum multarum iterum in pestiferos erupêre fontes: paludamenta enim noua & noua fæminarum, dicuntur à palude stygia: in quam Lethes ita influit; vt sui quisq; oblitus, suaui illicio tractus, ad quæq; libidinum scelera ruat: atq; fit, vt quòd palus illa mortuos ad vitæ campos Elisios transmittebat fabulosè; paludamenta vestra, o mulieres! non mendaciter vivos exponant ad mortem: syrmata vestra, & tunicarum ambages, scyllæ & Charibdis voragines sint animarum tam vestrarum, quàm alienarum. Labyrinthum credas, non tunicam tot serici agglomeratam anfractibus, quo luxus muli-

Gen:

Vestium ornatus diluuii generalis origo.

Vestium syrmata, reprehenduntur

erculæ superbiret; vt ipse Theseus, si eo impingeret, exerraret. Vela vestra pretiosa, quæ non tam interdum velât, quàm artificiosè produnt lasciuientes affectus vestros, alienosq; proritant, vela sunt & carbasa nauium, in quibus mare Cypridis vestræ, quæ olim ex aquis erupit, denauigatis, non aurum de Joppen, aut velus de Colchyde, sed poma euanida voluptatum, in perniciem sui & proximi deportantes. Appenditis, noui benè, quædam malis vestris pro felici nauigatione sacratiora vela, S. Scapularianæ vestis insignia, hincq; bona salutis assumitis omina. Fallimini, credite: vix enim non idem est, sacrâ istâ indui veste, simulq; mundo, muliebri cultu nimis exquisitam esse; quàm peccatis, cumulare peccata: sic etenim sacræ huic vesti turpiter illuditur: par namq; honor vesti MARIÆ, qui & vesti Saluatoris debetur: imò & ipsa Christi vestis, Mariana fuit: nam manibus eius, vt plurimi antiqui PP. affirmant, inconsutiliter contexta. His sacratissimis vestibus illudit non alius, nisi ille, qui luxu vestium mortaliter peccat, vel ratione sumptuositatis ultra statum suum, vel ratione prauæ intentionis, vel periculi ruinæ spiritualis. Huc trahere liceat illud S. *Lauren. Iust.* de *agone Christi* l. 15. quod ille ad quosdam specificè, ego vniuersaliter ad quemq; dirigo. *In veste toties illuditur Christus, quoties quis pretiosarum vestium apparatu nitet.* Directè alludit huic & illud S. Cypriani arguentis quandam Domicellam in cultu cutis cæteris exquisitiorem. *Crucem, falso medicamine* (*fortè* fucum intellexit) *polluisti, crinem adulterino colore mutasti, expugnata est mendacio facies, figura corrupta est.* (ap: Sylu: rerum tit: mund: Mulieb.) Non procul ab antiquorum PP. sensu recessisse videtur, & recentioris sæculi Rom: orator Paulus Oliua Soc: IESV. *strom. in Gen:* 38. ubi ait: *Hierosolymis quidem tunc in patibulum actus est Christus, quum Templi vela scissa sunt: Apud nos verò IESUS lancinatur, cum vela faminis adiunguntur.*

Vestibus suis qui illudunt vestibus Christi.

Laur: Iust:

Cypri

Paul: Oliua.

Probatur Figuraliter.

Dictis meis ut lucem addam, huiusce modi ex duobus vnam compingo Figuram, binas ex Apocalypsi assumendo Mulieres, earumq; in nouo atq; pretioso

218.

pretioso ornatûs apparatu, æmulam cõcertationem. Prima sit illa, quam vidisse se fatetur Ioannes. *Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius* corona Stellarum *duodecim.* Apoc: 12. Cælum planè induta hæc mulier, typum gerat alicuius ex Sodalibus MARIÆ, cautissimæ in cultu ornatûs, cuius vultus, vt Stellæ, radiat ita; vt neminem adurat: nam verecundiæ & castimoniæ erumpentes radii quosue lasciuorum reuerberant à se aspectus: Calceata Lunâ, (quæ velocitate, vno anno, duodecies circulos suos absoluit) dum pro conditione statûs penè coacta, ornatam se sciens, ex publico velocissimè se expedire conatur, fugitq; quasi in solitudinem, ne vel inuitè ornatu splendido suo, cuiquam ruinam salutis pariat. Et quare tam oculata? ne mireris: nam Scapulariana quasi Sodalis est: Solem enim, qui oculus mundi dicitur, ad Scapulas induta. *Mulier amicta Sole.* Hæc vobis Scapularianæ Sodales, Idea sit & Regula morum, muliebrisq; norma mũdi. Si salutariter Vestem hanc sacram deportare cupitis; ornatus sumptuosos, curiosos, qui fontes peccatorum sunt, fugite. Alteram quoq; mulierem priori æmulam, vidisse se meminit Ioannes, dum ait: *Et abstulit me* (Angelus) *in spiritu in desertum, & vidi mulierem. Mulier erat circumdatâ purpurâ, & coccino, & inaurato auro, & lapide pretioso, & margaritis, & in fronte eius nomen scriptum, Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum, & abominationũ terræ.* Quid est quòd mulier gestat mysterium, & quale? vt primo intuitu, comptam, & ad luxum ornatam mulierem, matrem esse intelligas multitudinis peccatorum, imò fontem: siquidem huiuscemodi immoderatus cultus corporis, nedum fornicationum est origo; sed plurium aliarum offensarum DEI. Quæ breuiter ex *Possevino l. 3. c. 23.* complexus est *Mancin: de Pass. l. 4. Diss: 5.* his verbis. *Sunt deinde damna ex superfluo vestium luxu prouenientia non exiguô numerô: affricat ille animo vanas complacentias, ac spiritum superbiæ: tollit opera deuotionis, opera charitatis, eleemosynæ: est occasio peccati, & scandali contra Castitatem.* Adde his, rixas inter coniuges, ruinas fortunarum, filiorum malam educationem: dum enim nimius erogatur sumptus in vana & superflua; sequitur necessariorum penuria, totiusq; perturbatio Familiæ. Rectè sanè Vates Regius de filiabus huius sæculi, loquens dixit: *Filiæ eorum compositæ, circumornatæ, vt similitudo Templi.* Tanto enim apparatu, & tam pomposo cultu ac vestitu deaurato, ac omni gemmarum varietate ornatas contemplatus fuit; vt viderentur sibi, veluti templa aureis tapetibus, & pretiosa supellectili, in die Festiuo ac Solemni adornata: nec sine mysterio, statim subiunxit: *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.* Ingeniosè inuestigauit Ioann: Sylv: *in Apoc: c. 17.* hoc mysterium, dum ita ait: *Eorum corda sunt eructantia ex hoc in illud. Nempè, quia luxuria, ac impudicitia, aliam maiorem luxuriam, ac turpitudinem trahit seu generat.* Illud quoq; perpendere expedit. *Inclinauit ex hoc in hoc, verumtamen fæx eius non est exinanita.* Plerumq; etenim curiosæ mulieres luxus suos excusantes, in hanc & hanc inclinant partem, quando, tum conditionem statûs, tùm consuetudinem Regionis, tum intentionem viro suo placendi, & similia, prætexunt, vix tamen aliquando, vel nunquam, ita, vt a fæce peccati mortalis exaniantur, idq; ex circumstantia periculi & scandali proximorum: quod malum fluere ex luxu vestium & pompa, comprobat eadem Apocalyptica visio, dum ad intuendum illud phantasma Mulieris tam comptæ, non alius quispiam adductus fuerit, nisi Ioannes, ex singulari castitatis priuilegio commendatissimus. Imò verò (obseruauit Did: *Niss Dom: 1. Epiph.*) & ille ipse perfectissimus, vt ab ornatu illius mulieris tutior haberetur, extra mentem & sensum raptum se fuisse fatetur. *Et abstulit me* (inquit) *in spiritu in desertum.* Hugo Card: legit *Abstulit me in spiritu Sancto.* O Mortiferos peccatorum fontes! insolens mulierc̃ularum in vestitu pomposo lenocinium! a quo cauendum erat etiam perfectissimo.

Apoc:

Mulier amicta Sole, typus Scapulariana Sodalis.

Vestita mulier mysteriũ quale?

Mancin:

Vestium luxûs, vanæ excusationes.

Mulier compta, vix in raptu Ioannis, securè conspecta.

Probatur. Historicè.

Rem Historiis illustro. Apud Tertull: l. de Veland: Virg: c. 3. lego comptas, pomposeq; exornatas fœminas, dici olim solitas, *Capita nundinantia:* & cur? Ideo, quia, sicut in nundinis Mercatores gazas omnes exponunt pretiosi cultûs, vt alliciant empturos peregrinis

219. *Capita nundinãtia quæ?*

grinis rerum nitoribus, lucraq; maiora faciant; pariter quoq; stygii mercatoris studio fit, quòd mundanæ fœminæ adeò solicitè curiosis pretiosisq; exornent se, ornentq; simul capita sua, cæteraq; corporis membra, cimæliis: prout eos carmine taxauit Prudentius. *Nectitur,& nitidu concharum calculus albens Crinibus, aureolisq; nitet coma texta catenis.*

Atq; sic Mercator hic pessimus, copiosa, horum nundinantium capitum illicio, scandalizatarum animarum lucra, vel potiùs damna, pro lucro reportat. Sufficiat hic illud admirabile cuiusdam nobilis fœminæ experimentum, quæ multoties à Fratre Odrs Nostri, suo Confessario, monita, de luxu in ornatu vestium, eiusq; periculis; tandem respondit: Pater libenter faciam, modo constiterit mihi, quod genus vestimenti, quis modus comandi, expoliendi in me reperiatur, qui displiceat DEO: ego igitur optimè exculta venio ad Ecclesiam: ora ergo Pater, vt ostendat mihi DEVS, quidnam in ornatu meo peccatum olet. Fit ita: nam breui quendam inuadentem se spiritum sensit, qui vnico viliori relicto ei vestimento, planè totam speciosо apparatu spoliauit: voxq; audiebatur vociferantium dæmonum: Hæc sunt vexilla, hæc labara nostra, sub quibus in dies ingêtes turmas damnatarũ & scandalizatarum animarum ad inferna deducimus. En etiam vel inuiti stygii testes enarrant, vestimentorum luxum, fontem esse plurimorum peccatorum.

Mulier ornata, ab inuisibili spiritu, denudata.

PARS II.

SS. DEIPARA Fons Carmeli.

220. COlligo ex quibusdam Scriptoribus, ap: *Scherl: in Cant: 7.* Montem Carmeli in Palæstina non esse distinctum a monte, qui Libanus dicitur, saltim eo modo, quo pars dicitur de toto: & præcipuè, quia aliquando in S. Script: inuenire est, quòd vnum vsurpetur pro alio, vel vtrumq; pro vno reputetur: vti legimus apud *Isa 37.* *Et dixisti, in multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, iuga Libani introibo, altitudinem summitatis eius, saltum Carmeli eius.* Quodsi ita est, pro synonimis erunt habenda; Carlus & Libanus, atq; ex consequenti fons ille, ex quo fluuius terræ promissionis nominatissimus *Iordanis*, & multis commendatissimus a DEO miraculis, originem suam ducit, ex sen- Hieron: & Greg: Nisseni: cui fauent & illa *Cant: 4. Puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano,* fons inquã ille æquè dicendus est, fons Libani, sicut & Carmeli: quem non in vanum assumpsi pro typo MARIÆ, & pro faciliori fluentorum eius demonstratione, quæ stillat in sua Scapularianâ veste, Beatiss: Virgo, tàm abundè, vt multitudo gratiarum eius, alter mysticus Jordanis dici & esse mereatur. Rem ei sic applico.

Carmelus cum Libano, tanquam pars cum toto.

Ita:

Probatur. Scripturaliter

Inter Encomia & priuilegia Iordanis Fluuii, admiratio insueta Regii Vatis, primùm nos rapit ad illam supernaturalem fluuii nominati retroconuersionem, vt liber, tàm arcæ, quàm populo Dei migranti ex Ægypto ad terram promissionis, daretur transitus. De quo sic *Psal: 113. Quid est tibi mare, quòd fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?* Præcipuum Priuilegium S. Vestis, quod illa stillat, eruere volo ex hac litera, scil: conuersionem animarũ à sæculo, & contemptum mundi: nam S. Ambr: August: Richard: *Per Iordanem retrò conuersum, docent designari cessationem vitæ veteris, vt nouæ inchoetur.* vg. vita Religiosa, & rectè: Ægyptus enim, iuxta interpretationem S. Hieron: ex Hebræa radice *coangustans, & tribulans eos, qui sibi sunt subditi,* significat mundum, qui dum blanditur suis sectatoribus; tum plurimùm sæuit in ipsorum animas, mille peccatorum subministrando pericula. Religiosus status, imò quilibet in singulari Religiosus, multis ex rationibus, Iordanis fluuii nomine nuncupari meretur, vt obseruat Thomas *Blanc: in hunc locum.* Primò: Terram Promissionis alluebat Iordanis; incorruptio verò Religionis per castitatem facit esse proximum DEO. Secundò: Iordanis significat fluuium judicii; Religiosus status est etiam continua mortis & judicii recordatio. Tertiò: Iordanis exundat in diebus Messis: vbi enim labor est multus, ibi est multa gratia

221. Psal:

S. Scapulare, facit conuerti a sæculo.

Iordanis, typus Religiosorũ.

Dei

DEI, virtutes & bona opera irrigans, & ijs suauitatem affudens. Quartò, quando Arca Dei ingreditur Iordanē, conuertitur retrorsum; ita Deo se in animam Religiosam immittente, ascendit retrorsum: id est summè proficit in virtutum exercitio, ac fluentis maiorum & maiorum gratiarum in dies redundando, plenus spiritualium consolationum, vados mortalitatis suæ feliciter decurrit. Sed quo fonte manasse putas tantæ felicitatis torrentes? non alio sanè, nisi de fonte Libani, de fonte Carmeli, scil: Beatiss: Virgine Scapulariana: huic enim adscribenda omninò est, tot millium hominum ad sacros Religiosos status vocatio: illa etenim prima post Spiritum S. interuentu suo facit, cordibus nonnullorū vt amarescant fluenta Babylonis, mundanæ voluptates, & vanitates: sapereq; ipsis incipiant Iordanis Religiosi suaues decursus aquarum: atq; sic quodammodo Iordanem retrorsum agit, dum animam a dilectione mundi separat. Hinc est quod *Aloys. Nouar: n.* 817. illum locum ap: Ierem: *c.* 15. *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris*, dum ex S. Greg: Moral: 18. c. 23. intellexisset, id dici de illo, qui suasu suo animam humanam, ab amore seculi huius euellit, id specialiter de Beatissima Virgine intelligendum asserit: dum ait. *Sed istud plenius & perfectius Virginem præstitisse quis dubitet, & nunc præstare? pretiosum a vili separat, quia animum à mundanarum rerum dilectione reuocat & abducit.* Pulchrè Richard: l. 2. p. 2. *MARIA, cùm sit quasi os Domini, pretiosum separat à vili, animam scil: a delectatione mundi.* Hoc beneficium vniuersaliter dicitur de Virgine. Cæterùm quatenus Carmelitana est, Auctrixq; priuilegiatæ vestis, de ipsa tanquam de fonte profluxisse Jordanem conuersionis a sæculo quorundam, comprobat specialiùs cæteris, mirabilis a sæculi vanitatibus fuga S. Andreæ Corsini, postea insignis sanctitate & doctrinâ in ordine Carmelitano viri, ac tandem Episcopi Fessulani: qui quamvis adhuc in vtero, pietate Matris, DEO dicatus fuerit; iuuentutis tamen florem attingens, vitia quoq; eius, mundiq; pompas ac voluptates sapere cæpit, dolenter hæc spectante Matre: quæ ab insolenti filium dehortans vita, suam non semel enarrabat ei visionem: quòd dum grauida illo esset, somniauerit sibi, quasi Lupum peperisset, qui tamen ad ianuam Ecclesiæ B. V. de Carmelo veniens, in mitissimum agnellum transformari videbatur: res optato non caruit euentu: perculsus enim Iuuenis piæ Matris monitis, superiorem vitam suam tacitus tacitè considerans, pœnitentiâ motus, multis lacrymis opem Virginis implorat, imò ad Ecclesiam PP. Carmelit: deprecaturus ad Scapularianam Matrem currit: ante cuius Imaginem resolutus in lacrymas, Scapulare Carmelitanum, imò & totū Religionis habitum suscipere proponit, & statim exequitur: cuius beneficio omnes perosus mundi delicias & vanitates, totus conuersus ad Deum, perniciissimo, tanquam alter Iordanis impetu, stadia virtutum decurrit, & summa sanctitatis, ac dignitatum in Ecclesiastica Hierarchia, assecutus est fastigia.

MARIA facit amaresceere mundana.

Ierem:

Richad:

S. Andreæ Corsini, mira conuersio.

Probatur Figuraliter.

Alterum præcipuum Iordanis fluuii censetur beneficium, miraculosa illa, Naaman, diuitis & principis viri Regis Syriæ a lepra mundatio 4. *Reg:* 5. Ex communissimo PP. sensu Lepræ mundatio significat peccatorum abolitionem ab anima, quæ fit per veram Pœnitentiam, adhibitis Sacramentis: quæ cum septem habeantur numero, plurimùm quadrat id ad illam septenā ablutionem: *Lauare* (mandat Propheta) *septies in Iordane.* Iordanis quidem huius mystici, scil: Pœnitentiæ, medicinale priuilegium non diffiteor manasse ex fonte Christo, ipso sic alloquente peccatricem illam Samaritanam. *Aquam quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Ioan: 4. Cuius fontis medicinalem virtutem prima omnium experta est statim, peccatrix illa, a lepra peccatorum mundata. Ita tamen fluenta hæc benefica pœnitentium, fluere a fonte Christo constat; vt à fonte quoq; alio, scil: à Mariæ opitulatione, quam illa seriò curat, & peccatoribus præbet, originentur. Quâ fortè de causa *Rich: Laur: l.* 9. Mariam Iordanem nominasse legitur. *MARIA est Iordanus fluuius, in quo ad præceptum Elisæi Prophetæ restituta caro Naaman leprosi, sicut caro parvuli pueri, si in eo septies abluatur*, quod

222.

Lepra peccatū.

Ioan:

MARIA mundat a lepra peccati.

Richar: Laur:

atur: quod ſpiritualiter intellige, ratione gratiæ impetratæ ad pænitendum de peccatis. Sed myſterii aliquid in facto ſubodoror Prophetæ. Remiſſus Naaman per Prophetam ad balnea Iordanis, ſubiraſcitur putans, quòd Propheta eum manu tangeret, & ita liberaretur à lepra: vnde ipſe facilitatem remedii minùs pendit, Damaſciq; fluuios omnibus Iſrael aquis præferendos cenſet. Myſterium hic relatiuè ad B. Virginem latere obſeruauit lucida vmbra *Nouarr: n.* 738. dum ait: *In Figura, Virginem hic video. Non tangit Naaman leproſum Eliſeus, ſed mittit ad Iordanem, vt ita indicaret medicam virtutem, quæ in Virgine eſt.* Sed in feſtiuo ſatis, vellem ampliùs amænare argumento, mētemq; ſcrutari Prophetæ Vndè quæſo nouerat ille, vim medicam ad leprā mundandam ineſſe aquis Iordanis, idq; de nouo inditam? cùm nihil antea ſimile contigiſſe legatur: hic piè diuinare non implicat. Carmelitanus iſte Prophetes erat, nam cum ſuo olim magiſtro Elia montis eius incola, & ſodes filiorum Prophetarum: fontem ergo Carmeli, quo Iordanis originabatur, & quem, Figuram MARIÆ dixi, fortè memorabatur, & deinde recentiſſimi miraculi, dum Elianæ veſtis attactu, vertices ſtetiſſe Jordanis, vt tranſiret, vidit, non immemor illius veſtis priuilegii, ex contactu vim nouam contraxiſſe Iordanem cogitabat, ideoq; leproſum illum ad fluuium ablutionis ergo, amandat. Hinc facilè prodit ſe priuilegium Fontis Carmeli MARIÆ, ſimulq; Carmelitanæ ſeu Scapularianæ veſtis præſtantia: cuius titulo atq; efficaciâ, in Jordane Pænitentiæ toties mundantur leproſi; quoties deuoti, ſacram hanc deportantes veſtem, per ſuffragia ſpecialia Beatiſſ: Virginis, & per orationes Confratrum excitantur ad Pænitentiam, & Sacramentorum adminiculo, ritè & perfectè iuſtificantur. Medicinalem hanc virtutem S. Scapularis contra vtramq; lepram ſenſerè plures, etiam recentiſſimè A. D. 1500. ſub Alexandro VII. Pro lucrando anni Magni Iubileo, Neapolitani Romam ſolemniſſimam inſtruxêre Proceſſionem cum Imagine Beatiſſ: ex templo Carmelitarum deportata: leproſus quidam mendicus, dum precaretur Virginem, ut comitem eſſe liceret aliorum ciuium in Proceſſione, in momento mundatus fuit a lepra, & ſe aliis conſociis miraculi iunxit ſacræ illi peregrinationi: quod deinde toti innotuit Romæ: & plures ad S. Imaginem Scapular: Virg: infirmorum factæ ſunt curationes, de quo Iongen: *Exhort:* 14. Opportuniùs rem noſtram illuſtrat aliud A. D. 1622. ingens beneficium periclitanti de ſalute præſtitū. Mantuæ, ſeruus quidam heri ſui perdiderat pallium: compellebatur pallium reſtituere, vel mercede ſuâ compenſare: pro more multorum ad præſtigioſa remedia confugit inquiens: Diabole, pallium reſtitue, & dono capeſſe animam meam: quod ſtultitiæ verbum, dum iterum apparente ſibi in Perſona nobilis ſtygio Alaſtore confirmat; iubetur exire ad maris littus: vbi apparuit illi iterum dæmon, quaſi in profundo maris natans, pallium deperditum oſtendendo: quod cum ſeruus ſublaturus eſſet, veſtibus ſe exuit: & cum S. Scapulare è collo abripere conaretur; occultâ quadam vi manus eius retentæ ſunt à Virgine Carmelitana, quam ille retrò ſe ſpectabilem conſpexit, ſibi claris verbis dicentem. *Fili, mala & depraua eſt reſolutio mentis tuæ. Niſi ſub meo præſidio te Scapulare meum collocaſſet; mare te ſuffocatum ad flammas transmiſiſſet ſempiternas: ſit tibi ſeruitium meum cordi, & confeſſio immaculata imprimis ori: emendatioq; vitæ, ac contritio, ſit tibi in curis:* illicò pænituit, & ad Iordanem Pœnitentiæ abluendus a lepra peccati accurrēs, ſanatus eſt in illa hora. *Scherſler: vit: Deip: verit:* 114. Ergo quiſquis Scapulariane Sodes, ſi te leproſū ſentis, protinus ad fontem Carmeli recurre, lauare ſepties in illo, tantò deuotiùs ſeptem decades Coronæ B. V. MARIÆ decurre: confide, fons tuus, Iordanem ſaluificum fundet, dum efficacem gratiam pænitendi tibi conciliabit MARIA.

MARIA Iordanis, mundans a lepra.

Scapulare iuuat in pœnitendo.

Scapularis mundatus leproſus.

Scapularis a deceptione diaboli liberat.

Probatur Doctoraliter.

Tertium Priuilegium Iordanis fluuii de fonte Carmeli promanantis eſt, quod dicatur fluuius iucunditatis ex eo, quòd tempore Meſſis, ſuarum aquarum copioſo alluuio recreet & fæcundet agros, ſegeteſq; maturet: quod tetigit Doctor Doctorum Spiritus S. *Eccli:* 24. de quodam ſapientiſſimo inquiens

223. *Iordanis alluuio, facundat agros.* Eccli.

quiens sub similitudine. *Qui multiplicat quasi Iordanis, in diebus Messis:* Quæ verba *S. Ernest: Prag: c.* 29. adstruit etiam Beatiss: Virgini, dum sic ait: MARIA *Iordanis est: quia sicut Iordanis multiplicat in tempore messis; ita B. Virgo iucunditatem & exultationem super seruos suos, & merita eorum multiplicat & custodit ita; vt tẽpore Messis ingrediantur in abundantia in sepulchrum,* Ex cuius Antistitis sensu, non aliud eruere licet, quàm quod Beatiss: Virgo cultorum suorum sit iucũditas, & in quacunq; afflictione, præsertim instante Morte, sit specialis eorum consolatio, faciatq; eos in magna exultatione cordis ultimum obire diem: quæ iucunditas morientium, quòd præcipuè stillet tanquam de fonte, ve-

Scapulare, felicis mortis amulethũ.

ste nimirùm Scapulariana, idipsum testata est illa, quæ dicitur Magistra & Cathedra Doctorum, ipsa B.V. MARIA, in ea apparitione, quando B. Simoni Stoccio, indicibili circumdata luce, cætuq; Angelorum, sacrum hunc paruum habitum, qui Scapularis vulgò nomine dicitur, deportans, his verbis eundem affata est. *Dilectissime Fili, hoc recipe tui Ordinis Scapulare, meæ Confraternitatis signum, Tibi & cunctis Carmelitis priuilegium, in quo quis moriens æternum non patietur incendium. Ecce signum salutis, salus in periculis, fœdus pacis, & pacti sempiterni.*

Probatur. Miraculosè.

224. Hoc ipsum miraculo quodam comprobo contingenti, quod A. D. 1594. euenisse in Hispania scribit Iongen Exhort: 16. de Scap: Vir erat, qui singulari desiderio tenebatur, vt Confraternitati S. Scapularis adscriberetur; at negotiis sæcularibus implicatus executionem pii conceptûs diutiùs procrastinabat: quadam verò nocte, veluti per aliquem expergefactus, in timore mirabili, & angustiis versabatur, ignorans tamen quanam ex causa, sibi talis anxietas obueniret. Itaq; lumen accendi, familiamq; excitatam ad se venire iubet, sperans anxietatem pauoremq; consortio hominum fore tollendum; sed frustra omnia tentabat, augmentum magis & magis sumente timore. Oculis tandem eleuatis in Cælum, DEI Parentem in auxilium inuocabat: & subitò ei venit in mentem facta promissio, S. Scapulare suscipiendi: hinc implorans pro negligentia veniam, votum iterauit primâ occasione suscipiendi. Vix erat completa promissio, quin ab omni prorsùs anxietate liberaretur. Manè facto perrexit Salamancam voto satisfacturus, vbi donatus est à Religioso quodam, veste Scapularianâ: Domum cum illa lætior reuersus, transactis quatuordecim diebus, in grauem febrim incidit; vt tribus diebus, eadem absumptus migrauerit è vita, sacrâ confessione, aliisq; Sacramentis Ecclesiæ præmunitus, & summâ affectus consolatione, quòd in sacrum hoc Sodalitium fuerat adaptatus: ad quod etiam suscipiendum vniuersos præsentes adhortabatur: enimverò dicebat: *Magnus est ille fauor, quem Virgo DEIpara suis Confratribus exhibet in hoc extremo conflictu: & pericula grauissima sunt, è quibus ipsius subsidio liberantur:*

Scapularis virtutem quidam in morte expertus.

Probatur Historicè.

225. Vltimò tandem, commendatissimus est Jordanis ex obedientia: quòd semel ad ingressum Arcæ fœderis, & iterùm percussus veste Eliæ, cursus suos retrò ad fontem suum reflectens, intumescentibus instar montis aquis, & aliis labentibus ad mare mortuorum, liberũ ad terram promissionis tam populo, quàm Elisæo Prophetæ transitum permiserit, vt legitur in Historia Regum & Deutoronomii. Hic innuitur eximium S. Scapularis priuilegium in gratiam mortuorum Sodalium. Porrò mare illud igneum, seu ignis purgatorius, est veluti alter Jordanis, qui transitum animarum iustarum migrantium de hac vita ad terram promissionis, scil: ad beatitudinem, retardat: hic tamen torrens rapidissimus, a fonte Carmelitano, scil: MARIA, quia dependet, fluctus suos ad imperium eius moderatur: ipsa etenim iuxta S. Bernardin. Senen: est *Regina & Domina Purgatorii:* simulq; ex communi sensu PP. est *Arca DEI animata:* Sacratæ vestis Carmelitanæ ad contactum, attollitur iste Iordanis, quando, dum aliorum animæ, quæ Sodalitatem hanc neglexerant, vadunt ad mare mortuorum, diutiùs pænas usq; ad quadrantem exsoluturæ; Sodales nihilominus Mariani, priuilegii sabbatiui beneficio, primo Sabbatho post mortem, suffragiis MARIÆ, e pænis purgatorii liberantur, & ad cælestem transferuntur

Iordanis pallium reueritus Eliæ, typus Scapularis.

Scapularis priuilegium Sabbatinum.

tur gloriam. Quod priuilegium, se cõciliasse Sodalibus suis à DEO, testata est Beatissima miraculosè apparens Cardinali cuidam, qui postea sum: Pontifex dictus fuit Joannes XXII. eidem huiusmodi Priuilegii demandans confirmationem, & publicationem in tota Ecclesia: quod defacto ab ipso factũ esse euincit Bulla eiusdem, quæ incipit: *Sacratissima*, data Lugduni 3. Martii: cui postea accesserunt & aliæ Bullæ Clem: VII. Greg: XIII. Pii & Pauli V. Atq; sic grandia sunt satis mystici huius Jordanis priuilegia, quæ nobis de veste sua S. Scapularis, veluti Fons Carmeli, stillauit B. V. MARIA.

Epilogus.

226. MVltùm habet ingenii & seduli laboris ille locus Scripturæ, nec obuia sunt explicatui verba illa Apost: Corin: 1. *Cor:* 10. *Bibebant autem* (loquitur de Hebræis in deserto) *de spirituali consequente eos petrâ, petra autem erat* CHRISTUS. Sunt aliqui *ap: Nießpork: cent:* 1. *n.* 1087. qui hoc ipsum secundariò interpretantur de B. V. MARIA. Rich: Laur: l. 1. omnes alloquitur hisce. *Loquimini ad* Rich: *Petram, id est ad B. Virginem, duram con-* Laur: *tra tribulationem, grauem contra instabilitatem, & dabit vobis aquas.* Et vt festiuiùs conceptum suum promoueant, recurrunt ad traditiones Rabinorum, apud Lyranum, qui asserunt, quòd cùm ab Horeb, Petra largiflua, post primam percussionem, de qua *Exod:* 17. castra essent mouenda; Maria Soror Moysis abrupit partem illius Petræ, atq; instar monilis suo appendit pectori, fõtemq; quasi perpetuum portare videbatur: nam admirando prodigio, quoties opus fuerat, non aliquis tenuis latex aut vena; sed torrens castris sufficientissimus aquarum, ex illa prorumpebat gleba. Veri suspicionem facit S. textus *Num:* 20. vbi post mortem huius MARIÆ, aquarum penuria insinuatur, iterumq; terræ percutiendæ ad aquam eliciendam necessitas fuit. Quid quid sit de opinionibus Hebræorum; dum Scapularis monile in pectore Imaginum MARIÆ Carmelitanæ video, petram planè, largifluarumq; gratiarum fontem, cernere me arbitror, vndè non tam fluere, quàm alueo pleno, ruere beneficia, nedum ad necessitatem; sed ad Sanctorum, peccatorumq; voluptatem cognoscuntur. O felices Carmeli Sodales, quos non iam fluuius; sed ipse fluuiorum Fons, comitatur MAria. *Loquimini ergo ad Petram*, Mariam. Percutite eam Virgâ rectæ deuotionis, & virgâ oris, seu laudum: idq; non bis tantummodo cum Moyse tentate; sed septies, Coronæ Scapularianæ iterando Decades. Dabit illa, cuius *Aquæ sunt fideles: Isa:* 33. plenos alueos, & sacratiores: & ex vertice hoc Carmeli redundabunt in animas vestras emanationes: atq; tandem torrente voluptatis æternæ beatitudinis, potabit vos MARIA. Amen.

Maria Soror Moysis petram in pectore portàbat, aquâ copiosè fluentem.

Votum Authoris ad Confratres Scapularianos.

FVLGVR Animatum.

SS. DEIPARA.

Pro Visitatione B. V. Mariæ.

Abiit in Montana cum festinatione. Luc. 1.

227. MIrandum sanè, cur sic velox Virgo pudica, nuper concepto ex Spiritu S. fœtu, iter arripit arduum, nam montosum? & quam Sol in penetralibus semper reconditam, non gustauerat, iam montes tenent? A. A. Quid porrò pupugit calcar? quæ penna Virginem circumdedit? Fœmina casta, vel ab ipsis auris perflantibus sequestrata, quam Angelus inuenerat in claustro pudoris, iam per saltus, iã per montana vagatur: Concepit & exurgit

MARIÆ festinationis in montana causa inuestigatur.

xurgit vt pergat, *Et recessit Angelus ab ea. Exurgens autem MARIA, abiit in montana cum festinatione.* Sedulus, non casu id adnotauit Euangelista. Tædia feriunt grauidas, acidisq; aculeis punguntur, postquam conceperunt, & ex voluptate illecebrosa, spinas cruentantes exurgere sentiunt: Vnde ipsis rarior gressus est, iugis accubitus, ægrumq; corpus moueri nescit, cùm didicit generare. Inde quidam censent, ideo Beatiss: Virg: subitò post conceptum Filium DEI in vtero suo, velocitèr festinasse ad iter, vt vel facto, vtpotè sine grauamine grauida, virginitatem suam ampliùs comprobasset, & se non vulgarem quempiam concepisse filium; sed eum, qui Sapientia æterna nominatur (de qua scriptum est. *Omnibus mobilibus, mobilior est sapientia.* Sap:7.) manifestiùs declarasset: atq; sic, quæ sine voluptate concepit, voluptatis assecla, segnitiem, non potuit experiri: Alii sunt, qui hanc festinationem MARIÆ adscribunt obligationi eius ex officio: Mater etenim facta IESU scil: Saluatoris, (de quo scripsit *Tertull: hom: 7.* in Luc: *IESUS, qui in vtero Virginis erat, festinabat, adhuc in vtero Matris Ioannem positum sanctificare,*) stimulabatur, vt omninò festinaret quoq; & illa, ad succurrendum periclitanti. Hæc diuinare licet ex illis verbis *S. Ambr: l. 8.* com: in Luc: *Non eam à publico virginitatis pudor, non à studio asperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardauit. Ivit in Montana Virgo cum festinatione, Virgo officii sui memor.* Hinc omnes planè concludunt, mirâ celeritate, & inditâ sibi supernaturali quadam agilitate corporis (de quo Vega) hoc iter, quod trium dierum erat, vna die perfecisse MARIAM, vt saluti succurreret Ioannis. Scribit *Pier: in Hierogl:* vt miram celeritatem Alexandri M. in agendo expressissent antiqui; Fulgur aut Fulmen eum appelasse, præterea, ad facilitatem velocitatemq; expeditionum, quâ pollebat Numa, Schema nummi Imperatorii, fulmen in sinu ipsius repræsentasse leguntur Romani. Quare liceat quoq; mihi ob miram velocitatem MARIÆ in succurrendo saluti nostræ, cæterisq; de causis, hodie festinantem in domum Zachariæ appellare, & remonstrare *FULGUR animatum:* priùs tamen miseriæ compatiar humanæ quòd in negotio salutis nostræ plumbei simus; ad malum autem velocissimi. Interim Festinantem per vias, quàm breuissimè Salutemus MARIAM.

Sap:

Tertul:

Ambr:

MARIÆ mira celeritas.

Perge Mater, & salutis
Fulgur velut coruisca,
Tenebrisq; dissolutis,
Falsum lumen obfusca.

PARS I.

Contra desidiosos in via salutis.

PRinceps olim Oratorum M. Tullius Cicero, eximius Ethicæ seu Philosophiæ moralis Patronus & Promotor, dum Romanorum mores à rectis regulis subitaneo quodam impetu descisere adverteret; raruscq; erat, qui serioso conatu virtutis & honesti amplecteretur viam; misertus deprauati sæculi, cuidam amico dolenter scripsisse legitur. *ep ad Attic. l. 4. Nisi sanè* (inquit) *in Physicis plumbei sumus.* Iustiùs longè hodie dixerim, paucis mutatis, similia. *Nisi sanè in Diuinis, in virtute, plumbei sumus.* Tanta enim torpedo inhæsit mentibus mortalium, vt qui sumus alati planè ad sectanda vitæ commoda, imò, vanitates & peccata; ad cælestia nihilominùs, & ea quæ salutis nostræ sunt, atq; ad vera animi bona, adeò desides nos experimur; vt plumbei esse videamur: quod etsi experientiâ cuiusq; in semetipso patet, tamen.

228.

Cic:

Diuinis in rebus plũbei sumus: in mundanis alati.

Probatur Scripturaliter.

Quô conatu, quâ celeritate decurrant laboriosissimam viam iniquitatis peccatores, testatus est Regius Vates, dum dixit: *Psal: 13. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Obseruauit S. Antonin: *p. 2. tit: 9. c. 13.* loqui hic Vatem generaliter de omnibus in specie, & indiuiduo peccatoribus, per pedum velocitatem exprimere volens effrenatos affectus illorum, qui pernicissimo cursu contendunt in via perditionis. (*Est* (inquit) *S. Doctor*) *consideratio velocitatis, & strenuitatis, quam habent mali in ea, quæ sunt inutilia, vel noxia eis, vt in factis mundi.* Rursùs perpendamus stylum illum Saluatoris, quo vsus est, docendo modum, orandi Cæleſtem

229.

Psalm:

Velocitas peccatorũ ad malum.

Anton:

lestem Patrem pro obtinendis bonis spiritualibus & æternis. *Orate autem sic: Pater noster &c: adueniat Regnum tuum. Matt: 6.* Hîc sistendus est paululùm stylus, cum S. Aug. *Tract: 68. in Ioan:* Aug: *Quid est, adueniat ad nos Regnum tuum, Regnum inquam cælorum? Eamus nos potiùs ad regnum, non expectemus, vt regnum veniat ad nos.* Quis vnquam non amens, sciens regnum aliquod extraneum, sibi hæreditario jure competere, non ipse, vt rapiat regni possessionem, statim solerter quàm maximis itineribus pergit? Longè profectò abest à mortalium animis tam stolida ac demens pigritia in terreni regni possessione. Sed ah! quàm inuerecundè torpemus ad capessendum cæleste Regnũ, adeo, quòd expectemus, & petamus, vt ad nos *adueniat Regnum illud:* quasi nos pigeat ire ad illud possidendum, & vt ad nos veniat vecordi (vt dicit Celada) pigritiâ præstolamur. Vnde præclarè inquit *Gloss: in c. 3. Matt: ad illud: Appropinquauit Regnum cælorum? Quia nisi appropinquaret, nemo redire posset: quia infirmi & cæci, viâ, quæ CHRISTUS est, carebant.* Consultissimè ergo CHRISTVS docuit orare. *Adueniat Regnum tuum:* Nam hoc stylo orandi, acutè pupugisse videtur vecordem pigritiam nostram ad res cælestes, bonaq; spiritualia. Hæc duo sacræ Scripturæ loca ad se comparata, dum considero; satis mirari nequeo, quid causæ sit? quòd diuersis imò contrariis ad malum & bonum feratur mens humana motibus, cùm potiùs velocior in decurrenda virtutum via, cursus noster esse deberet: quibus etenim currendi mandatum dedit DEUS, *Sic currite, vt comprehendatis;* eorum pedes, vt expeditiùs currerent, opportunè etiam calceasse legitur. *Ezech: 16. Calceaui te* (inquit) *hyacintho* quod interpretatur *S. Hieron: & Greg: Niss:* de innato animæ rationali appetitu, aut inclinatione ad bona supernaturalia & ad beatitudinem: vel vt *Origines* vult, intelligitur per hoc prouisio Divina opportunarum paratarum gratiarum, & auxiliorum ad viam salutis sectandam. Contrarium autem habetur & dicitur de illis, de quibus *Prou. 1. Pedes eorum ad malum currunt,* Prou: *& festinant:* tales etenim veluti ponderosis nimiùm, imò plumbeis, pedes induti cothurnis, incedunt: non enim

Cælorum Regnum cur vt veniat, ad nos inuitatur.

Deus cuiq; prouidit gratiam ad salutem.

A sine mysterio Zacharias Propheta in forma mulieris plumbeo metallo refertæ, Iniquitatem se vidisse testatus est: audiuit etenim. *Hæc est impietas, & misit Massam plumbeam in os eius c. 5.* O quam graue hoc peccatorum calceamentum. & propter continuos stimulos ac remorsus conscientiæ molestissimum! nec par illi, quo olim Teridates tyrannus Armeniæ afflixisse legitur S. Gregorium, quem clauatis calceis indutum currere perurgebat. Tam aculeatis grauibusq; calceis, cursores suos induisse reperitur auaritiæ peccatum. *Amos 2.* B *Pro eo, quòd vendiderit pro argento iustũ, & pauperem pro calceamentis.* Habet & suos non minùs molestos calceos superbia. Ait in aliquo Authographo Salomon (*ap: vm. Nouar: n. 276.*) *Ambulabunt in calceamentis suis, in superbia.* Ingentis ergò admirationis iusta subest materia, dum tam grauiter & incommodè calceatos pedes peccatorum, veloces ad effundendum sanguinem id est, ad omnem iniquitatem, audimus; alios verò tàm benè de hyacinthinis calceamentis, de gratiis scil: supernaturalibus provisos, tardare, vel cespitare in via Domini experimur. Indolet his vicibus & miseriæ humanæ Oleaster his verbis: C *Quælibet aëris intemperies nos ab opere charitatis impedit: si enim pluuia solitò durius exuberauerit; domo exire & Ecclesiam intrare formidamus.* Tantam tamq; iniquam deordinationem affectuum in rationali creatura exosus *S. Aug: de bono vid: c. 2.* tanquã infame probrum illam detestatus est, dum contra quendam venationum amatorem, torpidum verò ad ea quæ salutis sunt sectatorem, sic exclamat. *Vide quàm pudendum sit? si te delectat labor, vt fera capiatur; & non delectet, vt DEUS acquiratur.*

Via difficilis impiorum.

Calcei clauati Theryda-tis Regis Armeniæ.

Amos:

Viæ impiorum duræ facile decurrerũt

Viæ virtutum facillimæ non item

Oleast:

Aug.

D *Probatur* Figuraliter.

Miseram hanc mundialium animarum sortem videamus ampliùs sub Figura: quàm partim ænigmata verborũ Jobtis subministrant; partim quidam Hircus caprarum in visione Danieli Prophetæ repræsentavit. De homine nequam, & ad vitia, præsertim carnis, præcipiti, dicitur *Iob 24. Leuis est super faciem aquæ.* Videtur his innui, lasciuum etiam in medio mari submergi, vel periclitari non posse: sed quid? Imò verò

230.

Iob:

mò verò submergendas huiusce modi noxas ex circumstantia scandali, iudicavit Saluator. *Expedit* (inquit) *ei vt suspendatur mola asinaria super collum eius, & demergatur in profundum maris.* Super quibus verbis sic S. Thomas scribit:

Thom: *Videtur impio propter impetum concupiscētiæ, super aquam, & super quam unq; difficultatem leviter transire posse, vt ad rei cupitæ fruitionem perueniat.* Quasi diceret adeò pernici cursu ad vitia euolat impius; vt nullo obice retardetur: *Symmachus* hanc velocitatem adauget, sic locum Jobi exscribens *Supernatans aquæ:* Ac si dicat: Impius, ad impietatem Marinos fluctus a læua tempestate, & atrocibus ventis concitatos, velocitate superat. Veniamus iam ad visionē supra memoratam Prophetæ: vidit ille Hircum, adeo pernici cursu, vt ne vngulis quatere terram videretur, volantem potiùs quàm currentem. *Hircus* (inquit) *caprarum veniebat ab occidente super faciem terræ, & non tangebat terram.*

Daniel: *Dan:* 8. Quoad literam, Prophetia hæc fuit de Alexandro Magno, gloriosissimo tot Regum Regnorumq; Triumphatore, ducentis adhuc annis ante ortum ipsius edita: quam Prophetiam aduenienti ad debellandam Ierusalem, gentemq; Iudæorum, dum summus Sacerdos, pro tunc Ioiadas, occurrens cum Bibliorum codice, ostendisset, pepercit quidem Templo & Genti; cæterùm ex illa Prophetia, in qua multorum ipsi Regnorum victoria & dominatus prædicebatur, nouum assumens animum tantâ velocitate cum suo exercitu contra Persas properauit, vt salientis illius Hirci in modum, currere videretur, quasi in pedibus eius, semita non appareret. In sensu verò Tropologico, Hircus iste, Typus dici potest hominis mundani & voluptuosi, conformiter ad illum sensum *S. Aug. Quem te putas, hircum te fortè* DEUS *novit.* Cornigeri sunt, ob superbiæ elationem: tortuoso in partem, caprinoq; oculo: rectis enim virtuosum quemq; nequeunt aspicere oculis: pilosi superfluorum & & rerum abundantiâ capillati olent tandem hircum, nam fætido carnali vitio plerumq; dediti. Visus ille a Daniele Propheta Hircus adeò pernici gradiebatur gressu; vt terram non tangeret: id ipsum cernere est, in amatoribus nequam sæculi: ipsorum enim mos est, quòd ad mala rarò per gradus & lente proruant, sed nequitiarum stadia velocissimo decurrant passu: vbi voluptati obsequendum, etiam contra mille obstacula, heroam veluti alii Macedones induunt mentem, ruunt in mille etiam vitæ pericula: triumphant plerumq; Hirci isti, cupitis amoribus perfuncti: sed nonnumquam cespitare eos in saltibus montium contingit sat infaustè: plectuntur frequenter infamiâ, honore, & bonis: interdum siue iustitiæ zelo, siue riualium zelotypiâ multantur & vitâ: sed demus, quòd potentiâ, industriâ, prudentiâq; freti, mundi hæc præcipitia aliqui superent; vindicis tamen supremi à manu detrusi, vt sistant tam velocem ad vitia gradum, cadunt: irremedicabilibus percussos morbis, pedibus manibusq; vi morbi veluti detruncatos videns, crederes eos, non ampliùs, futuros vitiorum fore stadiodromos: & vtinam? verum enimverò, is æstus naturæ est, & præsertim si consuetudo longa in naturam transiit; vt & tum à via iniquitatis non recedant: & si salire non valeant Hirci isti, reptabunt tamen vel desiderio rum prauorum concupiscentiis delectati: quod tetigit à simili *Tertull. l. de animal. c.* 10. *Quemadmodum incedunt quædam sine pedibus manante impetu, quòd angues; & insurgunt conatu, quòd vermes: & spumante raptatu, quod limaces;* O quanta cupido currendi in via iniquitatis!

Peccator ad malū dum iam non potest currere, saltim reptat. Tertul

Probatur Historicè.

Videamus horum Hircorum præcipites cursus in exemplis. Hircus talis fuit ille, qui dum subaudisset, oculos suos placuisse dilectæ, expromptè ipsos sibi eruens, dono eidem misit. Hircus & ille alter Galeatius *Montam: ap. Pontan. de fortit: c.* 29. qui Papiæ dum hybernaret, fortè puellam quam deperibat, in ponte obuiam eques habuit: illa ioci gratiâ: Quin tu beliss ime amator, qui tantùm tibi in acie places, è ponte in amnem amoris gratiâ desilis? ille cum equo statim se præcipitem dedit, & saliit hircus iste. Iordanis aquam jocò expetiit Mulier Vlissbonæ *A. D.* 1278. a quodam ardenter sibi abblandiente, vt nuptias suas, vtpotè imparis sibi statûs, hominem ambientem, difficultate conditionis oblatæ

231.

Amasius in gratiā amasiæ, insilit equo de ponte.

blatæ deterreret, cucurrit ille in siti, Sponsæ suæ sitim confictam vel insolentem vt extingueret: Palæstinam usq; multis itineribus, sumptibus & incommodis petiit: in Iordane ablutus, de Iordane amphoram aquæ haurit: reuersus deinde in Portugaliam, eam amasiæ offert: sed quia sponsalibus contractis, citò sponsa è vivis cessit; Sponsus meliora sapuit: Ordinem S. P. N. Francisci ingressus, dictus P. Antonius *de Santareno*. O si tantis passibus, tantâq; animi contentione curreremus ad vitam, quibus properamus ad mortem? *Sed* (inquit Nissen. in Polit: 1. P. l. 5. c. 2.) *Quàm prompti, quàm parati semper ad peccatum sumus? & quàm languidi, quàm tardi, quàm cunctabundi ad bene agendum, ad studium virtutis, ad Sanctitatem consequendam, amplectendamq;. Quàm plumbeis verò pedibus ad pietatem pergimus.* Quare in via salutis festinationem, a hodie festinante in Montana iam discamus Virgine.

Aquam Iordanis expetenti jocô amamasiæ, portavit quidam.

Did. Nis:

PARS II.

SS. DEIPARA Fulgur animatum.

232. Pòétarum veterum Fabulæ, fæminã quandam Camillam dictam ex mira velocitate pedum mirè commendãt: quam præcipuè carmine suo celebrasse legitur, Virgil: 7. *Æneid.*

Camillæ fæminæ, mira velocitas.

Illa vel intacta segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas,
Vel mare per mediũ fluctu suspẽsa tumenti.

Ectypon quoddam Marianæ velocitatis in succurrendo in dicta Camilla non leue haberem; sed Marianarum laudum encomia fabulis inniti non expedit. FULGVRIS similitudo, (quæ etiam Filio eius non dissona probatur ex illo *Isa. 62. Salutare meum tanquam lampas accendatur.* Alii legunt. *Donec egredietur sicut fulmen iustus meus:*) aptissima quoq; mihi visa est Matri eius, hodie visitanti Montana, nedum ob celeritatem; sed ob plura alia, respectiuè ad qualitates & effectus fulguris.

Isa:

Fulgur Christus.

Probatur Scripturaliter.

233. Primum admirandum in FULGVRE est, inassequibilis celeritias illius: idem autem FVLGVR est, ac coruscatio, ex collisione nubium densiorũ erumpens, & instantaneè illuminans àérem: Etsi enim tonitru, re ipsa sit priùs fulgore, seu coruscatione, imo fulguris ipsius est causa; tamen ob tarditatem soni, & auditûs, posteriùs auditur fragor, priùs verò videtur fulgur, ob eius vtiq; celeritatem: quia dum contrarium sui in àére non reperit, (lux enim iuxta Philosophos caret contrario) fit, quòd instantaneè illuminetur àér. Hinc velocitatem Virginis in succurrendo saluti mortalium, ex abditis S. textûs de coruscationibus, eruendi ipsa se offert occasio. Dicitur *Eccli 32. Ante grandinem præibit coruscatio, & ante verecundiam præibit gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Cornel. a lap:* putat hæc dici de gratia præueniente v.g. ad conuersionem, & justificationem peccatoris, quam præcedat necesse est veluti coruscatio, verecundia confessionis. Sed iterum recurrit quæstio: cùm etiam & ipsa voluntas pænitendi seu confitendi, & lumen quo cognoscit peccator medium hoc salutis, illudq; amplectitur, gratia iterum sit, quænam quæso istum gratiæ imbrem præuenit coruscatio? non errabo, si appellabo, ipsam esse MARIAM. Illa etenim dicitur a S. Ioann. Damiano in Parad: B.V. *Illuminatio, mẽtis nostræ tenebras dispellens.* A. S. Iosep. Hymn. in Marial: *Illuminatio fidelium, illuminans pupillas oculorum nostrorum, cæcitate mortiferi peccati obtenebratas.* Et iterum idem Ecclesiastes *c. 43. Imperio suo accelerauit niuem, & accelerat coruscationes emittere judicii.* S. Hieron in Psal: 147. per niuem intelligit purgationem peccatorum per pænitentiam. & lacrymas, iuxta illud: *Isai: 1. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.* Similiter & Dauid *Lauabis me, & super niuem dealbabor.* Accelerat Clementissimus Deus cum hac niue, scil: gratia pænitentiæ, sed non aliter; nisi simul acceleret & coruscatio, id est fulguret in tenebris, & vmbra mortis, illuminatrix MARIA, thesauros hos niuium, gratiam sc: pænitentiæ adaperiens. De quo probabiliter dictum, apud *Iob. 38. Numquid ingressus es thesauros niuium.* Ipsa etenim a S. Bernardo sup. *Salue, dicitur abyssus Divinæ pietatis: cui vult, & quando vult, & quomodo vult creditur eos aperire, vt quivis enormis peccator non pereat, cui Sancta Sanctorum, patrociniis suis suffragia præstat.* Accelerare autem

Fulgur cur præcedit tonitru.

Eccl.

MARIA coruscatio pænitentiam præveniens.

Damia.

Hieron.

Isa.

MARIA, thesaurus niuium.

Iob.

Bern.

autem coruſcationes quando dicitur, per hoc velocitas MARIÆ ad ſuccurrendum peccatoribus, per gratiam pœnitentiæ, pulchrè innuitur. Clariùs autem cæteris, rem noſtram enucleant, ſimul cum rationis redditione, illa verba Sapientis: *Omnibus enim mobilibus mobilior eſt Sapientia: attingit autem vbiq; propter ſuam munditiam.* S. Auguſt: *l. 4. de Gen:* ſic legit: *Motus eius agilior & celerior eſt omnibus motibus.* atq; ſic motibus Angelorum & Cælorum, adeoq; & primi mobilis. Cuius celeritatis videtur ſubinnui cauſa, dum ulteriùs dicitur. *Vapor eſt enim virtutis DEI & emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſincera.* Hæc omnia myſticè enuntiari poſſe & debere de Virgine Beatiſſ: cum aliis Commentat: affirmat *Cornel. a lap.* atq; ſic ex iſto textu euincitur ſumma mobilitas MARIÆ in ſuccurrendo, quâ omnem celeritatem creatam etiam Angelorum antecellit. Collimat ad propoſitum, illud, quod pro cauſali appoſitum eſt: *Vapor enim eſt virtutis DEI.* Hoc etenim ipſũ ſẽtit de MARIA *S. Alb. M. ſupra Miſſus c. 192. Vaporem Divinitatis nominans MARIAM.* O quàm bellè hoc quadrat ad fulgur & coruſcationes Marianas! quid etenim fulgur? niſi vapor aut exhalatio pinguior, radiis accenſa Solis: per quod exprimitur, B. V. MARIAM, (quæ iuxta Gerſonem tract: 9. ſup. Mag. *Sapientia dicitur per emphaticam locutionem*) non vtcunq. eſſe mobilem in ſuccurrendo; ſed ad modum accenſi in àére vaporis ſeu fulgurantis coruſcationis, qui inſtãtaneo motu fieri creditur a Philoſophis. Diſcurſus noſter in exempla reſoluatur: in promptu eſt hodie peccator gemens in vtero Elizabeth, Ioannes: feſtinabat iam Conceptus in vtero MARIÆ Saluator ad Ioannem: verbum voci ſuæ ſuccurrere volebat: ait enim *Orig. IESVS qui in vtero Virginis erat, Ioannem adhuc in ventre Matris poſitũ, ſanctificare feſtinabat.* Salire cupiebat in montanis, tranſiliens colles, dilectus ad dilectum: coruſcare tamen vt fulgur, non potuit: nam antevertere horam natiuitatis humanæ, vt ſic homo faciliùs crederetur, ſibi non placuit: Hinc arcanis cæli conſiliis factum, vt, cùm gratia ſua feſtinaſſet ad Ioannem; præiuerit quaſi coruſcatio eius, feſtinans MARIA. Ingenioſè hoc ipſum tetigit

MARIÆ mobilitate, nulla maior

Aug.

MARIA vapor ob mobilitatem in ſuccurrendo:

Orig.

MARIA vt coruſcatio, præiuit Chriſtum ad ſuccurrendum Ioanni.

A *Eſcob. l. 8. ſ. 1. de viſit. n. 35. Qui ſaliebat in montibus, colles tranſiliens; ad domũ Zachariæ minimè appropinquabat, donec vterum Virginis, ferculum ſibi velociſſimum præparauit,* adeo, vt hoc ſaltim in paſſu verificari videantur ad literam, illa verba S. Anſelmi *Velocior eſt nonnunquam ſalus, memorato nomine MARIA, quàm nomine Domini IESV, Filii eius.*

Eſcob:

Anſel:

Probatur Figuraliter.

Alterum in FULGURE conſiderandum venit, quòdq; tanquam primarius effectus ipſius eſt, ſcil: àéris illuminatio, acriter oculos etiam aquilarum B perſtringens: vnde notandum eſt Aquilas, etſi fulmine jici naturaliter non poſſint, cœlo tamen fulgurante, abdita loca, tanquam luminis illius impatientes quæritare. Idipſum ô quàm longè perfectiùs competit animato FULGURI, feſtinanti hodie MARIÆ! probabit Figuralis viſio. Apocalypticus Propheta fatetur ſe vidiſſe glorioſiſſimum quendam ſedentem in inſuetæ magnificentiæ throno. *De throno autem procedebant fulgura, & voces & tonitrua, & ſeptem lampades ante thronum, qui ſunt ſeptem Spiritus DEI.* Apoc: 4. S. Bernardinus Sen: & Carthus: imo planè omnes, per C Thronum explicant B. V. MARIAM, Dionys: præſertim, qui cùm nullibi inter omnia cœli & terræ creata dignũ aliquid reperiſſet, vt ſedes vocaretur DEI; conuerſo ſermone ad Beatam, ſic eam allocutus eſt. *Nihil horum ſingulariter, ſic mirabiliter poteſt dici thronus DEI, quemadmodum venter tuus benedictus: numquid enim illorum quidpiam Deum circumſcribit? ſed tu o præelecta vnica DEI! quem totus non capit orbis, in tua ſe caſtiſſima clauſit viſcera &c:* Proſequitur eundem conceptum *Senen.* noſter Bernard: *Hic thronus, benedicta Virgo dici poteſt, mirus artificio, quod pertinet ad fœcunditatem Genitricis: excelſus imperio, quod pertinet ad ſublimitatem Imperatricis: pius adiutorio, quod pertinet ad pietatem Mediatricis.* Premamus hæc vltima. *Pius adiutorio,* & prodibunt fulgura de throno ſeu myſteria coruſcationum: ſi enim illuminare Mediatoris eſt proprium, iuxta illa Zachariæ verba, ſic ſalutantis venientem Meſſiam, *Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent;* non aliud, imò primum erit Mediatricis noſtræ piiſſimæ MARIÆ negotium, niſi

234. *Aquila, cœlo fulgurante, abdita petit:*

Apoc:

MARIA thronus DEI.

Dion.

Carth:

Bern.

Sen.

illuminarè. *De throno procedebant fulgura* & quando primùm fulgurauit thronus iſte pietatis MARIA? non aliàs, quàm tùm, quando vniuerſum genus humanum ſedebat in tenebris & vmbra mortis, ipſa eſt facta Mater DEI. Audiamus preſſè de hoc loquentem S. Method: *Orat: in Hyppapant. Fulguraſti o Genitrix? ſuauia nobis dona producens: fulguraſti luminis ſolaris ardentiſſimis facibus, feruentiſſimæ nimirum dulcedinis æſtu, quod ante principium conceptum, in fine pariens, palàm faciens occultum eatenus Sacramentum, ineffabilem inuiſibilis Patris Filium.* Non diſſimili ſtylo prægnantem Virginem ſalutauit S. Epiph: *O Beata Virgo! nubes es lucida, quæ fulgur lucidiſſimum ad illuminandum mundum deduxiſti CHRISTVM: Nubes cæleſtis, quæ tonitrum S. Spiritûs, in ſeipſa reconditum reduxit in mundum, & imbrem Spiritus S. in vniuerſam terram ad producendum fidei fructum cum impetu demiſit.* Porrò & deinceps fulgurantis huius coruſcationis latè diffuſas cernere eſt illuminationes in Angelis & hominibus: Angelis dico. Vnde enim ante Thronum illas ſeptem lampades, *qui ſeptem Spiritus, alias Angeli erant*, accenſas putabis, niſi ab ipſis copioſè de throno emicantibus coruſcationibus: ex quo collige etiàm Angelos de MARIÆ coruſcationibus participare: hoc etenim, dum eandem proſequitur orationem, cit· Doctor fatetur. *O Virgo Sancta, lucis æternæ Mater, lucis inquam, quæ in cælis illuminat copias Angelorum, lucis quæ illuminat ipſorum Seraphim incomprehenſum oculum.* Reaſſumit Doctor alius Doctoris ſermonem, vt coruſcationes MARIæ ad homines quoq́; extendat, nimirum Chryſyppus, ſic perorando ad Deiparam. *Aue fons lucis, omnem hominem illuminans: aue ſolis ortus, qui nullum poteſt ferre occaſum.* Vnde cõcordi voto Patrum ex ipſa vi nominis MARIÆ, nominatur SS. Deipara *Illuminatrix*: ideò præcipuè; quòd id muneris obeat, illuminando doctrinis ſuis vel opportunis impetratis a DEO luminum gratiis, totam Eccleſiam Dei, & Doctores: quos hic denotari per illas coruſcationes egredientes de throno, putat Ioan: Sylv: dum ita ſcribit. *Ab hoc ſupremo & alto Mariano throno procedunt fulgura, voces & tonitrua: nam ſi quis ſemotos ac diſtantes ſcriptis ſuis docet, & illuminat, hæreticorumq́ ora confringit; hoc totum à Mariano throno habet.* Evidenter ſatis hodie in domo Zachariæ probauit & demonſtrauit haſce coruſcationis ſuæ illuminationes, feſtinantiſſimum hoc FULGUR MARIA; dum ad illuminationem vultûs ſui, Prophetico reſplenduit radio, nedũ ſalutãs Deũ, ex vtero Ioannes; ſed & Parentes eius, cæleſti repleti entheo, magnalia DEI prophetantes, vel ediſſerentes. Ergo conclude iam cum Andr. Cret· orat: 2. de Ann. & dic: *MARIA, eſt FULGVR, illuſtrans animas.*

Fulgurà-tio MARIÆ: quæ

Method.

Epiph.

MARIA Angelorũ coruſcatio.

MARIA illuminatrix hominum.

Ioan: Sylv.

Probatur. Doctoraliter.

Tertiò de FULGURE per ipſam experientiam habetur. quòd fulgureæ coruſcationes ſint certa prænuntia pluuiarum: idq́; pro conſolatione hominum a DEO ordinata: iuxta illud Pſalmi. *Fulgura in pluuiam fecit.* Pſal: 17. Idẽ quoq́; meminit cuiuſdam pluuiæ voluntariæ, a DEO reſeruatæ hereditati ſuæ. Pſal: 97. *Pluuiam* (inquit) *voluntariam ſegregauit DEVS hereditati ſuæ.* Pluuiæ huius nomine, intelligi poteſt vel ipſe Meſſias conſolator omnium, pro cuius aduentu dum ſupplicarent lymbi Patres, clamabant: *Rorate cæli deſuper & nubes pluant iuſtum.* vel ex mente aliorum intelligitur Conſolator Paracletus Spiritus: ita *S. Bernar.* vtcunq́; ſentias, pluuiarum iſtarum, ſcil conſolationum prænuntiam & auctricem, agnoſces Deiparam, ſi Patribus aurem liberam dederis. Inquantum Pluuia applaudit Meſſiæ; audi Gualb. Ab: s. 1. Annunt. *Bonus planè ſermo & conſolatorius: Omnipotens ſermo tuus Domine, qui hodie a regalibus ſedibus venit in vterum Virginis, vbi etiam ſedem regalem extruxit, in qua, cùm etiam nunc ſedeat, quaſi Rex, circumſtante Angelorum exercitu in Cælis, eſt tamen mœrentium conſolator.* Si autem magis placet tibi, per pluuiam iſtam ſubintelligere conſolationes Spiritûs S. ecce cum virga, tanquam Caduceator, vel nuntius præit MARIA, pluuiam iſtam: nam Rich. Laur. l. 12. ſup. illa Pſal: 22. *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.* ſic ſcripſit: *Virga conſolationis eſt MARIA: baculus verò, lignum Crucis.* In eundem planè ſenſum S. Damian: *ſer.* 40. non aliter *S. Damaſc:* eidem Aue dixit, cum ipſam deprecaretur, *ſerm: de dorm. Aue vnicum moleſtiarum leuamen: Aue omnium dolorum cordis medica-*

235. *Fulgur nuntius pluuiæ.* Pſal. *Pluuia, Meſſias, Spirit: S.* Gualb: Abb. *MARIA, prænuntia pluuiæ Spirit. S.* Rich. Laur. Damaſc

medicamentum. Hoc experientiâ ipsâ probauit afflicta Elizabeth, prænuntiam consolationum in tribulatione esse MARIAM. quòd enim senili vtero portaret fætum, summè verecundabatur, nec prodire in publicum volebat, sed cum mærore animi pluribus diebus, in priuato domi se continebat, vt obseruat *Bern. Busten:* verùm veniente faustâ Prænuntia consolationum MARIA, confortata spiritu, affligi desiit, attestante S. Ambrosio. *Confortata ex verbis B. Virginis, quæ priùs verecundabatur se esse grauidam, postea gloriabatur in Domino, se Prophetam & plusquam Prophetam concepisse.* Proinde satis competenter dignatus est SS. Deiparam Iacob Monach: huiusmodi titulo: MARIA (inquit) *est faustum nuntium gaudii.*

Elizabeth grauida verecundabatur in publicum prodire, ante aduentum MARIÆ.

Ambros.

Probatur Miraculosè.

236. Miraculi adinstar naturæ scribitur, quod FULGUR vim quasi obstetricandi habeat: nam fulgurante Cælo, ceruas facillimè parere, nodum rerum naturalium scrutatores narrant; sed facer quoq; textus traditioni illorum suffragari videtur in illis verbis *Psal:* 17. *Vox Domini* (scil: fulgurans tonitru) *præparantis ceruos.* Hebræa legit. *Vox Domini parturire faciet ceruas.* Tangitur per hoc speciale priuilegium MARIÆ, a quo audit esse specialis Patrona parturientium: quod ipsum facto suo comprobauit hodie. Linquo interea certamẽ illud inter quosdam, seu quæstionem: An scil: B. Virgo apud cognatam Elizabetham vsq; ad partum eius permanserit? Pro & contra sunt opinantes. Probabiliorem tamen asserit *Vega Mar.* Psal: 22. cert: 5. affirmatiuam: quæ si vera est, evidenter fauet asserto nostro de Patrocinio MARIÆ respectu parturientium. sed concedamus recessisse Virginem & remeasse in Nazareth, dum pareret cognata: nonne piè credendum, dùm tribus proximis ad partum mensibus fideliter Elizabethæ ministrasset, principalem ministerii illius partem fuisse, exhortari & animare grauidam, ad futuræ parturitionis, æquè tolerandas ærumnas. Miraculosis etiam constat apparitionibus, non infrequenter id pii obsequii Beatissimam præstitisse quibusdam. Ita legitur, quòd S. Birgittæ dum paritura esset Filiam Cæciliam, apparuerit Sanctiss: Virgo, eandem tali animando alloquio: *Tu auxilium meum es experta, vide ne fis ingrata: si me diligis, labora, ut Filii tui, sint etiam filii mei.* Vinc. quoq; Bellu. l. 7. c. 85. scribit. In loco qui tumba dicitur, Festo S. Michaelis, in quadam Ecclesiola ipsius Tituli cincta Oceano, dum ob æstuantis maris procellas, ne interciperetur, turba congregata fugeret; sola paupercula mulier partui vicina ob debilitatem currendi remansit: illa dum se B.V. MARIÆ & S. Michaeli commendat, aduenit pia Mater MARIA, & proiecto suo pallio, intactam a mari reddidit: mulier illa salua, filium enixa ibi permansit, vsq; dum recessit mare. Magis admirandum quod refert Discip. *de Mirac: B. V. Exemp.* 25. Cuiusdam enim Virginis Sacræ, sibi deuotæ vt obuiasset ob Sacrilegum Conceptum infamiæ, ei apparuit cum Angelis, per quos exonerari a fætu illam fecit, prolemq; Eremitæ cuidam ad septennium nutriendam tradi mandauit. Adjicere hic expedit illa Orosii seu aliis Grossii Episc: discipuli quondam S. August. verba. *Coram DEO noui, & in veritate comperi, quòd nulla mulier in partu periclitatur, super quam deuotè MARIÆ gratia imploratur, & dies Conceptionis eius celebratur.*

MARIA ad partũ apparuit S. Birgittæ.

MARIA opitulata parturiẽti.

MARIÆ cura in partu cuiusdam.

Orosius

Fulgurante cælo pariunt facilius ceruæ.

MARIA Patrona parturientium.

MARIA fueritne in partu Elizabeth.

Probatur. Historicè.

237. Restat vltimum de FULGURE, quod scribunt rerum naturalium indagatores: nimirùm margaritiferas conchas non aliter gemmas è rore deciduo cæli generare, nisi fulgurante cælo. Quod ipsum tetigit per allusionem ad B. V. MARIAM Ioan: Damasc orat: 1. de Nat. *Hæc est* (inquit) *concha, quæ cælitùs Diuinitatis fulgetrâ, in vtero concepit ac peperit CHRISTVM, ingentis pretii vnionem.* Vnio plurimis pro symbolo quoq; habetur Virginitatis: hinc nouum iterum fulgurantis MARIÆ priuilegium, quòd scil: in cultoribus sibi deuotis, Virginitatis prærogatiuam insigniter promoueat. De quo præstò & testimonium *S. Thom: Vill.* Conc: de Ann. *Sacra, pura, & immaculata Virgo, cui etiam præ aliis erat hoc Virginitatis insigne, ut inspectores suos Virgines faceret. Erat enim in ea, (vt Prophetæ utar eloquio Zach: 9.) Virgines germinans Virginitas.* Hoc ipsum & res ipsa loquitur hodie in Præcursore Ioanne: cuius virginea integritas, præcipuè

Margaritæ, sub fulgure generantur

MARIA in sibi deuotis, virginitatis donum promouet

Thom. Vill.

cipuè DEI Matri debetur, ex ſenſu S. Ambr. *Ambr. Viſitauit* (inquit) *Baptiſtam, qui in vtero Matris priusquam naſceretur exultauit: nec immeritò manſit integer corpore, quem in tribus menſibus oleo quodam ſuæ præſentiæ & integritatis vnguento, Domini Mater exercuit.* Antiepilogum breuem pro Regina Cœli faciat Theodorus Laſco, Orientis olim Imperator, in Cant. ad SS. Deiparam. *O MARIA! tu es FVLGVR, Margaritam progignens.*

Epilogus.

238. OPtaſſe olim, magniſq; precibus poſtulaſſe a DEO legitur, in medio hoſtium conſtitutus Dauid, fulgura quædam, & coruſcationes cœlorum Pſalm: Pſal. 143. *Domine inclina cœlos & deſcende, tange montes & fumigabunt: Fulgura coruſcationem, emitte ſagittas tuas & diſſipabis eos.* In vmbra tantùm, hæc protunc cœlorum ſubſidia contra inſultus hoſtium ſenſit Dauid. O quàm felicior nos! dum iam inclinauit cælum, & cælorum ipſe Conditor vterum Virginis ingreſſus: tetigit demum montes & fumigârunt, dum hoſtes noſtros in Monte Caluariæ, conſcendens Crucem, A glorioſè detriumphauit: fulgurauit cælum coruſcationem, dum FULGUR animatum illuxit terræ MARIA: cuius non minùs celeritate iuuantur peccatores, lumine ipſius irradiantur deuoti cultores, ſed hoſtes quoq; radiorum eius perculſi ſagittis diſſipantur: De quo ſic Richard. Laur. l. 1. *Ipſa illuminat ſuos amatores ad cognitionem veri, & inflammat eos ad dilectionem boni, aduerſarios eorum exterret durâ comminatione, & incorreptos exurit gebennali conflagratione.* Ergo o animatum FULGUR Virgo Diuiniſſima, dum nos vndiq; mala noſtra perturbant, & hoſtibus undiq; ſalutis noſtræ cingimur; fulgura B quæſo feſtinâtiſſimè, quæ hodie in montana feſtinaſti, coruſcationes tuas, quibus illumina tenebras noſtras, gratiarum imbre æſtus noſtros refrigera, partus virtutum, ne abortiant animæ noſtræ, promoue. Ito in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ, & in luce ſagittarum tuarum contra Orci aduerſarios, vt ita de ſecuritate noſtra per Te proviſi, velociter feſtinemus in Sancta. A M E N. Richard Laur.

DECAS III.

GALEA CASTITATIS

SS. DEIPARA

Pro Annuntiatione B.V. Maria

Quomodo fiet istud, quoniam Virum non cognosco. Luc. 1.

239. EXultate Virgines, festos dies agite vniuersi Castimoniæ Assertores: hodie primùm triumphauit Castitas, dum Virgo concepit Filium, & quidem non vulgarem; sed talem, qui simul Homo & DEUS est. Nunc propheticũ illud: *Isa: 7. Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium,* quod tot eruditorum Rabbinorum hactenus penè ad insaniam agitaverat, fatigaueratq́, capita, iam caput laureatum erigit, dum in Virgine Maria, naturâ & orbe stupente, adimpletur: Super quæ meditatꝰ, domesticꝰ licèt Mariæ Bernardus, mysterii comprehendendi impotentem se fatetur, imò neminem esse qui capiat. *Quis* (inquit) *intellectu capiat, qualiter splendor ille inaccessibilis, Virgineis se visceribus infuderit: & vt Virgo inaccessibilem, ad se accedere ferre potuisset, vmbraculum fecerit.* Non tamen gloriosus hicce Triumphus sine certamine. Certavit enim satis animosè pro gloria & integritate Virginitatis suæ, cum Angelo MARIA. Nec periclitatam putes; quamvis pauentem audias. *Turbata est* (inquit) *in sermone eius.* obseruauit enim idem S. Bernard: *hom. 3.* pauorem hunc, singularis eius fortitudinis argumentum fuisse, dum ait: *Turbata est, sed non perturbata: quòd turbata est, verecundiæ fuit virginalis: quòd non perturbata, fortitudinis.* Prodiit illa in velitarem aciem cum Angelo, ad affatus ipsius, virginei pudoris veluti *Galeam* induta, & firmissimâ, omnis cautelæ ac circumspectionis contra quæq́; pericula Virginitatis, abarmata casside, luctabatur cum cælesti Legato, á verborum telis, virgo prudentissima, gloriosum certamen exorsa. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Agebat sanè tùm Virgo pro votiua virginitate: vt censet Guilhel in Cant: *Obstupuit & expauit pro cautela voti, aut propositi sui.* Atq́; sic, dum citra virginitatis iacturam tam felicitèr utrisq́; decertauit lacertis, prole cælesti fæta, quæ ipsius virginitatem non minuit, sed sacrauit; nouos titulos & trophæa castitatis erexit, iure quodam Patronatûs huius virtutis, potita: Imo triumphans eius virginitas, se fidelibus in benefica spolia obtulit, clypeos, galeas suis distribuens. *Clypeus* quidem in hymno Ecclesiastico *Salutis nostræ* iam est dicta; ergò nunc GALEAM CASTITATIS eam appellabo: Quod dum comprobare dispono; Castitatem minùs circumspectam quorundam, caput non galeatum esse admonebo. Triumphatrici gloriosæ, virginitatis, breue interim occinamus Pæan.

Salue clypeus Salutis
Da tutamen destitutis.
Sis GALEA castæ mentis,
Ne succumbat tentamentis.

Isa. Bern: *MARIÆ cum Angelo certamen pro Virginitate.* Bern. Guihel. *MARIA Galea castitatis.*

PARS

PARS I.

Castus incircumspect', caput pulchrum, sed nō galeatum.

240. SImia illa, fucataq; imitatrix veræ virtutis, antiquorum Philosophorū Ethica, cuius motiuum & finis, vel mera iactantia, vel ad summum ratio solius honesti fuit, si quando simulacra virtutum effingi curabat, nunquam aliter, nisi clypeis, galeis, & similibus de armorum genere, adornata habere volebat, quod accuratè obseruauit S. Hieron: vt sic implicitè monuisset quemq; dum in aciem contra vitia descendit, magnâ circumspectione veluti armaturâ indigere, præsertim eum, qui adipiscendæ vel conseruandæ virtutis, Castitatis, gratiâ, ad certamen cum vitiis properat, aliàs, si, præsertim in capite, non galeatus prodeat, scil: omnes sensus (quorum origo præcipua in capite, & ex capite est) ab occasionibus mali, & tentationum diligenter non custodiat; in proximo periculo est, ne succumbat.

Simulacra virtutum, cur galeata effingerentur?

Probatur Scripturaliter.

241. Hostium præcauere insidias, Galeam esse virtutis, & specialiter castitatis, tam inexpugnabilem constat, vt quicunq; spirituali istâ casside, id est diligentiâ aduersùs tentationum bella, antequam appareant, ritè præmunitus fuerit, Triumphator euadat: & ab oppositò stultam fiduciam esse, ac rarissimæ victoriæ, modoprimùm capessere arma aut quærere; dum iam ad pugnam classicum excitat. Hoc inquam assertum ex pluribus S. Scripturæ locis eruunt PP. & Commentatores. Primus ille locus est, de quinq; prudentibus, & quinq; fatuis Virginibus. quæ longè dispari aleâ, in area decertarunt Virginitatis: & triumpharunt quidem quinq;, nam galeatæ diligenti circumspectione, & tempestiuè præparatæ contra tenebras tentationum erant, acceperunt etenim oleum secum cum lampadibus: repudiatæ sunt autem fatuæ, quæ in vltimam horam reiactarunt spatia lichnorum & ignes, triste illud promeritæ responsum. *Nescio vos.* Matth: 25. Hinc ab oculatissima contra quæq; pericula tentationum custodiâ, laudabi-

Galea virtutis, custodia sensuum.

Tentatio præuenienda, in Galea circumspectionis.

lem censuerat Sponsus Sponsam suam. *Can.* 1. oculos eius circumspectissimos sub similitudine oculi columbarum (quarum natura est in aquis, vmbram supervolitātis accipitris obseruare) deprædicando. *Oculi tui* (inquit) *sicut oculi columbarum.* De quo sat doctè *Aponius. Adducitur & tertia Pulchritudinis* (*Sponsæ*) *laus in acumine oculorum. Columbarum etenim natura, & hoc peculiare habere probatur, vt hostis aduentum post se, & longè ante se, in aqua speculetur.* Satis subtiliter idem Dogma inuestigauit *Did. Baéz: de Fig. l.* 18. *c.* 10. §. 6. ex illis verbis *Gen.* 2. *Inspirauit spiraculum vitæ in faciem eius.* scil: corpori Neocreato Adæ: in quo (ait ille) figurabantur illi, qui in proposito castitatis, magnos & non peculiares reportaturi erant triumphos: per quod denotabatur, non humanarum esse virium, sed Divini halitûs esse, id est gratiæ, quod homo habeat sensus ab omni impuritate immunes. Benè satis & acutè dictum; sed adhuc egregia manet cogitatio: cùm humanum pectus, seu cor sub pectore latens, ex ipsius summæ veritatis testimonio sit omnis impuritatis ac tentationum radix, & nidus. *De corde enim exeunt cogitationes malæ, adulteria, fornicationes, &c: Matt.* 15. cur primus homo contra impendentia pericula, oculo saltim DEI creatoris in pectore non armatur, sed potiùs in capite & facie, ipsius Plastæ sui galeatur quodammodo spiritu. *Insufflauit in faciem eius spiraculum vitæ?* Demus paululum aurem D. Ambrosio *enar. in Gen. ad Sabin.* sic dicenti. *Nunc intelligo, quâ causa Dominus DEVS subinflauit in faciem hominis. Ibi enim sensus omnis, ibi sedes, atq; illecebra delectationis, in oculis, in naribus, atq; in ore; vt sensus nostros, aduersùs delectationes fortiores faceret.* Ex quibus Doctoris verbis, colligere licet, quòd facies, seu caput hominis, tot sensuum externorum sedes, afflatu DEI fortiorari debuit, ne virus ab illis hausturn, deriuaretur ad pectus & cor: ita à simili, imò a fortiori, per propriam cuiusq; solicitam cautelam, & custodiam sensuum externorum, oculorum, aurium, &c. quasi galeandum est caput, illi præcipuè qui in præliis castitatis (quæ iuxta S. Doctorem Augustt: *Ser.* 250. *de Temp. duriora sunt, cæteris Christianorum certaminibus*) triumphare desiderat. Et quidem

Ada neocreato, inspiratur spiraculū vitæ, ad sensuum custodiā.

Cant. Aponius Gen. Matth. Ambr.

dem pro galea ſpinas auribus ſubſtituit Sapiens, inſtruens Adoleſcentem. *Sepi aures tuas ſpinis Eccli.* 8. Fædera init cum oculis oculatiſſimus in omnibus Iobtes. 31. *Pepigi pactum cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine:* Proinde & ipſe Saluator, non galeato hac cautelâ oculorum capiti, detriumphandam Caſtitatem prædixit, imò demonſtrauit inquiens: *Omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam machatus eſt eam in corde ſuo.* Matt. 5.

Eccl. Iob. Matt.

Probatur. Figuraliter.

242. Eximius inter Magiſtros Aſceticæ Theologiæ Iac. Aluarez. T. 2. *l.* 1. *P.* 3. *c.* 10, vt pericula imparati & incauti animi, eorum qui prorſùs inermes, contra innumera bella ſe committunt, fatale contingens ante oculos ipſorum proponit & ſimul exhibet Figuram, in ſtulto illo adoleſcente Abſalon; qui nudo capite, & neglecta galeâ, diſperſiſq; tanquam Sponſus vel Sponſa capillis, prælium introivit: factum enim eſt quod *adhæſit caput eius quercui, & inter Cælum terramq; ſuſpenſus,* locum lanceis aduerſarii Ducis, in ſuo corpore dedit. 2. *Reg. l.* 8. Si autem armis inſtructus, galeaq; protectus pugnam injiſſet, non eſſet tam facilè percuſſus, nec ab armigeris Ioab tam infeliciter interfectus. Deinde ſic alloquitur Author incautum quemq; & inermem. *Ille Creator* (inquit) *tuus, qui te bellis ſpiritualibus ſuſtinendis exponit, arma etiam contraria quibus reſiſtas, & victoriæ præmia conſequaris, attribuit.* Hæc inter arma, ex ſenſu Aſceticorum, principale eſt, capitis munimentum, & quaſi galea, cuſtodia nimirum ſenſuum externorum. Quod ipſum, quaſi principium & caput caſtitatis eſſe inſinuauit S. Ambr. *l.* 2. *de Abrah. c.* 11. hiſce verbis. *Viſûs, & auditûs, & odoratûs & guſtûs, & tactûs, ipſius, quæritur quædam caſtimonia* Ex quo talem format ſeriem Mediorum, conſequendæ vel conſeruandæ caſtitatis. *cit* Alv. alibi. *Qui non vult* (inquit) *malum aliquod perpetrare non concupiſcat, qui vult non concupiſcere, non cogitet, qui vult non cogitare, non attrectet, non audiat, non videat.* O quot reperire eſt ſimiles non galeatos Abſalones; nutriebat ille Solimæus iuuenis Comam, ſed turpis lucri gratiâ; id teſtante Scriptura 2. Reg. 14. *Quando tondebatur capillum (Abſalon)*

Abſalon perit, quia non galeatus typus incautorũ iuuenum.

Reg. Aluarez. Ambr. Alv. 2. Reg.

A *ponderabat capillos capitis ſui, ducentis ſiclis, pondere publico:* Sed eo ipſo funem capiti ſuo fatalem contorſit, quo ſuſpenſus interiit. Nutriunt ſimiliter comas pleriq; dum internos ſenſus, ſcil: imaginationem, intellectum, vanis, mundanis, otioſis, & interdum obſcænis, diſſolui permittunt cogitationibus; quorum pondere, ad peiora, nam ad licentiam aliis ſenſibus indulgendam, pertrahuntur; atq; ſic fit; vt ſicut delicatum illius iuuenis caput, ne ſua frangeretur, vel comprimeretur vagabunda cæſaries, quia galeam pati non voluit, implicatum ramis, ſuſpendio B periit: pariter contingit & pluribus, qui in propoſito caſtitatis ſtare incipiunt, aut intendunt; nam dum galeam circumſpectionis ſenſuum externorum vel negligunt, vel tempeſtiuè deponũt, liberèq; mente, oculis, auribus, &c. per varia diuagantur obiecta, magnis & in diem maioribus implicantur tentationibus, ſenſimq; inualeſcente voluptate illaqueantur, & miſerè pereunt. Vtinam hos caſus in tyronibus tantùm licuiſſet ſpectare! ſed veteranos quoq; in caſtris virginitatis, hæc mala ſors aliquando contingit; dum enim de multorum annorum confiſi exercitio, & C pluribus de hoſte triumphis, galeam hanc cuſtodiæ ſenſuum externorum deponunt, vel relaxant, liberioreſq; in oculis, iocis, geſtibus euadunt; ſimili fato malè galeata capita collabi multis exemplis comprobatum habetur. Et cur tyro ille adhuc, bellator tamen Dauid, dum procedenti contra Goliath. 1, Reg. 17. Rex Saul, eundem adornaturus impoſuiſſet galeam æneã ſuper caput eius, ipſe depoſuit illã? Saulis enim vtpotè, veterani, adulti, & cæteris eminentioris ſtaturæ hominis, ſatis capax galea fuit, adeoq; puſilli adhuc adoleſcentis Dauid minimè capi- D ti apta; iuſtè proinde a galea laxa præſidium quærere noluit, quæ decertaturo agilitatis non modicum obſtaculum fuiſſet. Tales profectò ſtygii Saulis exitiales induunt illi galeas, qui de præterita virtute nimiùm ſibi perſuaſi, laxiorem ſenſuum externorum cuſtodiam admittunt, & ſecurè, imo temerariè, quandoq; non galeati tentationũ periculis ſe commitunt. Vnde tales, & vniuerſaliter omnes ſtationarios caſtitatis propoſitæ, hiſce commonet S.

Capilli cogitationum malarum funem interitûs contorquent.

Galeam laxam abjicit Dauid relaxatos ſẽſus reprehendens.

Deus cautos custodit. Cyprian. *de Ling. Cler. Homines sumus, fragilitatem nostram in carne portamus: sic iam vndiq; nos circumspectâ vivacitate circumdare debemus & cingere, vt non sit pars aliqua, quæ vacillet. Accipimus quidem fortitudinem spiritualem, per quam substantia nostræ fragilitas roboretur; sed ita nobis fortitudo spiritualis collata est, vt providos, non vt præcipites tveatur. Custos nobis datus est Spiritus, sed vt contraria declinantibus assistendo subueniat: non vt contraria eligentibus.*

Cypr.

Probatur. Historicè.

243. Hæc malè galeatorum, etiamsi perfectissimi fuerint capitum scil: negligentium in custodia sensuum pericula, obseruavit in exemplis adhuc veteris legis breuibus totum complectendo verbis S. Hieronymus *ep. ad Eustoch.* dum ait. *Samson, Leone fortior, & saxo durior,* Hieron. *qui & nudus, mille persecutus est armatos, Dalilæ mollescit amoribus. Dauid secundùm cor Domini electus, & qui venturum Christum, Sancto suo ore cantauerat; postquàm deambulans super tectum domûs suæ, Bethsabeæ captus est nuditate, adulterio iunxit homicidium; vbi & illud breuiter attende, quòd nullus sit etiam in domo tutus aspectus. Salomon per quem cecinit, ipsa Sapientia, qui disputauit a Cedro Libani usq; ad Hysopum, qui exit de pariete, recessit a Domino, quia amator mulierum fuit.* Horum si historias vitæ legas, inuenies lapsum illorum ex incauta sensuum, & præsertim oculi custodia, profluxisse. Hinc admirandam in aliorum Sanctorum Actis, circa custodiam sensuum externorum, legere est illorum diligentiam. Surius *Tom 2. in Aprili.* scribit B. *Hugonem* ex totius Episcopatûs sui cætibus nullio mulieris, præter vnio, ita faciē aspexisse, vt ex consideratione vultûs si occurreret, quænam esset, posset eam cognoscere. *S. Petrus de Alcant.* etiam vtrumq; sexum, nunquam ex facie, imò nec de veste cognouisse, sed non nisi ex voce etiam Confratres noscere studebat. Non minorem custodiam aurium, vide in *Basilio*; qui non immemor moniti illius Pauli. *Omnis scurrilitas aut turpiloquium nec nominetur in vobis* de mortificatione aurium sic docuisse reperitur, *ser. de Abdic: Aures tuas ab audiendis mundanis narrationibus abducito, quantùm potes, ne cæni respersione animam tuam oblinias. Maches* Abbas dono pollebat singulari, quod dum talia vel similia pestifera petulans lingua effutiret, continuò ne audiret somno corriperetur. S. verò Bernardus, tantò accuratiùs animum ad contemplanda Divina conuertebat. De vigilantia circa sensum Tactûs, mirum exemplum narrat S. Greg. Turon: ap Surium ibid de B. Nicetio Episcopo Lugdunen: his verbis: *Recolo* (inquit) *in adolescentia mea, cum primùm literarum elementa capissem agnoscere, & essem quasi octaui anni æuo, illeq; me indignum lectulo locari iuberet, ac paternâ dilectionis dulcedine vlnâ suscriperet, oram indumenti sui articulis suis arripiens, ita se colobio concludebat, vt nunquam artus meos, beata eius membra contigerint.* Hanc ergo salutis GALEAM sensibus tuis appone, quisquis in castris propositæ Castitatis, securè decertare ac triumphare contendis. Interim nouam aliam Castitatis tuæ, accipe & tene, Galeam.

Tactûs, admiranda cautela in B. Niceto Episcopo.

PARS. II.

SS. DEIPARA, Galea Castitatis

244. GALEAS clypeosue, & similis generis armaturam, quæ filiis dum ad castra primùm expedirentur, a Matribus dabantur, vim quandam & omina felicitatum habuisse, facilè & nimiùm credula Antiquitas, putabat. Morem enim fuisse Lacædemoniis Matribus, clypeos, dum mitterentur filii ad bellum singillatim distribuere; quos dū cuilibet traderent, ad fortia pro Patria gerenda animando, dicebant: *vel cum hoc, vel in hoc,* Quasi dicerent: Ita age fili, vt vel victor redeas cum armis; vel saltim si concidas, scutum hoc pro feretro habeas. Vnde quidam confossus hostium telis, dum iam vltimam ageret in acie animam, magis solicitus de clypeo, quem saluum esse deprehēdit, quàm de vita, exultabundè protestatus est, se vel ideò dulciter pro Patria mori. En hodie noua quibuscunq; Assertoribus Castitatis felicitatum omina; en Beatiss V. M. iam Mater Christi, & ex consequenti nostri omnium facta, contra quosue tentationum impetus arma securitatis providet, dum galeâ speciali protectionis suæ, dura certamina castitatis animosè prosequētes,

Galea, debuntur filiis a Matribus.

Oculorū mortificationis & aliorum sensuum exempla tanguntur.

MARIA, contra pericula castitatis, protegit.

tes, præmunire voluit, idq; multiplici-
ter.

Probatur Scripturaliter.

245. Primum asserti nostri argumentum sit, insigne ipsiusmet exemplum vigilantiæ in custodia sensuum (idipsũ autem immediatè GALEAM Castitatis esse, iam probaui) quod præstantissimè exhibuisse Beatiss. Virgo in hodierna Annuntiatione ex S. textu Euangelii non adeo obscurè deprehenditur. *Quæ cum audisset turbata est.* (narrat S. Lucas) *in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista Salutatio.* Doctor melleus sentit hanc turbationem Beatiss: Virginis non aliam fuisse, nisi verecundiam, seu modestissimam omnium morum & sensuum compositionem. *Quod turbata est (inquit) verecundia fuit virginalis.* Huic conuenit & illud Ambros. lib: 2. in Luc. *Disce Virginem moribus, disce Virginem verecundiâ.* Admirandâ quidem circumspectione & modestiâ sensuum iam ab vnguiculis natiuitatis suæ pollebat Virgo MARIA: Teste S. Chrysost: hom: in Hypap. *Beata* (inquit) *Mater ultra omnem humanæ naturæ modum modestiam ac temperantiam excoluit, ac per hoc vniuersorum Dominum in vtero portare promeruit.* Hoc ipsum singillatim prosecutus est per alios sensus *Galatinus* l. 7. de Arcan. c. 5. *Tam fuit* (inquit) *modesta Beatiss. Virgo, vt oculos nunquam eleuarit, sed semper, nisi Deum oraret, humi defixos tenuerit. Et inter cæteras perfectiones, eo spiritu Prophetiæ donata est, vt si fortè illicitum quid auditura, vel visura esset, illicò aures, & oculi eius clauderentur, ita vt nonnisi voluntati Diuinæ deseruirent.* Hanc tamen verecundiæ ac modestiæ GALEAM specialiter induisse videtur, dũ decertandum ei erat cum Angelo, pro dicatæ DEO Virginitatis prærogatiua. Audisse loquentem Angelum perhibetur MARIA. *Quæ cùm audisset, turbata est in sermone.* quem tamen quòd viderit, seu conspexerit, non exprimitur. Quod obseruavit: *Euseb.* Emiss: hom 4. post 4. Dom: Adu. *Turbata est* (inquit) *non in vultu eius, sed in sermone eius: non enim Angelum, sed verbum Angeli attendebat.* Ad summùm, si conspicere venientem nuntium oportuit, aspectus ille reuerentialis, & leuis fuit. De quo S. Chrysol: *ser:* 140. *Virginem, quam leuiter visus solicitauerat, nimiùm turbauit auditus, & quam missi præsentia parum mouerat, concussit toto pondere mittentis authoritas.* Quid dicam de linguæ cautela! multùm cogitans intra se, bis tantùm affata Angelum, pauciss imis vtiq; verbis, utramq; complexa est orationem: *Morum decore, pro sermone usa* inquit *S. Andreas Epi. Hierosol.* de Ann: Quotquot ergo estis Virgines, quotquot certamina iniistis Castitatis, vobis hodie GALEAM providit MARIA, dum insigne præbuit exemplum verecundiæ ac modestiæ sensuum: quibus vos armis induat, non ego, sed *Tertull: de veland: Virg: Oro, siue Mater, siue Soror, siue filia, Virgo vela Caput: si Mater es, propter filios, si soror, propter fratres; si filia, propter Patres; omnes in Te ætates periclitantur; induc armaturam pudoris, circumduc vallum verecundiæ, munus sexui tuo situe, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos.* Ab antiquo mos fuit, & viget nunc, GALEAS non deportari, nisi ornatas: Scribit Alex: ab Alex: *Genial:* l. 1. c. 20. Achæis, pennæ variis coloribus distinctæ, gelearum desuper ornatus erat; Alii rubras cristas super cassidem deferebânt. Cymbi, & Theutones hiantium animalium affigebant capita; erant, qui boum, aut arietum cornua erigerent. Alexandri M. cassidem, cristata iuba & pennæ candidissimæ circumcingebant. Pompas has, vanaq; superbiæ ostentamenta, nostra Castitatis GALEA spernit, & detestatur; aliàs secura non esset: contîgit quandoq; vigilantes etiam debitè circa custodiam sensuum externorum, dum stimulis carnis non vrgentur, cristas & cornua erigere, ac de seruatæ Castitatis virtute nonnihil superbire, cæterorumq; lapsibus non compati; ipsosque proximè in peiora labi talibus proinde perspicax custodia sensuum, & in omnibus circumspecta cautela, nondum salutis & castitatis GALEA est, nisi istas adscititias deponant cristas, & humilitatis diffidentiæq; sui induât pennas; quas exemplo suo iterùm ipsi submistrat Mater MARIA, hæc enim dũ plenam se esse gratiâ audit, & Dominum esse secum, ab Angelo deprædicatur, Ancillam, se vocavit. *Ecce Ancilla Domini &c. Non mediocris* (ait S. Bern.) *reuera humilitatis insigne, nec, oblata tantâ gloriâ, obliuisci humilitatem.* Quam cuidam superbienti de circumspecta & conseruata

MARIA cautissima, colloquendo Angelo.

Ambros.

Chrysost

Galatin.

MARIA, in omnibus sensibus compositissima.

Euseb. Emiss.

Chrys.

Andr: Hieros.

Tertul.

Galeæ, ornatus varius, apud populos.

Bern:

conseruata castitate, oppositi S. Doctor *hom. 1. super Missus* Dum talibus eum aggressus est verbis: *Quid dicis Virgo superbe? MARIA Virginem se oblita, gloriatur de humilitate: & tu negligendo humilitatem, blandiris tibi de virginitate numquid tu castior illa? Numquid deuotior? An numquid tua fortè pudicitia, gratior castitate MARIÆ; vt tu sine humilitate placere sufficias ex tua, quod illa non potuit ex sua?*

Castus, humilis sit.

Probatur Figuraliter.

246. Pulchram vtriusq; Armaturæ Castitatis demonstrasse videtur Figuram Sponsa illa Salomonis, simulq; typus MARIÆ, & animæ sanctæ, in illo suo simulq; Sponsi sui thalamo; quem nedum ipsa de mollitie & deliciis commendauit, dum dixit: *Lectulus noster floridus*, sed ipse Hymenæographus vndiq; exquisitè armatum fuisse obseruauit, illis verbis *Cant. 3. En lectulum Salomonis Sexaginta fortes ambiunt, ex fortissimis Israel: omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi; vnusquisq; gladius super femur suum, propter timores nocturnos.* Christi Regis pacifici, ac veri Salomonis lectulum gloriosissimum extitisse B. V. MARIAM, credo quod nemo sit, qui ambigat; cùm in Psal: 18. clarissimè id omnibus significetur, illis verbis: *Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* S. Greg. & Aponius, animas quoq; pias, præsertim castas per lectulum istum putant rectè intelligi; quas cùm Beatiss: Virgo ob castitatis prærogatiuam, in socias thalami Sponsi sui admittat; quàm armatas contra quosq; nocturnos timores, seu pericula tentationum, partim circumspectâ custodiâ, partim demissâ humilitate præmunitas, oporteat esse, tot fortissimorum ex Israel, ambientium Castitatis lectulum, figuratione commonet. Sed opere pretium est, vt diligentiùs perscrutemur, quidnam isti nocturni timores subindicant? Fortassè nihil congruentiùs (ex sensu Pauli Scherlog.) quam mentis, sui ignorantiâ laborantis, caliginem: est autem superbiæ proles, cæcitas istiusmodi; nam suorum defectuum oblita hallucinatrix Anima, putat se diuitem, & inaniter gloriatur ait *Rich. Vict: Quæ nox tantò magis timenda est, quantò etiam nescientes in multis peccamus, quæ peccata Dominus nouit, quamvis nos ignoremus; & ideo nos emendari permittit.* Quoniam igitur hæc obtenebratio, superbiam indicat, superbia autem plerumq; luxuriæ famulatur: hinc armatas habere vult MARIA Virgines, contra occultæ superbiæ Spiritus, ne nimiùm securas circumueniat in lectulo hostis: simulq; edocet eas, quò humiliores, eo castissimi sponsi lectulo fore digniores. Audiamus parùm, Regium vatem, qui dum describit Reginam sponsi vxorem, agminibus Virginum comitatam, ita ait: *Adducentur Regi Virgines post eam: proximæ eius afferuntur in latitia & exultatione.* Psal: 44. Obseruauit acutè M. Basilius Commentator huius loci, quanquam omnium virtutum prærogatiua sit, sponsæ esse sodales, & cum ea Regis intromitti ad thalamum; non tamen cunctarum esse, vt hilares, & cum tripudio illam sectentur; sed earum tantùm, quæ proximæ sunt: idcirco de his speciatim: *afferentur in latitia & exultatione.* Duas Virginum turmas meditari valeamus; alteram earum, quarum robusta atq; fortis est Castitas, quòd sciant strenuè tentationibus resistere; sed quoniam bella experiuntur multa, & in acie stare, quasi perpetuò coguntur, gloriosa quidem talium est pudicitia ob crebras victorias, at non suauis, non læta & hilaris; altera Animarum quarundam, quibus virginitas ita blanditur, vt motus iam effrenes consopierit, tariissimè aut nunqcam penè cogitatio illudat; quare Angelorum quasi priuilegio fruuntur adhuc mortales: hanc igitur gratiam eas consecuturas, quibus sponsæ proximas vocari datum sit, Psalmodus adstruit; vt sine onere atq; molestia, virginitatis iugum ferant, quo nihil iucundiùs esse possit. Quæ sunt ergo Proximæ sponsæ MARIÆ? nisi illæ, quæ imitatione virtutum propiùs ad illam accedunt; nulla antem virtus adeò singulariter eluxit in Matre Christi, nisi *Humilitas. Quia respexit* (cantauerat ipsa) *humilitatem ancillæ suæ.* Igitur Proxima sponsæ illamet est Anima, quæ humilitate specialiter excellit: quid verò referent mercedis, ex humilis Virginitatis studio? hoc, vt facillimum sit eis Virginitatem colere, sponsiq; sui in thalamo lætari & exultare: quod spopondit talibus vates: *afferentur in letitia & exultatione.* Sed adhuc modicùm regredi placeat ad illos sexaginta fortissimos lectuli Castitatis custodes:

Lectulus Sponsorii armatus typus MARIÆ.

Gant.

Greg. Antonin.

Richar. Vict.

Virginitas armata humilitate, contra superbiã

Psal: Basil.

Castorum duplex status.

MARIÆ Comites proximæ, quo imitantur eam in humilitate.

quos

quos repreſentaſſe Angelos putat *Aponius*; & præſertim *S. Bern. ſer. laud. virg.* dum ait: *Innumerabilem Beatorum ſpirituum militiam ad miniſterium tantæ Principis delegatam nullatenus ambigimus; vtpotè qui cuſtodirent lectulum Salomonis gratiſſimum.* Addit nihilominus *Dion. Carthus* art. 12. *Cant.* Non tam ob indigentiam, quam ob reuerentiam tot Millia Angelorum MARIÆ adſtitiſſe. Vnde *Chryſtop: Vega* profundè deducit, ſicut Chriſtum, ita & MARIAM Angelo Cuſtode non indiguiſſe *Paleſt. 23. n. 1516.* Ergo ne militia hæc vniuerſa otioſè amatur, & tenet gladios contra timorem nocturnos, quos ſplendidiſſimus lectulus Caſtitas MARIÆ nec experiri potuit? Piè credo, quod illa cum Domina ſit Angelorum, ſociarumq; thalami ſponſi ſui Virginum ſcil, Patrona ſpecialis, & tutrix, vt eas contra timores nocturnos tentationum tantò ſecuriùs armet, & muniat, pleramq; Agraſpidas iſtos galeatos, a latere ſuo amandet, & mittat, qui de periculis tentatos commoneant, impetuſq; violentiores dæmonũ gladijs ſuis propulſent: quod infra ex Hiſtoria patebit.

Bern. Dionyſ. *MARIA ſicut & Chriſtus non indiguit Angelo ad cuſtodiam.* *MARIA Angelos amandat, ad noſtri cuſtodiam.*

Probatur Doctoraliter.

247. Interea quanti præſidii ſit conſeruandæ Caſtitati Beatiſſ: Virgo? Patres audiamus. Et quidem primo nonnulli vniuerſaliùs loquendo, ſub ſimilitudine aliquorum armorum explicant, ſuper nos MARIÆ tutelare patrocinium. S. Ioan. Damaſc: Can. de SS. Trinit. ait: *MARIA eſt Arma ura infracta quam hoſtibus obtendunt fideles.* S. Albertus M. ſup: Joſue. *Eſt clypeus defenſionis, quantùm ad nos, & interfectionis quantùm ad dæmones.* Anonym. in menæis 5. Martij. *Gladius eſt vtrinq; acutus hoſtis noſtri caput abſcindens.* Theodor. Laſch. Imp. *MARIA ſcutum inſuperabile ſpiritualium hoſtium phalanges repellens ab iis, qui cum fide, & affectu currunt ad eam.* Tandem *S. Chryſoſt:* hiſce compellat verbis quamq; ex Virginibus. *Quicunq; eſtis virgines ad Matrem Domini confugite; illa enim pulcherrimam, pretioſiſſimam, & incorruptibilem poſſeſſionem, patrocinio ſuo vobis conſeruabit.* Imo melliſluus Doctor, pro gratia virginitatis, ita nomine Virginum deprecatus eſt MARIAM ſ. 4. ſup. Salue *Vocem tuam audiuimus in Euangelio o Domina rerum ad Filium, vinum non habent. Neceſſaria nobis hæc eſt: defecit vinum in cadis noſtris, vinum ſcil: lætificans cor hominis; vinum quærimus, quod germinat virgines: harum pincerna tu, vexillifera tu; vexilla regũ prodeunt in nobis, te agente pro nobis. Calix in manu tua in poteſtate tua, vini meri, Amoris Divini; Dic Domina rerum, dic pro nobis Filio tuo, vinum non habent.*

Damaſc. Alb: Anon. Theod. Chryſoſt.

Probatur Miraculoſè.

Tutela hæc, quam Beatiſſima exhibet Virginibus, dum periclitantur, vel anguſtiantur in certamine caſtitatis, etiam miraculoſè pluries comprobata habetur: Hic produco S. Thomam Aquinat: qui in cunis adhuc nutritius MARIÆ, nam ſchedam cum eius nomine deuorauerat, dum adultior in Parrentum Domo Religioſus hoſpitaretur inuitus, decertaretq; cum inſidioſo ſcorto, pro palma caſtitatis; ſubſidiâ ſenſit MARIÆ: deſcenderunt quippe cæleſtes, a Regina credo Angelorum miſſi Spiritus, & Herois lumbos, Caſtitatis balteo præcinxerê contra omnes libidinis incurſationes, eum nouo obarmantes præſidio. Admirabiliùs quid in noſtra Reformatione, recentiſſimo ſeculo A. D. 1620. contigiſſe refert *P. Marianus in Chron. l. 5. c. 57. in appen.* In Provincia S. Didaci Conventu B. MARIÆ de campo, in quodam juuene minorita Reformato; cuius nomen (vtpote adhuc protunc viuentis, & iam Sacerdotis) non propalabatur. Iſtius venuſtate, dum ſtipem per domos mendicaret quædam puella capta, feorſiuo in loco dum tentaſſet eundem ad ſcelus, prudenſq; iuuenis fugâ primùm euaſiſſet laqueum, caſu iterum factum, quòd philtrum propinatum ſibi ab illa in vino, ſiti magnâ preſſus, hauſerit; atq; ſic dum violentiſſimas Sathanæ impreſſiones in corpore ſuo aduertit, ad cellam properat, & cruentis flagellis in corpore ſuo hoſtem aggreditur; interea B. V. MARIAM (quam moris habebat, dum exire contingeret ad ſeculares, deprecari illo verſu: *Mites fac & caſtos*) inuocat; non recedebat ab ore, non recedebat à corde. Mox miſericordiæ Mater apparuit laboranti, cum incantato ſpiritu; & dum aduerteret, quod Satan caput eius, illidere muro, & diffindere conaretur, B. Virgo pro GALEA capiti eius pulvinar ſuppoſuit, illudq; ſuo gremio excepit,

248. *S. Thomas Aquinas, tutatus a MARIA, in periculis caſtitatis.* *Miraculũ inſigne MARIæ, in tuenda caſtitate Clerici Ord: Noſtri.*

excepit. Processit eius inamoratæ fe- A minæ malitia: nam ex farinæ massa, magicam statuam effingit; quam dum a summo pedis usq; ad verticem capitis, clauis concidit, ille ægrotus in corpore proprio cunctas plagas illas recipiens, quatuor mensibus crudele & nouum Martyrii genus sustinuit. Tandem imminente hodierno Annuc: festo, glorioſa Virgo clienti suo apparuit, comite S. Michaele Archang: & aliis Patronis loci; cum quo officium Diuinum aliquoties recitauit, iuuante Archangelo, consolatumq; & perfectè sanatum osculata Iuuenem, tandem discessit, relictis ipsi granis B quibusdam à se benedictis, quæ deuotis personis distribuerentur.

Probatur Historicè.

249. Apud strenuissimos bellatores Romanos, mos olim habebatur, quòd dum armorum vi & insultu Ciuitas expugnaretur, atq; pariter omnes neci darentur, si quis militum, cuiuspiam puellæ capiti GALEAM suam imposuisset, complacendo sibi in illa, secura a nece fuit: nam hoc tutata signo, furenti undiq; militi audacter dicebat, *Noli me tangere, galeata sum.* Quo viso & audito nullus ausus est com- C militonibus sui sponsam ferire, vel tangere. O felices longè Galeatos MARIÆ animas, scl: Castas; quæ quantò deuotiùs pro dono castitatis deprecantur MARIAM, tantò glorioſiùs deprælientur suæ certamina, huiuscemodi GALEÆ præmunitæ præsidio

Galeatũ fœminam, tangere non licebat.

Epilogus.

Pier. Hierogl: l. 42. c. 15. duo specialiora de *Galea* notauit: vnum recenset, nimirum quòd Periclis statuæ cassidè tegerentur, idq; fuisse excogitatum, ut eo remedio mederetur vitio capitis illius; quod deformiter oblongius erat, Alterum, quòd Roma passim vteretur nummis cum galeati capitis impressione; idq; ad denotandum, quòd tota Roma omninò Martia, id est bellicosa esset. Enimverò cuncti etiam perfecti in exercitio Castitatis, *Pericles* meritò dicendi; nam periculis tentationum subiecti, oblonga nimiùm, ob vagabundas, plusquam oportet, cogitationes, capita portare videmur: GALEÆ igitur egemus præsidio, MARIÆ scilpatrocinio & remedio, si Martialia agere & triumphos canere in prælio Castitatis exambimus. Itaq; induamus hæc Arma lucis, ad quæ nos invitat exemplo suo hodie solicita pro Virginitate sua MARIA; quæ ore melleo Bernardi, eximiè commendantur; qui ita inquit: *Si carnis illecebra naviculam concusserit mentis, respice ad MARIAM, In periculis, in angustiis, in rebus dubiis MARIAM cogita, Mariam inuoca: non recedat ab ore, non recedat a corde; & vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens non devias, ipsam rogans non desperas, Ipsam cogitans, non erras: Ipsâ tenente non corruis: Ipsâ protegente non metuis: Ipsâ duce non fatigaris: Ipsâ propitiâ peruenis.* Vtinam & nos sub hac Galea patrocinii Beatiss: feliciter perueniamus, ad Eum qui vivit in secula seculorum. AMEN.

250. *Galea Periclis, defectum eius obtegebat.*

MARIA in omnibus periculis præsidium.

GERVLA Salutis fidelium.

SS. DEIPARA

Pro Visitatione B. V. Mariæ.

Exurgens autem Maria, abiit in Montana. LUC. 1.

251. Mirantur aliqui Doctores, inter D quos Toletus, Escobar Virginē itineri non adeo facili, solam sese commisisse Josepho absente (quidquid sit de Pictoe

de Pictorum licentia) tacente id Euangelio) Zachariâ quoq; minimè, vel in reditu ad Nazareth eam comitante. Nulla enim Castitas, in publico præsertim, sine comite, qui simul & testis, & Custos sit, laudabilis; & præterea noua dignitas Matris Dei non vulgarem expetebat virginis comitiuam. Porrò Aliqui, ut ab hac expediant seipsos difficultate, dicunt Filium, quem iam MARIA portabat in vtero, Virgini pro copiosissimo suffeciſſe comitatu. Alii substituunt in comites Millenas Angelorum cohortes. Nobis pro tunc placet dicere, festinantis MARIÆ præcipuas Pedisequas, Humilitatem & Maternum salutis nostræ Amorem, itineris istius per Montana, comites fuisse. Mater etenim, quia effecta est illius, filii hominis, *qui venit ministrare non ministrari*; ideò properavit ad suam cognatam visitauit eam, ministrauitq;, illi: quod notavit *Dionisius Carth.* Et quia iuxta Bernardin; Sen. Tom. 3. l. 6. *Virgo hæc per consensum in incarnationem Filii* DEI, *omnium electorum salutem viscerosissimè expetiuit, & procuravit, & omninm saluti, ac saluationi per hunc consensum se singulariter dedicauit, ita vt ex tunc omnes, in suis visceribus baiularet, tanquam verissima Mater filios suos.* ex qua causa fortassis S. Antonin. summ. P. 4. tit. 15. c. 29. appellauit illam *Baiulam mundi.* Primo, ergo ex adoptivis hisce, Filio Ioanni, vt præmaturè materni amoris sui documenta contestaretur, properat in domum Zachariæ, & necdum nato, pientissimam salutis ministram, & quasi Baiulam paratam se exhibet, promptissimè breui, dum pareret Elizabeth, senili manui de infantilibus curis imminuens, GERULÆ vices, & functiones subitura. Quod & defacto præstitum fuisse a MARIA Neonato Ioanni, credibile est; & colligitur ex illis verbis. Petr. Damian. ser. de S. Ioan. *Non semel tàm Sanctorum amplexuum fuit celebrata coniunctio. Mansit MARIA, quasi mensibus tribus. Tanto tempore manet cum Elizabeth Virginalis integritas, & nunc dulciori colloquio, nunc amplexu feliciori, Ioannem puerum consecrat & insignit.* Quo amorosi & verè materni obsequii genere circa Ioannem, demonstrare voluit, quæ ei, ex hoc ipso, quod Mater facta est DEI, curæ salutis vniuscuiusq; nostrûm impendant, & solicitudines; quas ego enarraturus, B.V. MARIAM, quam *à Ioan. Marburn: in Roseto*, nedum Matrem sed GERULAM CHRISTI dici lego, GERULAM quoq; fidelium, id est salutis nostræ, appellabo. Priùs tamen leniter eos tangam, qui fugiunt proximorum vacare saluti. Adblandiamur interim breui Rythmo GERULÆ nostræ MARIÆ.

Omnipotentis GERVLA
Ecce plebs tua querula.
Clamat ad Te, lapsos tene.
Foue, lacta, nutri benè.

MARIA sine vllo comite in in Montana abiit.

MARIÆ pedisequæ humilitas & amor proximi.

MARIA Baiula mundi.

MARIA Gerula fidelium.

PARS I.

Contra eos qui fugiunt proximorum vacare saluti.

SCripserunt quamvis SS. Patres satis neruosè & convincenter, in recommendationem zeli salutis proximi; plures tamen mortalium reperire est, qui plusquam oportet, amantes solitudinis, quietisq; internæ, studiũ orationis adeocurãt,vt proximorũ saluti, obsequium spirituale præstare, detrectent: aut (quod perniciosiùs est) supinè negligant; etiam quandoq; illi, qui ex iustitia, & obligatione assumpti muneris quod gerunt, ad id tenentur. Attendant quæso illi desidiosi salutis proximorum Geruli, siue curatores, & sapiant, Nouerint porrò: quòd nolentibus, cum deceret, Proximorum vacare saluti, internæ sterilescunt gratiæ, quæ volentibus exuberarent. 252.

Zelum salutis proximi negligentes, ob stadium orationis, arguuntur,

Probatur Scripturaliter.

Cant: 8. Sponsa illa Cælestis, post hilares hymenæos cum Sponso, post degustatos dulcissimos gutturi suo, dilecti sui fructus orationis. & contemplationis, & hausta in cellariis eius charitatis pocula, lectulum tandem suum dum repetit, de infausta querulatur nocte, amissum Sponsum inquirit & non inuenit. *In lectulo meo per noctes quæsivi, quem diligit anima mea; quæsiui illum, & non inueni:* Ecce nunc languor & hebetudo sponsam occupat, tenebræ & caligo vexant;& vbi illa quõdam inebriatio Spiritûs? & querela de noctibus, quòd breues essent, delicias-

253. Cant.

Sponsa nõ pro peratur, dum sibi soli & non proximi saluti seruit.

asq; interrumperent? Abiit voluptas cordis, & obscurata est Filia Sion, duciq; in gemitibus noctes laboriosas; verumtamen meritò hæc patitur, quæ suæ quieti & commodo nimium addicta, proximorum indigentiæ non cõmunicabat, nec communicare volebat de spiritualibus. Lectulum sibi totum vendicat, de quo non alii participent. *In lectulo* (inquit) *meo quæsiui.* o quantò vtiliùs dixisset, vt olim ante. *Lectulus noster floridus*, proximorum attendendo commodo vt communis multorum esset: tunc enim lectulus eius floruisset, tunc benediceret coronæ anni benignitatis eius Sponsus, & iucundaretur in millibus? Olim, cùm lectulum nostrum dicebat, lectulus idem floridus nuncupabatur; nunc sibi tantùm vacans ob contemplationis intempestiuum desiderium, emarcuit lectus, & deficcatus est: nec mirùm, inde procul abscessisse Sponsum a lecto, quem non inuenit. Illi etenim, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, ingratæ sunt præposteræ quorundam deuotiones, vtinam non pusillanimitates; & quod peius, desidiæ, tædia. in curanda per Confessiones, prædicationes, & similia, salute proximi. Hunc suum Genium Sponsus manifestasse legitur, *apud Bolland: 22. Febr.* per B. Margaritam de Cortona cuidam Confessario, qui frequenter mussitabat, quòd continuò mitteretur ad audiendas Confessiones pœnitentium, quos ceu stabula purgare à sordibus, sibi videbatur. *Dic* (inquit *Christus*) *illi quamprimùm, ne grauetur occupari illo charitatiu obsequio ac labore: persuasum sibi habeat, se non stabula purgare, rudium ac seleratorum hominum, instructione, sed DEO præparare toties nouam sedem siue Tabernaculum; quoties animam commaculatam per Confessionem, & cordis pœnitudinem emendaret.* Iuuat ad propositum Paraphrasis Philippi Abb: in cit: locum scripturæ. *Eum* (inquit Sponsa) *quem diligit anima, quæram per vicos diligentiùs, & plateas, quem non possum in lectulo, si forte inuenire valeam apud eos: aliquando enim profectum, quem in otio non sentimus, in loquendi negotio largiùs inuenimus, & cùm fratribus & proximis curam debitam impertimus: adest ille præsentior, cui per hoc officium obedimus.* O quam ante feliciorem iuuenias Sponsam! dum post osculum, id est supremum contemplationis gradum ad curam gregis, scil: rudium hominum institutionem amandaretur. *Egredere & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos.* Cant. 1. Quæ dum promptè exequitur; novis, quæ in contemplatione non meruerat lucrari, cumulatur à sponso xeniis. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento*, adjecit sponsus. Itaq. dum se quidam denegant studio alienæ salutis, non quidem ex prauo fine otium & quietem sectandi, sed amore internæ suavitatis & dulcedinis, quam intumultu etsi uiæ occupationis, amissuros se existimant; Creatoris tacitâ dispensatione fit, quô ad animarum expergiscantur lucra; vt quas in angulo inuenturos se deliciias consolationum arbitrabantur maximas; elabantur illæ penitùs, & succedat spiritualium exercitiorum nausea stupenda, incompunctio, & durisies mentis, cogitationum molestissimarum pugnæ: cum è diverso, proximis ex charitate opitulantes repleantur gratiâ, & pace visitationum admirabilium, ac superabundent gaudio.

Cant. *Sponsa ex natior, dum se ad obsequia salutis proximi dimittit.*

Desides ad obsequia proximi a riditate percutiuntur.

Probatur Figuraliter.

Aberrauit vna Pastoris ovicula; hanc cùm impensè diligeret. *Dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam.* Luc. 15. O pecudum Magister, quid tentas? Itane eremi pacatam deseris taciturnitatem? Et vbi deinceps cleuatio Spiritûs? dulcisq; somnus inter sponsi brachia? non vides oppidorum strepitus, tranquillis meditationibus contrarios? Pergit nihilominùs, felix iturus sanè, felicior multò rediturus, piô grauatus onere ouis. *Cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens*; & congregatis amicis atq; vicinis, intonat cum lætitia. *Congratulamini mihi, quia inueni ouē meam, quæ perierat.* Sed obsecro, nonne oui potiùs congratulandum erat, quam beata sors gregi restituit, extra quam rictibus patuisset lupi vel leonis, qui circuit quærens quem deuoret. Pastori satiùs commiserandum erat, ovi congratulandum. Nam Pastor ex difficili peregrinatione & nimis longa, quid referat, nisi fatigationem plurimam? Quare igitur sibi congratulari vult, cùm quòd sit inuenta ovis, lucrum totum est pecu-

254. Luc.

Confessarium tardum ad confessiones audiendas arguit Christus.

Philipp. Abb.

est pecudis, quæ saluata est: an quia Pastor Pastorum IESVS nostra commoda reputat propria? Ita quidem sentit Zacharias Ep: Chrisopol: l. 3. Conc: Evang: c: 96: Cæterùm laudandus ex acumine *Paul. Scherlog.* in Cant. 3. ℣. 4. qui existimat speciosè a Pastore deprecatum, ut & sibi congratularentur, nam glorioſus insigniter redibat: quippe nonnullis opinio erat, si de dêserto, quod nonaginta nouem oues incolebant, egrederetur ad tumultuosa delapsus, licet religiosam profectò ob causam; negotiosum tamen illud obsequium, damni non modicum internæ paci, ac suauissimæ contemplationi voluptati allaturum ipsi: Quo igitur ille ostendat, vanum fuisse hunc metum, subindicat, adeo nihil cælestium consolationum, propterea, quòd ouem lustrauerit, imminutum; ut creuerint potiùs visitationes, & dona noua acceperit, qualia vix vnquam, cùm in solitudinibus moraretur. Sic ergo ditatus cum rediret; bene quod sibi amici gratulentur, optet. S. Greg: Pap. hom: 34: Evan: docet id verificatum de CHRIsto in eius Ascensione, quando nimirùm relictis in cælò (qui locus supremæ contemplationis est) nonaginta nouem Chorís Angelorum, descendens pro quærenda in deserto huius mundi, deperdita oue, naturâ videlicet humanâ, eâq; felicitèr inuentâ, baiulus eiusdem factus, postliminio ad Regionem, vnde exierat, introiret iterum in Sancta, æternâ nobis redemptione inuentâ, magnificè glorioſus. Videamus ergo, an deterior facta est eius conditio, qui Sanctam Sion & perennem contemplationis arcem, posthabuit tumultibus humanæ vitæ, ob gratiam saluandorum hominum: Obstupuêre planè cóhortes cælestes ad redeuntis gloriæ magnitudinem: Vnde tanquam ignoti alicuius, territique aspectu, percunctantur socios, *Quis est iste Rex gloriæ.* Psal: 23. Nec mirum sanè: nam peregrinum ab illis acceperunt mandatum de altiùs, quà solet, eleuandis ad ingressum eius portis. *Attollite portas principes vestras, & introibit. &c.* Sed nonne per hæc eadem ipsa egressus est ostia, dum descenderet in inferiora? quare eodem limine redire non valeat, quod proficiscens calcavit? Percipe rationem: Idcircò nimirùm, quia dum ouem requirit, seipso quasi maior factus est: Imò quia GERULUS ovis suæ, comparet ad ianuam: *Imponit* (inquit) *eam in humeros suos*; novis salutis nostræ auctus incrementis, altiùs euehendos Postes, vt venientem capiant, requirit. Hoc ipsum videtur intendisse S. Ambros: l. 4. de fide ad Augusti: c. 1. *Præibant Angeli mirantes spolium ex morte quæsitum: & quamvis scirent, nihil DEO accidere ex carne potuisse, quia infra Deum omnia sunt; tamen trophæa crucis, cuius principatum super humerum eius, & Triumphatoris æterni manubias intuentes, quasi eum, quem emiserant cæli, porta capere non possent, licet nunquam eius capiant maiestatem, maiorem viam quærebant reuertenti: adeo nihil, exinanitus amiserat.* Ambr: Discite à Pastore, Pastores animarum, siue cura hæc vobis tantùm ex charitate, siue, quod maiùs est, ex obligatione incumbat: discite desidiosi, & tardi: discite intempestiuè quieti, & orationi nimiùm addicti. Gerulum esse salutis alienæ, instruendo, prædicando, &c non est imminui; sed auctioribus longè cumulari meritis & gratiis valdè salutaribus. Quod compertum in pluribus aliis videte.

CHRistus glorioſior redeundo cum oue, edocet zelum animarum.

Pſal:

Probatur Hiſtoricè.

Petrus Gonzales Ord. Prad. zelosus salutis proximi cooperator, quoties audiret confessiones, vel prædicaret, videbatur sibi, sparsas olim à Christo Sanguinis guttas colligere, & venis eius, seu lateri restituere: & quidem rectè id imaginabatur, considerans illud Bernardi ad se dicentis. *Quid ego infelix, quo me vertam, si tantum thesaurũ, si pretiosum depositum istud, quod sibi Christus sanguine proprio pretiosius iudicavit, contigerit negligentiùs custodire. Baron: sub Anno 716.* refert. Abbati cuidam in extremis agenti, fortè adfuit S. Bonifacius, viditq; dæmones, facto veluti agmine irruere in ægrum, exclamantes: *Noster est hic Abbas, noster est.* Ad has voces, & spectra tartarea, stupuêre omnes, & morienti, malè timuêre: cùm ecce illicò, custos Angelus metum excussit, quem comitabatur e cælo delapsa beatarum animarum turba, vt iustus videretur exercitus, quasi octo millium

255. *Zelosus animarũ operator, gemmas colligit, quibus donat Christum.* Bern:

Zelosum operatorem Animæ conuersa defendunt contra dæmones, in agone.

millium, quas S. ille Abbas, quà correptione, quà piis officiis, quà precibus, cælo intulerat, quæ memores beneficii, è Cæli Regia, ad morientis cellulam venerant, vt illi contra tartareos hostes decertanti assisterent, & animam sui curatoris è corpore educerent in sinum DEI & beatæ æternitatis. Simile quid legere est *in Spec: Exempl: n.* 2099. de quodam Religioso, qui libentissimè simplicibus præsertim & rudibus seruiebat in excipiendis eorum confessionibus: hic proximus iã morti, dum ream lethaliter haberet conscientiam, tamen intuitu illius zeli circa salutem proximorum, speciam gratiam contritionis elargitam accepit, vt vidit in extasi quædam sanctimonialis: Et dum in purgatorio atrocissimas lueret pœnas, vidit eadem, lacrymis plurium filiarum eius in spiritu, extingui ignem. Tandem conspexit multitudinem animarum beatarum, quibus olim obsequio fuit salutari, descendere de cœlo, quæ Confessarium suum cum insigni pompa comitatæ, deduxêre ad cæli palatia. Hinc erigite animum, novis assurgite spiritibus, & confortamini, strenui in vinea Christi operatores, illud identidẽ S. Chrysostomi mente volventes: *Per salutem alterius, nobis acquiritur salus.*

Purgatorii ignibus liberant Confessarium, pœnitentium eius animæ.

PARS. II.

SS. DEIPARA, Gerula salutis fidelium.

256. Solertem nimiùm olim curam in delectu nutricum prolis suæ adhibuisse antiquos, præsertim Romanos, perhibet Alexander ab alex: qui educandos filios, nonnisi Laconicis tradebant mulieribus. Quem ipsum morem inter sanctos viguisse Patriarchas compertum est, ex illo Scripturæ loco, vbi Parentes Rebeccæ, futuræ vxoris Isaac, non aliter dimisêre filiam, nisi nutrice illius, ipsam comitante. *Dimiserunt ergo eam, & nutricem* Gen. 24. vbi 70. legunt. *Et substantiam illius.* Divinari licet, ideò id feciisse pios Parentes; optabant enim, & sperabant Filiam suam fore Matrem numerosæ prolis: statim ideò de GERULA & nutrice provident illi, vt maternarum curarum circa prolem, haberet præstò adiutorium. Potiori iure *Chryst: Vega Palæst.* 31. *cert.* 3. id intelligendum putat de MARIA, quæ Mater simul & nutrix est, atq; substantia Filii. iuxta illud S. Aug. *CHristi caro, est MARIA.* Rebecca significat (iuxta *Rupert. ap. Sylv. Alleg.*) *Sapientiam absconditam*, quæ reduci debet ad Sapientiam æternam, quam demisit Pater æternus de cælo, in carne; hæc quia futura erat innumeræ prolis Mater, ipse enim, (cil: Christus, genuit nos in sanguine suo; propterea statim etiam nutricem, nimirùm Mariam, tantæ multitudini fidelium providit, quorum salutis generalem curam gereret, apprimè peridoneam: quæ in muniis GERVLÆ, nimirum in fasciando, lactando, lauando, gestando, atq; aliis, se esse exquisitissimam, primùm hodie in infante Ioanne probavit, vt per hoc omnibus aliis, promptissimam sese insinuaret.

Christus Mater prolis, indiget nutrice Mariâ, quodammodo.

Probatur Scripturaliter.

Et quidem primùm: peritissimam se 257. ostendit MARIA in fasciando. Deprædicavit olim in spiritu vates Rex, Spõsam MARIAM, a pretiosis illius fasciis Psal. 44: *Omnis* (inquit) *gloria eius ab intus in fimbriis aureis.* S. Hieron. transfert *in fasciis aureis.* Euthymius vertit, *in zonu.* Et quidem, considerando Mariam respectu Christi Filii sui, valdè commendabilis reperitur Virgo ex fasciis, nedum tunc, quando Neonatum in præsepio Infantem strictâ strinxit fasciâ; sed multò ampliùs, dum zonâ vteri sui circumdedit Deum. Super quo deuotè exclamat S. German: *O Zona pretiosa! quæ DEVM, VERBVM, cùm esset in vtero, inuoluisti?* Cæterùm respectu quoq; nostri, ex fasciis suis valdè laudabilem considero: fasciasdico, gratias ipsas cælestes, quibus fasciantur, seu ligantur potentiæ & concupiscentiæ infantilium, seu minùs perfectarũ animarum: quibus deuotos suos, vt ad meliùs crescant in viros perfectos, & ad mensuram plenitudinis Christi, tum inuolvit MARIA; quando eos contra tentationes, & æstum concupiscentiarum præmunit, & gratiis impetratis a DEO confortat. Quo sensu *Rich. Laur.* l. 10. illud Sap. 16. *Omnium nutrici gratiæ deseruiebant*, quod dicitur de DEO, etiam Beatiss: Virgini applicat

Psal.

MARIA zona Dei.

Germã

MARIÆ fasciæ, gratia sit a prece eius, quibus ligãtur passiones animæ.

applicat causam reddens. *Ibi enim* (inquit) *inuenitur gratia, quam iugiter parit, & emittit lucem: vnde & dicitur Mater gratiæ: ibi inuenitur misericordia, id est remissio peccatorum: ibi gratia, quæ parit omne bonum: ibi auxilium optimum contra tentationes.* O quot videre est tales, qui contortis in quæq; praua, laxatisq; affectuum illicitorum fibris, deformiter, & turpiter creuerant in membris, monstra potiùs morum vel portenta? ipsi nihilominùs, vix iterum Marianas subière fascias cultu aliquo specialis deuotionis in Virginem Beatiss. manibus eiusdem pientissimæ GERVLÆ sese insinuantes, ipsius eiusdem curâ, gratis novis a DEO adiuti, præcoci virtutum augmento rectè & ad normam omnis perfectionis excreuêre. Vnde *Cant.* 1. quæ adolescentulæ modò primùm dicebantur; mox brevi, dum in sinus, & ad vbera assumpti sunt Mariæ, celeri progressu, viriles conceperunt animos, Heroam induerunt mentem, non aliàs, nisi opitulatione nutricis MARIÆ: vnde subditur. *Memores vberũ tuorum, recti diligunt te.* Aduerte, illud primum dici in fæminino nomine, postquam autem sinu Mariano foueri audiuntur, iam dicuntur *Recti*, nomine virili, certè non sine arcano, quod his verbis prodit *Rich. Laur. t. 2. p. 3.* dum ait: *De dilectione MARIÆ dicitur: Memores vberum tuorum, recti diligunt te: Quia enim superiùs dixerant Angeli ad B. V. MARIAM: ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis, quia meliora sunt vbera tua vino; ne in Sanctis animabus nomen faminini generis aliquid infirmitatis innueret, & easdem animas, quas vocauerant adolescentulas, Rectos vocant, quasi viriles, non effaminatos: rectos, non senectute curuatos: & dicunt: Recti diligunt te, memores vberum tuorum: ac si dicant: ideo diligunt te, quia in memoria sua fixum gerunt, quòd meliora sunt opera tua super vinum.* Inter mille millenos, qui à fasciis gratiarum GERVLÆ nostræ MARIÆ faustis creuêre incrementis, vnus hodie sufficiat infans Ioannes: cui fasciando originali gratiâ adhuc in vtero Matris, solicita GERVLA fidelium festinantèr adproperans per montana, eum fasciavit, sanè non aliter, nisi novi Baptismi eius, specialis ministra facta, authore S. Chrysost: ap. Bustens. p. 7. ser. 4. *Ioannes Baptista fuit Virginis filius per spiritualem Baptismi generationem: ipsa enim eum baptizauit, non baptismo fluminis; sed flaminis, sicut dicit Chrysostomus.* Atque sic fasciatus gratiâ ex opitulatione GERVLÆ MARIÆ, in tantùm meritis donisq; excrevit; vt *Puer* adhuc, *Magnus* diceretur *coram Domino.*

Rich: Laur.

MARIÆ, qui se cõmittunt manibus, citò educantur in virtute.

Ioannes crevit Puer in Magnum Gerulæ Mariæ curâ.

Chrysost.

Probatur. Figuraliter. 258.

Sed quoniam nutricum ministerium, inter alia, præcipuum consistit quoq; in nutriendo, vel lacte vberum suorum, vel delicatiori cibo ori infantûm ingesto; quàm officiosa sit hoc in munere, respectu Christi fidelium, GERVLA, & nutrix salutis nostræ MARIA, (quod illa dupliciter exhibet, lacte scil: & cibo) videamus id sub Figura illius Saræ, vxoris olim Abrahæ, Matris vero Isaac, Patriarcharum. *Mendoza Tom. 3. in Reg. c. 1. & 14.* versando illum Scripturæ locum *Gen. 21. Quis auditurum crederet Abraham, quòd Sara lactaret filium.* In Hebræo est. *Quod Sara lactaret filios* excitat controuersiam: quomodo Sara, quam tantùm vnicum genuisse filium Isaac constat, lactasse tamen filios dicatur? Communis Hebræorum responsio est. Quoniam Sara abundabat vberum suorum lacte, proinde vicinarum mulierum filios; domum suam conuocare solitam fuisse, eosq; lactasse: cuius rei causam addunt alii, & præsertim cit: Author: voluisse Saram plures alumnos pariter cum Isaac filio suo nutrire, vt eandem omnes indolem & pietatem, cum eodem lacte nutricis sugerent: atq; ita Isaac inter optimos collactaneos feliciter adolesceret, quorum familiaritate, sine periculo profanæ contagionis vteretur. Quid simile, solerter & sagaciter feciisse videtur mater Catonis; quæ (vt refert Plutarchus) simul cum filio suo Catone, alium infantulum, quem non pepererat, lactabat, quem postea filio socium adiungeret, vt eodem vterq; nutritus lacte, similiores sibi, & nutrici amantiores adolescerent. Porrò iuxta Rich. Laur: Sara, quæ iuxta Apostolum *Hebr.* 11. fide concepit, Typus fuit MARIÆ, quæ longè fidelior Sarâ, quia de promisso minimè dubitavit, vt fecerat Sara. Et iterum: quia sicut Sara ad præceptũ Abrahæ, tria sata farinæ commiscens cibo hospites excepit delicatiori; sic pariter

MARIA, figurata in Sara, ob lactis abundantiam.

Sara præter filium Isaac, plures extraneos lactabat vt nutritios, quare.

Catonis Mater, alium infantulum cum filio lactans.

Maria ad Sacram similitudinis, ratione.

pariter MARIA feciſſe, facilè deprehenditur. Laudabilis porro Sara ex munifica, & prudenti communicatione, etiam alienigenis vberum ſuorum; nonne commendabilior, & prudentior Mater miſericordiæ? quæ, ſiue iuſtis, ſiue iniuſtis ſua vbera miſericordiæ porrigit, vt ſic miſericordiæ, conſolationum ſpiritualium, gratiarumq; lacte hauſto, Filio ſuo quàm ſimillimi adoleſcant. Inde eſt, quod S. Bonaven. ap. vmb. Nouar. n. 422. vocauerit Mariam, *nutricem Sanctitatis, cuius lactè omnes, qui vnquàm fuerunt, eruntq;, iuſti & ſancti, aluntur.* Hoc illa continuè & innumeris penè vicibus, ſe inviſibiliter præſtare fidelibus, vt comprobaret; voluit & viſibilibus exhibere documentis. Omitto hic Bernardum, Alanum, & plures alios, bene de nectare vberum MARIÆ potos, nam id iam decantatum eſt: illius reminiſci placet beneficii *ap. Bellouac.* quod MARIAM contuliſſe lego cuidam clerico, cæteroquin vano, & improbo: cui tamen hoc ſolemne erat, vt nunquam præteriret templum, quin Chriſto & Matre eius ſalutatis, dicendo: *Beatus venter qui te portavit, & vbera quæ ſuxiſti.* Hunc morbus eo iam deduxerat, vt morti proximus linguam ſibi & labia dentibus miſerè laniaret: Tunc Mater miſericordiæ memor, hæc eſſe labia, quæ toties beata vbera prædicaſſent, illicò adfuit, & ex vberibus ſuis expreſſo lacte in os infirmi, linguam, labia, totumq; corpus, deniq; hominem ſanitati reſtituit: inſuper effecit, vt mundo ſpreto, religioni ſe addixerit. Sed rurſùs videamus Saram noſtram MARIAM, interdum illis, qui iam adultiores ablactati ab vberibus, ſolidiori non lacteo indigent cibo, cibaria miniſtrantem: Miſcuit illa tria ſata farinæ, ſcil. (iuxta Rich. Laur) Divinitatem, animam, & carnem, dum Incarnationi conſenſit. Sed nobiliora iterum, & delicatiora fidelibus cunctis ſubminiſtrare cibaria comperitur, ipſum ſcil: panem Angelorum, ſeu SS. Euchariſtiæ beneficium, quam S. Auguſtinus, *cibum fortium appellauit.* Cibus enim iſte, cibus MARIÆ, & a MARIA eſſe multipliciter noſcitur: quia iuxta S. Aug: *de Aſſump. V. c. 5. Caro Chriſti, caro MARIÆ:* & iuxta probabiliorem ſenſum plurium *ap. Suarem:* illa particula carnis aut ſanguinis, quam Filius Dei aſſumpſit ex Matre, eam nunquam dimiſit, neq; vnquam continuâ caloris naturalis activitatè reſoluta fuit: atq; ſic ſumendo Euchariſtiam, paſcimur in re ipſa, carne & ſanguine MARIÆ. Vnde non ſine fundamento apud *Vegam Paleſt: 11. cert: 2.* Suſtinent aliqui, venerab: Sacramentum venerari poſſe reſpectivè ſaltim, tanquam ſuperſtites reliquias MARIÆ. Inſuper, quia beneficium Euchariſticum Panis, quòd illo paſcamur, ſoli poſt Deum MARIÆ attribuitur: ex qua ratione immenſè beatificandam cenſent Doctores: ſpecialiter *S. Petr. Dam. Perpendite rogo* (ait S. Pater) *quàm debitores ſumus huic Beatiſſ. Genitrici, quantaſq; illi poſt Deum gratias agere debeamus: illud ſiquidem Corpus Chriſti, quod Beatiſſ: Virgo genuit, quod in gremio fouit, quod faſciis cinxit, quod materna curâ nutrivit, illud inquam abſq; ulla dubietate non aliud, nunc de ſacro Altari percipimus, & eius ſanguinem in Sacramẽto noſtræ redemptionis haurimus.* Atq; ſic, ſi conſequenter loqui voluerimus, quidquid gratiarum, conſolationum, & incrementi ſpiritualis percipiunt ex hoc Sacramento fideles, totum habent poſt Deum à ter benedicta GERVLA & nutrice ſua MARIA.

MARIA nutrivit quoſdam lacte vberum.

MARIA Sara, tria ſata commiſcuit: quomodo?

MARIA alios nutrit cibo.

Euchariſtia, panis eſt Maria cur?

Euchariſtia, continet SS. Reliquias Mariæ.

Petr: Dã:

Probatur Doctoraliter.

Tertium Gerularum ſeu nutricum munus eſt, clientum ſuorum ablutio, munditieiq; circa illos cura. Itaque, licet digniſſima ſit, & hoc officii genus non detrectare ſanctiſſimam GErulam & nutricem noſtram MARIAM teſtantur Patres illi, qui ſub variis ſimilitudinibus ſolicitam MARIÆ curam circa abluendas a ſorde peccatorum animas fidelium, deprædicant. *S. Alb. M. Bibl. ſup. Ioan. MARIAM, generale peccatorum Baptiſma vocat. Andr. Creten. orat: de Ann. Lauacrum abluens conſcientiam. Rich. Laur. l. 9.* Illud labium de quo Exod. 30. legitur *Facies labium æneum ad lauandum cum baſi ſua, &c* figuram fuiſſe Beatiſ. Virginis aſſerit. *Nam* (inquit ille) *Hoc labio potamur aquâ Sapientiæ ſalutaris, & mundamur ab omni inquinamento Spiritûs & carnis.* Sed ad Titulum & propoſitum noſtrum cæteris accommodatiùs locutus eſt de MARIA S. Anſel: in orat. ad B. V. M. *Nutrix illa eſt noſtra, nos lauans à facibus peccatorum, nos conſolans etiam in cunabulis vagientes, lactans parvulos eſuri-*

259.

Alb: M.

Andr.

Rich.

los esurientes, blandimentis nos allicions, delicijs nos fouens, & nutriens. Ernest. Prag. c. 133. *MARIA Nutrix omnium fidelium iustorum, & omnium fidelium peccatorum.* Et hoc ipsum excellenter executa est hodie, visitando cognatam, dum ad vocem solam salutationis eius, mundari se à sorde originali sensit infans in vtero, Ioannes.

Ernest.

Probatur Miraculosè.

260. Quarta vel ex ipso nomine, GERVLÆ functio est, alumnum suum ne imbellis in casum impingat, tenerrimè præcustodite, manibusq; gestare. In quo obsequii genere, quàm exquisita bracchiola sua habeat GERVLA fidelium MARIA, seipsam tot etiam miraculis contestata est. Mitto hîc maternarum eius curarum in temporalibus prodigiosa documenta: quomodo sub aquis, aut inter accensas furni flammas, vel etiam inter ruinas, quosdam ne perirent, manibus sustentauerit, & protexerit suis, piè, vel ab illis, vel ab aliis amicis pereuntium, inuocata. Maiora æstimo illa, quæ, contra tristes in spiritualibus casus, subsidia tam in vita, quàm in morte præstitêre suis, benedictæ manus GERULÆ nostræ MARIÆ. Iuueni adhuc, B. Vincentio Ferr. Ord. Præd. apparuisse legitur ap. Hist. Conc. *n.* 64. personatus dæmon, in forma senis, & barbati genua tenus Anachoretæ, quem de via castitatis propositæ, quod meditabatur, consiliis diuertere cùm non potuisset, facilè agnitus disparuit: Sed novâ arte circumuenire volens iuuenem, dum ille deprecaretur Deum, velut è cælo vocem audivit: *Non omnes possumus esse Virgines.* Hìc athleta Christi feruentiùs precari, Dei Matris patrocinium ambire, & auditæ vocis sensum poscere, contendit: ita demum (creditur MARIÆ oraculum) audivit è Cœlo monitum. *Tu autem castus esto, & animo constanti perseuerato: Virginitas sine pugna, & lucta non defenditur.* En opem GERVLÆ pientissimæ, contra ruinam in vita. In morte solicitudines eius vidisti paulò supra in agonizante clerico; post mortem ergo, vbi robustissimi quiq; imbelles fiunt, supra immensam pœnarum piacularis ignis abyssum deambulantibus quomodo GERULÆ nostræ clientibus suis succurrant

B. Vincētius tentatus, iuuatur a B. V. Maria.

Vide Titul: Dulcedo dulcedinum. n. 177.

A manus, imò talium animas in vlnis MARIÆ gestari, ac confoueri, duplex prodigiosa comprobauit visio. *In Diurno quotid. Pragæ edito sub 15. Febr.* legitur, quod cuidam Sacerdoti sacrum celebranti pro anima Lantranhini Ord. Præd. apparuerit B. Virgo, splendidam illius Religiosi animam in manibus gestans; inquiens. *Ecce animam, pro qua tu sacrificas.* Alterum habetur simile huic, *in spec. Exemp. n. 649. ex Cæsario.* Bononiæ quædam deuota recluſa, respiciens per cancellos feneſtræ, versùs Ecclesiam, conspexit in cœmeterio super sepulturam nuper defuncti studiosi stare admirandæ pulchritudinis fœminam, cuius luminis coruscatione, nox illa, dies esse videbatur: aduertit præterea sepulturæ insidentem candidissimam columbam, quam fœmina illa glorioſa sustulisse manibus, & gremio suo imposuisse cernebatur. Hanc ausa est illa deuota scisciţari, quænam illa esset? Responsum accepit: *Ego sum Mater Christi, veni ad assumendam animam huius deuoti iuuenis, qui piè studijs vacans martyrij planè Coronam meruit.* Atq; sic cum gloria, Cælestibus Regnis, in propriis suis manibus importare animam illam, visa est.

MARIA vlnis & sinu, quorundam animas gestasse, visa est.

Studiosi deuoti, Martyres dilecti Mariæ.

C

Probatur Historicè.

Pluribus tandem Historiis constat, Matribus, vel nutricibus vim quandã transfusiuam morum inesse, de quo *Saluian l. 5. de Provid: Nutrices* (inquit) *mores suos vel bonos vel malos in pueros, quos alunt, cum lacte transmittunt.* Sic Nero crudelitatem suxisse à nutrice traditur, quæ vberum papillas sanguine quandoq; tingebat humano: hinc infantes ad magna prædestinati a DEO, tàm vbera quàm sinus respuisse leguntur malarum mulierum: vt scribitur de Moyse, de S. Ruperto, & S. Catharina Sen: Et tandem laudantur præcipuè Matres aut nutrices, quæ cum lacte simul in pietate, deuotione, morumq; successiuè harmonia, opportunè alumnos suos instruũt. Talè fuisse cõstat Sereniſſimam Reginam Galliæ Blancam: quæ identidem, crescente ætate, filio suo Ludouico, deinde Sancto Regi, frequenter sacratiora morum inculcabat, dogmata, illud præcipuè. *Fili, mallem te videre mortuum in feretro, quàm scire te lethali peccato emortuum.* Non minùs

261. Salvian

Nutricis malæ, respuunt infantes Sãcti vberas.

Blancæ Matris S. Ludouici pia educatio filii.

commen-

commendabilem æstimo doctissimi Gersonis, Cancellarii Paris: Matrem, quæ Filium adhuc puerum, vt lentè assuesceret orationi Dominicæ deuotè recitandæ, non aliàs panem, vel alia puerorum edulia, nuces & fructus impertiebatur; nisi desuper foramine facto injiciendo: vt ita imaginaretur puer, ea de cælo sibi mitti pro recitatis precibus. Si in quo operosiorem putamus Nutricem & GERVLAM nostram Mariam, tunc præsertim in pietatis; deuotionisq; promouendo studio, probat vel hodiernum exemplum in Ioanne infante, qui ad solam MARIÆ vocem in stadio deuotionis ac pietatis in tantùm processit; vt nouum orationis Dominicæ modum a MARIÆ voce edoctus, factis & gestibus intra viscera Matris suæ, Creatorem suum profundè adorauerit. Hoc & aliis præstitisse multoties in vita sua MARIA colligitur ex illis verbis *Act: 1. Hi omnes erant perseuerantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & MARIA Matre IESV.* Imò illum communissimum orandi modum *Aue Maria*, quis quæso uniuersam edocuit Ecclesiam? nisi illa, quæ in secreto sibi ipsi prolata, per suos Euangelistas promulgari & conscribi curavit.

Gersonis Matris artes, in imbuendo deuotione filio.

MARIA edocuit Euangelistas, salutationem Angelicã.

Epilogus.

262. Baruch.

PResserat olim Propheta Baruch 4. quosdam ingratos nutrici suæ, illis verbis: *Obliti estis DEVM, qui nutrivit vos, & contristastu nutricem vestram Ierusalem.* In quæ verba sic Rich. l. 2. *Peccatoribus dicitur: obliti estu Deum, qui nutriuit vos & contristastu nutricem vestram, id est Ecclesiam, seu MARIAM.* Tangi hic videntur illi, qui tot beneficiis MARIÆ innutriti, lactatiq; vberibus gratiarum, venenatas alienarum Lamiarũ scil: infernalium, quas apud Prophetam denudasse leguntur, exambiunt mammas, dum ex eis voluptates peccati sugunt: quas dum imprudenter quæritant; manibus GERVLÆ suæ MARIÆ eos elabi contingit per peccatum. *In Th vitæ hum ℣. Divinatio*, legitur de Moyse, quòd dum gestaretur manibus a Pharaone, illeq; coronâ paruula de auro redimiret caput illius, puer arripiens illam terræ allisit: Iratus Gerulus Rex, paruulum allisisset terræ; nisi Filia eius deprecando excusasset ætatem. Zelo ille id laudabili fecisse creditur, infidelis Geruli sui exosus superbiam; vobis nihilominùs ingrati alumni MARIÆ seu sodales crimen est, qui toties coronam capiti GERVLÆ vestræ, sacrilegâ detrahitis manu; quoties Filium eius (qui Corona Matris suæ dicitur,) peccati lethalis noxâ, iterum crucifigitis. *Nolite ergo amplius contristare GERVLAM & nutricem vestram.* Redi igitur ingrate vberum eius alumne: sinui eius iterum adhæreas: brachiis tuis, brachia eius fortiùs stringe· nam scriptum est *Prov. 4. Glorificaberis ab ea, cùm eam amplexatus fueris.*

Rich.

Mariam nutricem, qui contristant.

Moyses paruulus despicit coronam Pharaonis.

Fiat. Fiat. AMEN.

GYMNASIVM Sanctitatis SS. DEIPARA

Pro Præsentatione B. V. Mariæ.

Quinimo Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Luc. 11.

263.

SAcra quædam, inter Templa & Gymnasia interuenisse fœdera, antiquo usu comprobatum habetur A. A. Et rectè quidem: Templum etenim etiamsi pretioso & speciosо simul ornatu fulgeat, si suâ careat Academo, vnde prodeant, doctrinâ, & præcipuè sanctitate exculti sacrorum ministri & Doctores, tristem potiùs induit squalorem, nec sacratæ ædis, sed profanati potiùs

Academiæ regione Templorũ etiam Ethnicis sita.

potiùs delubri præsefert faciem. Hinc primùm Ethnicæ, tam apud Romanos quàm Græcos, superstitionis legibus cautum fuisse refert Alex. ab Alexandr: Genial: l. 2. c. 14. ad Aras vel Delubra Deorum, Gymnasia Scholasq; erigere: memorandum illud apud Athenas Cynosarges templum Herculis, cuius gymnasium magni nominis erat. Idipsum longè præstantiùs fecisse Salomonem affirmat *Optatus Mileuit l. 3. cont. Parm:* item Pineda *l. 3. de reb: Salom:* & Ioan: Carthag. colligunt ex illo *Prov: Sapientia ædificavit sibi domum:* videlicet Academiam in monte Sion iuxta Regiam & templum, imò in atrio templi fundatam fuisse, in qua primùm ipse Salomon, deinde post illum Doctores Synagogæ profitebantur & docebant varia dogmata. *Vide Corn: in Prov.9.* Sed vtinã facesserẽt a Templi Salomonici aditis, vetustatis fuligine, & quod turpiùs, variis erroribus Scribarum & Pharisæorum profanata Lycæa: nouũ enim intra Templi illius atria erigebatur tum Gymnasium; dum trimula adhuc MARIA (vt constat tot Patrum relationibus) a Pientissimis Parentibus in Nazaræam oblata, in Templum Salomonis ad præsentiam Sum: Pontificis deduceretur. Notandus sensus verborum Christi respondentis mulieri ab vberibus deprædicanti Matrẽ suam, *Beata &c: & vbera quæ suxisti:* Ad hæc reassumpsit Saluator, non redarguendo officium laudis, sed iuuando amplioris gratiæ præconia. *Quinimò beati qui audiunt. &c.* Subinnuens prærogatiuam vberum, quibus adhuc, vtpotè trimula carebat MARIA, præcessisse aliam sanctitudinem, per quam etiam Priuilegium futuræ maternitatis assecuta est paruula MARIA: de quo *Iustin: q. 136. Volebat* (inquit) *Christus ob virtutem prædicari Matrem suam, per quam virtutem illa assecuta fuit, vt Virgo Mater fieret:* Quod ipsum mysteriosè fassus est Sponsus. *Cant. 7. Soror nostra paruula est, & vbera non habet: Quid faciemus Sorori nostræ? si murus est ædificemus &c.* Mirum sanè, quòd vberum loco, subrogantur ædificia: non alia certè nisi virtutum & sanctimoniæ: quibus trimula vix MARIA, iam in templo coram synagoga tota enituit, dum præsentaretur. Proinde iustè GYMNASIUM Sanctitatis, Præsentatam hodie appellabo MARIAM, adstipulantibus mihi *Petro Blesen: & Bernar: Bustensi.* qui synonimis nonnisi a meo discrepant titulo, dum MARIAM scholam omnium virtutum vterq; vocat. Et quia trimulam in Sancta Sanctorum adproperantem Virginem cerno; ætatem teneram, scholæ virtutum aptissimam esse priùs insinuabo. Interim Gymnasiarchæ nostræ, breue solitum persoluamus laudis Pensum.

MARIA, nobile Gymnasium sanctitatis.

Aue Mater & Regina,
Schola morum, disciplina:
Gymnasium Sanctitatis,
Docens normam Pietatis.

Scholæ Salomonis

MARIA præsentata in Templo, nouũ Gymnasium virtutum.

Laur. Iustin.

Cant.

PARS I.

Servire Deo & virtuti à iuuentute, optimum est.

PRobum illud recentioris seculi, turpe Bacchi & Veneris mancipium, totiusq; penè Europæ stygia pestis, Lutherus *l. 3. de votis monastico,* immemor locorum Scripturæ de tot in Lege veteri Nazaræis, ferociter debacchatus est contra vota Religiosa, & præsertim in adolescentia emissa: convictus verò plurimis authoritatibus Scripturæ vota esse reddenda DEO, tandem admisit optimam fore Religionis formã, si ad professionem nemo admitteretur nisi octogenarius. In quo excitavit antiquam Hæresim, quam insectatus est *S. Chrysost: l. 3. contra vituperat: vitæ Monast:* quæ censebat grandæuos tantùm, idq; post Matrimonium, liberosq; procreatos, suscipiendos esse ad Religionem, Atq; sic effætos iam, hircumq; olentes, solos sacro cuculo destinabat barbatos, fætidus ipse Dux & caper venerei gregis: sed turpitudinis omnis Magister iste, sacratioris Gymnasii, seu scholæ virtutum, quotquot sunt discipulos recenseat: & certè cæteris aptiores, plerumq; ex adolescentibus, tales inueniet.

264. *Lutherus votorum in adolescentia hostis immemor scripturæ.*

Probatur Scripturaliter.

Communis quidem iam, sed aptissimus modus ad convincendum errorem præfatum Hæreticorum, habetur ille locus Prophetæ. *Thren. 3. Bonum est Viro cùm portáuerit iugum ab adolescentia sua, sede-*

265. Thren.

sua, sedebit solitarius, & tacebit: quia leuavit se super se. Ponet in puluere os suum, dabit percutienti se maxillam. Hic textus planè quot verba tot scaturigines probationum asserti nostri subministrabit, modo arctiùs stringatur. Imprimis ex mente *S. Ambros.* textus iste currit de his, qui specialiter adolescentiam suam dedicarunt virtuti, præsertim in aliquo statu religioso, sectandæ. Sic enim inquit Doctor octon: 9. *in Psal.* 118. *Quis est, qui portat iugum graue à iuuentute sua? nisi qui deliciis renuntiat, luxuriam fugit. Quis est, qui singulariter sedet? nisi qui secularibus voluptatibus abdicatis, molestiarum omnium excludit tumultus.* Quando itaq; de statu Religioso dicitur: *Bonum est Viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua*; iugo hoc, iugulum latranti Luthero datur: qui sacrilegii esse censet, se præsertim in iuuentute deuotare Deo: imò hæc insignis, paucis (miserentis Dei clementiâ) concessa gratia esse conuincitur ex verbis illis apud eundem Prophetam *Ier: 2: Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ.* Verba, quæ vlteriùs sequuntur, maioris capacitatis talium, ad scholam virtutum, testimonium perhibent, causamq; explicant. *Bonum est viro, cùm portauerit iugum.* Chaldæa legit *Bonum est viro, cùm docuerit animam suam.* Ecce quàm clarè iuuenibus docibilitas quædam, virtutis in exercitiis, adstruitur, & rectè, nam vt ait quidam: Tempus illud est omnium aptissimum disciplinæ. Cui fauet illud *S. Hier. ep. 7, Difficulter eraditur, quod rudes animi perbiberunt. Recens testa, diu & saporem retinet, & odorem, quo imbuta est.* Docibilitatem ardor discendi plurimùm promouet, & præsertim in schola virtutis, vbi charitas incendit: ideò non vanè de adolescentulis sponsis dictum est Sponso: *Ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis.* Can: 1. Idcircò dicitur *nimis*; nam (vt obseruat Iongen) iuuenilia corda, maioris sunt adhærentiæ. *Sedebit solitarius & tacebit.* Mendoza in 1. Reg. 1. Spem futuri progressûs his verbis indicari putat: nam qui in iuuentute bonis moribus floret, magnis virtutibus in senectute fructificabit id sanè patuit in *Tobia* sene: hic quia ab infantia sua Deum timuit; in senectute, & in die afflictionis, non est contristatus contra Deum. Item famosissimi illius senis Eleazari 2. *Mach.* 6. fortitudo non aliter firmata fuit, nisi iactis in pueritia virtutum fundamentis. *Cogitare capit a puero bonæ conuersationis suæ actus. Leuauit se super se:* Leuatur porrò homo super se, vel per eleuationem orationis & contemplationis, vel dum pondere prauorum desideriorum absoluimur, vt quasi non in hac carne viuamus. Et quis faciliùs has sublimes virtutum conscendit cathedras? nisi iuuentus studiosa virtuti: nam quæ talibus insunt phantasmata? vt obstent contemplationi, eamq; distrahant, qui damnabilia seculi experimenta tempestiuâ conuersione præuenerunt ita; vt in nulla ætate aliud sciant, quàm quod in reliqua debeant obseruare: & illi qui nunquam gustauerunt in mundo, pro quo postea suspirandum esset in monasterio, ponderibus prauorum desideriorum adeo deprimi nequeunt, quin leuent se supra se. Vndè iuxta Chrysol: *Magna felicitatis est, vitia non nosse; nosse, periculi est.* Et commune habetur inter Doctores, difficiliorem esse viduis continentiam, quàm virginibus. *Ponet in puluere os suum, dabit percutienti maxillam.* Tangũtur hîc præcipuæ virtutes morales, vitæ monasticæ, Humilitas, & Patientia: a quibus plerumq; (si exercitium desit) tantò remotior, quantò prouectior ætas. Si etenim verum est illud D. Chrysost: hom: 59. in Matt. *Paruuli non inuidere, non inanem expectare gloriam, nec primatûs desiderare dignitatem nouerunt, sed maximam hanc virtutem possident, puram dico simplicitatem & humilitatem.* Adolescentia, cùm sit pueritiæ proximior cæteris ætas, de hoc priuilegio participare debet: habetq; à natura aptitudinem quandam, vt cæteris paribus, non tàm graue & molestum sit iuueni, quàm est adulto, humilitatis, & modestiæ exercitium.

Ambr. — Ier — Iuuenes plerumq; magis idonei ad virtutis scholam: quare? — Hier. — Mach. — Chryso. — Viduis difficilior continentia quàm virginibus. — Chryso. — Adulti difficiliores iuuenibus ad humilitatẽ & patientiam.

Probatur. Figuraliter. 266.

Aptam huius rei Figuram præseferre videntur visionis Propheticæ quatuor admiranda animalia *Ezech:* 1. quæ maiestatem apparentis DEI circumstare cernebantur. Quorum species, his verbis describit Propheta. *Similitudo autem vultûs eorum: facies hominis, & facies bouis: facies autẽ bouis a sinistris ipsorũ quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor.* Hæc quatuor Animalia omnia, pennata seu

Animalia quatuor Ezech: typus status Religiosi.

ta seu alata fuisse, constat ibidem: *nam Pennas per quatuor partes habebant.* Sed aliquid speciale latere sub pennis Aquilæ obseruauit Vega Conc. 1. de Præsent: præter manus: hoc enim omnibus quatuor æquè commune fuit. *Et manus hominis sub pennis eorum.* Quale illud? nimirùm, quòd altiùs cæteris euolandi vim quandam haberent, siquidem facies Aquilæ *desuper ipsorum* locari videbantur. Eccur? Numero pennarum paria sibi animalia, nihilominùs non in tantùm eleuantur, sicuti Aquila? Reddit rationem cit: Author inquiens: *Quia in nidulo, Aquilæ, inditæ fuerunt alæ; reliquus verò animalibus, neq; a teneru annus, a natura collatæ, sed post aliquot lustra ipsis, idq; miraculosè mutuatæ.* Et mox exclamat: *O vtinam in infantili ætate pueri bonorum morum pennis educarentur? Sic profectò viri effecti, supra se ipsos attollerentur.* Quâ ingeniosâ suâ commentatione proritavit conceptum nostrum, eundem locum Scripturæ ad propositum nostrum, non adeo violenter detorquendi: In his etenim animalibus perbellè repræsentatur vocatorum ad Religionem diuersitas. Imprimis, quòd nedum Aquila, quæ (iuxta dicta) symbolum sit vocatorum in iuuentute ad Religionem; sed præterea Leo, bos, & homo, ad dandam gloriã Maiestati Divinæ assũpti cernũtur; egregiè id denotat, cuiusq; ætatis homines non esse absolutè vocationi Religiosæ non idoneos: quod pulchrè obseruauit *S. Petr. Damian: l. 6. Epist. 17* in oblationibus hostiarum veteris testamenti, in quibus, æque boues, sicut & vituli aut agnelli mactari præcipiebantur, quare (vt inquit S. Doctor) *alios ad se trahit in grandæua senectute; maturos alios, iuuenilis incrementi vigore robustos: istos tollit primo pubescentis adolescentiæ decore vernantes; illos autem ab ipso pueritiæ lactentis exordio, velut de nido pullos educat implumes.* Vnde dixit quidam: *virtuti nulla non idonea ætas.* Contingit plerumq; huic sacratissimo Divinæ gloriæ Currui (Religionem aliquam intelligo) iungi nedum Aquilas, nimirùm adolescentiores; sed adultioris quoq; ætatis iubatos Leones, viros meritis apud sæculum graues: Boues quandoq; id est simplicioris & laborioſi statûs Personas; aut demum Homines, nimirum doctrinâ & scientiâ præditos. Quatuor hæc, uti & illa animalia, ad Spiritûs Sancti impetum gradiuntur, dum solo intuitu Dei, & salutis suæ, Religionem assumunt. O quantis curis, & solicitudinibus, exhortationibus, stimulis, exercitiis, agitatur a magistris & superioribus iste currus! vt nedum gradiantur in stadio, & quomodocunq; proficiant in schola virtutis; sed vt leuent se supra se, aptantur omnibus Alæ, non semper nihilominùs, & non æquali successu: talibus etenim, ponere in puluere os suum, & percutienti maxillam præbere, scil: exercitia humilitatis, abnegationis &c: perquam difficilia sũt. Subrugit interdum, olim generosus, fastuosus in sæculo Leo, & ad paruum galli cantum reprehensionis, vel probationis, totus perhorrescit: Bos quoq; lassus in sæculo, ne frequenter cespitet, iustè est metuendum: ob illud S. Ambr: ser. 19. *Quid* (inquit) *potest habere laudis, si effætum corpus voluptatibus, & iam senectutis gelu frigidum, ad sera deuotionis officia, depositio iam præsenio vigore deponat?* Quid dicam de Homine scil: erudito, graduato olim in sæculo! quantæ luctæ, tales maneant in via humilitatis. Induunt aliqui eorum alas vt volent velut aquilæ; quibus plerumq; eleuantur, sed ad casum: nam debiles & adscititiæ sunt: quod & facto demonstrauit M. Fundator Societ: IESV S. Ignatius (vt refert Engel: Pant: in Festo eius ex Lancicio) in quodam Theologo Soc: qui dum alieno à spiritu Ignatii dictamine vellet vti, & alios informare in meditando; S. Pater iussit conquiri alas, quibus Angeli scenici adornantut in comædiis: iis paratis, Theologum illum iussit nudato tergori illas alligatas circumferre, & se flagello cædere, hæc verba ingeminando: *Noli volare sine alis, noli volare sine alis.* Hinc iam redeamus ad illud: *Facies aquilæ eorum desuper. Quia in nidulo ipsi fuerũt adnatæ alæ.* En felicitas eorũ, qui in nidulo ætatis scil: tenerioris, iam alas assumunt, seruituti Dei se mancipantes: quibus quasi concrescit pietas & virtus: ipsius enim naturæ nondum habitibus vitiorum deprauatæ, coaptatione ad gratiam Dei, faciliùs & celeriùs in vitæ religiosæ perfectione eleuantur. Quod ipsum probabit adhuc visio.

Vega.

Ambr:

Iuuentus, alas habet innatas ad virtutem.

Religioni nulla ætas non idonea.

Petr: Dã:

S. Ignatius discipulo sciolo, alas scenicas adaptat in nudatis scapulis cum flagellis

Animalia quatuor Ezech: quadruplici statui adaptantur in Religione.

Probatur Historicè.

267. *Visio, portantium Cruces suas Religiosas diuersimodè.*

Platus l. 3. c. 33. scribit sùb clarissimo Generali Ord: Prædic: Huberto contigisse, quòd Religiosus quidam defunctus, connovitio suo tentato de egressu, apparuerit magno splendore collucens, cumq; eum eduxisset extra cellam, magnum illi ostendit numerũ hominum veste candidâ, & luce mirabili emicantium, qui Cruces pulcherrimas in humeris deferebant: erat autem omnium iter ad cælum. Postea modico interuallo, alius sequebatur ordo, isq; multò pulchrior, multoq; lucidior, quorum vnusquisq; ornatissimam Crucem, non iam humeris, sed manibus gestabat. Deinde tertius ordo omnium longè splendidissimus, ac speciosissimus, quorum item cruces, formâ & pulchritudine, reliquorum cruces superabant, neq; eas ipsi portabant, sed suus, qui præibat singulos, Angelus, vt illi alacres & lætabundi sequerentur. Quod spectaculum cum ille miraretur, exposuit ei socius: primos illos esse, qui prouectâ ætate religiosam vitam fuissent amplexi: secundos, qui in virili: postremos autem, quos adeò expeditos hilaresq; vidisset, eos esse, qui in adolescentia. Tandem addidit: si perseueraueris, nobis adiungeris, & beatus eris: ego verò Dei gratiâ, cum illis ascendo, Bene vale. Quibus dictis, alios secutus est, Angelo suo duce, eiusq; crucem ferente. Ex his iam conclude ad scholam virtutum aptiores esse cæteris, iuuenes, & adolescentes.

PARS. II.

SS. DEIPARA Gymnasium Sanctitatis.

268. *MARIA vt aurora solem præcessit ante Christum in Magisterio virtutis.* Thom. Aquin:

S. THOMAS Angelicus Doctor fatetur, quod licet ipse Christus, Author & Magister perfectioris sanctitatis, seu consiliorum dicatur; nihilominùs tanquam aurora Solem, præcessisse MARIAM in hoc Magisterio affirmat, dum ita ait 3. p. q. 28. a. 4. *Sicut gratiæ plenitudo, perfectè quidem fuit in CHRISTO, & tamen aliqua eius inchoatio præcessit in Matre; ita etiam obseruatio consiliorum, quæ per gratiam DEI fit, perfectè quidem præcessit in Christo, sed aliquomodo fuit inchoata in Virgine Matre eius.* Quod ipsum commodiùs de Beatiss: explicari non potest, quàm quando votum Virginitatis, pauperitatis, imò & obedientiæ emisit: & hoc non aliàs, nisi tùm, dùm præsentaretur in Templo: quod plurimis deducit argumentis *Vega Palæst: 19. cert: 8. imò habetur de hoc Reuel: S. Birgittæ n. 1427.* Inde est, quod Canisi l. 1. de Virg: 13. dixerit. *MARIA, est omnis Religionis nostræ, omniumq; pietatis operum apud fideles, magistra.* Gymnasium Magisterii eius non aliud puta, nisi vitæ illius exemplum, dum virginum Hierosolymitani Templi adnumerata cætui, quatuor quasi Facultatum (quibus celebriora constare solent Gymnasia) professa est Magisterium.

MARIA, vota tria emisit in Præsentatione sui. Canisii. *MARIA, Magistra quatuor facultatũ.*

Probatur Scripturaliter.

269. *MARIA Gymnasium, Facultatis Theologicæ.* Luc.

Prima & principalis in Vniuersitatibus dicitur, Facultas Theologica: quæ toti scientiæ Sanctorum præfert lumen, præsertim eâ parte, quâ mystica est, & contemplatiua. In hac, adhuc ante Incarnationem Filii adeò excelluisse Beatiss: Virginem, eiusq; substantialia abdita penetrasse probat *Vega cit:* ex illis verbis Gabrielis. *Spiritus S. superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod nascetur ex Te Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Luc. 1. In quibus verbis totum TRINITATIS mysterium perstringitur, vt patet: Ex quo enim B. Virgo non sciscitatur de Angelo v.g: Quis sit iste Filius? quo Patre? & quomodo genitus: qualisq; Spiritus? iam ex hoc, illam ante aduentum Gabrielis, tali non caruisse cognitione, deuenitur, aliàs quo pacto illud responsum Angeli percepisset? Summum huius facultatis gradum se attigisse testata est, dum quasi ex cathedra dixit illud, prægnans mysteriorum, *Magnificat:* contemplabatur etenim vnum Deum in essentia, attributaq; eius: & quidem primùm Potentiæ & sanctitatis, dum ait: *Fecit mihi magna, qui potẽs est, & sanctum nomen eius.* Stupebat ad misericordiæ Divinæ effusiones in vniuersum, dum cecinit: *Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.* Incomprehensibilia Dei iudicia admirabatur illis verbis. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Decreta ipsius ac consilia, sibi a Deo reuelata innuebat

Trinitatis mysteria, & alia attributa Dei perspexit Maria in salutatione Angeli, & aliàs ante ac deinceps.

nuebat per illa verba: *Sicut locutus est ad Patres nostros, Abraham & semini eius in sæcula.* Oeconomiam totam Incarnationis, profundè rimabatur, dum protulit: *Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.* Adeò studiosam in hoc contemplationis exercitio fuisse MARIAM testatur Dyon: Carthus: *Vt nulla unquam inordinata affectio, aut distractio, fragilitas, mentem illius a contemplationis lumine reuocauerit, nec occupatio exterior.* Imo D. Ambr. l. 2. de Virg. addit, de ipsa loquens. *Dum quiesceret corpus eius; vigilabat animus: qui frequenter in somnis, aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat.* Communissimè de illa vsurpatur illud Cant: 5. *Ego dormio & cor meum vigilat.* Ex quo ipso *Nouar. vmb. n.* 1327. contemplationis magisterium adstruit MARIÆ dicens: *Dormiuit, sed in nostri profectum, ac vtilitatem, dormiuit contemplationis magistra effecta: nam quòd huius dormitionis deliciis aliquando iusti viri perfruantur, post Deum, Virgini debent: quæ contemplationis Magistra est, & orantes adiuuat, dirigit, illuminat, & eleuat.* Sed subtiliora & magis speculatiua, huius facultatis Theologicæ in MARIA specimina & argumenta, aliis, qui de hoc fusè & subtiliter scripsêre, relinquo: lubeat iam ad Praxim Theologiæ Marianæ descendere, hoc est ad efficaciam ardentissimæ orationis eius, præsertim dum demoraretur in sacrario Virginum ad Templum Ierosolimitanum: quam tantam fuisse asserunt permulti; quod, vi & potentiâ precum illius pro mittendo Saluatore, traxerit in vterum suum, Filium Dei, vel saltim accelerauerit Incarnationem eius: Addit Vega n. 1765. Quòd, si per impossibile Pater æternus, non necessariò sed liberè Filium posset gignere, nec ante MARIAM illum generasset; sine dubio Marianis precibus adactus, ad ipsius generationem adduceretur. Propterea *Hailgrinus* apud Delrio in Cant. 4. Illa verba Eccli: 26. *Species mulieris exhilarat faciem viri sui &c.* flectit in hunc sensum, dum ita ait: *Huius mulieris speciem sic concupiuit Dominus, & ipsa eius desiderium, in tantùm superinduxit, hoc est ad tantum excessum perduxit, ut ad nostram infirmitatem humiliatus sit omnipotens.* Eiusdem sensûs fuisse colligitur Albert. M. in c. 1. Lucæ, qui ita habet: *Dicitur Dominus esse cum illa, plusquàm cum alia:*

MARIA, nunquam distrahebatur in contemplatione. Dion. Carth.

Ambr.

Cant.

MARIA, Magistra contemplationis.

MARIÆ oratio ac desideria accelerarunt Incarnationem Dei.

Eccli.

Hailgrin.

Alb: M.

orauit enim, ut dicunt Patres, redemptionem Israel, & ipse Dominus exaudiuit orationem eius. Extensiuè autem si ulterius procedamus loqui de efficacia orationum eius, quas nunc, & defacto fundit pro populo Dei, eam maiorem esse orationibus omnium Sanctorum, etiam collectiuè sumptis, docent Patres: & deducit S. Anton: 4. par. art: 15. c. 17. §. 4. dum inquit: *Oratio Sanctorum non innititur alicui rei ex parte sui, sed tantùm misericordiæ ex parte Dei: oratio autem Virginis innititur gratiæ DEI, iure naturali, & iustitiæ Euangelii: nàm Filius, non solùm tenetur audire Matrem; sed & obedire, iuxta illud Apostoli, Filii obedite Parentibus vestris, quod etiam est de iure naturæ. Oratio MARIÆ, erat nobilissimus modus orandi, tum quia habebat rationem iussionis & imperii; tum quia impossibile erat, eam non audiri, iuxta illud, quod in Figura eius, dixit Salomon Matri suæ Bersabeæ, cùm aliquid petere vellet: Pete* (inquit) *Mater mea: neq; enim fas est, vt auertam faciem tuam.*

MARIA plus orat Deum pro Ecclesia quàm omnes Sancti collectiuè.

Anton.

Probatur Figuraliter.

Non piget in virtutum Gymnasio, è sublimiori facultatis Theologicæ gradu, humilem Virginem, etiam ad interioris demittere sese magisterium Facultatis, nimirum Philosophiæ, ea parte saltem, quatenus Mathematicam & Astrologiam supponit. Nouerim licet benè ex reuelatione S. Amad: c. 9. §. 23 omnes scientias & artes, Beatiss: Virginem excellenter calluisse, speciatim Philosophiam: de illa enim dictum esse opinantur permulti Sap. 8. *Scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorũ.* Pro peritia verò eius in Astronomicis & Mathesi, præter argumentationem ab Adæ priuilegio, accõmodatur ei iterũ ex *Sap.* 7: illud *Noui etiam vicissitudinum permutationes & commutationes temporum, anni cursus & Stellarum dispositiones.* Sed hæc literaliter: ego in litera, succum potius quæro, & mysticam Mathesim, seu Astrologiam magis prospecto in MARIA, videlicet insignis obedientiæ exemplum, quod hodie, dum præsentatur, exhibuit in Templo. Ex quo etenim vulgò dicitur: *Astra non necessitant, sed inclinant,* Astrologiam judico, adæquatum posse esse symbolum perfectæ promptæq; & inclinatæ ad quæq; præcepta seu consilia, suauis obedientiæ, ideò; vt tantò faciliùs demonstrem perfectionem

270.

MARIA, Matheseos & Astronomiæ Magistra: quo sensu.

Sap.

MARIA, caluit omnes scientias & artes.

Obedientia, est astrorum peritia.

fectionem huius virtutis in B. V. MARIA, in quodam mirabili circulo cælesti, eam figurandam duxi. In prima igitur sua visione Ezechiel Propheta ad fluuium Chobar, fatetur se conspexisse, iuxta animalia satis prodigiosa, Circulum quendam seu Rotam valdè gloriosam & notabilem, ob quatuor facies. *Cùmq; aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia, habens quatuor facies.* Ezech: 1. Legimus in Ord: Monolog: 30. Iulii n. 7. quendã ex nostris Reformatis in Regno Peruano A. D. 1621. in agone, dum ipsi apparuisset Rota mirabilis, (in cuius gyratione legebantur cuncta ab vsu rationis, vsq; ad vltimum instans facta) ad eius conspectum, nimiùm exhorruisse: Iuvit tamen hunc expauescentem tunc S. Bonauentura; me verò consolatur S. Bernardinus ap. Vegam n. 1315. nam in illa Ezechielis Rota non alicuius peccata; sed excellentissimam virtutem obedientiæ, & prærogatiuas MARIÆ legendas mihi demonstrat ille, dum ita fatur: *Eleuata fuit MARIA Virgo Beata per excellentiam conuersationis designatam in eleuatione Rotæ, de qua Ezech. 1. quæ inæstimabiliter superauit omnem obedientiam Martyrum & Confessorum: nam in omnibus fuit pondus difficultatis ad bonum, & pronitas ad ipsum malum. In Virgine autem B. nullum fuit omninò retardatiuum, proinde Rota volubilis fuit, secundùm omnem Spiritûs S. nutum.* Satis hoc esset ad comprobationem asserti; sed res vt luculentior in singulari fiat; iuxta quatuor facies in Rota visas, quadruplicia obedientiæ MARIÆ, quæ hodie præsentata in Templo exhibuit, videamus argumenta. Primò etenim obediuit Deo præcipienti. *Vouete & reddite Domino vota vestra.* Psal. 75. dum vt scribit *Canisi.* l. 2. de Deip. c. 15. & Amadæus in reuel: S. Bartholomæo teste, tali vel simili tenore votum in manibus sum: Pontificis consecravit. *Voveo DEO, coram te Pater, tot testibus hic adstantibus, virginitatem: vt enim eam voveam, ipse Deus inspirauit.* Verba vltima indicant, hoc votũ processisse ex promptæ obedientiæ dictamine. Iterum obediuit MARIA in sui Præsentatione, Parentibus. Hi etenim (vt docet Metaphras: Niceph. S. Germ. & Hieron:) *Vouerant, si fortè eis donaretur soboles, eam se Domini servitio mancipaturos.* Quod votum Parentum, libenter acceptauit, ratumq; habuit MARIA, illudq, adhuc trimula promptè exequi concessit, attestante S. Vincen. Ferr. ser. 1. de Natiu: *Postquam habuit* (inquit) *tres annos completos, votum quod fecerant* (Parentes) *exsoluit.* Tertiò obediuit MARIA Pontifici: nam S. Bonav. in vit: Christi c: 3. ex quadam reuelatione tradi affirmat, quòd B. V. MARIA expetierit a Deo donum obediendi prõptè mandatis & ordinationibus Pontificis, qui illi Collegio Virginum præerat, in quod adscribebatur: Eamq; exquisitissimam, & supererogatoriam fuisse in obseruandis Leuitici Legibus, quæ per Pontifices tradebantur, probat Angelicus Doctor 3. p. 2. 37. a. 4. Ad extremum, Rotam obedientiæ Mariæ, uersatilem, hoc est, promptissimam fuisse in exhibitione operum misericordiæ respectu proximi, mox infra patebit. O sanè cælestis Astronomiæ, S. Obedientiæ perfectissimam Magistrã, Præsentatam Mariam! Hùc ergò omnes filii obedientiæ oculos, & animum conuertite. Ah, quantùm ab hoc Virgineo Magisterio obedientiæ distamus! siquidem rebus minimis tricamur, quot excusationes obtendimus, quot moras & tergiuersationes interponimus, dũ aliquid nostro commodo repugnans præcipitur: centum litigia eunt, mille murmurationes intercurrunt, querelæ iactantur, antequam iussa exequamur. O quam dispares Marianæ promptitudini? vtinam cum trimula MARIA acceleremus, vota nostra reddere Deo: & dum præcipit, vel ad supererogatoria invitat, fugiamus crastinum, tarditatem ignoremus, præoccupemus præcipientem, paremus oculos visui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes: nec vlla nubilosi corporis constitutio, aut facies tenebris tristitiæ obfuscata, deuotionem animi à voluntate præcipientis recessisse demonstret.

Rota Ezech: typus obedientiæ Mariæ.

Ezech:

Rota mirabilis visa Anno D. 1621.

Bernard:

Psal:

Marianæ obedientiæ quatuor argumenta in Præsentat.

Mariæ voti forma.

Maria obedientia Inobedientiam nostram confundit

Vinc: Ferr:

MARIA obediuit Parentibus, Pontifici, proximo.

Probatur Doctoraliter.

Tertiæ demum Facultatis, scil: Iurisprudentiæ, hoc in Gymnasio, Magisterium obiisse Beatissimam, plures testantur Doctores. Imo Prov: 8. in Persona eius habetur: *Meum est* consilium, & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo; per me Reges regnant, & Legum

271.

MARIA Iuris Magistra: quo sensu.

Legum conditores iusta decernunt. Ioan: Geometr. hymn· 4. sic salutat MARIAM *Salue Ius Ciuile, dirimens lites. Eos* scil: (vt explicat Vega *n.* 1083. *qui lites agunt, subsidia in B. Virgine reperire: quæ vna, versipellium causidicorum, Ius aduersa partu nequiter impetentium, technas dissolnat, & iudicibus adsit, ne innocentem & innoxium opprimi, iureue suo deturbari sinant.* Albert. M. in Bibli: vocat eam *Iudicem misericordiæ*, Item *Iudicissimam vivorum & mortuorum, potestatem habentem ex concessione, facere Iudicium misericordiæ* S. Ildephonsi de Virg. c. 2. *MARIA, Ius* (inquit) *est, cuius possessor est Rex cælorum.* Quod præcipuè verificatum videtur in Præsentatione ipsius in Templo, dum se totam in perfectissimam Deo consecrauit possessionem, vt peccatorum continuò ageret Aduocatam: & quasi vadem se dedit pro universo populo, nedum deprecando; sed Iustitiæ Divinæ vindicatiuæ, proprio etiam in corpore, pro aliis pænas luendo: eius etenim mirè austeram in mortificationibus vitam, dum in Templo & cætu Virginum viveret, latè describunt Patres: vnius nunc sufficiat testimonium. *S. Greg. Turon. ap. Ximenem l. 2. de vita Christi c. 47.* asserit *SS. Deiparam, ex quo ingressa est, sine cilicio, Beatam illam carnem pungente, vixisse nunquam: illius vestes è vili lanâ nullo infecta colore: somnus eius super humo nuda, vel duris tabulis adhærebat: nullo instructus lecto: nullo vnquam tempore non ieiunauit: Famem, cælitùs pane allato fugabat: Quæ vero à Ministris Templi in alimentum accipiebat; ea quotidie pauperibus erogabat.* Nonne igitur Iuris nostri Patrona? quæ dolores nostros & peccata in suo etiam innocentissimo corpore vindicauit: proinde subnectendum hìc videtur illud ex Dion: Carthus. de compass: *Si Paulo dicere licuit: suppleo quæ desunt passionum Christi in corpore meo, pro corpore eius, quod est Ecclesia; quantò plus S. Matri, hoc dicere fas est.*

Geom.

Albert:

MARIÆ quàm austera vita in Templo.

Maria ad implebat mortificatione in corpore suo pro Ecclesia.

Probatur Miraculosè.

272. MARIA, Medica ob gratiã miraculorum seu curationum.

Quartam tandem Gymnasii sui Facultatem scil: Medicam professa esse videtur, Præsentata in Templo Virgo MARIA: & hoc non aliter probandum occurrit, vniuersaliter loquendo, nisi ipsâmet Gratiâ miraculorum, quæ simul connotat gratiam curationum. Gratiis autem, vt vocant, gratis datis, A in momento sui conceptûs decoratam fuisse Deiparam, docent plures cum *Suare 3. p. tom. 2. du: 21.* Specialiter gratiam miraculosæ curationis tuetur in MARIA *Alb. M. Anton. 4. P. tit. 15. c. 19. Rupert: 3. l. 3. in Cant.* de quo etiam Basil: Seleuc· sic dogmatizat. *Si Christus seruis suis tantam gratiam contulit, quòd solo contactu, imò verò solâ vmbrâ corporis, ægris præsidium afferre possent; qualem vim aduersùs omne morborum genus Virgini Matri collatam fuisse putandum est? An non multò maiorem, quàm cæteris, Christi Imperio subiectis.* Quod comprobant alii adhuc Patres, uti *Ansel.* qui illam, *Medicam miserorum, ad salutem perducentem ægros, appellat.* Andr. Creten. ser. 2. in Annunc: ipsam *Medicinam morborum nominat.* Et hoc maximè compleuit MARIA præsentata in Templo: mire etenim [illegible] obsequiosa ad suas sodales, quoad opera misericordiæ. De quo sic lego apud toties iam allegatum *Vegam n. 1265. Incolens Templum, in tot Virginũ cætu, lata ad misericordiæ & humanitatis Leges, se offerebat: modò solabatur tristes, inuisebat ægrotantes, ipsisq; assistens inserviebat, illarumq; labori ferebat opem: inter irâ percitas, pacem inferebat, commotas affectione aliquâ sedabat. Quamvis sine interruptione ulla, contemplationi insisteret, & multo tempore secessui vacaret; non ideò tamen operibus misericordiæ se denegabat.* Discite ex hac Cathedra Mariæ omnes, quotquot charitatis Æsculapios circa proximũ, siue quo ad corpus, siue quoad animam, agitis, non pigritare, vel querulari: pia enim hæc miserorum leuamina, si debito cum moderamine exerceantur; contemplationem aut perfectionem non impediunt, sed promouent: Hoc enim obsequii genere, Beatam Virginem extorsisse in suis visceribus Incarnationem, Divini VERBI asserit dictus Author.

Ant. Rup.

Basil: Seleuc.

Vega.

MARIA in Templo obsequebatur ægrotis & solabatur

MARIA operibus misericordiæ, accelerauit Incarnationem.

Probatur. Historicè.

Pier: Hierogl: l. 36. c. 14. Romanis in vsu fuisse Gymnasiorum foribus, aut Tricliniorum, vbi diætæ celebrabantur, literam S. notanter superponere, vt per hoc silentium studiosis, vel consultantibus indiceretur: Et rectè, quietem enim, studium requirit, illam autem petulans lingua importunè frequenter conturbat. Porro Mariani *Gymnasii* tesseram, & notam non aliam esse noueris, nisi silen-

273. S. litera, scribebatur in foribus: quo mysterio.

niſi ſilentiũ.' *Honeſta erat Maria per omnia parùm loquens, ſine riſu, abſq; turbatione. ait.* Epiph. Epiphan. Addit *Nouarr. vmb n.* 1677. Fuellas, quæ ſecùm erant in Templo inſtituens, & informans monebat, vt ſibi à noxiis verbis, & ab effuſo riſu cauerent, a cachinnis ſibi temperarent: & peccantem aliquam. ſtatim arguebat. Bonav. Quod etiam adnotauit *S. Bonau. de vita Chriſti. Erat* (inquit) *ſolicita erga ſocias ſuas, ne aliqua ex eis, in ullo ſermone peccaret, ne in riſu vocem ſuam exaltaret, ne aliquam iniuriam, vel ſuperbiam contra parem exerceret,*

MARIA ſilentii amans docebat idẽ alios.

Epilogus.

274. EX antiquis Patribus quid ſingulare deſcripſit idem *Vega n.* 1447. nimirùm, ex hodierna Præſentatione B. Virginis in templo, MARIAM magnâ inclaruiſſe famâ per totam Iudæam, idq; ob prodigia quæ pluribus ſtupẽtibus tum contigêre, illud præcipuè: Hieron. (vt obſeruauit S. Hieron.) *circa templũ iuxta quindecim gradus, Pſalmos recitãs quindecim ad aſcenſionis gradus: in horum vnoquoq; poſita infantula, ſine ducentu, aut leuantis manu, ita aſcendit, ut à perfecta ætatis virginibus nihil differret.* Prodigium item fuit tota inibi vitæ commoratio: nam vivendi ratio vires omnes humanas ſupergrediebatur: ieiunia, rigores, corporis afflictationes, vigiliæ aſſiduæ, iugis in Deum contemplatio, eleemoſynarum erogatio, convictus cum ingenti ſanctitate & humanitate coniunctus, frequẽtiora cum Angelis colloquia, alimenta in eius ſuſtentationem à cælitibus deportata, omnium virtutum harmoniacus concentus, vultûs grauitatem præſeferentis maieſtas, verborũ matura conſideratio, & multiplex reliquorum donorum excellentia in admirationem & ſtuporem rapiebant non ſolùm reliquas ſocias Virgines, ſed & ſacerdotes, ac reliquos Templi miniſtros: cuius demum glorioſum nomen cùm per vniuerſam Palæſtinam euulgatum fuiſſet, indeq; per alias Provincias; plurimi etiam nobiliſſimi, inter quos fuit quidam Andronicus Princeps, Antiochiâ uſq; venit Hieroſolymam, tam ingens gratiæ prodigium, & Sacratiſſimum omnium virtutum Gymnaſium inuiſurus. Ergò quibus Sanctorũ ſtudiorum animus eſt, cultuſq; ſimul tenerior in MARIAM, huius GYMNASII Albo, & imitationi morũ, nomina veſtra conſecrate. Quia iuxta *Hieron. Tunc verè colitu, & amatu Mariam, ſi imitari velitu ex toto corde quam amatu.* Saccarei oris Ambroſiani capite verba, & guſtate. Taliter vos exhortatur ille l. 2. de virg. *Sit vobis tanquam in Imagine deſcripta virginitas vitaq; Mariæ: in quâ velut in ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis. Hinc ſumatis exempla vivendi; ubi tanquam in exemplari, Magiſteria expreſſa probitatis, quid corrigere, quid fugere, quid tenere debeatis, oſtendunt.* Vtinam ſic, Fideles compalæſtritæ Mariani facti, ipſi quoq; admiſſi cum Præſentata in Sancta Sanctorum Regni cæleſtis, eidem Gymnaſiarchæ noſtræ æternùm collætari valeamus. AMEN.

Mariam ut viderent in Templo, Principes & populi, ex longinquis veniebant Ieroſolymã. Hieron. Ambr.

MARIÆ diſcipulus eam imitari curet.

GOSSYPIVM SPIRITVS S.

SS. DEIPARA

Pro Feſto Scapularis B. V. M.

Ecce Mater tua. Ioan: 19. *Beatus Venter qui Te portauit.* Luc. 11.

275. INueſtigare primum libeat, quonam myſterio (non enim fato dicendum) factum eſſe, ut in hodierna Scapulariana veſtis ſolemnitate, diſcrepent quaſi Euangelia. A. A. Carmelitani etenim Ordinis Ritus, illud triſte profitetur Euangelium. *Stabat autem iuxta Crucem IESV, Mater eius.* Aliud autem vniuerſalis Eccleſiæ Rubrica aſſumit, nimirum de præconiis vteri Mariani, *Beatus*

Scapulariani Feſti Euangel. diſcrimina examinãtur.

atus Venter qui te portauit, Ibi mors, hîc nascentis initia Christi commemorantur. Piè credendum puto, Scapularianæ vestis gratiâ, hæc tanta discrimina conueniſſe in vnum, miro ſapientiæ Cæleſtis artificio. Dulciſſimus quippe ſalutis noſtræ Parens, & Genitor Chriſtus JESUS, ne illos, quos, dum in Cruce cruciaretur, clamanſq; voce validâ ad Patrem, parturiebat, orphanos relinqueret; in vno Ioanne, omnibus providit Matrem & vbera. *Beata vbera quæ ſuxiſti*, exclamat deuota mulier. Atq; piiſſimus noſter Samaritanus, ſpoliatos veſte gratiæ, ſemianimes cernens de cruce, ad commune nos quaſi, ſui & totius Eccleſiæ, amandat veſtiarium: vterum intelligo Virginis: ſubaudiri hodie voluit iuxta Crucem, vocem extollentis mulieris *Beatus Venter qui Te portauit:* In hunc enim ſenſum conuenire Patres inuenio. Inprimis *Alb. M. ſup: Lib. Eſther.* MARIA *eſt veſtiaria, ex qua indutus fuit Dei Filius carne, peccator veniâ, iuſtus gratiâ, perfectus gloriâ.* Cæteros Doctores in corpore citaturus, hìc omittendo, illos tantùm qui proximè ad materiã veſtimentorũ providiſſimæ huius veſtiariæ accedunt expiſcandam, interea adduco: vtpote *Iacob: de Vorag:* qui eam dixit *vellus Spiritûs S. rore perfuſum.* Addo ex *S. Erneſt. Prag. c. 87. Vellus* MARIA, *quo mulier fortis, Mater noſtra Eccleſia, quotidie domeſticis ſuis veſtes præparat.* Quod ideo adſtrui MARIÆ puto; ut ſignificaretur, Spiritum S. in tanta ſuperueniſſe copia roris gratiarum in illam; vt, quæ olim texuit de carne ſua Filio Dei trabeam, continuè fidelibus cunctis,eadẽ,novo& nouo texendi artificio, conſilioq; manuum ſuarum operetur & conficiat gratiarum ornamenta, idque commodi noſtri gratiâ, quaſi GOSSYPIUM, & Lana (ut eam nominari legi in quopiam Authore) facta texturæ huius, ſimul materia & miniſtra: atq; hoc dico ſpecialiter ac reſpectiuè ad Scapularianam veſtem, quam ſodalibus ſuis providit Mater pia. Sub GOSSYPII ergo Spiritûs S. ſeu ſubtiliſſimi velleris aut Lanæ allegoria, tam ſuperabundantium Spiritûs S. gratiarum in MARIA; quàm priuilegia ſacratiſſimæ veſti a MARIA communicata, deprædicabo. Priùs vellera animarum premere volo, quæ non priùs Spiritûs S. dulcedine irrorantur, niſi ante benè ſiccentur,ſeu mortificẽtur Interea Rythmicè ſalutemus MARIAM.

Vellus cleri Gedeonis,
Veſtis noſtri Salomonis
Cæleſti rore perpluta,
Veſte nos tuâ contuta.

Chriſtus in Cruce, Mater parturiẽs.

Alb.M,

MARIA, veſtiaria.

Erneſt.

MARIA, Goſſypiũ ſeu deliciſſima Lana Spiritûs S.

PARS I.

Pro conſolatione Scrupuloſorum, vel aridorũ.

INclytus ille fortiſq; Dux populi, Gedeon, in vellere ſuo noua prodigia expetendo, priùs illud madere voluit, expetiitq; a DEO; quàm ſiccari: eccur? Triumphantis etenim Chriſti in Cruce Typum lana illa tenebat ex ſenſu S. Ambroſ: lib: de vid: *Vellus hoc* (inquit) *nimirùm Chriſtus, in morte deſiccatum expreſſo ſanguine, ceu rore, eodem per gratiam ſuam totum mundum irrigauit.* Et quoniam omnium Patriarcharum teſtamenti veteris, ardentiſſima erat expectatio iſtius roris, ſcil: Meſſiæ, qui continuè clamabant, *Rorate cæli deſuper*; proinde & iſte Sanctiſſimus Dux, magnô exæſtuans deſideriô accelerandi Aduentum Meſſiæ, vellus ſuum priùs madere voluit, quàm ſiccari. Nihilominùs ſi loquamur Tropologicè, prout vellus iuxta *Iren: & Serrarium*, ſignificat animam;iam oppoſitum in illa contingere, colligi poteſt ex eiuſdem S. Ambr: verbis l. 1. de Spir. S. *Venit iam Dominus, venit & pluuia, venit Dominus ſtillicidia faciens, & ideo iam bibimus, qui ante ſitiebamus.* Ex quo eruere licet, id moris eſſe apud Deum, non priùs animas dono Contemplationis ſublimioris, & conſolationum internarum irrigari, donec ariditate & deſolatione exerceantur. 276.

Vellus Gedeonis, corpus Chriſti in Cruce. Ambr.

Vellus Gedeonis typus animæ.

Probatur Scripturaliter.

Audiamus teſtimonia Dauid, quæ ſibi contigiſſe, dum fugeret Saul, latitando in deſerto, enarrat. *Pſal. 62. In terra deſerta, & invia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* O triſte ſatis contingens? Vah glebam iniquam! ubi ne riuuli quidem ſitientibus adſunt: non alimoniæ, non tectum, ſed ne ſemita quidem apparet. *Terra deſerta* (inquit) *& invia.* Ex mente *Ioan. Ieros.* ſpirituaIiter 277. Pſal:

aliter illi denotantur, qui curis semoti, & mundo conculcato arduam professionem aggressi; qui eò, quòd voluptatum transeuntium omni sensu careant, computantur à carnalibus, quasi in regione difficillima versarẽtur. Verũ hâc exoneratione solicitudinũ, & lenocinio rũ despectu cõsequũtur id, vt anima sui iuris omninò facta, quoad liceat sub hac vita, in Deum celerrimè feratur & cælestia deguſtet per altissimas theorias. De quo audiamus citatum *Hieroſol: de Inſtit: Monach. Per hoc enim, quod in terra deſerta, invia, & inaquoſa manere elegit, ut ſic in ſancto, id eſt, in corde puro à peccatu, appareret* DEO; *monſtrat primùm, electum per eum ſolitariæ vitæ finem, offerre* DEO *cor ſanctum, id eſt, ab omni actuali peccato purum: per hoc autem, quod addit, vt viderem virtutem tuam &c, monſtrat manifeſtè ſecundum finem vitæ prædictæ, qui eſt iam in hac vita, æqualiter experiri, ſeu myſticè videre in corde virtutem diuinæ præſentiæ, & guſtare dulcedinem ſuperiæ gloriæ.* In eundem sensum scripsit *Bellarm: Anima enim, quò magis deſtituitur, carnalibus bonis, vel certè quò magis affectũ remouet a rebus terrenis, & ſe in quodam deſerto mentis conſtituit; eò facilius aſcendit ad cæleſtia contemplanda, & guſtanda:* Congrua sanè hæc interpretatio, sed nonnisi pro incipientibus. Nihilominus cum *Paulo Scherlogo.* in Cant. 2. ℣. 6. ulteriùs procedendum videtur, de illis nimirum explicando locum, qui in via Spiritûs proficiunt, & sedulo conatu ad perfectionis fastigium anhelant: his ergo ita velociter ambulantibus per semitas Domini, accidit nõnunquam, tantam mentis ariditatem pati; ut quasi fame tabescant, & areant in spiritu, veluti testæ: quodq; omni calamitate acerbius est, ijs circumfundantur tenebris; ut quomodo se explicare valeant, ignorent: quare exulantes a vultu dilecti, qui faciem suam eis abscondit, terram pererrant desertam & inviam, & inaquosam. O dies talium tristes, horasq, mæstitiæ! nec est tamen liberari a tormento hoc, quoad Jesus illucescat in cordibus eorum. Sed sustinete modicum, athletæ fortissimi? Equidem, qui in his desolationibus strenuè se gerunt expectantes cum longanimitate aduentum magni Dei, & cælestem in patientia præstolantur irroratiõnem, solet eos Numẽ ad familiaritatis gradus prouehere, & sublimissimæ consolationis dulcedine irrorare. Hoc ipsum Prophetali acumine tetigisse videtur Ieremias, dum de viro contemplatiuo, qui spretis mundi illecebris soli Deo vacaret, sic prædixit: *Thren. 3. Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe.* Thren. Hæc eleuatio iuxta *Raban. & Lyran.* denotat sublimem & planè exstaticum gradum contemplationis. O delicias? o horam beatam? verùm tu, qui huius dulcedinis affectibus exæstuas, & felicem omninò hinc arbitraris solitarium, perpende, quonam pacto ascenderit ad blandimenta & amplexus Spõsi. Subdit Propheta statim: *Saturabitur opprobriis, dabit percutienti maxillam.* Omittamus nunc principalem sensum verborum de Christo Seruatore, qui ad literam, sustinuit alapam; secundarium, quem assumpsimus de viro contemplatiuo, perpendamus: quænam igitur talium alapæ hæ? num disciplina exterior acris, Magistri spiritualis edomantis? num monasterii quotidiana onera in ieiunio, in ciliciis, in somno, in laboribus aliis? sed non satis ista, quæ assuetudine plerumq; eneruantur; est certè alius colaphus spiritualis, quem sibi a sathana impactum conqueritur Apostolus *Cor 2. 11.* O certè cùm Hostis, libidinum simulis tentat, cùm pravæ cogitationes excitantur, obtenebratur intellectus, intepescit voluntas, & homo sibi ipsi grauis est, nec quo se vertat cognoscit. In his ergo primùm oportet exerceri, & necesse est submitti, & non querulari, sed ponere in puluere os suum: per hoc etenim decoquitur perfectiùs Ros cælestis, & cum pluuia serotina consolationum, appropinquat misericordia consolatoris. De quo sic lego *Ambr. Octon. 10. in Pſal. 118.* Super iam citata verba Prophetæ. *Non dixit, ſubibit opprobrium: facilè eſt enim vnam aut alteram contumeliam ſuſtinere; addit, ſaturabitur opprobriis; quò facilius Domini moueat miſericordiam, opprobriorum pluriùm deformitate miſerabilis.*

Anima, quantum prosint ad contẽplationẽ, arduæ viæ spirituales.

Ioan: Hieroſol.

Bellarm

Ariditates in spiritu. promouent quandoq; spiritum.

Colaphus spiritualis, carnis rebellio.

Ariditates, maturãt Roris gratia.

Probatur Figuraliter.

Naturam istam, quam Ros cælestium consolationum habet, vt non aliter descendat in animas, nisi priùs desolationibus, & ariditatibus molestissimis be- 278,

mis benè exercitas, duplex nobis illustrabit Figura. Primùm, ille nobilis mõs Hermon, vel ideo fortunatissimus, quòd tantâ exuberaret roris copiâ; ut eundem vicinis sibi deplueret montibus. De quo *Psal: 132. Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.* Hermon, quod interpretatur *destructio* aut *anathema* vel *recte*, est mons seu pars montis Libani supra Paneadem, & Trachonitidem Regionem, qui tantæ fertur esse altitudinis; ut medio æstatis fervore, fidus sit nivibus, quæ Solis ardore liquatæ, proxima irrigantes arua, descendunt in Montem Sion: & ideo ros Hermon vocatur. Mons iste, adæquatus videtur esse Typus desolatarũ, scrupulisq; pressarum animarum, spectando vim huius nominis, *destructio:* consumuntur etenim planè præ aridi-tate desolati, & quandoq; tentationibus adeò irretitos se esse existimant; ut nonnunquam vltimo *anathemati*, scil: reprobationi subesse se cogitent: alget in ipsis præ *nivium*, scil: scrupulorum multitudine anima, etiamsi ignibus æstuet charitatis & perfectionis altioris desideriis: sed dum sub nivibus rigescere sibi videtur; tandem felicitèr radio affulgente cælesti, ipsas nives in rorem copiosissimum cælestium consolationum resolutas persentit in tantùm; ut ex redundantia earum in anima, redundent etiam quandoq; in corpus. Alterum venari placet Typum animarum desolatarum in Ruth, quæ Nurus & socia fuit Nòémi. Hæc ipsa, etsi pulcherrima esset; *Nòémi* enim ideo vocabatur, amaram tamen se vocari petijt: *Ne vocetis* (inquit) *me Nòémi, id est pulchram, sed vocate me Mara, id est amaram, quia amaritudine valdè replevit me Omnipotens. Ruth:* 1. idq; triplici ex causa: partim mortis videlicet mariti sui, & penurioſæ paupertatis, Nuruumq; suarum, quarum vna erat Ruth, non minus quoq; amara & tristis, ut ipsa Nòémi: quia plane vtriq; eadem causa mæroris. præterea compatiens Socrui suæ; quo non minùs afflictabatur, quàm premeretur paupertate adeò; ut spicis post terga metentium per agros collectis, famem tam suam; quam annosæ iam Socrûs suæ pellere cogeretur: & quamvis à Domino cuiusdam agri, qui erat nobilis, stirpis olim Davidicæ, Booz dictus, tantisper consolata fuerit, dimissaq; liberè per agrum ad colligendum, atq; mensæ servorum adiuncta; sed tamen hæc acetosa fuit, ideo fortè non adeò sapida. *Quando hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto* inquit ad eam Booz. Nihilominus tandem, dum mulieris constantem deprehendisset vir ille virtutem; eam in vxorem suam assumpsit, & ex illa genuit Obed, avum ipsius Jesu Christi. Porro *ap. Blanc: in Psal: 118. v. 81.* Booz significat *fortem* seu omnipotentem, ipsum scil: Deum; Ruth verò, quia *currens* dicitur, animam benè denotat viatoris peregrinantem in carne, illam præsertim, quæ in agro Cælestis Booz, scil: obsequio Dei mancipata, spicas meritorum colligit sui suorumq; pro alimento. Contingit quidem aliquibus Christi messoribus dum fideliter laborant circa animas in ipsius agro, tum profectu virtutum, tum salutis proximorum in Confessionibus, Concionibus, ac similibus ministerio, bonâ & opiparâ consolationum Divinarum eos refici à cæsti Booz portione: feliciter illis succedunt omnia, gustantq; quotidiè, quàm suaue sit servire Domino, a quorumue scrupulorum, ariditatum, miseriis liberi & immunes. Cæterùm aliæ sunt animæ quas cælestis Booz non vulgari perfectionis destinavit gradui: & has plerumq; amaræ associavit socrui, id est ærumnosæ præ ariditatibus, scrupulis, desolationibus, addicit vitæ: tales quamvis sustententur sufficienti, gratiæ Divinæ, ut non fame occumbant, portione; tamen buccella hæc intingitur in aceto, dum brevi succedit anxietas, desipit oratio, acidæ mentem perurgent cogitationes, & acre condimentum lacrymas quandoq; miseris extorquet: sed siste cum Ruth lacrymas, o miserè desolata anima: genium æterni Booz cognosce: quia quas thalamo suo ille disponit specialiter socias; sociari primò vult eas amaræ Nòémi: nec priùs sublimioris contemplationis & cælestium consolationum dignatur eas poculo; quàm de calice aceti, vel amaræ potionis deguſtent.

Mons Hermon, typus aridæ, scrupulosæ animæ cur?

Ruth, Figura pulchra desolatarũ animarũ.

DEUS, in Booz figuratus.

Deus aliquos respicit consolationibus alios aridos relinquit, maiori eorũ bono.

Consolatur aridi scrupulosi.

Probatur Historicè.

Dum exemplis rem comprobare intendo; inter plura, primùm se offert in S. Catharina Senensi, quæ etsi intimè familia-

279.

familiaris Christo, qui ei visibiliter ap parebat, fuerit; nihilominùs hanc castissimam Virginem stygiæ commisit Deus luctæ, fædisq; adeo permisit impugnari phantasmatibus; ut eas ipsâ mortê magis horreret. Deinde de S. Magdalena de Pazzis, Breviariû refert, quòd antequam cælestium extasium rore perfusa fuisset, longum certamen cum principibus tenebrarum subire debuerit arida, desolata, ab omnibus derelicta, tentationibus vexata. Principatum inter has meretur habere S. Teresia a JESU, Mater Seraphica: quæ in tantùm abundavit copiâ gratiarum & consolationum; ut interdum exclamans peteret, beneficiis in se Divinis modum imponi: sed quas, & quàmdiu in anteceſſum passa fuerit ariditatum anxietates, notavit idem Breviarium, dum ait: *Per duodeviginti annos gravissimis morbis, & variis tentationibus vexata, constantissimè meruit in castris Christiana pœnitentiæ, nullo refecta pabulo cælestium earum consolationum, quibus solet etiam in terris sanctitas abundare.* Confirmatur ex antiquioribus monumentis visione illâ, quam habuisse legitur, *apud specul: Exem: tit: de tribul:* quædam devota Mulier audiens aliquando Missam: conspexit enim post eleuationem SS. Hostiæ, tres Moniales ad altare flectentes & ad eas pulcherrimum puerum (JESUS hic erat) de Altari currentem, qui primam quidem amorosè amplexatus est, & desuaviavit: secundam blandis oculis remoto velo aspexit: tertiam verò pugnis percussit, & pedibus trusit, & hæc summâ anxietate & desolatione Spiritûs afflictabatur, atq; sic ad Altare iterum rediit. Cùm verò Matrona factum summoperè mirata, causam istius rogasset; audit primam Monialem in proposito valdè nutare, statimq; ad seculum redituram, nisi consolationibus cælestibus in proposito firmata fuisset. Alteram constantiorem esse & contentam, modo aliquid saporis cælestis interdum degustare concedatur. Tertiam demum, adeò in amore Dei firmam esse; ut nullis se adversitatibus ab eo separari sinat: & hanc sibi ex omnibus illis tribus gratissimam esse, roreq; gratiarum copiosiùs replendam. Hinc iam constat vellera (scil: animas) destinata Purpuræ Regiæ, Spiritûs S. speciali rore non madere, nisi priùs ariditatum, desolationum deficcentur ab æstu.

S. Teresiæ, Magdalenæ Pazziæ ariditates spirituales.

Moniales tres, diversimodè a Christo tractari visæ.

PARS II.

SS. DEIPARA, Gossypium Spiritûs S.

PRænotandum ex Calepino, GOSSYPIUM nihil aliud esse, nisi quoddam subtilissimum velleris aut lanæ genus, quod in summitate cuiusdam fruticis enascitur, & hoc cæteris omnibus lanificii ac texturæ nobiliorem materiam exhibet. De quo sic Plinius l. 19. c. 1. *Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem GOSSYPION vocant, alii, Xilon, cuius exteriore bombyce lanugo netur. Nec sunt vlla ea in candore*, mollitieq; præferenda. Imò legisse me, memini, typumq; vidisse cuiusdam arbusti, qui in Tartaria magna crescit: hic pariter in summitate, loco fructûs progignit Figuram Agni, qui tanquam vivus vellere suo tondetur, indeq; GOSSYPIUM habetur. Quod ipsum mirum in modum iuvabit Allegoriam prænominati illius Doctoris, qui MARIAM appellavit GOSSYPIUM Spiritus S. Si quis autem Gentis nostræ vulgari sermone venustiùs expliçare hoc voluerit, dicat: Kuno Duchá Przénaswietszego. 280.

Probatur Scripturaliter.

Hæc nova GOSSYPIJ species, a genere suo, vel potiùs a Figura, scil: a prodigioso Gedeonis vellere, aliqua adminicula commendationis suæ communicare sibi debet, nimirum B.V. MARIA: & primùm a plenitudine cælestis irrorationis. Sic enim de illo vellere legitur in Scriptura *Iud. 6. De nocte consurgens* (Gedeon) *expresso vellere, concham rore replevit.* Quo pulchrè denotatur inassequibilis quædam capacitas, seu receptibilitas B.V. MARIÆ respectu Spiritûs S. & gratiarum eius: de quarum superabundantia deriuat quoque delicatissimum GOSSYPIUM vestis scapularianæ. Componamus adinvicem duos textus Scripturæ, primùm illum de vaticinio Isaiæ c. 11. *Egredietur Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini.* Ex consensu orthodoxorum Patrum, Virga, Virgo 281. Judic: *MARIA ingentis capacitatis ad Spiritûs S. dona.*

Isa: VIRGO Beata est, flos eius Filius, JESUS, ideo Nazarenus, scil: *floridus* dictus. O quàm perbellè hoc primum favet Allegoriæ nostræ: nam (ut deduximus, GOSSYPIUM de frutice radicata nascitur, quæ interdum Agnũ tonsilem progignit) nonne simile de MARIA *Ambr. s.* 2. de Nativ: Dom. dixit: *MARIA est velus, de cuius molli sinu egressus est, qui & ipse Matris lanificium, hoc est carnem gestans, molli vellere cunctorum operit vulnera populorum.* Sed iam occurrit verbis Prophetæ Gabriel, qui sine velamine metaphoræ loquens, & animatam istam virgam alloquens ait: *Spiritus S. superveniet in Te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Evangelicus ille Propheta non super Virgam, sed super florem, Spiritum S. venturum dixit; Angelus nil de flore, sed virgam virginẽq; Spiritu S. obumbrandam affirmat. Cur ita? An quia flos obumbrari non potest, nisi obumbretur & Virga? An quia talem habet Mater identitatem cum Filio; ut quod de illa dicatur, idem quoq; dictum, de illo intelligatur, & quod affirmatur de Filio, de Matre quoq; affirmari queat? Ita sanè tenendum putat *Novar: Vmb. n.* 179. *& Vega: n.* 1478. Ex quo tacitè prodit se eximia superabundantis roris Spiritûs S. ni mirùm gratiarum magnitudo in MARIA, quæ quodammodo assimillari videtur plenitudini gratiarum Filii sui. Quod ipsum ex verbis Gabrielis eruit devotissimus *Idiota*, dum ita alloquitur Virginem. *Nemo est aqualis Tibi, nemo major Te, nisi solus DEVS, quia Spiritus S. superueniens in Te, & virtus Altissimi obumbrans Tibi, quæ eras omnium virtutum ornamento prædecorata.* Inde est, quòd non desint illi, qui ap. *Vegam n.* 1166. absolutè attribuant infinitatem gratiæ in MARIA, suffulti sententiis PP. vti Epiph: in orat: de Laud: V. ubi ait: *Gratia S. Virginis est immensa.* S. Anselmi *Immensitatem gratiæ Tuæ & gloriæ considerare cupienti o Virgo, sensus deficit, lingua fatiscit.* Imò & S. Bonav: in eundem scopum tendere videtur, dum taliter dogmatizat, in spec. c. 5. *Immensa fuit* (inquit) *gratia, quâ fuit Virgo plena, immensum enim vas non potest esse plenum, nisi immensum sit illud quo plenum est &c: Tu ergo immensissima MARIA capacior es Cælo.* Tandem concludit. *Opportuit ergo ut illa gratia, qua tantam implere potuit capacitatem, esset immensa.* Quia tamen adest opposita probabilior sententia D. Thomæ & Scoti, quod id, rigorosè capiendo rationem infiniti, dici non possit, ex ratione implicantiæ infiniti creati Cathegorematici; securè gratiam B. V. MARIÆ immensam dicendam esse volunt vnanimiter Theologi in hoc sensu, ut maior sit omni gratiâ, etiam collectiuè sumptâ, cuicunq; creaturæ communicatâ: & talis, ut in iis, aut nequeat major esse, aut saltim non sit cuiquam impertita. Mitto cæteros, vnicum adduco Bernardum, qui proximè nostram tangens allegoriam ita loquitur ser: *de Aquæ d: Cælesti rore aream rigaturus, totum vellus priùs infudit. Redempturus genus humanum, pretium vniversum contulit in MARIAM.* Acsi diceret, id omne, quod Christus universo hominum generi & (si placet) Angelorum, promeruit extra B. Virginem, totum vni Genitrici dilargitus est adeo; ut cumulus gratiarum B. Virgini per Christi merita exhibitus, cæterorum hominum lucra gratiarum, non solùm exæquaret; sed longè etiam superaret. Verùm Ros iste gratiarum in MARIA, Ros montis Hermon est, qui interpretatur consecratus scil: Dei Filio: hic autem, quia superabundans est, descendere dicitur in alios vicinos monticulos Libani, qualis erat mons Sion, & alia pars Libani dicta Carmelus, *Sicut ros Hermon, qui descendit in Montem Sion. Psal:* 132. Ideò enim (ut eam alloquitur) *Rich: Laur.* l. 1. c. 4. *Benè dicta es gratiâ plena, & in tantùm plena, ut ex tua redundantia, totus hauriat mundus.* Sed redundantia hæc gratiarum Roris, quòd abundantiùs derivetur in dilectiorem cæteris montem MARIÆ, Carmelum, cui vellus suum scil: Scapularianæ vestis privilegium obtulit, probat *Ioan: Sylveira in Apolog: Carmel: ad Acta*, ex illo loco *Ierem.* 2. vbi ait Deus: *Induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructus eius.* Quæ sic explicat S. Hieron: *Pro durissimis laboribus itineris, dedi vobis abundantiam omnium rerum, quam significat Carmelus.* Ex his subsumit cit: Author. inquiens: *Cùm ergò peculiariter in Carmelo dominetur Regina Carmeli; ibi sub eius vmbra, omnium fertilis viget pinguedo: amanitatis omnium desiderabilium, ac profluentes cunctarum deliciarum riuuli dimanant.* In singulari, si cupis

MARIA Radix gignens Agnum cũ vellere.

Ambr:

MARIÆ identitas cum Filio, ob quam ad dicitur de vno, dici potest & de altero.

Idiot:

Ansel:

Bonav:

Mariana gratiæ immensitas.

Bern:

MARIA totam complexa est gratiam.

MARIA ros Hermon descendens in Carmel: Scapulare.

Rich. Laur.

Ier.

Hieron:

Scapularianæ gratiæ insinuantur.

cupis Roris huius Carmelitani guttas, seu privilegia vestis Scapularianæ nosse; ne actum iterum agam, remitto te ad supra dicta. *tit: Custodia & Fontes Carmeli,* & ad ulterius infra dicenda: Nam properandum est ad Tincturam & texturam huius præstantissimi velleris, seu GOSSYPII Spiritûs S.

Probatur Figuraliter.

282. Ad ornamentum mirifici illius tabernaculi, vestiumq; Sacerdotalium, sicut & altaris cultum, plurimum deservisse Mulieres quasdam lanificii peritissimas, testatur: S. textus; *Sed & Mulieres doctæ quæ neuerant, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum byssum.* quod idem est ac candidissimum GOSSYPIUM, seu xilinum. *Exod.* 35. Si operationes Patris æterni & Spiritus S. quibus Tabernaculum Dei, hoc est Corpus assumendum per Incarnationem a Filio, condignè aptabatur, considerentur; nil implicat quin dicatur in aliquo sensu, illas mulieres peritissimas in tingenda, contorquendaq; byssо, figuram præcessisse huius mysterii. Byssum autem, in qua operata est SSS. TRINITAS in Incarnatione, intelligit S. Joan: Damasc: orat: 4. de Nativ: B. V. ipsam Deiparam MARIAM. *Byssus inquit retorta, est MARIA, altâ nimirum Sanctorum mente circumvolvens, nullâq; molitie contrariis illecebris cedens.* Porro byssus hæc a varietate tinctura commendatissima habetur. Primùm ex tinctura Regali: ita etenim Incarnationem Filii Dei describens idem S. Doctor ait: *Vestem verè divinitùs contextam, hoc est carnem nostram induit, nempe VERBVM Divinum: quam ex immaculatissimis ac Virgineis sanguinibus tinctam in spiritu Regio tanquam conchylium efformavit, ac veluti Regiam purpuram exhibens, massam nostram induit.* Similiter & *Alcinus.* ap. Escob: n. 1265. *Ita Spiritus S. superveniens in B. Virginem, & virtus Altissimi obumbravit eam, ut Lana foret divinitate purpurata, solummodo æterno Imperatore digna.* Obseruat & alias huius Byssi tincturas *Rich: Laur. l.* 12. *tit: Lana:* dum purpureum eius colorem multipliciter explicat. Primùm tincta est ex candidissima in rubeam, dum ad visionem Gabrielis verecundiâ superfusa creditur ex illis verbis: *Turbata est in sermone eius.* Deinde in Incarnatione, ut dictum iam: sed expe-

Patet æternum textor Incarnationis.

MARIA Byssus retorta.

Joan Damasc:

MARIA Lana, multiplicitinctura.

Alcuin:

A

B

C

D

dit dare aures etiam S. Hieron, loquenti apud Richard: *Ad MARIAM dum accessisset Spiritus S. quasi ipsa eademq; lana cùm inficitur sanguine muricis, vel conchylii, vertitur in purpuram, versa est & ipsa sine viro in Matrem: ut iam non sit ipsa ad modum, quo fuerat, sed purpura verissima ad indumentum summi Regis divinitùs aptissimè dedicata, ut nulli deinceps eâ vti fæmineo vsu liceat, nisi Deo.* Tandem tincta est de candido in rubeum per martyrium in Filii sui passione, habitâ tincturâ abundanti de quinq; vulneribus Filii sui: vnde *Cant. 7. Capilli eius.* scil: cogitationes, dicuntur, *Sicut Purpura Regis vincta canalibus.* Addere liceat gratiam Scapularianæ vestis, novissimam huius GOSSYPII seu Byssi tincturam, nimirum ex rubeo in hyacinthinum huic confraternitati quasi congenitam & dedicatam, tunc, quando ex superabundanti in Almum Ordinem Carmelitanum charitate, (quam designari per colorem cocci seu purpuræ vult S. Gregor. hom: 16. in Ezech:) veste hâc ceruleâ Scapularii, novos confratres eorum donavit, atq; simul novi lanificii atq; texturæ nobilem subministravit materiam in ministerium Tabernaculi, id est Ecclesiæ, modum scil: cultumq; specialem laudandi se, Filiumq; suum, fideles edocendo animas: Huius etenim devotissimi lanificii ministeria explicando cit: Richard. sic ait: *Hanc Lanam scil: MARIAM pectunt bonæ ancillæ & carpinant, id est dilatant laudes eius & gloriam, scil: fideles animæ. Nent subtiles prædicatores: texunt prolixæ orationes.* Et Hoc specialiter competere dignoscitur Confratribus SS. Scapularis, qui tum pectunt, carpinant Byssum MARIÆ; dum carnem suam abstinentiâ a carnibus semel in hebdomada, in gratiam MARIÆ mortificant. Nent verò dum decantant vel recitant devotè Horas, officium eius, vel coronam: tingunt in varios colores, dum orationes suas recogitatione variorum mysteriorum vitæ Salvatoris & MARIÆ condiunt: ac demum Byssum texunt imò contorquent, dum multoties dulcissimum Angelicæ salutationis melos repetunt. Atq; sic ministerii sui nouam promerentur mercedem à MARIA: cum enim domestici eius vestiti esse dicantur duplicibus *Prov: 31.* eadem lana, quæ trabea Filii Dei facta est, cultori-

Hieron.

Scapularis nova tinctura gratiarũ donatum vellus.

Rich: Laur:

Scapulariani fratres carpinant, nent, tum Byssum Mariæ suæ devotionibus.

cultoribus quoq; suis tribuit se in vestimentum ob specialis protectionis gratiam. Quod utrumq; amplius constabilire volo aliorum Patrum authoritate, ut pateat, quid sentiant de hoc Spiritûs S. GOSSYPIO seu lana, ac vestimento.

Probatur Doctoraliter.

283. S. Ansel: in Psalt: MARIÆ p. 2. ait: *Vellus puritatis est MARIA, in quo Deus majestatis inundans tanquam pluvia distillavit in gratia.* S. Hieron: de Assumpt. *Vellus est Virgineum, in quod cælestis imber placido se infudit illapsu.* S. Alber: M. in Bibl: min: quiq: 2. *Vellus est roris divini, quod per invocationem & per devotam salutationem expressum, concham cordis, rore gratiæ implet.* Andr. Creten: orat. 3. de dorm. *Vestis sine macula ovis pariter & Pastoris scil: hominis & Christi.* Hugo Card: *Vestis suis, est MARIA.* S. Ambros: ser. 2. de Nativ. *Vellus, de cuius fructu salutaria populis vestimenta texuntur.* Et communissimè à pluribus scil. S. Eprem: Bonav: Hieron: Ernesto, & aliis. *Vellus clari Gedeonis nominatur MARIA.*

Ansel: Hieron: Albert: Andr: Creten: Hugo. Ambros:

Probatur Miraculosè

284. Hinc datur occasio, ex illa circumstantia velleris Gedeonis, quod victoriæ de Madianitis symbolum fuit, speciale aliquid de vellere Scapulariano eruendi: nimirùm vestem hanc Sacram, nedum contra hostes animæ, de quo iam supra alibi dictum; sed etiam contra hostes Fidei vel Patriæ, victoriæ tesseram esse, quod ipsum pluribus miraculis comprobatum manet. Decantata habetur illa miraculosa liberatio ab hostium obsidione Civitatis Tornacum dictæ A. D. 1340. quæ in Basilica Deiparæ gaudet speciali reliquia Pallii B. V. MARIÆ: Hæc ergo Civitas dum ad extremas angustias esset redacta; clerus populusq; suis diffidens viribus, lacrymarum imbre perfusi, claues vrbis ad illam Ædem sacram Deiparæ detulêre, defensionem Civitatis pientissimæ ac potentissimæ matri suæ committendo: interea per muros circumfertur illud sacrum vestimenti vellus: nocte igitur insequenti tantus timor hostes invasit; ut spoliis dimissis fugam omnes dederint, dantes tamen paulo post, pœnas scelerum, utpote pestifero ardenti igne inflammati: ast admirabilem ad ædem Deiparæ, visibiliter & illi hostes ab eadem opem receperunt: omnes enim redditi (pallio illo Virginis ignes extinguente) pristinæ sanitati P. *Neremb: l. 1. c. 9. troph mar.* Simile beneficium recensет, quod expertus est Christianus Dux copiarum Reguli cuiusdam in Indiis orientalibus de quo *Boxius l. 9. de fig. Eccl.* qui dum inibi fides Christiana propagaretur, nō aliter procedebat contra hostes, nisi per modum Scapularis gestando in pectore imaginem B. MARIÆ, ac protinus semper hostes victoriosè fugabat, virginis adiutorio. Vnde ortâ aliquando dissensione, num Deorum Indicorum, an MARIÆ Imago præstantior foret, conuentionem pactumq; inêre, ut in lata planitie duo iuvenes, brachiis hinc inde post terga ligatis, arctissimè constringerentur, & duo quidem sub nomine MARIÆ: ex alia parte duo sub nomine Indicorū Deorum: & quorū manus spontè soluerentur; illi essent victores. Res vtriq; acceptata, ac continuò, innumeris spectantibus, inclamante Regulo *Aue Maria*; adstitit Matrona mirabili maiestate, quæ suis appropinquans, virgaq; manûs suæ tangens, eosdem exsolvit: vinculaq; novo prodigio, se ad alios duos ex adverso positos, devinciendos, continuò contulerunt: renovatum iterum certamen, & ubiq, promulgatum, plurimos convertit ad Fidem. Historiæ demum Græcorum produnt Alexium Comænum, qui frequentes cum barbaris Scythis circa Constantinopolim grassantibus habebat velitationes, ope deportati in manibus Labari ex Pallio Beatissimæ, persæpè de hostibus triumphasse, semel præcipuè, dum a tribus fortissimis interceptus, tribus propriâ manu trucidatis, sub Mariani velleris tutamine & patrocinio liber evasit. Hinc ingeniosè satis, *Ioan: Sylveira in Apolog: Carmel: ad Acta.* applicasse videtur huic Scapulariano privilegio, illum triumphalem fornicem, aliàs, (ut explicat Lyranus) arcum, quem post devictos Madianitas Rex Israel, Saul erexisse legitur, non alibi, nisi in monte Carmeli, non verò in monte Libani vel Thabor, qui longè nobiliores eminentioresq; fuêre aliis montibus Palestinæ *Nuntiatum est* (habet textus) *Samueli quòd venisset Saul in Carmelum & erexisset sibi fornicem triumphalem.* 1. Reg. 15. Sic etenim præfatus

Vestis Mariæ Tornacum defendit, & patrat miracula.

Dux semper victor in scapulis portās Imaginē Mariæ.

MARIA miraculose exsolvit vinctos.

Vestis Mariæ pro vexillo vsus. Alexius victor contra barbaros.

Reg.

fatus Commentator fatur. *Per hoc speciatim designatur, ac fulget Regina Carmeli, & inde aptior præ omnibus erat mons Carmeli ad triumphum, nam sub vmbra* (& pallio) *huius supremæ Reginæ, máximè trophæa ac victoria de inimicis reportantur, & gloriosè triumphatur.*

Probatur Historicè.

285. Curiosorum in naturalium indagatione Historiæ referunt, inveniri quandam velleris seu lanæ speciem, quæ ex contusis vel facilè friabilibus nonnullis lapidibus carpinatur: qualem asserunt esse lapidem, qui *Amiantus* dicitur: & fortè idem est, cum *Asbesto*, qui nascitur in Hungaria, & circa Gnesnam in Polonia (quod ab incolis locorum habeo.) Ex qua materia, ope lanificii, confectæ peciæ & vestimenta, loco ablutionis, igni injecta, a sordibus purgantur, nec tamen læduntur ab illo, imò candidiora prodeunt: quod & experientiâ probatum habeo in aliquibus foliis, seu particulis talium. Opportunè satis hinc illustrari potest Sabbathiuum illud animarum Purgatorii, ex ratione velleris Scapulariani, privilegium: occurrit etenim mihi opportunè *Trithem. l. 1. de mir: B.V. in vrticeto c. 6. ap. Polyan: Mar.* qui *Amiantum* lapidem, symbolum esse Beatiss: Virginis asseuerat, ad qualitates naturales huius lapidis, alludendo: mihi protunc sufficiat illa, quam etiam *S. Basil:* tetigit, *hom: de Ieiun:* quod scil: integer & purus ex igne egrediatur: quod ipsum denotat vestem hanc Amiantinam, vel Asbesteam MARIÆ, (Scapulare scil:) ex eo quoq; commendabilem esse; quòd interventu MARIÆ, Confratrum cultorumq; huius vestis, animæ, citiùs & faciliùs piaculari igne eluantur. Nec mirum, si etenim Saraballas seu vestimenta trium puerorum Babylonicæ fornacis flamma *Dan. 3.* nec minimùm læsisse inuenitur; nam vellus illud contactu corporis castissimorum iuvenum sacratum habebatur: & quomodo castissimæ Matris & Virginis, longè sacratius Scapularianum vellus, vltrices à sibi devotis animabus flammas non arceret?

Vestimenta texta, de quorũdam lapidum materia igne non consumũtur.

MARIÆ symbolũ, lapis amiantus.

Saraballa trium puerorũ metuit ignis, ob

sanctimoniam castitatis.

Epilogus.

COmmendatur plurimùm ex herili pietate & cura, illa Anna, Vxor Tobiæ, quod ex quotidiano lanificii opere, totam sustentaret familiam, afflictam nimiùm, Heri sui cæcitate: de quo sic textus Sacer *Tob: 2. Anna verò Vxor eius, ibat ad opus textrinum quotidie, & de labore manuum suarum victum, quem consequi poterat, deferebat. Vnde factum est, ut hædum caprarum accipiens detulisset domi.* Iam supra ex *Rich:* Textrices dixi, cultores MARIÆ: texturam verò orationes: & præsertim quas repetendo Confraternitas per *Aue*, quasi Byssum contortam vestimentis laudum JESU & MARIÆ, studiosè coaptat. O felices Textrices, has animas! o beatos digitos! qui hoc quotidie Marianum laudis apprehendunt gyrantq; fusum, & GOSSYPII huius lanam pectunt, & carpinant, mysteriorum vitæ CHRISTI & MARIÆ rememoratione: En vobis præsto Hera vestra, simulq; Auctrix & materia Sacratissimi huius lanificii Anna, (quod dicitur Gratia) id est MARIA, gratiâ plena; ut victum vobis provideat: imò ut omnium necessitatum vestrarum quo ad Spiritum & corpus, curam & opitulationem maternam gerat. Tandem offert vobis in mercedem, tenerrimum hædulum, imò Agnellum illum, qui tollit peccata mundi: qui dum in Cruce balavit cum clamore valido, & lacrymis, orando; a Cælesti Tobia, Patre videlicet æterno, exauditus est (testante Paulo) pro sua reverentia, adeo; ut benedixerit ei Tobias ille æternus. Gaudete ergo: vellus eius habetis ut calefiamini: pretiosum Sanguinem carnemq; eius in Eucharistia tenetis; ut hìc, sanctiùs cæteris, & in æterna beatitudine gloriosiùs vivatis.

286. Tob:

Scapularianorum fratrum felicitas.

AMEN.



GVBERNATRIX dexteræ Altiſsimi.

SS. DEIPARA.

Pro Aſſupt: B. V. M.

MARIA optimam partem elegit. Luc: 10.

287. OPtimam partem MARIÆ commendaturus, ne in ore noſtro laus Mariana nutet; a Magno Auguſtino, qui columen Eccleſiæ dicitur, rei in fundamentis benè ſtabiliendæ, ſubſidia expetenda ſtatui. A. A. Huius ego authoritatem præmitto in illa verba Salvatoris ad diſcipulos: *Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Ioan: 16. *Gaudium* (inquit) *quod nunquam auferetur a nobis, ſignat in eo Dominus, quod ait: Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Cuius gaudii ſimilitudinem præſignabat MARIA ſedens ad pedes Domini, & intenta in verbũ eius, quieta ſcil: ab omni actione, & intenta in veritatem, ſecundùm quendam modum, cuius capax eſt iſta vita, quo tamen præfiguraret illud, quod futurum eſt in æternum.* Ex quibus verbis colligere eſt, hanc optimam partem, de qua loquitur CHRISTUS, excellentiori quodam modo connotare beatitudinem, ſeu gaudium æternum. Huius ergo gaudii optima pars, noſtræ MARIÆ contigit, dum hodie in cœlos aſſumpta, Spiritu atq; corpore, gloriæ cæleſtis pelago immergitur. Illud premere placeat, *Optimam partem elegit.* Ipſane eligit ſibi gloriam, ad quam cuncti electi eſſe prædicamur? *Elegit vos DEVS in ſalutem.* Theſſ: 2. *Elegit nobis hæreditatem ſuam.* Pſal: 46. Reſpondeo, ſibi Mariam elegiſſe gloriam, dum meritis illam comparavit. Sed nonne cuncti, hoc modo elegiſſe nobis gloriam, poſſumus prædicari? Certè (ait Eſcob: de Aſſum:) *MARIÆ a DEO data eſt gratia, tam ineffabilis, quòd poſſet, quidquid vellet gloriæ, ſibi eligere, meritu etiam implere, vt veridicè diceretur, MARIA optimam partem elegit.* Annuit huic Bern: dum ait: *Quia ſtatus gloriæ B. Virgini honorabilior datus eſt; ideo antè ei collatum copioſiſſimum gratiæ donum, vnde hunc ſublimem ſtatum meruit poſſet, ac ſibi eligere, ſicut vellet. Proinde volens Salvator exprimere talem dignitatem, etiam ex merito ſuo potiùs, inquit. Elegit ſibi MARIA.* Quodſi ita eſt, totam gloriam hodiernæ Aſſumptæ, ex electione eiuſdem fuiſſe; ergo & locus, (quem in cæleſtibus, a dextris Altiſſimi obtinuiſſe, a Rege Pſalmiſta enarratur: *Aſtitit Regina a dextris tuis.* Pſal: 44.) ex electione illiuſmet contigiſſe ipſi credendus eſt. O longè feliciorem MAriam Berſabeâ Matre Salomonis! Poſuiſſe legitur Salomon Matri ſuæ thronum a dextris; MARIÆ verò conceſſum eligere, ut ſtaret à dextris, magno ſanè myſteriorum arcano, ut ſcil: tantò clariùs emicaret nedum dignitas, ſed & magnifica pietas MARIÆ. GUBERNATRICEM ad animarum ſalutem olim appellavit B.V. MARIAM *Ioann: Damaſc: in Parad: B.V.M.* Et quando accommodatiùs ſic nominanda? niſi nunc dum conſtituta a dextris Altiſſimi, a cuius manu pendent univerſa, noſtræ ſalutis cauſâ, nam miniſterii officio & titulo honoratur, GUBERNATRIX dexteræ Altiſſimi facta: ex cuius tituli novitate veſtigare conabor tam ſublimitatem, quam pietatem in nos Aſſumptæ: præmittamq; morale, de infelici ſtatu animæ, dum avertit DEUS dexteram ſuam ab illa. Novæ Gubernatrici Cælorum nos quoq; interim homagium ſolvamus breve.

MARIÆ ſpecialiter datum, ſibi eligere portionem beatitudinis quomodo.

Bern:

MARIA ſedens ad pedes, beatitudinẽ cæleſtem ſignabat.

MARIÆ locum in cælo elegit ſibi a dextris Dei. quare?

MARIA Gubernatrix Dexteræ Dei.

Dextræ eius, quæ Donatrix
Eſt omnium, Gubernátrix
Eam quæſo ſic guberna,
Vt donemur ſpe æterna.

PARS I.

Extremum animæ malum a manu deferi Dei.

288. MAnum DEI non aliam hîc cogitare oportet, niſi illam, quam in Spi-

in Spiritu contẽplatus Rex Propheta ait,
Pſal: *Pſal.* 103. ℣. 27. *Aperiente Te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.* Quæ verba perpendens S. Auguſt, ita proſequitur ſuâ Paraphraſi ſermonem Davidicum ad Deum. *Quid eſt o Domine? aperis*
Aug: *manum tuam &c: Manus tua Chriſtus eſt, & brachium Domini confortatum eſt: cui revelatur, illi aperitur. Aperiente autem Te*
Chriſtus, manus Dei quo sẽſu. *Chriſtum tuum, omnia implebuntur bonitate, non autem a ſe habent bonitatem.* Quo videtur Chriſtum, inquantùm eſt author gratiæ tam habitualis quam actualis, (quæ niſi cooperetur homini, nihil ille ſalutaritèr operari poteſt) manum Dei hîc appellari: vnde ille noſter extaticus Ægidius diſputando cum quodam inſigni Theologo de auxiliis Dei inclamaverat dicens: *Manus ſine manu, Manus ſine manu, nihil poteſt:* id eſt, humana voluntas abſq; gratia Divina: Manus autem hæc, ſcil: utraq; gratia Dei quòd interdum deſerat hominem, & quomodo, quantoq, eius infortunio, iam videamus.

Dei manus, gratia ipſius.

Probatur Scripturaliter.

289 Eodem penitùs inſtanti, quo homo peccatum mortale, opereue, oreue, aut cogitatione committit, animam eius à manu Dei, gratiâ ſcil: ſanctificante, deleri, adeo apud orthodoxos in confeſſo eſt; ut nullius fidelis ſit, qui diſſentiat. Deſertionis autem huius cauſa fontalis, quia fortè ſimplicioribus ignota; proinde comprobare expedit, non vitio manûs DEI deſerentis; ſed animæ peccatricis, quæ deſeritur, id contingere. De quo *Conc: Trid: ſeſ. 6. c. 11.* Sacroſanctum etiam ſub anathemate edidit tale Dogma. *Nunquam Deus deſerit hominem, niſi priùs deſeratur ab homine.* Quod benè conſtat ex illis Salvatoris, ad obſtinatos Phariſæos, verbis: *Ioan: 8. Quò ego vado, vos non poteſtis venire?* Quæ verba Chriſti taliter explicat. *Lobettius. fer. 2. Hebd: 2dæ. Quo ego vado, vos non poteſtis venire,* non poteſtis enimverò, quia non vultis. *Ego quidem vado.* hoc eſt, vos deſero; ſed quia vos ipſi me deſeruiſtis priùs. Subminiſtrat veteris teſtamenti Scriptura, eiuſdem dogmatis probationes per exempla: primùm quidem in Aſa Rege, & populo Judæorum univerſo: ad quem ſic Propheta Azarias, ipſo DEI iuſſu & mandato: *Audite Aſa, & omnis Iuda, & Beniamin: Dominus vobiſcum, quia vos fuiſtis cum eo. Si quæſieritis eum, invenietis, ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.* 2. Paralip. 15. 2. Quod ipſum oſtenſum aliquando voluit Moyſes, toti Judæorum populo: cùm etenim eò ſeſe perfidiæ inclinaſſet; ut pronus accideret vitulo aureo, eumq; ſupplex adoraret, deſcendens a monte Moyſes. *Tulit tabernaculum, & tetendit extra caſtra procul.* Exod: 33. 7. Profectò tabernaculum illud erat velut ſedes Dei in quo tanquam præſens erat ſpecialiter in medio populi; ubi verò hic peccavit, ficq; à DEO ſuo abiit ad Deos alienos, non greſſu corporis, ſed mentis inſaniâ; tum quoq; abiiſſe ab illo Deum, ſignabatur tabernaculi illius trãſmigratione, nunquam aliàs receſſurus a populo, niſi priùs populus receſſiſſet ab illo. Imò ab altioribus ſæculis, huius argumenti petiit S. Auguſt: comprobationem: dum pro ea, quâ ſolet eſſe perſpicacis mentis, ſolertiâ, excitat huiuſmodi quæſtionem: vter priùs alterum deſerat: DEUSne peccatorẽ an peccator Deum? l. 13. de Ciu: 15. eamq; reſolvit in primo Parente noſtro, ſic ſcribens: *Quod Adam peccans priùs reliquerit Deum, quàm relinqueretur à DEO. In eo enim, quod ait: quâ die comederitis ex illo, morte morieminì: tanquam diceret: quâ die me deſeruerit is per inobedientiam; deſeram vos per iuſtitiam. Et ad malum Adæ, prior fuit voluntas eius; ad bonum verò eius, prior voluntas creatoris.* Conſentit S. Auguſtino S. Bernard. in medit: c. 7. dum ait de DEO T: O: M: *Fidelis ſocius eſt, nec deſerit ſperantes in ſe, niſi ipſe prior deſeratur.* Sed dum loquimur de deſertione animæ quoad gratiam habitualem; delabi deberet diſcurſus noſter etiam quoad gratiam actualem, ſeu auxilia DEI: an ſcil: aliquando deueniat ad talem ſtatum peccator multiplicando peccata, præſertim per recidivationem, ut manus DEI totaliter eum deſerat? id eſt, an DEUS gratias ſuas deinceps illi deneget? Et hoc certè ſi contingat, extremum malnm viatoris dicendum eſſet. De hac re varii variè, non tamen ita; ut conciliari non poſſint. Antiquorum Theologorum, *ap. Lobett. de recid: §. 7.* opinio fuit affirmativa, ob illud S. Auguſt. *Impius cùm vult non poteſt; quia cùm potuit noluit.* Item S. Gregor: 3. P. Paſtor. *Dum opportunè agere, quæ poſſumus, nolumus,*

Deus neminem deſerit, niſi prius ille ab homine deſeratur.

Joan:

Paralip:

Exod:

Moyſes, cur tabernaculum Dei extra caſtra trãſfert peccante populo.

Adam priùs receſſit a Deo, quã Deus ab ipſo.

Auguſt:

Bern:

Impius cũ vult non poteſt: quia ante eum potuit noluit.

Greg: *nolumus; paulò post, cùm volumus, nõ valemus* S.
Isid: Isidor *c.* 15. *Nonnulli ita despiciuntur a Deo; ut non possint mala plangere, etiamsi velint.*
Euseb: S. Euseb: c. 2. *Expectat Deus aliquos ad certum terminum peccatorum, & postea eos deserit.* Quorum opinioni fauet Script: *Isa:* 51. *Curauimus Babylonem. & non est sanata: ideo derelinquamus eam.* Et Joan: 8. *Quæretis me, & in peccato vestro moriemini.* Recentiores Theologi, molliorem, (ne abjiciantur desperatione animi) tuentur sententiam, illi S. Conc: Trid: innitentes Canoni Iess: 6. c. 29. *Si quis dixerit, eum, qui post Baptismum lapsus est, non posse per gratiam resurgere, anathema sit.*

DEUS an finaliter deserat aliquem gratiâ suâ

Nullum excipit hæc resolutio, ne reciB diuum, ne obduratum quidem. Istæ tamen

opiniones diuersæ conciliantur.

opiniones non sunt sibi extremè contrariæ: cùm Antiqui Theologi possint intelligi respectiuè tantùm ad gratias efficaces, quæ tales dicuntur ex præuisione cooperationis humanæ. Recentiores autem de gratia solummode sufficiente ex seipsa. Sed has subtilitates linquo Scholasticis: satis ad meum propositum, quòd, cùm efficacia gratiæ connotet cooperationem voluntatis humanæ; hoc ipsum, quod nonnulli ad eum statum deueniunt, ut illis omnis efficax denegetur gratia, & plenè deserantur a DEO, prouenit C non à DEO, qui paratus est dare, iuxta illud: *Ego sto ad ostium, & pulso*; sed a voluntate peccatoris, quam non cooperaturam, infinitâ sua scientiâ præuidit Deus in Decretis suis absolutis, iu-

Deus dum impune relinquit peccatorẽ, extremũ est malum.

xta Scholæ meæ sententiam: cuius extremi infortunii signum noscitur plerumq; ex eo, quando Deus etiam mapeccatorẽ, num ferientem auertens à peccatore, dimittit eum, ut eat sine ullo obice, in adinuentionibus malorum suorum desideriorum, quod

Probatur Figuraliter.

290. Acritèr redargutum legimus unum ex septem Episcopis, de quadam diD œcesis suæ insolenti nimiùm muliere.

Apoc: *Apoc:* 2. 20. *Habeo aduersus te pauca, quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit Prophetam, docere & seducere meos, fornicari. &c Dedi illi tempus, ut pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere a fornicatione sua.* Quò ad literam, quænam hæc mulier fuerit, linquo curiositatem, significatum potiùs prehendo: & video mulierem illam,

Mulier Apocalyptica, typus.

Figuram fuisse hominum impœnitentium, quibus Deus, cuius velle est, omnes saluos facere, dat tempus & gratias sufficientes ad pœnitendum, & ipsi pœnitere nolunt. Et quam pœnam, illi sceleratissimæ mulieri, comminatam putabimus? confusiones fortè, morbos, tormenta & ignes, hisq; similia? minimè: Lectulus illi delicatus, & mollis in pœnam promittitur cuicitra. *Ecce* (inquit) *mittam eam in lectum* Putat Pannonius cum Andr: Cretensi (ap: Sy :) morbis grauibus percutiendam prædici: sed acutiùs mysterium penetrasse videtur *Primasius cum D. Thom: & Ansberto*, per lectum significari securitatem & impunitatem peccandi, in qua peccator, quasi in molliss̃imo lecto quiescens, ex uno scelere in aliud præcipitatur. *Lectulus* (inquit) *datur intelligi, securitas delinquentium, quam sibi per impunitatem criminum sæpè flagitiosi promittunt, cùm peccantes, experti nõ fuerint præsentis iræ vindictam: & pœnitentiam eatenus negligunt, donec repentinus superueniat eis interitus, à Deo autem in hunc securitatis neglectum dari dicuntur, a quo, latenti quidem non tamen iniusto eius iudicio, deseruntur.* O extremum peccatricis animæ malum, manũ non sentire ferientis Dei. Supplicium suppliciorum est, peccatorem esse sine supplicio. Eleganter S. Aug. ser: 37. de verb: Dom: *Vt nosse, nulla pœna, quanta sit pœna? Dauidem interroga, qui ait Psal: 9. Irritauit Dominum peccator: Quare? Quid vidisti? Vidi peccatorem impunè luxuriantem, & exclamaui, Irritauit Dominum peccator. Quare hoc dixisti? Vide quid sequitur: secundùm magnitudinem iræ suæ non quæret. Ideo nempe nò exquirit, quia multùm irascitur, parcendo cadit, sed iustè cadit.* Hinc est, quod melleus Doctor Bernard: in Cant: s. 42. dum tantisper in deliberando hæsisset, super illa verba. *Isa.* 26. vbi ait Deus: *Misereamur impio, & non discet iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini*, (admiratus nimis, nouum quendã Dei miserandi modum super peccatores, auferendo scil: ab eis meritas pro sceleribus plagas, & ferulam patris flagellantis filios, auertendoq; ab eis manum) miserationis huiusce modum, tãquam extremum animæ exitium arbitratus, talibus verbis deprecatus esse Deum legitur. *Misericordiam* (inquit) *hanc ego nolo, super omnem iram miseratio ista: sepiens mihi vias iustitiæ, volo, irascaris mihi*

impœnitentium.

Impunitas mulieris & prosperitas peccatoris pœna maxima.

Pœna nulla! quãta pœna.

Aug:

Bern:

Pater misericordiarum, sed illa irâ, quâ corrigis deuium, non quâ extrudis de via. Deinde idem S. Doctor, sicuti ulciscentis super peccata nostra Dei manum, peculiare beneficium esse censet, atq; extollit verbis illis Dauidicis. *Psal.* 98 *Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinuentiones eorum*; pariter, dum est homo effrenis, &, licet in peccatis sit, nullâ tamen aduersitatum feritur a Deo plagâ, sed impunè ex vno in aliud labitur peccatum, indeq; exultat in rebus pessimis, repentinæ perditionis, & ruinæ omen infallibile habere, concludit

Psal:

Omen perditionis, peccando nõ puniri.

Probatur Historicè.

291. Testatus est quid tale, quod & ipse spectauit, S. Ambrosius. Hic, cùm per aliquot annos moderasset suam Ecclesiam, Romam proficisci coactus est, quo in itinere, contigit ipsum diuertisse ad hospitium cuiusdam diuitis & omnibus bonis fortunæ cumulati, quod plenumq; comitatur auaritia, quæ ab Apostolo *radix dicitur peccatorum.* Quem cũ vir sanctus fuisset percunctatus, quomodo ei res domestica succederet, in filiis, famulis &c. audiit ab eo, rectè sibi atq; ex animi sententia fluere omnia: illibatam semper fluxisse sanitatem nullâ prorsùs ægritudine temeratam, complures numerare liberos, pollere diuitiis, ac omni bonorum copiâ adeò circumfluere; ut quid esset infelicitas, penitùs ignoraret. Quæ simul dum S. Episcopus audiit, recordatus verborum illorum. *Iob.* 21. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferiora descendunt*; instinctu DEI, exnunc de illa domo abscessurus, comites suos allocutus est hisce: Citò procul fugiamus, imminet enim his ædibus iusti numinis ira, ne fortè & nos deprehensos involuat. Itaq; festinus effugit: neq; procul abierat, cùm ecce tellus ingenti discedens hiatu, domum domesticosq; illos omnes vivos absorpsit. Ex dictis conclude: deseri a manu DEI, siue amplexante per gratiam, siue ab adiuvante per auxilia supernaturalia, siue a feriente, monenteq; per aduersitatum immissiones, extremum id esse malum animæ. Sed mactè animo, etiam quiq; desertissime a manu DEI, desolatissimeq; mortalis? adest hodie noua GUBERNATRIX dexteræ Excelsi, quæ & auersam, iterum ad te conuertet, feri-

Job.

Ambrosius S. cedere cito iubet illâ domo, ubi nulla calamitas, facto cõprobans id.

Desolati animantur.

A entem mitigabit, compressamq; adaperiet manum, DEI, ut impleatur ex ea omne animal benedictione.

PARS II.

SS. DEIPARA Gubernatrix dexteræ Dei.

CÆca illa, simulq; ad nauseam fa 292.
buloſa Ethnicorum Antiquitas, etsi plures sibi adsciuerat Deos; adeò tamen imbelles eos fuisse manibus, credebat; ut, nè forsitan, ipsi cuncta potenti supremo Jovi, in gubernando universo, deficerent manus; nouos quosdam subsidiaros quasi, excogitarit Centimanos Deastros, Briareum & Gygem apud Homerum. Ideo monitum te habere volo (bone Lecto) dum audis, B. V. Mariam, GUBERNATRICEM manûs DEI appellari; ne quid simile cogites de DEO vero, qui ex se æquè potentissimus ac Sapientissimus orbis Gubernator est, fortiter, suauiterq; (ut docet Apostolus) disponens omnia. Quâ de causa etsi benè sciam, quòd *Iacob: de Vorag. Bern: Busten:* & aliqui alii, B. V. MARIAM, manum Dei appellauerint; ego tamen propter pusillos, castigatiori usus termino, nonnisi eam *Gubernatricem manûs Dei*, dixi, ut tantò faciliùs enarrare possim præcipua magnalia, quibus, non ex sui indigentia, sed honoris ergò Virginis, simulq; commodo nostro, dignatus est Altissimus hodie Assumptam, per hoc ipsum, quando eam adstare, seu assistere Dexteræ suæ voluit. Mysteria huius stationis iam depromo.

Centimani, subsidiarii falsorum deorum.

MARIA manus Dei.

Probatur Scripturaliter.

Primum itaq; Assumptæ V. priuile- 293.
gium est, quòd per hoc ipsum, dum astitisse a dextris Regis dicitur; gloriæ huius Gubernatricis immensa magnitudo, ad quam hodie assumitur, liquidiùs ostenditur. Premamus etenim diligentiori conatu hæc eadem Regis de Regina verba: *Astitit* (inquit) *Regina a dextris tuis. Ps.* 44. Nullus Orthodoxorum dubitat, hoc fuisse vaticinium de MARIA: ita sentit D. Ambr. cum Ildephõso, Athanasio, Damiano, Greg: Nicom: atq; Bernardo, quos sequuntur Recent: qui omnes planè, totum id, quod dicitur

Pſal: Ambr: Ildeph: Athan: Dam: Greg:

Bern: citur deinceps in hoc Psalmo, interpretantur de MARIA: & ex vi ac significatione arcana verborum, rimantur supremum gradum gloriæ ac beatitudinis eius, ex ratione cuiusdam noui officii, quod assumpsit in se Assumpta in Cœlum. Sagaciſſimo enim oculo Doctores isti priùs perlustrant locum, quẽ tenet in Cœlo Filius Dei CHRISTUS: Huncq; non alium esse comperiunt, nisi similiter a dextris Dei, tam ex illis

Psal: apud Psalmistam Ps: 109. *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis.* quàm ex visione Proto-Martyris Stephani

Act: Act: 7. *Video filium hominis stantem a dextris.* In quibus verbis sapientissimus Maldonatus majoritatem Filii aliquam supra Patrem, idq; ratione officii commissi illi a Patre, adstrui Filio obser-

Locus a dextris, signum nobilioris officii.

uat, dum inquit: *Quocirca sedere ad dexteram, non solùm significat,* CHRISTVM *esse æqualem Patri, sed etiam (quodammodo) majorem, non quidem reipsa, sed quod attinet ad nos, ex functione officij & administratione Ecclesiæ.* Ex quo omnes concludunt gloriam Animæ Christi & Corporis sui, esse supremam & eminentẽ, super omnem puræ creaturæ beatitudinem, hoc est enim sedere a dextris DEI. Hinc iam securiori passu descendunt iidem Patres ad circumscribendam ex iisdem verbis Prophetæ, immensitatem gloriæ Virginis assumptæ:

Bern: quos præcedit insignis Præco MARIÆ

Senen: Bernard: Sen: Tom: 3. serm: 11. dum ita ratiocinatur a simili. *Sicut benedictus IESVS sedet a dextris Patris, id est in superioribus bonis Paternis; sic ista Virgo gloriosa, in potioribus bonis Filii sui IESV, iuxta ipsum in throno sublimatá consedit.* Didicerat fortè Bernardinus a Bernardi

MARIÆ locus in Cœlis, quo nullus dignior.

melleo ore talia, cùm & iste similia docuisse legatur serm: 1. de Assumpt: *Itaq; sicut neq; in terris locus dignior, vteri virginalis templo, in quo Filium Dei Maria suscepit; neq; in Cœli regali solio, in quo* MARIAM *Filius sublimauit.* Vtriq; adstipulatur commentatio, in hunc locum Psalmistæ, Belarm: dicentis: *Astitit Regina a dextris tuis. Adstitit Sponsa tua, quæ Regina est, cùm sit Sponsa tua: a dextris tuis, id est proxima Tibi, & in loco summo honoris, insta Regalem thronum.* Hùc seruiunt & illa, quæcunq, Patres scripserunt de ex-

Mariana gloriæ magnitudo à Patribus explicatur.

cellentia beatitudinis Assumptæ Virginis. Compendiosiora insinuare placet: S. Anselm: l. de excell: V.c.8. sic perorat. *Quis immensitatem gratiæ & gloriæ ac felicitatis tuæ explicabit? o Domina! considerare incipienti & sensus deficit, & lingua fatiscit.* Cuius rei a melleo ore subiungitur ratio *Quia quantùm in terris adepta est gratia præ cæteris; tantùm in cælis obtinet gloriæ singularis.* Ampliùs progressus est S. Ildephon: s. 2. de Assump: *Incomparabile est quod gessit, & inæstimabile, quod accepit ac incomprehensibile premium gloriæ, quod promeruit* MARIA. Sed quia rarò in scrutatione Scripturæ & Doctorum non aliqua elabitur gemma; regredi parùm compellor, vnde festinantiùs discessi, ad illa scilicet verba quæ ex Commentariis Maldonati in hunc textum Scrip: exsuxi, & dixi, locum istum sublimem a dextris, deberi Christo, & ex consequenti Matri eius hodie assumptæ *ratione Officii:* quod officium non aliud adscribendum Mariæ censui, nisi GUBERNATRICIS dexteræ Excelsi: incumbit propterea dicere, quomodo huius officii sui, Dexteræ adstans Altissimi, ad omnes numeros adimpleat munera Virgo Assumpta.

Anſel: Ildeph: Bern:

Probatur Figuraliter.

Primum Almæ huius GUBERNATRICIS negotium, hodie, dum assumitur, video adimpleri exactissimè: Direxit enim tũ optimè, gubernauitq; dexteram Dei glorificantis Cælicolas, omneſq; suos Beatos: dum enim stetit a dextris Altissimi circumdata varietate beatificorum donorum; illicò largiori manu a Deo cuncti ciues, maioriq; cumulo nouorum gaudiorum munerati sunt, imò tunc primùm satiati creduntur: ut colligit Vega n. 1829. ex illo Dauidico desideriorum entheo Psal: 16. *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Theodotion legit. *Cum manifestabitur dextera* Quod ille pertrahit ad B. Virginem tùm, dum *Astitit ut Regina a dextris.* Cui suffragatur illud S. Ildeph: serm. 2. hodie. *Lætitia & gaudium sc: Beatorum, procul dubio ex huius diei completur exultatione, quando B. Dei Genitrix clarior sole refulsit in throno claritatis.* Sed quia universaliùs quid dicere cupio de MARIA, quòd scil: ita glorificantis Dei gubernet manum; ut quidquid gloriæ habuêre tum & nunc habent, ac deinceps habebunt Beati, id sine cooperatione SS. Virginis eos non obtinuisse; proinde recurrendum censui ad Apocalypticas Jo-

294. *MARIA gubernat manum Dei glorificantis.*

MARIÆ in assumptione, completa quasi beatitudo Sanctorũ.

Pſal:

Ildeph:

Apoc:

annis viſiones; quarum præcipua fuit Apocal: 4. 10. *Sedes poſita in Cælo, & ſupra ſedem ſedens, & in circuitu ſedis 24 ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes: Dignus es &c:* Inquirunt hic Expoſitores myſterium, cur nam iſti glorioſi ſenes? quorum gloriæ pars præcipua, erant coronæ illæ in capitibus eorum, cur inquam? ſicut dictum eſt, quòd ante ſedentem in throno procidebant, ac etiam adorabant viventem in ſæcula; non etiam dicuntur deponere coronas ante ſedentem vel viventem in ſecula; ſed dicitur, quod ante thronũ deponebant coronas. Sciendum itaq; eſt, quòd ex ſenſu PP. Aug: Anſel: Epiphanii Damiani, Thronus appelletur MARIA, idq; potiſſimis de cauſis, quas recenſere hic non vacat: ſpecialiter tamen, quando glorioſa ſtetit in cælis a dextris Filii, Thronum Dei dicendam eſſe aſſerit Guerr: Abb: ſer. 2. de Aſſump: dum illa verba invitantis Chriſti, Matrem ſuam ad gloriam: *Veni electa mea, & ponam in te thronum meum,* huiuſmodi proſequitur paraphraſi. *In Te mihi quandã ſedem Regni conſtituam: de Te, iudicia mea decernam: per Te preces audiam.* Cur ergo non aſſeramus, ideò miſiſſe ſeniores illos coronas ſuas ante thronum DEI, ſcilicet ante regnantem in Cælis MARIAM; quatenus illo profundæ ſubmiſſionis ſingulari obſequio, apertiùs teſtarentur, omnem ſuam poteſtatem, gloriam, felicitatemq, quibus fulgebant, nedum ex clementia & bonitate liberaliſſima ſedentis in throno; ſed quoq; ex ſpeciali patrocinio Virginis, obtinuiſſe, ipſi proinde acceptum attribuere. Aſſecutus eſt indagine ſuâ hunc ſenſum & intentionem Coronatorum Senum. *Io. Sylueira in Apoc:* 5. v. 10. dum ita ait: *Meritò coronati Seniores, coronas & Regnum Agno referunt, quas ſine gratia & Matris* MARIÆ *ſolicitudine minimè habere poterant. Quo obſequii genere, nomine omnium Beatorum Beandorumq, conteſtati ſunt, omnem cæleſtis ſuæ gloriæ gradum, largiente quidem Primi Glorificatoris de manu, accepiſſe, non tamen ſine* GVBERNATRICIS *dexteræ eius ope atq, patrocinio.* Huic ſatis vocaliter accinunt Patres. Imprimis S. Epiphanius, qui de laud: V. MARIAM *gloriæ radicem appellat, quam ſuis communicat, velati vanu.* Cui Tertull: more illorum Senum, omnium beatorum coronas ſubjicit, dum ita L. ad Mart: c. 3. fatur. *Habemus Coronariam Deiperam, cuius ſuffragatione, ſperanda Corona aternitatis, brauium Angelicæ ſubſtantiæ, politia in cælis, gloria in ſæcula ſæculorum.* Petr: Damiani Dam: ſ. de nat: hiſce alloquitur Virginem verbis: *Data eſt Tibi omnis poteſtas in Cælo & in terra, quid tibi negabitur? nihil Tibi impoſſibile, cur impoſſibile eſt, deſperatos in ſpem beatitudinis releuare?* Clarius quid lego ap. Rich. Laur. in illa Eccli: 14. Rich: *In Ieruſalem poteſtas mea: imperandi ſcilicet, quod volo virtutibus Angelicis & animabus Sanctis, & faciendi ad beneplacitum meum, & quos volo introducendi.* Liberaliùs cæteris, quia vniuerſaliùs concludere videtur Seraph. Bonau. dum opuſc. de laud. V. ita habet. *Glorioſum Mariana gloriæ priuilegium eſt, quidquid poſt Deum pulchrius quidquid dulcius, quidquid iucundius in gloria eſt, hoc* MARIÆ, *hoc in* MARIA, *hoc per* MARIAM *eſt.*

Probatur Doctoraliter.

Iterũ GUBERNATRIX noſtra dexteræ Excelſi, dicitur *ſtare a dextris*, ut Dei, tanquam primi, quarumq; gratiarum & donorum Largitoris moderetur manum in diſtribuendo, ſtimulans liberalitatem eius ad ampliora elargienda. Vnde concorditer Doctores tenent, quòd quamvis meritoriè & fontaliter, omnis gratia ſit per Chriſtum; nihilominùs quidquid gratiarum quandoq; & quæcunq; rationalis creatura, de manu liberali Dei accepit; id ei, cooperante quoq; huius GUBERNATRICIS manu obtigiſſe. Præcipuus aſſerti huius Patronus Bernard: ſic ait: Ser. in Nat: *Non timeo dicere, quòd omnis gratiarum influxus quandam jurisdictionem habuerit hac Virgo: de cuius utero, tanquam de quodam Oceano divinitatis, riui & flumina emanabant omnium gratiarum.* Et iterum ſer. 4. in Nat. *Datum eſt* MARIÆ, *ut per illam acciperes, quidquid haberes: quia nihil* DEVS *nos habere voluit, quod per* MARIÆ *manus non tranſiret. Totis igitur medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus,* MARIAM *hanc veneremur: quia hac eſt voluntas Domini, qui totum nos habere voluit per* MARIAM. S. Germ: Patr. Conſtantin: de Zona Deip: *Nemo eſt, qui liberetur a malis, niſi per Te o puriſſima: nemo eſt, cui donum concedatur, niſi per Te o Caſtiſſima. Nemo eſt, cujus miſereatur gratia, niſi per Te o honeſtiſ-*

295. *MARIA gubernat manum Dei largientis.*

Berm:

Germ:

Apocalyptici ſeniores, cur Coronas mittunt ante Thronum?

MARIA Thronus Aug. Anſel: Epip: Dam: Greg:

Mariana opis gratiâ, beatitudinẽ aſſequentur homines Sancti. Epip: Tertul:

o honestissima. Imo adeò inter Doctores hæc opinio invaluit; ut plurimi sint, qui probabilissimè tuentur, quòd etiam Angelis bonis, illa gratia, quâ factum est, quod prima illa in tentatione non corruerint, & omnes aliæ gratiæ, & gloriæ dona, a MARIÆ patrocinio profluxerint: de quo satis doctè tractavit Vega Palæst: 23. cert. 3. Quod profundiùs scrutandum resigno doctioribus, licet & ipse stem pro ista pia opinione. Duos hic nonnisi fauentes ex parte huic sententiæ adcito: Guielmum *MARIA est fons hortorum continens abyssos vitæ & immortalium gaudiorum, sed non ita continet sibi, ut non effundat & aliis. Effundit Angelis & hominibus participationem pro captu singulorum: Angelis quidem torrentem voluptatis, hominibus in hac peregrinatione rivulos Sanctitatis & sanitatis.* Similiter Richard: Victor in Cant ap: Vegam n. 1523 *Vtraq; creatura potentior iudicatur, quia utraq; per MARIAM reparatur.*

Angelos obtinuisse gratiã & gloriã non sine suffragio MARIÆ: probabile est Bernardin: Sen: S. Antoninus à Miechou: Regina Angelorũ citati.

Guilel: Rich:

Probatur Miraculosè.

296. Accedat iam tertium GUBERNATRICIS dexteræ Altissimi, Assumptæ scilicet MARIÆ ministerium, quod non aliud est, nisi ideo ipsam adstare a dextris Dei irascentis & vindicantis; ut extensam manum eius ad puniendum iustè pro peccatis, contineat & mitiget placando. Dolebat sanè olim Propheta, dexteram Dei huiusmodi caruisse ministerio, inquiens: *Ecce tu Domine iratus es, non est qui consurgat & teneat te.* Is: 64. Nec mirum id dici: nondum enim MARIA astiterat a dextris Altissimi. Longè aliter nunc, ipsa etenim per Card: Hailgrinum gloriatur: *Tenui* (inquit) *eum, ne vineam suam dissiparet omninò: nec dimittam eum, sed continuâ precum instantiâ furorem ipsius retinebo.* Cui asserto suffragatur duplex miraculum: primum ex Pedag: §. 3. n. 3. Cremonæ contigisse refertur, quòd infans in cunis, nondum ad loquendum idoneus, singulari prodigio, subitaneè inclamans, his verbis Matrem compellauerit: vidi (inquit) mea Mater, aperto cœlo Christum Judicem regali solio sublimem & metuendum, fulguraq; & sagittas ad mulctam peccatorum parantem: cui supplex accidit Ssma eius Mater, rogavitq; ne supremum illum mundi diem, quod minabatur Judex, adesse vellet. Ita dixit puer, & obmutuit: nec deinceps

MARIA, gubernatrix Manûs Dei vindicantis.

Cremonæ, infans videt Beatam Virginem, placantẽ Iudicem.

A nec ante est locutus, quàm per ætatem didicit. Alterum simile ex Cæsario l. 12. c. 52. de quodam Guilhelmo Clareuall: Religioso, a Divinis reuelationibus celebri, quòd in raptu mentis viderit Christum, qui iustâ contra mundum irâ accensus, iusserit Angelum, qui ad Tribunal propiùs adstabat, tubâ clangere, quo sono totus orbis non sècùs ac folium in arbore contremuerat. Et cùm secundò etiam, id esset, vrgente Dei imperio, facturus, ac mundum cuersurus, vnam Diuam Matrem ex omnibus Sanctis ausam se interponere, atq; ad Filii pedes prouolutam, Judicem Filium rogasse, ut misero, & usquequaq; reo mundo, dilato adhuc iudicio, liceret comperendinari, atq; Ordinem suum Cisterciensem pro vade obtulisse. Similem habuisse apparitionem S. P. Dominicum, plerumq; testantur Historiæ.

Visio terribilis Christi in tribunali quem tamen Maria placauit.

Probatur Historicè.

297. Vltimò tandem, GUBERNATRIX dexteræ Dei, MARIA, ideò a dextris illius stetisse dicitur; ut videlicet ponderantis Judicis in singulari cuiusq; mortalium iudicio, in gratiam peccatorum moderetur manum. Aresius Tom: 1. l. 4. scribit Mutium Manfredum, Bellatorem insignem depinxisse in scuto suo, tria signa Zodiaci, Leonem scilicet & Libram, atq; in medio horum, Virginem, lemmate addito: *Temperat iras Virgo.* Tacitè fortè subinnuens, quòd dum Judex supremus Leonem induit, & in extremo vitæ ad Libram Judicii sui æquissimi examinat opera cuiusq; quæ unumquemq; sequuntur; mediat tunc Virgo pro cultoribus suis, & moderatur irati Judicis stateram. Plurimæ Historiæ ad comprobandum id, se ultrò offerunt. Vnam præcipuè recenseo ex P. Jong. de Rosar. Exh. 15. Rex quidã erat Hispaniarum, alioquin non valdè deuotus, qui prædicatione permotus S. P. Dominici, deuotionem Rosarii divulgantis, (ut externum saltem præberet suis subditis pietatis exemplum) ad cinctorium suum in publico manifestè Rosarium portabat. Contigit autem, ut infirmatus Rex & in extremis existens, in mentis raperetur excessum, haberetq; huiusmodi visionem. Coram Christo in Tribunali sedente ad iudicium adducebatur, & iam pronuntianda videbatur

MARIA gubernatrix manûs Dei ponderãtis seu Iudicãtis.

Symbolũ in scuto: 3. signa Zodiaci.

debatur contra eum sententia damnationis æternæ, quoniam nihil boni olim præstiterat, sed potiùs multis peccatis grauabatur. Interea antequam pronuntiaretur sententia,& ipse in maxima versaretur anxietate, comparuit Judicis Mater, & in rei fauorem perorauit dicendo: quòd etiamsi non recepisset aliquod bonum opus; attamen Rosariũ sacrum portasset in publico, ut ita pietatem in subditorum saltem cordibus excitasset. Proinde rogauit, ut pariter in statera, & mala ipsius opera & sacrum Rosarium appenderentur, atq; iuxta ponderationis iudicium, sententia proferretur. Hoc modo factum, & ecce Rosarium, quasi arena maris, grauius apparuit, & fecit peccata, quemadmodum vaporem leuem in altum attolli: adstantes diaboli, (dum fauorabilis pro reo pronuntiata esset sententia,) cùm de iniustitia Judicẽ incusare & B. Virginem blasphemare cæpissent; ipsa conuersa ad reum Regem dixit: En ob seruitium illud exiguum, à benedicto Filio meo impetraui, ut modicùm adhuc vivere possis, & opera bona præstare, quibus ad vitam peruenias sempiternam. Hæc cùm agerentur, Aula Regia circumstans, mortuum putabat Regem ac funeralia parabat: & ecce subitò sese erigens Rex cum gemitu dixit: O benedictum S. MARIÆ Rosarium! quo mediante liberatus sum à damnatione perpetua: totamq; Historiam graphicè enarrans, dum conualuit, vitam suam in melius commutauit. Et hæc sunt nostræ GUBERNATRICIS, manûs Excelsi, in salutem hominum ministeria ad quæ (ut asserit S. Bernard: Sen:) ab æterno ordinata fuit tanquam dispensatrix gratiarum cœlestium. Et ut officium suum faciliùs exequi posset, propè SSS. Trinitatis majestatem est in gloria sublimata ac constituta a dextris.

Rosarium tantum ad cinctorium deportatum a Rege, quantùm in statera Iudicii ponderauit.

Epilogus

COncludamus cum eodem Senen: supplicia dando vota GUBERNATRICI nostræ. *O Fœmina ab omnibus & super omnia benedicta! Tu dispensatrix omnium gratiarum, Tu consummatio vniuersi, & Ecclesiæ S. decor, Tu nostra sanctificatio digna coram Largitore cunctorum bonorum, Tu omnium donorum & gratiarum incomprehẽsibilis magnitudo, Tu exemplum omnium bonorum, consolatio deuotorum, & totius salutis radix ac ornamentum: verè balbutiendo, has laudes & excellentias tuas pronuntiamus, sed tuam immensam Clementiam exoramus supplices, ut tu Benignitate tuâ, nostras insufficientias suppleas. O Glorioſissima GVBERNATRIX dextera Altissimi auersam fortè a nobis manum, ad nos conuerte, iratam detine copioſioreſq; facias elargiri gratias & miserationes: ac deinceps, ne statera nostra vacillet, clementer attende, imò omnes vitæ nostræ periodos guberna protectione, salua Sanctâ Tua intercessione.* AMEN. 298. Sen:

HABITACVLVM CONVIVALE.

SS. DEIPARA.

Pro Festo B. V. M. de Portiuncula.

Hodie huic domui salus facta est. Luc: 19.

299. OTer felicem & benedictam Zachæi domum! o fortunatissima habitacula huius Abrahamidæ! A. A. Quæ, dum Hospitem recipiunt Salvatorem, illicò in triclinia lætitiæ & in tabernaculum convivale, (vbi continuò & ubiq; salus, à salute ipsa, CHRISTO nimirum, propinatur) consecrantur: illudq; infame publicanorum spæleum, in Sanctissimã dedicatur mansionem. *Hodie huic Domui salus facta est.* Nonnulli ex Commẽtatoribus putant, Zachæũ obuiasse

uiasse CHristo tum, quando ille pergens versùs Jerusalem, fleuit super eam. Matth: 23. imminentemq; domum prædixit ruinam inquiens: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Hinc mirùm, quòd suspiciens Zachæum vicinum Civitatis illius, Domui eius bene precatur, imò facto prophetat, dum ad eam seipsum non invitatus invitat: *Hodie in Domo tua oportet me manere,* salutarem & veluti convivalem, inibi habere percupiens mansionem. Et quænam tam subita rerum Metamorphosis & causa? Non aliam huius convivalis lætitiæ inuestigare licet ex contextu Euangelico, quàm miram, nedum ipsius Zachæi; sed totius etiam Domûs ipsius seu Familiæ conversionem & pœnitentiam. O quàm sacra! o quàm convivalia tabernacula Pœnitentiæ! Porrò pusillus iste Zachæus, pusilli & humilis serui DEI Francisci, ad amussim Idea est & typus. Hic dum insignis & duræ Pœnitentiæ exercitiis scopebat Spiritum suum, & ruinosas restaurabat Ecclesiolas; felicissimo omine, & compassionis salutis proximi, Spiritu ductus, nouam Domum salutis, & habitaculum Pœnitentium, ad exiguam B. MARIÆ de Angelis dictam ædiculam inuenit: vel potiùs sub Patrocinio Beatissimæ, tam singulari impetratâ a Christo indulgentiâ, erexit. Et meritò: pridem enim hunc titulum adstruxit V. MARIÆ S. Joannes Damasc: *Beatissima* (inquit) *est HABITACVLVM emundans animas nostras passionum illecebris coinquinatas.* Item, *Est HABITACVLVM lucu, illustrans virtutum lumine, animas passionibus obtenebratas.* Hæc propterea, dum a nostro Seraphico Zachæo, in specialis (propter Indulgentiam) pœnitentiæ Patronam eligitur, atq; ideo insigni lætitiâ mæstos consolatur, reficitq; peccatores; hodie nouo titulo HABITACULI convivalis honorari meretur. Cuius tituli Mysteria antequam pangam; priùs Domum Pœnitentium, in lucerna perscrutabor & quæram, quænam Convivalis seu vera pœnitentia sit censenda? Veneremur interim rythmicè MARIAM.

Triclinium Deitatis,
Fons & vena pietatis,
Facta, his qui viuunt male,
Palatium Convivale.

Zachæus, figura S. P. N. Fr. Ciſci, qui Domum Pœnitentium curauit.

MARIA habitaculum convivale pœnitentiæ.

A

PARS I.

Pœnitentia, Domus Convivalis: & quæ?

B

C

D

TUrpe illud naturæ monstrum, & latens sub purpura prodigium, ventris carnisq; fæda victima, Heliogabalus, conviviis suis (ut magis festiua essent) traditur aliquando adhibuisse octo luscos, octo caluos, octo podagrosos, octo insigniter surdos, octo notabiliter obesos, & octo nasutos: iisdem etiam mandabat, proposito præmio, ut ad se deferrent millena pondo aranearum: admirantibus autem id factum, respondebat, id exhiberi ad ostendendam magnitudinem Vrbis Romæ. *Tympius de Conu:* Simile quid, alio & laudabiliori salutariq; modo peragi video, dum S. Pœnitentiæ, (quam Tabernaculum seu Palatium convivale appellaui) abdita perscrutor: tot enim luscos, caluos, surdos &c adesse festiuo huic symposio video; quot peccatores ad S. Tribunal accedentes numero: qui, dum telas aranearum (per quas *Glossa interl:* significari vult peccata) ad stateram Confessionis, iusto pondere comportant; iustificati per gratiam, convivali, a cælesti Imperatore dignantur symposio, atq; sic magnitudinem, seu miram S Pœnitentiæ efficaciam, in seipsis declarant, eximiâ animi suauitate & quiete repleti in conscientia.

300. *Convivium Heliogabali, octo luscos, octo surdos, podagricos &c: curabat.*

Aranearũ præmium

Aranearũ tela, peccata sunt:

Gloss:

Probatur Scripturaliter.

Sapientissimus mortalium Salomon, Pœnitentiam, esse Habitaculum, seu Domum convivalem & lætitiæ, quamvis sub contrarietatis ænigmate, asseueratsse deprehenditur in illis verbis: Eccl: 7. *Melius est ire ad Domum luctûs* (Syrus, *flendi*) *quàm ad Domum convivii.* Iuxta expositionem *Cornel: à lap.* & aliorum, litera hæc intendit persuadere hominibus, etiam inter læta & fausta, habere præsentiam mortis; mysticè nihilominus, Domus hæc luctûs, commendat Pœnitentiam, luctum, seu dolorem, compunctionemq; cordis de peccatis, quæ specie tenùs, Domus amaritudinis videtur esse; si tamen abdita eius, profundiùs peccator pœnitens ingrediatur; Domum profectò convivalem inibi reperiet: suauissimus

301. Eccl:

Domus luctûs, Pœnitentia est.

Contritio quam dulcis anima est.

uissimus enim est animæ, contritionis dolor, dulcissimæ compunctionis lacrymæ superantes omnes mundi delicias: quod fusè prosequitur Climac: grad: 7. & S. Basil: super illa verba Saluatoris, Matth: 5. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* Causas aliquas, convivalis huius in Pœnitente lætitiæ, subinnuit Cornel. dicens: *Luctus hic exhilarat, tum quia manat ab amore: tum quia, signũ est puræ sanctæq; conscientiæ, quæ semper læta, est quasi iuge convivium: tum quia certam dat fiduciam promissa a Deo consolationis & gloriæ æternæ.* Meritò ergo sapiens, Domum hanc luctûs Pœnitentium, Domui convivii præposuit inquiens: *Melius est ire ad domum luctûs, quàm ad Domum convivii* Iterum idem Sapiens hanc convivalem lætitiæ Pœnitentium pompam, promouere videtur ex hilari præsentia Regis vitæ, scilicet Christi, dum Prou. 16. ita ait: *In hilaritate vultûs Regis, vita: & clementia eius, quasi imber serotinus.* Quæ verba perpendens Guerricus Abb: serm: in Ramis, per serotinum imbrem, qui suauissimus terræ esse dicitur, vult significari lachrymas pœnitentium ex clementia Dei super peccatis illorũ, obortas. *Habent enim* (inquit) *a grato Dei conspectu homines, ut peccati vulnus lacrymis eo tempore impleant, quo perfectam accipiant salutem.* Et vndè hic Dauidis filius, gustus hos &, sapores convivales Pœnitentiæ, ebibisse dicendus? quos fortè nunquam gustauit in se: nam (ut ait quidam Doctor) Salomon peccasse legitur, pœnituisse non legitur: & saltim dubium magnum est inter Doctores de pœnitentia eius. De priuilegiis ergo Pœnitentiæ sorbsit Salomon primariò a Spiritu S. probus adhuc tunc, dum illa scriberet: ac etiam a Patre Dauid, quem mu.toties ad lyram audiebat, mæstum illud simulq; lætificans, canentem, dum pœniteret. *Cinerem tanquam panem manducabam. Psal:* 101. Sed quando sapor cineribus, par tritico vel dulciariis? Exponit mysticè cum ingenio, S. Greg: P. Hom: 19. in Ezech: *Conuersi* (inquit) *peccatores, sic ditantur virtutibus, sicut illi diuites, qui cadere in peccati pœnitentiam vitauerũt: vnde & Psalmistæ voce dicitur: Cinerem tanquam panem manducabam, quia sic recipit pœnitentes, sicut iustos. Cinis ergo sicut panis comeditur, quando Auctori suo, peccator, per pœnitentiam, sicut innocens restituitur.* En felicitates! en pœnitentium gaudia! quæ breuiter complexus est S. Laur: Justin: de casto Conn: Cap: 13. talia in laudem Confessionis congerens: *Nihil autem sic cordis restaurat gratiam; sicut iugis, oris confessio. Si delictorum maculis fœdatur, si hebetudine grauatur, si desperatione tangitur, si agitatur tentatione; recurrat ad confessionem & liberabitur. O Beata Confessio! quæ Deum placat, reconciliat Pœnitentem, cælum aperit, mundat cor, onus aufert, mentem lætificat, & remittit peccatum.*

Laur:

Confessionis encomia.

Probatur Figuraliter.

O quam dilecta tabernacula, scilicet conscientiæ verè pœnitentium! vtinam cuiusq; nostrûm anima concupiscat, vel atria horum tabernaculorum ingredi, & justificandæ per Confessionem conscientiæ degustare gaudia: sed quotus ille pœnitens est, tam eximii & tam perfecti (ut esse debet) ædificii architectus idoneus & faber? Sicut etenim ex mente S. Th: Villani serm: Dom: 4. Quadr: *ad pedes confessioris, rarus est, qui pœniteat, prout debet;* ita pariter pauci nimis reperiuntur, qui post iteratas etiam Confessiones, convivales in conscientia sua experiantur ferias, id est, suaui mentis liberæ a remorsu, fruantur tranquillitate: imò si ad tempus quandam præseferre, vel persuadere sibi videntur mentis quietem, gaudium eorum nonnisi ad punctum est: breui quippe recrudescens conscientia mordebit, & affliget ut coluber: verum enim gaudii & quietis ædificium, non vili ac debili struitur ex materia, atq; ut firmum sit, validis constabiliendum est columnis, dum quis pœnitet & confitetur peccata sua, aliàs miserè corruet. Cuius pulchram repræsentat figuram fatalis illa convivalis Domus Philistinorum, qui exoculatî Samsonis infimæ sorti inter epulas & convivia illudebant. Hæc licet duabus suffulta esset columnis, non ita tamen firmis; quin robori Samsonis suffeciissent: tota etenim Domus demum, concussis illis ab utraq; Samsonis manu, non minori fato tàm illius, quàm omnium convivantium, corruit. *Apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur Domus, alteramq; earum dextrâ, alteram lauâ tenens, concussis fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes, & cæteram multitudinem, quæ ibi erat.* Jud: 17. Samson quatenus glorioſus,

Th: Vil.

Pœnitentia rarò vera

Pœnitentia defectuosa, sub typo Domus Philistinorum demonstrata.

Jud:

Domus Pœnitentiæ, salutaris habitatio.

Prou

Salomonis dubia pœnitentia.

Salomon à quo didicit, quæ de Pœnitentia scripsit.

Psal:

Pœnitentia cinis, dulciaria Dei.

Samſon typus Chriſti.

oſus in factis, ex mente SS. PP. typus fuit Chriſti, idq; multifariè: nihil tamen implicat, quòd, quatenus fraude & malitiâ Philiſthinorum excæcatus, & ut interpretationem nominis admittit, *dormiens*, figuram præferat alicuius peccatoris dormientis, ſeu in negotio ſalutis ſuæ negligentis, qui temporalium nimiâ curâ excæcatus ludit nonniſi ſtygio Philiſthæo, dum ad Sacramenta, præſertim Confeſſionis, quaſi ludens, id eſt perfunctoriè accedit: hincq; fit, quòd licet videatur ſibi conſcientia dulciter modulari, quantamcunq; morulam libertatis a remorſu conſcientiæ indulgendo; hoc tamen carmen, carmen eſt Philiſthiim (quod interpretatur, *Involvens*) id eſt, falſum & fucatum gaudium, ruina etenim breui imminet, & ceſſatio modulantis Cytharæ: talē quippe columnæ illorum, nimirum defectuoſa Pœnitentia & Confeſſio ominantur: columnas inquam Confeſſionis & Pœnitentiæ veræ, appello Integritatem Cōfeſſionis & Dolorem, juncta firmiſſimo propoſito non peccandi. Ah quoties ingenti animarum damno, nutant iſtæ columnæ! Nutat Integritas, dum vel ob craſſam negligentiam examinis præuii Confeſſioni, vel ob perniciosas excuſationes excuſationum in peccatis, aut quod peſſimum, ob reticentiam ex cauſa verecundiæ, nedum multiplicantur peccata; ſed interdum ipſe valor Sacramenti deficit iuxta illud Prou: 28. *Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: id eſt.* (iuxta phraſim Alcuin:) *non dirigetur in viam ſalutis: qui autem Confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.* Vacillat quoq; Columna Doloris & Propoſiti: multos etenim contingit ad ſacrum hoc Tribunal accedere ſine vera, ex aliquo motiuo ſupernaturali, averſione a malo: ſine abominatione peccati, ut Deo odibilis: ſed nonniſi ex ſola mera conſuetudine vel temporalis alicuius reſpectûs gratiâ: plures verò venire, compertum eſt, ſine propoſito firmo emendationis; imò cum aliquo affectu ad ea, quæ confitentur peccata: quod ſe prodit ex eo, quando nimirùm occaſiones proximas peccandi iterum, cùm bene poſſint deſerere, mandante etiam Confeſſario, tergiverſantur. De quo redarguentem huiuſcemodi pœnitentes, audi Iſidorum de ſum: bono. c. 16. qui ſic inquit. *Illuſor & non pœnitens cenſendus eſt, qui id facit aut cogitat, cuius dolorem præſefert.* Fitq; proinde, ut concuſſis hiſce duabus columnis ſeu conditionibus ad veram Confeſſionem neceſſariis, corruat Convivale HABITACULUM: id eſt, quòd etiam poſt talem confeſſionem, Pœnitens non fruatur conſtanti animi lætitiâ, nec ſerenitate conſcientiæ: imò totâ corruente machinâ Sacramenti, ſacrilegus ipſe Samſon, malè pœnitens homo, gemat ſub ruinis, novis remorſibus conſcientiæ preſſus. De quo ſic Abb. Abſalon ſerm. 7. de Quadr. *Fruſtratoria illorum eſt pœnitentia, qui quadam conſuetudine temporis tracti ad horam dicunt, ſed non deflent peccata ſua, quippe ſtatim deponunt onus ſatisfactionis, reuertuntur ad vitia, bibunt calicem confuſionis uſq; ad fœcem, & fiunt noviſſima talium peiora prioribus.* Heu infelices, malæ pœnitentiæ fabros! eorum quippe vitio contingit, ut Pœnitentia & Confeſſio, quæ verè pœnitentium HABITACULA convivalia dicuntur, ipſis ſpælea Draconum & Leonum efficiantur.

Pœnitens illuſor eſt non pœnitens, ſi ſine propoſito.

Abb:

Pœnitentia fruſtratoria quæ?

Pœnitentia Domus duæ Columnæ Integritas & Dolor.

Prou:

Iſid:

Probatur Hiſtoricè.

Sed Convivalia hæc lætantis conſcientiæ tripudia cernamus vel in vno ritè pœnitente. Thomas, Cantipratenſis Præſul, rem huiuſcemodi in Burgundia contigiſſe enarrat. Nobilis quidam Burgundias, primos ætatis ſuæ annos in maxima traduxerat pietate & modeſtia Chriſtiana, at laxatis tandem habenis, viam aggreſſus eſt licentioſam, quam dum calcaret effrenis, improviſo percellitur horrore, contabeſcit pallore, melancholiæ obruitur mœrore: factum eſt, quòd ſqualenti mente tabeſcens, incidit in languorem, nec tamen DEI caſtigantis manum agnouit, ſed mala malis accumulans, pallore vultûs & macie tabeſcebat, quaſi homo ille, ignis æterni miſerabiliter & tempeſtiuè habilitaretur ad pœnam: cumq; nulla medicorum cura proficeret, nec ſaltim languentis vitæ cauſam aliquis aperiret, tandem in ſe reuerſus, ſolam miſeriæ corporalis cauſam, languorem eſſe animæ, divinâ miſeratione præuentus, pœnitens intellexit, atq; indilatè Confeſſionem lacrymoſam inſtituit: ſtatim verò ubi beneficium abſolutionis accepit, ſimilitudinem ferè bubonum habentium in facie, & diuerſifica poſtea ani-

303.

Exemplū egregium lætitiæ poſt pœnitentiam, in quodā nobili.

malia septem, cute teterrimâ, quasi septem vitiorum dæmonia, de se simul ejecit. Mira res, vix modico temporis spatio interjecto, in tabem animalibus resolutis, reflorescere cæpit caro, & facies pænitentis, menteq; & corpore integerrimè sospitatus, multis postea profuit ad exemplum. Psalmos olim dixisse Dauid pro tabernaculis, notatur in quorundam Psalmorum intitulationibus. O felices pænitentium animas! quibus iam datum est, hocce Convivali HABITACULO, expurgatâ ritè per animosam Confessionem conscientiâ, perfrui: Psalmum Deo & iubilum dicite gratiarum actionis. Siquidem iuxta Seraphicum. *Fundamentum & ianua virtutum, omnisq; gratiæ ac spiritualis consolationis principium est, conscientiæ puritas & cordis munditia.* Opusc. de modo confitendi.

Psalmi pro tabernaculis notantur.

Bonau:

PARS II.

SS. DEIPARA Habitaculum convivale.

304. Dixerim licèt, probauerimq; satis, veram Pænitentiam, animarum esse Convivale HABITACULUM; tamen longè nobiliori modo id asserere placet de Beatissima Virgine, quatenùs hodiernæ Pænitentiæ seu Indulgentiæ est Patrona: quæ dum pænitentium animas de superabundanti, (nam quoad culpam simul & pænam,) iustificatione, replet gaudio; meritò in Domum convivalem, HABITACULUMq; lætitiæ & exultationis, ædiculam Portiunculæ erigit & dedicat, vel potiùs seipsam esse declarat. Et hæc domus, sanè ad normam perfectissimam esse cernitur illius Convivalis sapientiæ Triclinii, de quo Salomon Prou. 9. *Sapientia ædificauit sibi Domum, miscuit vinum, & posuit mensam.* Cuius lætitiæ ut denotasset stabilitatem, septem columnis Domum illam suffulsisse legitur. *Excidit columnas septem.* Quæ Columnæ, symbola sint septem fundamentorum, quibus nititur hodierna Indulgentia MARIÆ de Portiuncula, quæ est præcipua peccatorum pænitentium consolatio & lætitia.

Portiunculæ Ecclesiola, Domus Convivalis pænitentium.

Prou.

Portiunculæ Indulgentiæ 7. fundamenta explicantur.

Probatur Scripturaliter.

305. Primam huius Domûs lætitiæ Columnam, seu causam superabundantis pœnitentûm gaudii, eruo ex profundioribus Sacri Textûs Mineris, videlicet ex Ecclesiastici verbis c. 24. vbi ex sensu communi SS. PP. toto planè capite, sub variarum rerum similitudinibus, encomia MARIÆ typicè enarrantur: inter quæ illud est. *Quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam.* Latent pretiosæ sub hac concha, scilicet litera, Margaritæ. Vaporem virtutis, Beatissimã Virginem dici consentit S. Albert. M. sup. Missus c. 92. Rationem suggerit Jacob. de Vorag. *Quia* (inquit) *habuit cogitationes odoriferas.* Multò autem plures reperiuntur PP. ut Hugo de S. Victore, Hugo Caren. Petrus Blesen, Richardus, qui MARIAM per Libanum intelligunt. Inter quos præcipue S. Bonau: de Eccl: Hierar. p. 4. ad finem, ubi sic habet. *MARIA, Libanus per innocentiam, non incisus, per peccandi impotentiam.* Quasi Libanus vaporavi. Porrò vapor, est quædam subtilissima substantia, ignis operante virtute, ab aliquo Corpore extracta, quæ interdum quinta essentia rei dicitur. Et quando copiosiùs gratiùsq; vaporavit Libanus iste MARIA, nisi tum, quando ingentis charitatis & commiserationis super peccatores, ignibus exardescens, (prunas subministrante, igneo seruo, quia Seraphico Francisco,) supplices pro eis dedit Filio suo manus, eumq; deprecata est, & exaudita pro sua reuerentia, ac pietate. Et quid vaporavit? Respondet vtiq: : *Vaporavi habitationem:* O nouam Chymicam! admirandum ignotumq; hactenus sæculis distillandi artificium! Struuntur utiq; non modico sumptu ac labore è trabibus, vel lapidibus Domus, & HABITACULA; Libanus MARIA, hodie facilè & suauiter vaporat HABITATIONES, & quidẽ magni gaudii & ingentis lætitiæ cordis. Semper equidem Beatissima Virgo iucundam in sui deuotione cultoribus suis exhibet HABITATIONEM iuxta vaticinium Regis & Prophetæ Ps. 86. *Sicut lætantium omnium, habitatio est in Te.* Et expressè id asserit illa Paraphrasis Ecclesiæ, quæ sic quotidie orat: *Sicut lætantium omnium habitatatio est in Te, S. Dei Genitrix.* De ipsa intelligiendam vult Hugo Cardinalis, illam panegyrim victoriosæ Judith, idq; multo veriùs. *Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel.* Judith 15.

Eccl:

MARIA vapor virtutis.

MARIA Libanus non incisus.

MARIA noua Chymica, halat pro vaporibus habitaculæ.

Judit:

Vapo-

15. Vaporationes has gaudioſas expreſ-
Germ: ſit in parte S. Germ: in tenerrima illa ad Beatam oratione. *O Domina mea ſola! quæ ſola mihi ex Deo ſolatium, ſola æſtûs in me exiſtentis divinus ros, cordis mei exareſcentis guttæ divinitùs fluentes, lacrymarum mearum ablatio, gemituum meorum ceſſatio &c. exaudi orationes meas.* Hodie tamen dicitur vaporare habitationem gaudii & lætitiæ, ideò; (fortè non errabit pia mei affectus inclinatio ad encomia MARIÆ) ut per hoc intelligam magnitudinem lætitiæ cordis, conſtanſq́, hodie pœnitentium gaudium, quo cumulantur. Nam licet Beatiſſima Virgo, peccatorum, dum pœnitent, lætitia dicitur, & eſt; id tamen plerumq́; fit per modum tranſeuntis, & incompleti gaudii, ob pœnæ remanentis ſeu ſatisfactionis obligationem: hodie verò HABITATIONEM, & quidem majoris & conſtantis atq; pleni gaudii vaporare dicitur, eò; quòd materiam ſingularis lætitiæ, ſine omni formidine pœnæ imminentis, peccatoribus per Confeſſionem iuſtificatis, ſubminiſtrat, dum vigore impetratæ indulgentiæ, ſe a culpa & pœna liberos eſſe, piè credunt, & gloriantur. Hîc non inopportunè mihi occurrit illud S. Pauli de quodam Spirituali ædificio 1. Cor. 3. ubi dum poſuiſſet pro fundamento omnis fabricæ ſpiritualis, lapidem angularem, CHRISTUM JESUM; poſtea ſuperædificantium conatus diuerſos, & ædificationis Materiam ſic deſcribit. *Si quu autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, &c. uniuſcuiuſq́ opus quale ſit, ignis probabit: ipſe autem ſalvus erit; ſic tamen quaſi per ignem.* In his verbis iuxta Expoſitor: notauit Apoſtolus diuerſitatem meritorum, & actuum perfectiorum ac imperfectiorum, inter quos etiam numerantur actus Pœnitentiæ, quos, Fideles exercent in fundamento meritorum Chriſti, quia in & ex radice gratiæ, Gratia autem per Chriſtum, atteſtante Joanne. Illa autem verba. *Vniuſcuiuſq́ opus quale ſit, ignis probabit,* aſſumit Eccleſia Orthodoxa pro ſingulari fundamento articuli Fidei de Purgatorio: in quo eluendæ per ſatiſpaſſionem ſunt omnes imperfectiones in bonis actibus: & reſidua poſt pœnitentiam ſeu Confeſſionem palea, ſeu obligatio ad pœnam temporalem,

Maria auctrix lætitiæ, ablatio lacrymarũ.

Portiunculæ Indulgentia, non admittit paleas obligationis ad pœnã.

Cor.

A remanet exurenda. Hincq́; eſt, quòd ordinariè pœnitentium, quies conſcientiæ, dici nequit ædificiũ pleni gaudii, idq́; ob recordationẽ debiti ad pœnam temporalem. Hodierni autem Habitaculi & Quietis gaudioſæ, conſcientiæ Pœnitentium, ædificium; fœnum, ſtipulam, ligna, imò vel aurum, cum ſcoria obligationis ad pœnam, non admittit, ſed per condonationem culpæ & pœnæ, tota anima, ceu ad Baptiſmalis innocentiæ perfectionem reducta, nitidiſſimo & puriſſimo Charitatis Dei auro, ſi verè pœnituit & ritè Confeſſus eſt homo, reſplendet, & in Sancta iſta Convivali HABITATIONE iucundè commoratur.

B

Probatur Figuraliter.

306.

Duas ſimul alias, huius Marianæ convivalis Domûs, ſcil: Indulgentiæ de Portiuncula, ſubſtruo columnas ſeu fũdamenta, id eſt merita infinita Chriſti, in linea ſatisfactionis, & merita ſuperabundantiſſima Matris eius MARIÆ: ex quo totum robur omnis Indulgentiæ ſtare, fidei eſt articulus & dogma Orthodoxum. Huius Figuram præceſſiſſe reperio, in illis celeberrimi Habitaculi ſummi DEI, Templi Salomonis, duabus, cæteris omnibus præſtantioribus columnis nominatiſſimis: *ſtatuit duas columnas* (inquit S. textus de Salomone) *in porticu templi: cùmq́ ſtatuiſſet columnam dexteram; vocavit eam nomine Iachin: ſimiliter erexit Columnam ſecundam, & vocavit nomen eius Booz.* 3. Reg: 7. Scio communem Expoſ: ſenſum eſſe, per haſce Templi Columnas denotari quoſq́; Doctores Eccleſiæ, qui in fortitudine & ſoliditate doctrinæ ſuſtentant ædificium totum Eccleſiæ DEI. Cæterùm putarim neminem inficias iturum, ſi aſſereretur, in prænominatis Columnis, magis accommodam præceſſiſſe Figuram CHRISTI, & Matris eius MARIÆ: quorum meritorum valore, licetſi diuerſimodè ratione influxûs, tota compages Eccleſiæ conſtabilitur: vtriuſq́; enim columnæ nomina, ex ſui ethymologia per ſignificationes ſuas, collimant in JESUM & MARIAM. Itaq́; columna *Booz* nominata, ex mente Ruperti, ſignificat Chriſtum: *Booz* quippe idem eſt, quod, *in fortitudine:* CHRISTUS autem eſt ille fortior armatus, qui forti armato cuſtodienti atrium ſuum ſuperueniens, e-

C

D

Portiun: Indulgentia, fundatur in meritis Chriſti & Mariæ.

Columnæ duæ Iachin & Booz, applicantur Indulgẽtiæ Portiunculæ.

Reg:

Chriſtus Booz fortitudo.

Rup: umq; in fortitudine brachii sui prosternens, vasa eius diripuit, mortem sic dæmonesq; debellans: atq; sic Ecclesiæ suæ superabundantes divitias, id est plenitudinem meritorum suorum, in charitativum salutis nostræ subsidium congessit, & clementissimè concessit, ut fatetur Apostolus ad Ephes 2. *Vt ostenderet in sæculis supervenientibus, abundantes divitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in* CHRISTO IESV. Idem Saluator noster innuit. Joan: 10. *Veni ut vitam habeant, & abundantiùs habeant.* Sapienter proinde S. Ansel. insinuat: *Ostendit* (CHRISTUS) *donationem beneficiorum suorum abundanter divitem & copiosam.* Quod coincidit cum illis Psalmistæ verbis Ps. 129. *Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.* Id autem dum dicitur, tacitè innuitur, quomodo ex abundantia meritorum CHRISTI, habeatur nedum deletio culpæ, & transmutatio æternæ pœnæ in temporalem; sed aliquando, dum specialis fit applicatio meritorum eius, etiam temporalis pœnæ totalem consequuntur fideles abolitionem, vti contingit hodie, & in aliis plenariis Indulgentiis. Alterius columnæ nomen erat *Iachin*, id est *Misericordia*. Quàm bellè id trahitur ad Beatissimam Virginem MARIAM, quam nedum Matrem misericordiæ compellamus quotidie; sed etiam antonomasticè & in abstracto, ad locupletiùs exprimendam Clementiam eius, appellatur ipsa a pluribus, *Misericordia*. Venustè satis super hoc scripsit S. Antonin. in *Sum. p. 4. tit. 15. c. 20. MARIA dicitur misericordia ipsa: quod enim dicitur de aliquo in abstracto, maximè commendatur: & de iusto, quod est ipsa iustitia, & de misericorde, quod est ipsa misericordia.* Vix non elegantiùs cum allusione ad Hester, quæ aliter Ediſſa nominabatur, dixit S. Alb. M. sup. Miss. c. 195. *MARIA ipsa misericordia: unde et Hester in Figura eius alio nomine Edissa vocabatur, quod est interpretatum, Misericordia:* Quidquid ergo misericordiarum, remissionum culpæ vel pœnæ habetur in Ecclesia, totum illud, post originem ipsam, scil: post merita CHRISTI, stat super merita superabundantissima MARIÆ: De jejuniis enim rigidissimis, de ciliciis & aliis voluntariis pœnalitatibus, quibus MARIA mente & corpore mundissima semper ab omni peccato, afflictabat Virgineam carnem, plurimi testantur Patres, præsertim Ambr: Gregorius. His adde alios actus innumeros heroicarum virtutum, & præsertim continui actûs Charitatis in Deum, qui duplici in momenta crescebat proportione, quoad intensionem sui, (de quo alibi latiùs tractabo) Si ergo MARIA, (ut certum est) quia nullius rea, satisfactorio illorum meritorum valore non indiguit; certè tam immensus satisfactionum, seu satispassionum cumulus, coram DEO, (qui capillos Sanctorum dinumerat, ne cadant) infructuosus manebit? nequaquam: sed omninò idem dicendum, quod & de meritis superabundantibus CHRISTI nuper asseruimus: Subsidia hæc sunt misericordiæ Marianæ, toti Ecclesiæ donata, de quibus pœnitentes abolitionem obligationum ad pœnas, seu indulgentias participant: Quod & Ecclesia evidentissimè fateri solet in Indictionibus seu Bullis talium gratiarum, ubi se, tales Indulgentias ex thesauro meritorum CHRISTI, & Beatissimæ, concedere declarat. Et quamvis in vsu habeat, quòd aliorum quoq; Sanctorum faciat mentionem; principaliter tamen totum pondus beneficii huius, tanquam duabus veluti Columnis, sct Christi & MARIÆ meritis innititur. Quidquid enim habent Sancti a Christo, totum acceperunt per manus MARIÆ: Ex qua ratione S. Erneſt: Prag: c. 119. Beatissimam vocavit. *Columnam Columnarũ septem quas exciderat Prou: 9. Sapientia, qui sunt septem Ordines Beatorum, nempe Columnæ argenteæ, Angelorum: columnæ aureæ, Apostolorum: columnæ ferreæ, Martyrum: Columnæ aneæ, Confessorum: columnæ lignea, cedrinæ Virginum &c:* Jam ergo tribus suffultum Columnis, firmissimum stat hodiernæ Convivalis Spiritualis lætitiæ HABITACULUM MARIÆ, id est Portiunculæ Indulgentia.

Probatur Doctoraliter.

Tribus columnis, pro majori gloria & stabilimento Mystici huius HABITACULI Mariani, duas iterum alias adnumero Columnas, Perpetuitatis scil: & legitimæ publicationis: utriq; etenim partim excellentia, partim robur Indulgentiarum inniti solet. Doctoribus vulgaribus id probare de Indulgentia hodierna fortè non expedit, nam omnes domestici sunt, sed illis Doctoribus assertum constabilire volo, qui simul, & quidem

Christus, suas meritorum diuitias, in subsidium reliquit fidelibus.

MARIA Iachin, id est misericordia.

MARIA superabũdans in

satisfactionibus cur?

Indulgentiæ ex meritis Christi & Mariæ conceduntur.

MARIÆ per manus Sancti habent, quidquid habent a Christo.

MARIA quomodo columna columnarum septem.

307. *Indulgentiarum valor a perpetuitate & publicatione commendatur*

Episcopi Doctores simul & Columnæ dicuntur.

quidem ore Apostolico, Doctores dicuntur, & Columnæ, quales sunt Episcopi, de quibus Apostolus 1. ad Timoth: *Oportet Episcopum esse irreprehensibilem &c: hospitalem, doctorem &c:* De quorum numero nonneminem Antistitem, sc: Philadelphiæ, Columnæ dignatus est titulo ipse CHRISTUS, Apoc: 3. *Faciam eum, ut columnam in templo Dei mei.* Perpetuitatis ergo & publicationis huius Indulgentiæ testes produco ex Nostratibus Chronicis, ipsos septem Episcopos, sc: Assisinatem, Fulginensem, Perusinum, Tudertinum, Spoletanum, Nucerinum, & Eugubinum: quibus Honor: III., datis ad eos literis, commiserat huius Indulgentiæ solemnem publicationem: Scribit ergo Vading: sub anno 1223. Quod Seraphicus Pater, obtentis a Pontifice literis, conuocavit vndiq; illius Regionis Episcopos, & præparavit amplam latamq; pergulam seu theatrum, ex qua, circumstanti populorum multitudini, Episcopi, indulgentiam denunciarent: stato ergo die congregatis in vnum, Franciscus hortatus ab Episcopis suggestum ascendit, præmissoq; salutari & feruenti sermone, rei seriem retulit, concludens, cælitus & per sum: Pontificem in perpetuum, per singulos annos pro stato die concessam esse plenam omnium peccatorum pænitentibus & contritis, sacra Confessione præmissâ, Indulgentiam. Audientes hoc Episcopi indignati sunt, dicentes: Frater Francisce, licetsi D. Papa nobis mandet satisfacere tuæ voluntati quo ad hoc; non est tamen eius intentio, ut te sequi debeamus in eo, quod congruum non est, ideo denuntietur Indulgentia tantùm decem annorum: Surrexitq; Episcopus Assisiensis, volens publicare Indulgentiam, cum prædicta limitatione, tamen aliter eloqui non poterat, quàm B. Franciscus dixerat. Quod alii ægrè tulerunt, & surrexerunt vnus post alterum, omnes conantes corrigere, quæ præcedentes dixerant, tamen Deo disponente, quidpiam contrarium proloqui non valebant, non citra miraculum: quo facto constitit omnibus & de perpetuitate Indulgentiæ & de solemnitate publicationis eiusdem.

Portiunculæ Indulgentia, a 7. Episcopis promulgata, cum singulari solemnitate.

Portiunculæ Indulgentia non sine miraculo promulgatur æterna.

308. *Probatur* Miraculosè.

Miracula quoq; (quibus veritates, præcipue Dogmatum fidei firmantur interdum,) Columnæ quoq; quibus contra Hæreticorum impetus fulcitur Ecclesia, dici merentur. Et iam istud HABITACULUM lætitiæ Marianæ ratione hodiernæ Indulgentiæ, huic Columnæ miraculorum inniti quis perneget? dummodo miracula plura in comprobationem de veritate Indulgentiæ, perpetrata fuisse consideret. Si vnum, quod immediatè præcessit, in violento & coacto divinitùs silentio Episcoporum, gratiam istam, contra voluntatem Christi & Vicarii eius, alterare volentium, (si inquam) hoc non sufficit alicui; recurrat ad alios meos discursus superiores Tit: *Civitas, Dapifera,* & deinceps intra in hoc Festo; plura ibi inueniet prodigia, ceritudinem huius Beneficii comprobantia.

Portiunculæ Indulgentia miraculis stabilita.

Probatur Historicè.

309. Vltimam Columnam, firmioris HABITACVLI Pænitentium gratiâ, Indulgentiæ nimirùm de Portiuncula, ab Historicis emendico: Tradunt antiqui Hebręorum, Adam Proto-Parentem nostrum, (ex quo reuelatum habuit, binâ universali plagâ eluendum mundum, aqueâ scil: & iterum igneâ,) ne scientiarum, quas sibi infusas a creatore acceperat, notitia deperiisset, fabricasse duas Columnas, in quibus præcipua arcana descripsit seu sculpsit: ænea erat vna, quæ aquis resisteret: lapidea altera, ne ab igne liquefieret. Occurrit hic & illa S: Pauli Columna, de qua aliquo loco legisse me recordor apud Cornel. a lap. Hæc, (dum noctu, & ad candelam columnæ adfixam diutiùs protraxisset Concionem Apostolus) deficiente ipsâ candelâ, ignem concepit, quamvis lapidea esset, facis nimirum lucidæ ministerium obeundo. Jũgamus Columnam Columnæ, & firmiùs stabit HABITACULUM Indulgentiæ de Portiuncula, novis testimoniis suffultum. Ignitas columnas intelligo Animas Purgatorii: illæ etenim, etsi in statu stabilitæ sunt salutis; ardent tamen nedum piaculari igne; sed molestissimis quoq; desideriorum incendiis ad visionẽ beatificam. Tales ergo animæ toties leguntur in Annalibus Ordin: clarum testimonium valori huius indulgentiæ perhibuisse, dum vi & virtute, applicatæ ipsis Indulgentiæ per amicos viuentes, a diluvio

Adam duabus columnis, scientias omnes insculpsisse traditur.

Columnæ S. Pauli in modũ facis lucens.

Portiunc: Indulgen: prod. st Purgatorii animabus.

luvio illo aquarum magnarum, vel potiùs ex igneo mari se subitò liberatas testatæ sunt.

Epilogus.

310. COncludo verbis Prophetæ Balaam, læta cuncta annuntiantis Israeli, dum ex captivitate Agypti ad terram peregrinaretur promissionis, typusq; fuit redeuntis ad Deum per pœnitentiam peccatoris: *Quàm pulchra* (quàm læta) *tabernacula Iacob, & tentoria tua. Israel, ut tabernacula, quæ fixit Dominus* & infra: *Orietur Stella ex Iacob.* Quibus vltimis verbis prædicebatur ortus B. V. MARIÆ, propter quam, benedixit Dominus HABITACULIS Jacob. Hæc eadem tabernacula lætitiæ & HABITACULUM Convivale, in domuncula Portiunculæ erexit, dum almo interuentu suo Indulgentiam remissionis, vtriusq; obligationis peccatorum, apud Filium suum conciliauit: hinc gaudia, hinc lætitiæ convivantium in cordis plena exultatione. Juuant cogitationes nostras non modicùm eiusdem Prophetæ, in tertiò assumpta benedictione, faustæ ominationes. *Venient, inquit, in trivemibus de Italia: superabunt Assyrios.* Nonne hæc Sacratissima Indulgentia, triumphusq; nouus hodiernæ pœnitentiæ, ex Italia venit? dum a patritio Italiæ, S. P. N. Francisco originem ducens, per gratias summ: Pontificum communicantium eandem gratiam Ecclesiis Fratrum Minorum ubicunq; terrarum, in nostras quoq; Septemtrionis feliciter appulit partes, per quam superatur stygius Assur, lætumq; pæana iustificati occinunt peccatores. Triumphus hic pœnitentium, tuus quoq; est Seraphice Patriarcha Francisce: qui Primatem Apostolorum æmulatus, non quidem tria, sed vnum, tribus illis nobilius, sub umbra & invocatione MARIÆ erexisti HABITACULUM. Tibi hodie vsurpare liceat, & gloriabundè dicere: *Et in habitatione Sancta, coram ipso ministraui.* Fac quæso officiosissime Minister HABITACULI huius convivalis MARIÆ, ut qui nunc ab omni culpæ & pænæ obligatione emancipati gaudemus in tabernaculis eius; sic pariter, interuentu vtriusq; vestrûm, in HABITACULIS Beatorum, Vobis & illis, liceat æternaliter collætari. AMEN.

A *Italica Classis Indul: Portiunc.*

B *Franciscus P.N. Minister tabernaculi Mariæ.*

HEREDITAS Sancta.

SS. DEIPARA.

Pro Immaculata Conceptione B. V. Mariæ.

Salomon autem genuit Roboam. Matt. 1.

311. INesse quandam mortalium animis vim naturæ, & inclinationem, nedũ in Parentes, sed etiam in partam labore illorum hereditatem, ita; ut nihil tam volupe sit, quàm possio eius, nil tam triste, quàm illius amissio: adeò, ut sicut dulce est pro Patria mori; sic non minùs iucundum sit, pro Paterna decertare Hereditate. A. A Non immeritò sanè nervum Threnorum suorum concluſit Propheta, (tanquam extremâ vi oppressus doloris,) illa lamentabili ad Deum oratione *Recordare Domine quid accideret nobis: intuere & respice opprobrium nostrum. Hereditas nostra versa est ad alienos.* Thren. 5. Porrò Beatiss. V. MARIAM, HEREDITATEM specialem Dei appellari, didici ab Alb. M. Bibl: sup. Eccl. qui illam nominauit esse *Hereditatem Dei antonomastice.* Studeamus etiã quid dicat S. Joan: Damasc: de cultu huius Virginis. *Hanc s. deuotionem, diuinissimam hereditatem a Theologo Patre Gregorio accepi.* Jucundiora adhuc a meo ausculto Antonio Pad: Sab. 2. Dom: Quadr: ubi asserit, Mariam esse *HEREDITATEM servorum*

Hereditatis amor innatus quidam

C Thren:

Alb.

D Anton: Padu:

MARIA hereditas fidelium.

servorum DEI. O quam felices tam nobilis HEREDITATIS possessores! Sed si quando pro præclara ista HEREDITATE fortiùs agendum est; quàm hodie, utpotè in primo Conceptionis eius puncto, ne alienorum, scil: peccati & Sathanæ, existimetur esse possessio, quam *Dominus* statim *ab initio possedisse dicitur.* Et sanè Euangelista Matthæus, numerosissima, pro vindicanda HEREDITATE ista ab Originali peccato, multipliciaq; Regum & Ducum tot produxit castra; quot ab Abraham usq; ad Joseph, Virum MARIÆ, in hodierno Euangelio recensuit capita, cùm non desint Authores (inter quos Escobar, Salazar) qui ingeniosè satìs, ex cuiusq; illorum vel ethymo nominis, vel gestis, siue circumstantiis, præclara pro Imm: Conceptione depromunt argumenta. Mihi nunc placet sequi castra Roboam, Filii Salomonis. *Salomon autem genuit Roboam.* Hic enim, quia ex interpretatione nominis apud Vñb. Bedam, *Populi impetum seu commotionem* significat; MARIÆ sine labe conceptæ (ut obtineat Escob: hîc) gloriam evulgat, dum implicitè populi commotionem ad hanc veritatem profitendam memorat. Annon tam affecti populi, vocẽ, vocem Dei esse profiteamur? O Quàm pauci iam conceptam MARIAM in peccato clamant! imo quàm nulli in publico! vocem summo Pontifice supprimente. Erigite igitur quotquot Cultores estis MARIÆ, heroas vestras mentes: hæc tam numerosa Ducum, & populorum sequamini castra pro HEREDITATE Vestra, Imm: Concepta MARIA decertaturi: Minimus ego præibo aciem, pro Sancta ista HEREDITATE, jura productus, in tantùm; ut MARIÆ Immaç: Conceptio, ne dum probetur; sed etiam specialis HEREDITAS nostra esse euincatur. Præludam aliquid de funiculo Hereditatis veræ & falsæ. Interim salutemus breviter Neo-Conceptam.

Conceptionis imm: ad tutelam, commotio vniuersalis populorũ.

vox populi, vox Dei.

HEREDITAS impolluta
Ad nos jure deuoluta,
Tu sis ipsa nostra Heres:
Quæ in DEO, tota hæres.

PARS I.

De Dispari Hereditate.

FUniculum, qui erat mensura sortium, (quales modo in vsu sunt per-

A ticæ & Virgæ,) apud Hebræos, idem fuisse quod ipsa hereditas, probat *Cajetanus* ex illo Psalmi 15. *Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hereditas mea præclara est mihi.* & Ps. 77. *Divisit eis terram in funiculo distributionis.* Cæterùm, quia hic funiculus hereditatis, multiplex, imo dispar quandoq; fuisse legitur, quod habetur 2. Reg: 7. *Mensus est* (Dauid) *duos funiculos, unum ad occidendum, & unum ad vivificandum,* dum terram Moab, victor illius, dispertiretur; appositè hinc alludi posse existimo ad diuersitatem hereditatum, bonæ scil: & malæ possessionis: nimirum salutiferæ, quæ vivificat, & pernicioſæ, quæ occidit, quas, plurimos viatorum, pro indole & libitu suo, sectari videmus, sed quàm dispari successu, *Et funiculum meum inuestigasti,* dixit ad Deum Psaltes: Psal: 138. Prehendamus & nos funiculos hereditatum, ut inuestigemus quæ falsa sit, & quorum præclara atq; Sancta hereditas habeatur.

Hereditas idem qd funiculus. Psal-

Hereditatis bonæ & malæ discrimẽ. Psal-

Probatur Scripturaliter.

Peruersæ Hereditatis in S. Scriptura triplicem deprehendo speciem. Primam recenseo voluptuosorum, quæ ab Ecclesiastico dicitur. *Hereditas vermium.* Eccl: 19. *Qui se iungit (inquit) fornicariis, erit nequam: putredo & vermis hereditabunt illum: extolletur in exemplum maius.* Minimè inficior, communem hanc esse mortalium hereditatem, ex eiusdem Siracidis doctrina instructus c. 10. *Cum morietur homo, hereditabit serpentes & vermes.* Imò S. Job successione paternâ & Maternâ sibi istam adscripsit hereditatem, dicens. *Putredini dixi, Pater meus es, Mater mea, & Soror mea, vermibus.* Cæterùm huius infelicis successionis, nemo magis & ex asse heres, quàm voluptuosus, esse dignoscitur, ex præallegatis illis verbis in textu: *Extolletur in exemplum maius:* in quibus potioritas quædam voluptuosi ad dictam hereditatem connotari videtur. Quod declarat Corn: a lap. ratione: Quia (inquit) *libido, corporis humores, Spiritus, Sanguinem, totamq; hominis complexionem perfundat, ideoq; carnes putrescere facit, ut vermes ex eis ebulliant.* Addit postea, quòd talium corpora quò delicatiùs nutriuntur; eò, mortua magis vermibus scateant fœteantq;: multò autem magis fœtet anima eorum, ac magis cruciãtur verme conscientiæ, ituri postea

312. *Voluptuosorum hereditas vermis.* Eccl:

Corn:

Voluptuosorum cadauera magis fœtent, & scatent.

stea in Cruciatus gehennæ. Quocirca S. Hilarion. S. Catharina Senen: S. Philippus Nereus, pluresq; alii Sancti, dum cum quopiam scortatore occulto loquerentur, tantum ex eo sentiebant emanare fætorem; ut nares comprimere, fætoremq; auertere conarentur. Sed a turpi ista hereditate avocat me S. Scrip: ad diuitem, ast tamen perniciosam, quia maledictam, de qua *Prou:* 20 Salomon ait. *Hereditas ad quam festinatur in principio, in novissimo, benedictione carebit.* Notantur hîc partim nimiùm auidi opum, partim qui non labore proprio, ac industriâ licitâ; sed per fas & nefas amplas corradunt opes & possesiones: imò mysticè, iuxta eundem Cornel: arguuntur homines mundani, qui dum festinant hereditare terram, & frui præsentibus; amittunt bona futura & hereditatem cælestem: sed nemo clariùs hereditatis, quæ violenter conquiritur, vitia descripsit, quàm iustissimus olim magnarum possesionum heres Job. c. 22. *Hæc est* (inquit) *pars impii & hereditas violentorum, quam ab Omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint filii eius, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane: Qui relicti fuerint ex eo, sepelientur in interitu, & viduæ eius non plorabunt. Si comportauerit, quasi terra, argentum; & sicut lutum præparauerit vestimenta; Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet. &c:* Mirum sanè est: Diuo huic viro in more fuisse, inuolutis uti sermonibus, & sub ænigmate loqui; hìc verò sicut nunquàm aliàs, per planum eloquia dedit, malarum hereditatum fatalem exitum demonstraturus, adeo; ut nullis commentariis vti necesse sit. Tertiam hereditatem malam inuestigavi in Scriptura: eorum scil: qui multa quamvis etiam ad superfluitatem possideant; tamen adeò tenaces sunt; vt quò magìs abundant & locupletantur; tantò minùs pro DEO, pro anima sua, pro compassione proximi, pauperibus elargiuntur: quos ego appellabo Heredes sine asse: sicut etenim apud Iurisconsultos, ex omni asse heredes qui dicuntur, perfectissimi heredes censentur; sic a contrario, qui nullam ex duodecim, assim seu vnciam in hereditate obtinent, heredis nec nomen merentur. Idem dicendum mysticè de divite, qui pro stipe pauperis vel assem exponere grauatur, eum sortem nullam habere in cœlesti hereditate, imo nec hereditatis seu opum, firma est eius possesio: De huiuscemodi enim scripsit Siracides Eccli: 14. *Qui aceruat ex animo suo iniustè, alius congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit, non iucundabitur in bonis suis.* Maledixerat olim vaticinans Propheta sterili cuidam hereditati, cùm eradicandam minatus esset. Imo væ dixit illis, qui in mari hereditarent. *Accaron eradicabitur: væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum.* Soph: 2. Accaron *sterilitas*: bene hoc quadrat auaris divitibus, tenacibus & parcis in egenos. Funiculus eorum hereditatis, rectè mare dicitur: nam quantumcunq; & ad abũdantiã habeant, semper tamen æstuant ut mare, cupiditate plura habendi: ut dicitur Eccli: 23. *Anima calida* (id est, iuxta Raban. Lyran.) auari, *quasi ignis ardens.* Mare tot margaritis, gemmisq; aliis pretiosis nonne diues est? sed hæc in abscondito tenet: nisi vrinatorum industriâ auferantur, non elargitur libenter: ejicit quandoq; sed sordes, vel conquassatarum navium vilia fragmenta, non gemmas, non margaretas. Ita auari tenaces, si dandum egeno petenti, tanquam mare amari oculis, amari indignationis sermone: et si quando contingat ob importunitatem petentis, aliumq; ob respectum, vt stipẽ largiantur pauperi, hæc erit minutissimus assis, aut nummulus isq; adulterinus, vel lacer calceus, siue mucidus panis, aut purgamenta frumenti. Adussit huius farinæ eleemosinarios, brevi verbo S. Aug. in Psal. 42. *Si panem dederis tristis, & panem & meritum perdidisti.* Sed attendite ad verba Prophetæ, steriles & amaræ auarorũ hereditates: En ruina prædicitur vobis. *Accaron eradicabitur.* Væ æternæ damnationis portenditur. *Væ qui inhabitatis fufuniculum maris.* Sed iam a perniciosis ad præclaras descendamus hereditates.

Philippus Nereus & alii Sancti, fætore dignoscebãt luxuriosos. Prou.

Hereditas violenta, citò perit, & perdit. Job.

Heredes sine asse, illiberales immiseri cordes sũt

Eccli:

Auarorũ opes eradicantur.

Eccl:

Auarus, mare æstuans.

Eleemosynæ tristis largitor, & rem & meritum perdit. S. Aug:

Probatur Figuraliter.

313. Eccl: *Hereditatis bona funiculus seu signũ: quod ?*

Præclaræ itaq; hereditatis possesionem lubet inuestigare figuraliter in illo triplici funiculo: de quo Eccle: 4. *Funiculus triplex, difficilè rumpitur.* Funiculus hic in sensu tropologico plures & quidem egregias patitur interpretationes *ap. Cornel:* Admittere ergo poterit & istam, si per triplicem funiculum, intelliga-

intelligamus triplicem charitatem, respectu scil: DEI, respectu sui, & respectu Proximi: consonat etenim id verbis illis ap: Oseam. *In funiculis Adam trahам eos, in vinculis charitatis.* Per quod innuere volo, solam illam hereditatem, præclaram ac stabilem esse, cuius comparatio fit ad amussim & mensuram triplicis funiculi Charitatis, & non aliter: hoc est, si Deo, sibi, & Proximo, quod debetur, exhibemus promptè fideliter & alacriter ex nostra hereditate. Debetur autem DEO specialiter illa portio, quam habet in cuiusq; hereditate Largitor ipse totius hereditatis DEUS, vocaturq; ideo sanctificata :& hæc est, prompta & fidelis decimarum exsolutio Eccl. 35. *Sanctifica decimas tuas: da Altissimo secundùm datum eius, & in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum: quoniam Dominus retribuens est, & septies tantùm reddet tibi.* Quibus in verbis edocentur a Sapiente Heredes, primùm: quantâ fidelitate, & quàm exquisitè, sine omni fraude, exsoluendæ sunt DEO & ministris eius decimæ: deinde quòd hoc ipsum sit efficacissimus modus septupliciter augendi hereditatem suam. *Septies* (inquit) *tantùm, reddet tibi.* Et rectè: O quàm volubiles hereditates illorum! qui rupto funiculo hereditatis DEI, dicunt cum illis impiis Ps: 82. *Hereditate possideamus sanctuarium DEI.* Et quis porrò hereditate sanctuarium DEI possidere aptiùs dicitur? quàm ille, qui ea, quæ Ecclesiæ DEI debentur; aut rapit, aut denegat dolo: & artibus juris præscriptionum aut auellere, aut diminuere conatur & audet. Addidit *hereditatibus eorum* imprecationem Dauid ibidem, dicens exorando Dominum: *DEVS meus, pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.* Secundò debet sibi ipsi homo ex hereditate propria, vsum moderatum rerum, & sustentationem competentem statui suo, suæq; familiæ. Hoc enim esse speciale donum DEI & gratiam eius, expressè asseruit Salomon. Eccle: 5, *Omni homini, cui DEVS dedit diuitias atq; substantiam, potestatemq; ei tribuit, ut comedat ex eis, & fruatur parte suâ, & lætetur de labore suo: hoc donum est Dei.* Consequenter benedicta est talium hereditas. Quod ut meliùs declarasset, statim ad initium sequentis capitis tenerrimè cõpassus est, *Viro, cui DEVS dedit diuitias & substantiam & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem, DEVS, ut comedat ex eo: sed homo extraneus vorabit illud: hoc vanitas & miseria magna est.* Tertius funiculus hereditatis præclaræ, est Charitas proximi seu pauperis in adiuuando: sortem enim suam, in cuiusvis hereditate habere dicitur pauper, idq; ex mandato DEI, qui ait Eccli: 29. *Propter mandatum assume pauperem, & propter inopiam eius, ne dimittas eum vacuum.* Quod ipsum, dum cedit in iuvamen egentis; iuuat simul & stabilit validè hereditatem largientis. Ait enim idem de hereditate eleemosynarii. *DEVS prospector est eius, qui reddit gratiam: meminit eius in posterum, & in tempore casûs sui, inueniet firmamentum.*

Oſe: *Funiculi charitatis in triplici genere.*

Decimarum solutio, firmat hereditates.

Decimas defraudãtes, Sanctuarium DEI capiunt hereditate.

Hereditatis usus moderatus non prohibetur.

Hereditates stabiliendæ eleemosynis, Eccli:

Probatur Historicè.

Quæ de vtraq; hereditate sc. præclara & mala breviter dixi, exemplis id comprobo. Hereditatis (quæ ad mensuram triplicis charitatis funiculi corrogatur, & præsertim liberalitate in pauperes fulcitur) in laudem, cedit illud memorabile exemplum ex Sophronio, de nobili quodam Constantinopolitano, qui magnæ hereditatis possessor dum esset; vocato filio, bonus Pater, cum affatus est: Fili mi, en amplas vides facultates, quorum tu legitimus futurus heres, sed opto, sanum ineamus consilium: ego propter CHRISTUM, pauperibus distribuam omnia, tibi autem pro hereditate, curatorem CHRISTUM relinquere volo. Boni Patris, probus Filius, acceptat optionem: dispersis opibus moritur Pater: Filius, breui dum egestate conficitur, curatorem suum CHRISTUM frequẽter adit & orat, memor esse velit hereditatis suæ, ipsi per Pauperes concreditæ: alius quispiam ditissimus Civis, cui vnica erat elocanda Filia, frequenter orantem adolescentem in Templo obseruat, interea monetur in somnis a Christo, ut adolescenti tradat Filiam in vxorem cum tota hereditate suâ: quod ipse fecit, & accersens iuvenem, dixit ei: Ecce bonus curator tuus CHRISTUS, misit tibi Vxorem. O præclaram, Sanctam hereditatem! *Cum semine eorum, permanent bona, hereditas Sancta, nepotes eorum.* Scripsit Ecclesiasticus c. 44.

314.

Pater érogatis in pauperes bonis, filio Christum pro hereditate reliquit, quo euentu?

Eccl:

Heredum iniustorũ stata infernalia.

de viris misericordiæ. Sed ah! quàm horrenda de iniquis hereditatibus legere est in Historiis exempla. Recentiora interim ex Conc: Hist: hist: 24. breviter colligo sub Anno 1055. Quidam in Germania Comes, hereditatis vsurpatæ ab Auis suis cuiusdam Ecclesiæ, possessor, post mortem apparuit cuidam Religioso stans in supremo scalæ gradu, per quam descendebatur in igneum barathrum, cui per inferiores gradus scalæ, succedebant alii, Pater, Auus, Abauus, vsq; ad decimum: qui, mortuo de nouo accedenti, eo profundiùs flammis inferni immergebatur, locum cedendo priori: vox audita est: Hos esse eiusdem familiæ, quorundam bonorum iniustos possessores, a primo sibi Atauo per hereditatem relictorum: qui fortè de iniquo jure subaudientes, inquirere de veritate nolebant, vel negligebant. Simile quid idem Author recenset contigisse nuper in Brabantia, pariter hospitanti in quodam Castello ad Bruxellam Religioso: apparuerunt enim illi, in horribili specie tres damnati Comites, possessores olim Castri, tandem & quartus recenter defunctus, filius ultimi, sed albicanti veste & quodammodo ad orationem compositus. Interrogatus a religioso respondit: Illos tres Abauum, Auum, & Patrem suum esse, qui à primo iniustè vsurpata bona successiue hereditarunt, cum dubio de iusta possessione Castri: nec indagasse illos, ut oportebat, veritatem, ipsosq; ideo damnatos; ego autem (inquit) quia bonâ fide, sed non satis exploratâ, in Castri possessionem successi, piacularibus flammis tamdiu cruciabor, donec legitimo heredi Castrum a Filio meo restituatur, quod obnixe petiit & effecit. Sed adeamus iam nouam nostram Sanctam Hereditatem, Imm: Conceptam MARIAM, & in eius hereditate contemplanda deuotè commoremur.

Heredum dubii iuris, iudicium.

PARS II.
Conceptio Imm: SS. DEIPARÆ, Hereditas Nostra.

315. PRobrum ingens olim fuisse, Hebræis præsertim, paternam amittere hereditatem vel amissam non repetere, ex ipso vnico heroico actu Israelitæ Naboth, optimè constat 3. Reg: qui maluit se perire, quàm perdere hereditatem: & honestam habere causam mortis, quàm vitæ prosperitatem ex fauore Regio. Qua propter ex constantis honestatis obsequio collaudatur a S. Ambr: l. offic: 3. c. 9. dum animosè respondit expostulans Regi. *Propitius sit mihi Dominus, ne dem hereditatem Patrum meorum tibi.* Porrò originalis gratia, primitùs homini collata, hereditas posterorum fuisset; nisi prodigus Pater, eam perdidisset, peccando. Ah dolendũ! tam præclara hereditas hæc, nondum a nobis possessa, & iam amissa, non tamen in tantùm, vt spes vlla, eam iterùm vel saltim ad usum fructum recuperandi non adsit: & hoc non aliàs, nisi Immaculatè hodie concepta MARIA Hinc Jura Repetundarum produco.

Hereditas apud Hebræos in quanta cura.

Gratia originalis hereditate ab Ada nobis debebatur, nisi peccasset.

Probatur Scripturaliter.

Primum Jus Repetundarum, ut nostra dicatur HEREDITAS, Immaculata Conceptio MARIÆ, est ex ratione paternæ successionis: Adam hîc intelligo Proto-Parentem. Orauerat olim Regius Psaltes: & bonis erectus pro adipiscenda iterùm quadam hereditate spebus, ita deprecabatur Dominum. *Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei: Tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.* Psal: 15. Quoad literam: actus hic fuit flagrantissimi desiderii aut ad beatitudinem æternam, aut expectationis aduentûs MESSIÆ CHRISTI, eiusq; Redemptionis. De ipso etenim in alio Psalmo dixisse Dauidem putat Richardus Laur: de laud. V. c. 7. in illis verbis Psal: 26. *Ecce HEREDITAS Domini, filii merces fructus ventris.* Vbi idemmet Author sic exclamat. *O HEREDITAS! nec decessione Patris obtenta, nec successione transmittenda in posteros, nec inter fratres diuidendâ, nec augustior multitudine coheredum,* In sensu mystico & Tropologico *apud Th: Blanc. hìc,* aliqui Commentatores, inter quos S. Gregor. M. per expetitam, restituendamq; HEREDITATEM istã, volunt intelligi aliquas virtutes & gratias: proinde liceat nobis eandem Allegoriam, trahere ad illam gratiam, quæ cæteris præstantissima dicitur, nimirum originalem, quæ fuit concreata Parenti nostro Adæ, tanquam HEREDITAS in poste-

316.

Conceptio immac: B. V. M. nostra Hereditas jure successionis paternæ.

Psal:

Psal:

Hereditatem quãdam expetit a Domino Dauid, & qualem?

in posteros deuoluenda, id est, quòd omnes immunes a peccato nasceremur, nisi Adam peccasset: quam feliciſſimam sortem, perdidisse nos omnes in illo, fides docet. *Tu es qui restitues* HEREDITATEM *meam mihi.* Probabile est, Dauidem tunc temporis cogitasse MARIAM: frequenter enim in Psalmis suis de Maria reuelationes habuisse Rex iste, a Patribus creditur, unde illud Paciani de pœnitentia Dauid: *Infelicem* (inquit) *& miserum se confessus est, Pater* MARIÆ. ap. Veg: n. 1593. Sed claritatis gratiâ, reuoluere opportunum erit Leuiticorum Pandecta de hereditatibus. Leu. 25. Cautum ibi lege erat, ne quis patrias alienaret HEREDITATES, & quas necessitas venderet, ut annus Iubilei restitueret. Hinc tunc fortè annũ Jubilei præstolabatur & optabat Propheta, ut sibi sua restitueretur HEREDITAS in MARIA dicens. *Tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.* Sed Annus hic expetibilis, post multos iam annorum circulos vix tandem Orbi affulsit, annus scil: & dies immac. Conceptionis MARIÆ in utero dignissimæ Matris suæ Annæ, meritò dies, & annus magnus Jubilei seu indulgentiarum dicendus, propter Neo-Conceptã MARIAM, quam etiam olim in mea Melodia S. Casimiri dixi & probaui, *Magnum Cæli Iubileum.* & S. Joan: Damascenus in Paracl: B M.V. cum Alberto Magno Postil: in 1. Matt: *Indulgentiam peccatorum pœnitentium, gementium, eandem appellarunt.* Si quod tempus repetundarum HEREDITATUM conuenientius, & magis legale, quàm dies Conceptionis MARIÆ, quæ HEREDITAS Domini dulcior fauo & melle dicitur Eccli: 24. *HEREDITAS mea super mel & fauum.* Sapientia æterna CHRISTUS deMatre sua loquitur: indeq; *Melliflui* dicuntur *facti Cæli, tunc; dum manu Dni fabricata esset Mater tanti* DEI. Jam supra dixi: Originalem in Parente nostro gratiam, esse nostram HEREDITATEM: HEREDITAS hæc, hactenus vsq; ad punctum Conceptionis MARIÆ, tanquam ab intestato, quia per peccatum mortuo Ada, tenebatur quasi sub fisco in thesauris Providentiæ Divinæ, posterorum ipsius aliquo saltim commodo reseruata: omnes etenim posteri Adæ, sine iustitia originali, imò in peccato nascebantur: Annus dum venit Jubilei, ortus videlicet MARIÆ, quæ nunc est os de ossibus, & caro de carne nostra; dum extraordinario priuilegio sine macula ullius peccati, Filia hæc Adæ, in vtero Matris suæ Annæ concipitur; hereditariâ succession, & Jure veteris legis, de repetendis hereditatibus, toti mortalium generi quasi in una Filia, gratia originalis restituitur adeo; ut immaculata Conceptio illius, nostra quoq; HEREDITAS dicenda sit: ita tamen, ut ipsa MARIA, hereditatis possessionem firmam teneat, nobis autem usus fructus maneat. Et quis ille? Audi vniuersalem Ecclesiæ cantum: *Conceptio est hodie S. MARIÆ Virginis, cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias.* Colligo & cæteros istius HEREDITATIS nostræ fructus, quos obseruauit Horiz: Marian. c. 24. & 31. nimirum quod in sua parte principali scil: in MARIA, natura humana sit adeo dignificata; ut Angeli quoq; ei cesserint locum, qui in creatione sui invariabilem non habuerunt gratiam, hanc autem in sui Conceptione obtinuit MARIA. Imò uniuersaliter dicit & probat Author istius Libri c. 31. Quod omnis Creatura, etiam irrationalis, per immacul: Conceptionem Virginis liberata sit, maximâ sub qua ingemiscebat ignominiâ His adnumerari debent omnes gratiarum fructus & vtilitates Spirituales, quos deotæ animæ ex cultu pio Mysterii Immac: Conceptionis B. Virginis, colligunt & reportant. Novum quidem & fortè affectatum ius seu argumentum pro Immac: Conceptione MARIÆ, dum HEREDITAS nostra esse dicitur, arbitrabitur quis? sed ut absit mihi gloriatio vel temeritas, Authorem ex quo hausi vim argumenti istius, produco: Hic est Polonus noster R. P. Gaspar Druzbicius Soc: JESU, sublimis æui nostri Theologus & Asceta: dum etenim *Exerc: 2. erga B V. Mariam,* eam HEREDITATEM nostram appellasset, atq; probasset; pro confirmatione asserti, ita scripsit: *Addo, quòd cùm MARIA sit innotentiæ & Iustitiæ primauæ, nobis a primis nostris Parentibus perditæ, sola in se conseruatrix & heres; idcircò ad nostram hereditatem, ipsa pertinet in tantùm; inquantùm illa Innocentia & Iustitia originalis, nostra hereditas esse (ni perdita fuisset) debuit, & inquantum nobis, ac pro nobis, in* MARIA; relicta

MARIA frequenter reuelata Dauidi.

Pacian: Vega.

Leuit: *Hereditatum non alienandarum lex Leuitica.*

MARIA Iubileum, Indulgẽtia.

Damasc: Alb: M.

Eccli: *Hereditas originalis gratiæ, quasi sub fisco erat ante Conceptionem Mariæ.*

Conceptio B. V. M. annus Iubilei.

Conceptio B. V. M. est nostra hereditas quo ad usum, Mariæ, etiam quoad possessionem.

Conceptionis Mariæ fructus nostri quis?

Druzbic: Poloni Soc: Iesu testimonium Theologicum pro Hereditate Imm: Cõcep: B. V. Mariæ.

relicta, atq; conseruata manſit & manet.

Probatur Figuraliter.

317. Alterum iam produco Jus, pro adſciſcenda nobis in HEREDITATEM Immac: Concepta MARIA: Jus inquam cohereditatis, quam habemus cum CHRISTO, quos proinde Apoſtolus appellauit coheredes CHRISTI: ſed antequam comprobem CHRISTUM dici & eſſe, & quâ de Cauſa, HEREDEM Immac: Conceptionis MARIÆ; priùs vim aſſumpti argumenti ex eodem prænominato Aſceta explico ſic. Cum Beatiſſ: V. MARIA, Filii ſui, DEI verò noſtri, ſit hereditas & firma poſſeſſio: iuxta illam ipſiuſmet vocem: Prou: 8. *Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum:* Hic autem Deus, & à Patre æterno nobis donatus eſt, atq; ipſe ſeſe nobis donauit, inſuper heredes ſuos & coheredes ſimul omnium ſuorum bonorum nos fecit: Matrem quoq; ſuam nobis in hereditatem & poſſeſionē largitus eſt; Ad roborandam ergo vim huius argumenti, nil reſtat, niſi probare, Chriſtum ſpeciali iure eſſe HEREDEM MARIÆ, quod commune iam eſt; ſed etiam, quatenùs fuit ſine originali peccato concepta, quàm facile probare eſt. Si etenim HEREDITATES illæ, quæ typus erant MARIÆ, in Scriptura bene trutinentur; ius etiam ſanguine quæſitum, quod habuit CHRISTUS ad Immaculatam Conceptionem Matris ſuæ, luculenter patebit. *Redemiſti* (inquit Pſaltes) *Virgam hereditatis tuæ:* Pſ: 3. In Virga HEREDITATIS, ex mente S. Hieron: appellatur MARIA, idq; ob rectitudinem: & præterea, quia ſine nodo peccati, ſed in plenitudine iuſtitiæ originalis, prodiit a Parentibus: Quando autem redempta dicitur. *Redemiſti Virgam hereditatis tuæ*, id denotat, quod ob redemptionis Dominicæ exhibitum pretium, rectitudine illâ originali, fuerit donata. Sed utiq; ne muſſites, id non rectè, nec ad conſequentiam dici. Tota etenim HEREDITAS CHRISTI, nos ſcil: omnes, redemptam ſe gloriatur, nec tamen in rectitudine originali naſcimur: proinde adeſt iterum Dauid pro iure quæſito Filii ad Immaculatam Matris ſuæ Conceptionem, luculentiùs id declarando, dum Pſal: 67. ait. *Pluuiam voluntariam ſegregabis DEVS, hereditati tuæ.*

Hereditas noſtra Cōceptio B. V.M. ratione cohereditatis quam habemus cū Chriſto.

Chriſtus ut Conceptæ immacul: Mariæ heres.

MARIA virga hereditatis.

Pſal:

Pſal:

A CHRISTUS (iuxta Richard: Laur. I. 12) Pluuia dicitur, nedum tunc; quando de cœlo in vellus Virginalis rorauit veteri; ſed tunc quoq; & præcipuè; dum in Cruce, de Sacratiſſimæ carnis ſuæ nube, ultimas ſanguineas in redemptionem generis humani depluit guttas: Voluntaria equidem pluuia hæc meritò dicitur: nam ut ait Propheta Iſaias. *Oblatus eſt, quia ipſe voluit.* Et quando & quomodo *ſegregata* dicitur, Pluuia hæc, deuotè cogitare licebit; quòd dum HEREDITATI ſuæ primæ, videlicet MARIÆ, quæ primarius ſcopus & fructus Paſſionis CHRISTI fuerat, annuente Senen: noſtro, ferm: de Concep. I. 3. B CHRISTVS D. (inquit) *plùs pro B. Virgine redimenda venit, quàm pro omni alia Creatura*, dum (inquam) illi providendum eſſet de præſeruatiuæ Redemptionis beneficio; primas & præcipuas ſanguinis ſui guttas, Vulnera, & dolores cordialiores paſſionis ſuæ, ad id deſtinaſſe & ſegregaſſe. Quod ipſum quaſi è Cruce pendens profitetur ſponſus. *Vulnerasti cor meum Sponſa mea, Vulnerasti cor meum.* Cur enim replicantur Vulnera cordis? Reſpondet Eſcob: l. 4. de Concept: Obſ: 5. *Bis ſe vulneratum corde ipſo fatetur, ut innuat fuiſſe immaculatam Virginem ſui doloris filiam.* C Fauet & paraphraſis eiuſdem S. Bernardini in locum citatum Cant. *Pro amore tuo carnem ſumpſi, & Vulneribus primis in Cruce vulnerasti cor meum:* nam primogenita Redemptoris ſui, JESU, fuit B. Virgo. Atq; ſic a primo ad vltimum: ſi CHRISTUS iure quæſito HERES eſt MARIÆ, ut immaculatè Conceptæ: nos vero coheredes CHRISTI ex Apoſtolo; Jam certè nouo iure cohereditatis, Conceptio immaculata Virginis, noſtra HEREDITAS eſt.

CHRISTUS *pluuia voluntaria.*

Chriſti hereditas Sanguine acquiſita, Concept: im: Matris.

Probatur Doctoraliter.

318. Tertium comprobandi ius ſuum ad D HEREDITATEM aliquam, habetur ex Lege, *Præſcriptio.* Et præſertim, dum eſt cum immemorabili & pacifica poſſeſione rei: Porrò pia ſententia de immaculato ortu MARIÆ ut probet, quòd iam præſcripſerit in Eccleſia DEI, recēſet ſtatim ab initiis Apoſtolorum, per omnia ſæcula, Doctores, teſtes, & Aſſertores, qui hanc iucundam hereditatem noſtram, ſcl: Conceptionis immaculatæ myſterium, tutati ſunt. Primo ſæculo,

Hereditatem Cōcep: probat Præſcriptio immemorabilis.

Andreas,

Imm: Cõcep: tuiti Doctores, per sæcula recentiora.

Andreas, Thomas, Matthæus, Lucas, Marcus, Thesimon, Ignatius, Dionysius Areop. Virgineæ Conceptionis gloriam prædicarunt. *2do* Sæculo. Justinus Iræneus. *3tio.* Hyppolitus, Origenes, Thaumaturgus, Chrysippus, Dionysius Alex, & Cyprianus. *4to* Sæculo. Chrysostomus, Cæsarius, Sophronius, Timotheus, Hieronymus, Nyssenus, Ambrosius, & Athanasius. *5to* Sæculo. Augustinus, Chrysolog, Leo, Maximus Sedulius, Cyrillus, Proclus, Basilius, Seleu: Theodoretus, ac Eusebius Emiss: *6to* Sæculo. Fulgentius, Andreas Creten: Anastasius Sinaita. *7mo* Sæculo. Ildephonsus, Hesichius, Eligius, Antiochus, Venantius, Cosmas Jerosol: Cõcilium Toletanum, Synodus Nicæna, & ipse hostis fidei, Machometus. *8uo* Sæculo. Alcuinus, Paulinus, Damascenus, Germanus, Conciliaq; varia. *9no* Sæculo. Strabus, Theophanes, Nicephorus, Ansbertus. *10mo* Sæculo. Idiota, & Fulbertus Carnot. *11mo* Sæculo. Anselmus, Petr. Damiani, Pet. Celensis. Bruno, Iuo Carnot. *12mo* Sæculo. Hugo, Richardus, Potho, Victor, Pet: Blesen: Arnoldus, Pet. Comestor, Rupertus ac Bernardus. *13tio* Sæculo. Antonius Padu: Alex: Alensis, Hugo Card: Albertus M. Thomas Aquinas, Dominicus & Bonaventura. *14to* Sæculo. Scotus, Nerbeus Lipanus, Birgitta. *15to* Sæculo. Vincentius Ferr, Apollinaris, Tostatus, Pet. Damiani, & plurimi ex Ordine Prædicatorum & Minorum. *16to.* Concil: Tridentinum, Thomas Vill: & tot Scholæ Religiosarum familiarum: quibus accessit, strenua satis pro hoc mysterio schola Societ. JESU. Vltimis demum seu recentioribus sæculis, vix capiunt Bibliothecæ nouos & nouos Authorum Libros. Si textus ipsorũ legere cupis; vide Salazar vel Escobar. l. 4. de Concept, ad 1. Matt: Nec obstat legitimæ præscriptioni aliquorum, licet iam paucorum, oppositio seu contraria opinio, quorum numerus in dies imminuitur: iam enim talibus plusquàm a centenis annis, publica quasi negantur acta, dum in cathedris et pulpitis, sub Censuris opinionem suam tueri prohibentur.

Probatur Miraculosè.

319. Jure deinde Ecclesiastico, HEREDITAS nostra, Immaculata sc: Conceptio MARIÆ, sic firmari poterit. Canones Ecclesiastici, ut comprobent ius sibi esse in bona Ecclesiæ adscripta vel donata; si HEREDITATEM seu dotalitium Ecclesiæ, possessor eius seu Beneficiarius dilapidare cognoscatur, priuandum beneficio decernunt. Quid simile per Miraculum contigisse lego, circa quendam (doleo quod in Ordine meo, ab initio adhuc, donec inualuisset pia sententia) qui contra HEREDITATEM NOSTRAM minùs morigerè in Concione se gessit, hic enim ab ipsamet Beatiss. Virgine, non iam Patrimonio CHRISTI, (incapax enim ipsius erat, utpote Minorita) sed ipsomet Patre, CHRISTO scil:, violenter priuatus fuit. Rem sic enarrat. *noviss: edit Tob: Lochner in Bibl: Tit: Hyperd: ex Stellario.* Cum Gerardus aliquis de Piscaciis, Ord Minorum, contra immaculatam Conceptionem concionatus fuisset, & paulò post, Missam legeret; B. Virgo ei apparens, sacram hostiam de manibus celebrantis abstulit, nec priùs restituit, quàm pœnitentiâ ductus, reuocationẽ dictorum promisit: quod ille mox gratus præstitit. Adeò displicet DEO in HEREDITATE CHRISTI commorari, si hereditatem Imm: Conceptæ MARIÆ parum cures: multò magis, si fortè & lædas.

Hereditatem Imm: Concept: ex Canonibus iuris comprobamus aliqualiter.

B. Virgo, cuidam iniurio suæ immaculatæ Concept: hostiam Sacram de manibus auferẽs donec resipuisset.

Probatur Historicè

320. Adextremum, HEREDITATI nostræ immac: Conceptæ MARIÆ, utpotè Regiæ, Regium etiam ius seu Imperiale, expedit, ut faueat. Et ita sanè est. Quẽ quæso, his præsertim recentioribus sæculis Monarcharum, Cæsarum, Regum ex Orthodoxis audias, qui HEREDITATEM istam, nimirum opinionem hanc piam, non propugnet, non tueatur imo hic zelus per multa sæcula, de uno in aliud, simul cum HEREDITATIBUS Dominiorum, transfunditur. Mitto hic Pietatem Austriacorum & Cæsarum, qui publicis edictis, ab universitatum Cathedris, contrariam opinionem amãdandam sanxerunt. Mitto Regum Hispaniarum iam longè, nam a mille annis, hac in parte zelum: Suyntilla enim Rex qui regnabat 630. adhuc anno, curauit pro mysterio isto concludendo Concilium Toletanum congregari. Iswindus Rex successor illius, similem præstitisse zelum legitur: imo Joannes

Hereditas Imm: Concept: Regio firmatur iure.

Concept: immac: Austriacũ cum hereditate venit: Regibus quoq; Hispaniæ.

L. &

I. & II. Reges itidem Hiſpaniarum, ſe hanc pietatem hereditario iure ab anteceſſoribus ſuis accepiſſe, teſtati ſunt: Quid egerit Carolus V. & Philippus per epiſtolas, per Legatos & oratores extraordinarios, apud Pontifices, pro determinando hoc myſterio, non vacat enarrandi locus, quem tamen noſter Sigiſmundus III. Rex Poloniæ, iure Regio occupare a me depoſcit cum ſuo inſigni zelo. Similem ille quoq; A. D. 1607. magnarum iam victoriarum famâ auctus, expedierat ad Sum: Pontificem, protunc Vrbanum VIII. Legationem, datis viſceroſis literis, quas hic in ſynopſim redigere placuit. *Beatiſſime Pater. Inter Regia ſolicitudinis meæ curas, ea mihi prima, & antiquiſſima ſemper fuit, quæ ad propagandam Saluatoris noſtri gloriam, eiusq; immac: Matris honorem inprimis ſpectabant. Neq; me aut victoriæ bello partæ iam glorioſum, aut res in pace geſtæ tam illuſtrem hactenus reddiderunt; quàm Religio pietasq; Catholica Populorum mihi ſubiectorum felicem ac beatum: ac eam quidem mihi, Regno, ac populis meis diuinitùs datam, Cælorum Reginæ in primis acceptam fero, quæ ſicut iam inde a primis huius Regni incunabulis, venerationem ſui, animis omnium præclarè inſeruit &c:* (hic aliqua de deuotione Gentis interpoſita.) *Hinc priſca hæc, atq; inueterata Gētis Polonæ erga ipſam pietas, quò altiores egit in animis eius radices; eo grauiore cum offendiculo, controuerſiam de immac: Conceptione dudum ortam ſemper accipiebat.* Hic iterum Paucis interjectis, de eis, quæ in vicinis hac de occaſione oriebantur Regnis, ulterius ſtylum proſequitur ſic. *Hæc inter Catholicos homines fomitem perpetuæ litis atq; altercationis fouet, pium erga Dei Matrem zelum imminuit, Sanctas & Religioſas mentes inquietat, publicæ tranquillitatis ſtatum, in graue diſcrimen conjicit &c: Quæ ſcandala, ne in Regnum quoq; meum cum ſubditorum meorum, publicaq; tranquillitatis perturbatione oriantur &c: Quare maiore quo poſſum ſtudio, expoſtulo atq; a Sanctitate Veſtra peto, velit huic controuerſiæ, tot annorum decurſu agitatæ, finem ſummo ſuo iudicio imponere, remq; eo deducere, ut immaculatæ Conceptioni Deiparæ Virginis ab omnibus honor habeatur, qui ſummæ illius & prærogatiuæ & gratiæ, quiq; ex ea Nati, majeſtati & Sanctitati debetur. Beauerit me Sanctitas Veſtra, orbemq; Chriſtianum vniuerſum nomenq; ſuum immortalitati conſecrauerit, ac de utraq; pariter Eccleſia præclarè meruerit, ſi omni ſcrupulo ex animis fidelium Apoſtolicâ authoritate, ſublato, controuerſiæ huic felicem optatumq; finem impoſuerit &c. &c:* Hæc lego in Tropheis B.V.M. apud Nerembergium l.3. c. 65.

Zelus pro Immacul: Concept: Regum Poloniæ.

Pro Imm: Concept: B. V. legatio ad Pontificē Polonorū.

Sigiſmūdi III. litera ad Vrbanum VIII. pro Imm: Cōceptione.

Epilogus.

SI ergo tot iura docent, univerſuſq; penè Orbis orthodoxus clamat, Immac: Conceptam MARIAM eſſe HEREDITATEM noſtram; gaudeamus tam præclaræ HEREDITATIS dici & eſſe heredes: amemus tantò ſtudioſiùs iucundam HEREDITATIS huius poſſeſſionem: ſed quia monente Paulo, *Quanto tempore heres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, ſed ſub tutoribus manet*; ad Te ſunt oculi pupillorum tuorum o Imm: Concepta MARIA, quæ à S. Andrea Creten. & Bern: Senen: *Tutrix peccatorum, Chriſtianorumq; nominaru.* Heredes nos quidem Tui, eſſe gaudiosè profitemur; ſed parvulos nimis nos humiliter agnoſcimus, & ſatiùs nihil differre a ſervulis Tuis auemus. Ne itaq; in cordibus noſtris ſterileſcat cultus HEREDITATIS tuæ ſc: immaculatæ Conceptionis Deuotio, Te in tutricem eligimus, vota ſupplicia cum noſtro Principe Caſimiro dantes: *Eſto Tutrix & adiutrix Chriſtiani populi.* TIBI vero T. O. M. DEUS, qui funiculum hereditatum tenes, æuiternæ laudes, quia *Dediſti HEREDITATEM timentibus te.* Pſ: 60. pium hunc Imm: Conceptionis intimis viſcerum noſtrorum inſtillando cultum. Adauge quæſo hereditatem hanc noſtram, & dilata per univerſum orbem cultum pium: accelera tempora & dies, ut per vnanimem, HEREDITAS iſta, compleatur omnium conſenſum. Vota tandem noſtra ad Te concludimus cum Pſalte. Pſal. 105. *Memento Domine noſtri in beneplacito populi tui: Viſita nos in ſalutari tuo. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum Hereditate Tua MARIA*

AMEN.

321.

Votum Authoris pro Hereditate ad B. V. M.

Caſim:

Pſalm:

Pſal.

HILARITAS Vniuersi.

SS. DEIPARA.

Pro Nativitate B.V.M.

De qua natus est Iesus. Matt. 1.

322. HIlarem iam Sanctorum, nascente MARIA, mæstus hactenus Orbis, ut induat faciem, omninò expedit, imò & necessum est. A. A. Oriente etenim MARIA, ipsa nascitur HILARITAS: sic quippe ipsam a Leone Imp: in orat. de Præsent. salutari subaudio. *Salue HILARITAS ineffabilis.* Dixerit quispiam, *Ethamin*, Hebræo, *Septembrem*, quo nascitur MARIA, dici a fortitudine, id est *Mensem fortium*, eò, quòd in ea nati, plerumq; fortissimi sint: verùm si rem ipsam naturamq; dierum Mensis, & messis attendisset; nihilosecus Mensem istum appellasset fortè, HILARITATIS: ad Messis enim similitudinem, supremas Hilaritates Sanctorum, explicauit Propheta Isa. 9. *Lætabuntur coram Te, sicut qui lætantur in messe.* De neonata autem MARIA scripsit Isychius s. 2. de laud: V. *Ipsa Messis est, reddens, quæ semen non acceperat:* Messem cogita, nam grana eius colligis; dum legis illud in textu Euangelii: *De qua natus est IESVS.* Deinde Mensis iste iuxta Hebræorum Ephemerides, ordine septimus est, inde dictus September: septimi autem Priuilegia si scire cupis; lege Moysen, & inuenies hoc ordine dierum, ipsum Orbis opificem HILARIA feciisse Gen: 2. *Compleuitq; DEVS die septimo opus suum, quod fecerat: & requieuit die septimo ab universo opere, quod patrarat.* Hoc ipsum interpretatus est Alb: M. de nascente hodie Virg: MARIA, *Dies* (inquit) est illa *completionis operum Domini: cuius in utero plus delectatus est DEVS, quàm in omni alia Creatura.* De quo satis venustè dogmatizantem lego Petrum Damiani ser: 11. *Numquid in Angelis habet voluptatem Altissimus? in quibus ipse reperit prauitatem: in Stellarum scintillatione? quarum aliæ conuertuntur in sanguinem, aliæ cadunt de cælo, aliæ in tenebris obscurantur: Numquid in aëre, vel igne, vel in ventis? Nequaquam: quia non in igne DEVS, non in commotione Dominus, non in Spiritu Dominus, si verus est ille, qui in curru igneo & equis igneis est assumptus in cælum. Numquid in aquis? ubi furens & tortuosus Leuiathan immoratur: aut in terra? quæ sub maledicto Adæ spinas emittit, & tribulos: non est locus voluptatis, nisi uterus Virginis.* Quid elegantius ad rem nostram? Si ergo in Nativitate MARIÆ, (cuius vterus iam tùm ut Matris Filii DEI. prospiciebatur) ipse Cõditor universi HILARIA agit; ut etiam Creatori suo, omnis, præsertim rationalis congaudeat Creatura, Neonatam MARIAM tanquam HILARITATEM Vniversi depræedicabo: Præmittam tamen pro afflictorum tentatorumq; consolatione, aliqua de HILARITATE Sanctorum: interea breviter, iucundum nascenti HILARITATI Nostræ intonemus Salue.

MARIA Hilaritas.

September hilarij, finem ob Messis & vindemiam.

Septenarius priuilegiatus in creatione, ob Hilaria.

Alb:

Hilaria Christi in Maria.

Dam:

MARIA Hilaria universi.

Aue, Aue o MARIA
Universi Hilaria:
Lætitia nostri cordis.
Triste pelle nomen mortis.

PARS I.

De Sancta Hilaritate.

323. INter sacrorum desideriorum percupita, singulare frequensq; Diuino Psalti fuisse inuenio, videre semper, hilarem populum, & faciem sanctorum indutum conspicari. Facilè id colligitur ex eo, quòd inclytus ipse Arcæ DEI incytharedus legatur multoties, cohortatus fuisse populum illis verbis: *Iubilate DEO &c: Seruite Domino in lætitia*, adeo; ut plusquam octies in Psalmis repetiisse ea, inueniatur. Hinc est, quòd festiuè cuidam populo hanc felicitatis portionem congratulaturus, beatum etiam eum dixerit: Psal: 88. *Misericordia & veritas, præcedent faciem tuam. Beatus populus qui*

Hilaritas seu Iubilatio vera discēda est.

lus, *qui scit iubilationem.* Ergone Divinissime Rex discenda iubilatio, ut sciatur ad beatitudinem? vtiq; nontam vocis fractæ aut figuralis, quàm recti cordis auditor est DEUS. Ita sanè & de tali Jubilatione specialiter locutus est Dauid: sed & hæc, ad leges Summi Magistri scil: Spiritûs S. suam artem & arcana habet: quare discendum est, ut sciatur huiuscemodi HILARIS Jubilatio. Proinde ab ipso Regio Ludimagistro Spiritûs S. eodemq; Psalte, primùm cognoscamus HILARITATIS Cantum, quis nam ille & qualis?

Probatur Scripturaliter.

324. Premenda sunt primùm arctiùs nominati textûs verba. *Beatus populus qui scit iubilationem.* Novum sanè beatitudinis præceptum, scire, quomodo & quando gaudendum. An contrarius Euangelistæ, imò ipsi Archi-Magistro CHRIsto, Psal: Psalmodus? qui apud Matt: 5. ait: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Hominum sæculi est, vel qui sine lege vivunt, solatia quærere; Christianus flere debet, pœnitentibus namq. repromissa est gloria cælestis. Cur igitur, cum JESUS beatos nominet, qui lugent, & se affligunt, Propheta beatum populum nuntiat, qui sciat iubilationem? Stupet ad hanc novitatem dicti, Orig: hom: 7. in 6. Jos. *Quod etiam me permoueat dictum, quid istud tantùm sit opera, quod populum beatum faciat? non dixit, quia beatus est populus, qui operatur iustitiam, vel beatus qui scit mysteria, vel qui scit cæli ac terræ vel syderum rationem; sed Beatus (inquit) populus, qui scit iubilationem.* Rectè sanè & admodum bene, in populum acquisitionis respiciens Dauid, beatos proclamauit, qui *sciunt iubilationem:* hoc est, qui nouerint quando, & quo pacto gaudendum sit exultatione inenarrabili. Gaudere quippe multorum est; sed in Domino & verè gaudere, paucis cognitum, tantominùs expertum: hoc solùm spiritualibus & perfectis concessum est. Itaq: mortalium plurimi lætantur, cùm plangere debuissent: mærore conficiuntur, cum exhilarari oporteret: ita susq; deq; vertunt res, quia non sciunt iubilationem: Si fortè contingat ad Regis familiaritatem admitti; si ad Prælaturam promoueri; si diuitiis cumulari; si fama doctrinæ fortitudinis &c: eorum, ubiq; perstrepet, (quamvis hæc frequenter malis artibus contingat adipisci,) in lætitiam effunduntur, cum pœnitere deberent, scelere nimirùm interueniente, quod etiam perfectioribus quandoq; contingit. Lubet gaudere flantibus Fauoniis Spiritûs S. consolationum spiritualium, si sapiat oratio, si taceat caro; cæterùm si veniat Auster, iam coarctantur organa lætitiæ. Si ieiunandum, si maceranda caro, si tentationum stimuli, si ariditates torqueant; mæstas citò induunt facies, & languidi plerumq; vix non fatiscunt præ deiectione & tristitia animi, sibi intollerabiles, aliis molesti facti. Econtra perfecti: (modò culpa absit,) Veniant quæcunq; aduersa, irruant licèt tentationum molestarum turbæ, gemat quamvis mortificationum pondere pressa caro; turbantur minimè, imò omnem præseferunt animi vultûsq; hilaritatem: quare? *quia sciunt iubilationē:* remoto delicto, iugis HILARITAS: hoc si absit, etiam alienum, tunc compassionis affectu, soluitur iubilatio. Experientiâ probauit in se, Magister ipse iubilationis Dauid, eiusdem naturam & conditionem: Auditâ enim nece Saulis, corde oculisq; mærens, testatus est lugubri carmine interni doloris affectum. *Montes Gelboë nec ros, nec pluuia veniat super vos, neq; sint agri primitiarum.* Et quando lætior Dauidi affulsisse poterat dies? quàm tum, dum sublato Insidiatore vitæ, Regnum ad illum deuolueretur? Quis inquam ad Regnum vocatus, nisi fortè ex abundantia gaudii, lacrymatus est, vel maledixit? quorsum igitur threni & lamentationes? sed aduertit Theodoretus q. 3. in Reg: Justum Dauid tum temporis cogitasse infaustum exitum Saulis altiùs, quàm mortalium genus consueuerit. Non mouebat eum pugnæ infelicitas, non desolatæ amicorum, Parentum res; perpendebat potiùs, absq; pœnitentia in sceleribus defunctum, DEO inuisum obiisse caput: propterea non lætum aliquem Musa eius hymnum concinit ob imperii certam spem; sed tristes modulata est sonos, deflens miserabilem Saulis occasum. Ex oppositio idem pientissimus Rex, toties coronâ quærentium animam suam circumcinctus, & de vita proximè periclitatus corporis, acriùs longè torquebatur ariditate Spiritûs: *Aruit* (inquit) *tanquam testa, virtus mea.* Psal: 21. *& tota die flagellatus scopebat Spiritum.*

Dauid delet cum vocatur ad coronam, ob lugubrem decessum Saulis.

Psal:

Hilaritatis vera & falsæ, discrimen ex conscientia.

Dauid cur bat Spiritum ſuum, adeo; ut adhæreret lingua faucibus ſuis, & infirmarentur genua præ jejunio: quia tamen fermentum triſtitiæ, ſc: noxam peccati non adeſſe nouerat, ait enim Pſal: 100. *Ego autem perambulabam in innocentia cordis mei*; ſcivit Jubilationem, & nec contriſtavit juſtum, quidquid acciderat ei, vix non ſemper in Pſalmis ſuis intonans: vel Jubilemus, vel exultemus, vel gaudeamus, adeo; ut etiam oſſa eius velut organum lætitiæ facta, iubilationem ſanctam nouerint modulari. *Anima autem mea* (inquit) *exultabit in Domino, & delectabitur ſuper ſalutari ſuo- Omnia oſſa mea dicent &c:* Pſal: 34. Concludat hunc Scripturalem HILARITATIS cantum ſeu Jubilationem, voce ſuâ, Magnus Doctor Auguſtinus, ſcribens ſup. hunc locum (ap. Blanc.) *Nullo modo beatus es* (inquit) *niſi intelligas iubilationem? Quid eſt? intelligas iubilationem, ſcias vnde gaudeas, quod verbis explicare non poſſis. Gaudium enim non de te, ut qui gloriantur, in Domino glorientur. Noli ergo exultare in ſuperbia tua, ſed in gratia DEI.*

iubilat in ariditatibus & perſecutionibus.

Pſal:

Probatur Figuraliter.

325. Verùm a textu Cantici ex Scriptura, deſcendere expedit ad notas Figurales huius ſanctæ Jubilationis & HILARITATIS. Quis deneget in virtutum exercitio laborem, imo & dolorem? Nonne calumnia (ut ait Salomon) conturbat etiam Sapientem? nonne ancipites de gratia DEI, de Prædeſtinatione, & ſimiles tentationum nebulæ, tetram animæ obducunt caliginem? nonne demum a jeiuniis, a cilicio, a verberibus, & maceries & pallor, carniſq; triſtitia oritur? Ita ſanè, non inficior: ſed hypocritarum eſſe, in virtutum exercitiis propalare & oſtentare triſtitias & dolores, monuit Saluator Matth: 6. *Cùm autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ, triſtes.* Verus cultor virtutis, & ſciens iubilationem, ſi quæ triſtia contingant in virtute, diſſimulat, ſed læta & omnem præſefert hilaritatem, monente Paulo 2. Cor: 9. *Non ex triſtitia, aut neceſſitate: hilarem enim datorem diligit Deus.* Ezech: 1. legitur. *Et vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis inuoluens, & ſplendor in circuitu eius: & de medio ignu, quaſi ſpecies electri &c:* Sic venientem ad homines DEUM, Prophetа vidit, quaſi vehementem procellam humana decora proculcantem, exurentem, gladios, igneſq; eiaculantem. Verùm etſi notavit Vates, a Domino complui ignem; de igne tamen ait: *Et ſplendor in circuitu eius.* Nec aliud de illo nobis enunciare auditur. Non dicit, quòd ignis ardeat, quòd exurat, ſed quòd ſplendeat, quòd illuminet. An DEUS, cùm ignem mittit in terram, non vult ut ardeat? non vult, ut Cæleſtis ignis, gemitus extrahat ab hominibus, & humana corda mortificet? Et quidem totum id præſtat cæleſtis ignis: ſed quæ triſtia ſunt in virtute, diſſimulanda, & tegenda ſunt a veris virtutum cultoribus: ſola aperienda lætiſſima. Advertit hoc in igne myſterium Orig: hom. 1. in Ezech: *Potuit (inquit) dicere Propheta, ignis exurens, verùm piguit triſtitiam nominare, & opus eius adſcribere, ideoq; pro panali vi, ſplendorem tantùm oppoſuit.* Piget enimverò veros cultores virtutis, aliquid in virtute triſte & laborioſum evulgare: ſed toti ſunt in publicanda, & prædicanda dulcedine, & decore illius, omnem etiam in oculis & vultu præſeferendo hilaritatem. De quo monebat Sapiens Eccli: 35. *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* Sunt equidem in omni opere virtutum triſtia, præſertim carnali appetitui: ſunt & læta, lucrũ immortale cogitanti: ſola cogitare triſtia, triſtemq; animum mæſto vultu præſeferre, eſt cadere a virtutis profectu. *Multos etenim occidit triſtitia,* dans ſcil: in peccata præcipites. Eccl. 30. & Prou: 25. *Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno; ita triſtitia viri, nocet cordi:* Hinc Caſſian: ſup: illud Pſal 118. *Dormitavit anima præ tædio,* ad rem noſtram ſcripſit: *Propriè ſatũ, non corpus dixit, ſed animam dormitaſſe. Verè enim ab omni contemplatione virtutum, & intuitu ſpiritualium ſenſuum dormitat anima, quæ perturbationis huius fuerit telo ſauciata.* Sed præterea in curſu virtutum adeſt quoq; lætandi copioſa materia: præter enim ſpem & certitudinem ſpiritualis & immortalis lucri, adeſt mæſtitudini (ex occaſione adverſitatum, præſertim temporalium) conſolator Optimus, conſcientia recta: vnde Bernard: breviter: *Vis nunquam eſſe triſtis, bene vive:* Si ob lapſus quotidianos & ordinarias culpas, felle amaritudinis corroderis, vel tuum puſillanimitas contra acres tentationum inſultus animum deprimit, metuq; opprimit indiſcretò,

Virtus, etiam in aduerſis Spiritus, hilaris.

Cor:

Ezech:

Triſtitia perfectos dedecet ignis docuit Ezechielu.

Ecclī:

Prou:

Triſtitia, tinea cordu.

Triſtari non poteſt, vel non debet bona conſcientia.

scretò, ne labaris; adest tibi subitò Paulus confortans te. 1. Cor: 10. *Fidelis autem DEVS est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum* (*scil.* auxiliorum) *ut possitis sustinere.* Adest & Ambros: dum ait: *Vt* (inquit) *infantium lapsibus Pater non offenditur, sed potiùs ad compatiendum eis movetur; haud secùs nobiscum Deus agit, iuxta illud Psal:* 102. *Quomodo miseretur Pater filiorum; misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, & recordatus est, quoniam pulvis sumus.* Adsunt deniq; & alia plurima motiua HILARITATIS, quæ in unum collegit Rodriquez T. 6. *c.* 2. *de latit: spir:* nimirum, quia vult nos Deus hilariter sibi seruire, & plurimùm æstimat, quia hilares sentiunt se libenter sua agere vel pati, tristes illibenter: quia Hilaritate nostrâ in serviendo DEO, proximus ædificatur: quia majoris est meriti opus cum HILARITATE, siquidem plùs habet de voluntario, quam aliàs: quia hilaritas, animum addit, gaudium alacritatem, viresq; ac robur ad operandum submministrat adeò; vt quandoq; nec labor sentiatur iuxta Isa: 40. *Current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Plura te docebit Magister Spirituum Paracletus S. si illi mandato Apostoli pareas. *Tristatur quis, oret.*

Tristandũ non est ob tentationes.

Hilaritatis motiua alia recensentur.

Tristitiæ remedium, oratio.

Probatur Historicè.

326. Hæc HILARITATIS emolumenta probe nouerant Patres. Ex Antiquioribus Eremicolis, Sanctus Apollonius in vitis Patrum legitur frequenter suis dixisse: seruos DEI, qui suas in DEO repositas spes habent, ad eumq; totâ animi contentione aspirant, contristari nefas est. Contristentur (aiebat) Gentiles, Judæi, & cæteri infideles, peccatores etiam assiduè plangant; at iusti, qui fide vivâ excitati, bonis illis æternis potiri sperant, semper gaudeant, & perpetuâ in lætitia vivant. Si enim filii huius sæculi, rebus caducis & perituris inhiantes, bono illarum successu & casu gaudent; quantò, iure potiori nos in Domino, & æterna gloriâ, quam speramus, gloriari & exultare par est? Non minùs solicitum hac in parte lego S. P. N. Franciscum fuisse de suis, qui in fratribus tristitiam tantopere detestabatur; vt unum eorum, quòd in mœrore versari, & animo deiectior vi-

S. Apollonii admonitio cõtra tristitiam.

S. P. N. Franciscus fratres hilares esse semper voluit.

A deretur, acriter reprehenderit dicens: non decet servum DEI vllatenus tristari, nisi cum in aliquam culpam incidit: Si quam ergo contraxeris, eius te pæniteat, quamprimùm confitere, & illius veniam a DEO & misericordiam exposce, illumq; cum Propheta Regio obtestare, ut priorem lætitiam restituat inquiens: *Redde mihi lætitiam salutaris tui Domine,* quam in obsequio tuo sensi antequam peccarem, & in eo *principali,* magnifico, ac potenti gratiæ Spiritu sustenta & *confirma me.* Contingebat persæpè, si quem Seraphicus Pater tristem conspexit, ut vehementer eum B obiurgaret, dicens: oportet eos, qui mundo, carni, dæmoni serviunt, esse tristes; non verò eos, qui serviunt Deo. O quot delicatulos cernas, etiam inter ipsos fideliores seruos DEI, qui vel in fama per calumnias, impostura, tacti, vel tentationum, aut desolationum miseriis involuti, & undiq; resoluti, nedum mæstas induunt facies, nedum linguam in querelas, sed quandoq; oculos in lacrymas resolvunt. Hæc quàm displiceant CHRISTO vel inde patet, quòd etiam fideliores seruos suos acriter de his reprehẽderit: inter quos exOrdine nostro fuit Pecanus, vir singularis C virtutis, & alter ex Ordine S. Dominici, S. Petrus Martyr præclarus: hi dum de graui infimulatione contra vota sua coram Crucifixo querularentur; imperfectionis eos redarguisse legitur Crucifixus, suam ipsis objiciens innocentiam qui tamen Latronis & patibularii vices subiit. Imo B. Henricum Suso tristem ob improperia & irrisiones, adeoq; & flentem, corripuisse traditur his verbis: Proh pudor! visne in fœminæ morẽ lacrymari? certè tibi apud ões cæli ciues notam inures: Terge oculos, & hilarem vultum exhibe, ut neq; dæmones, neq; homines aduertant, afflictionis causã, D Susonem ploraſſe. Hæc de HILARITATE Sanctorum, quibus iam noua, nascente MARIA, oboritur HILARITAS.

Lacrymantes in angustiis, arguuntur.

Pecanus, Petrus Martyr. & B. Henricus Suso de querelis, a Crucifixo reprehensi.

PARS II.

SS. DEIPARA Hilaritas Vniversi.

327. QVæstionem non minùs deuotam, quàm curiosam mouet. *Vega, Pa-*

tist:

laſt: 8. cert. 3. An ſcil: B. Virgo in ortu ſuo hodierno, & in infantia, vagitum ediderit more aliorum infantiũ: ad quam negatiuè reſpondens, ſuſtinet id probabiliter, eò, quòd Beatiſſ: a primo Cõceptu ſui ſupponitur fuiſſe donata ſtatûs Innocentiæ privilegijs: inter quæ, ex D. Thoma Bonau: Richardo, numeratur carentia lacrymarum. Nec obſtat, quòd de naſcente CHRISTO Eccleſia canat. *Vagit infans inter arcta conditus præſepia:* nam *S. Baſil.* hom: 4 de gratia, id feciſſe CHRISTUM aſſerit non neceſſitate, ſed libertate, ut exprimeret, ſe ſortitum humanæ naturæ communionem, contra futuros quorundã hæreticorum errores. Plura reperies ap: cit. Authorem. Quod ſi ita eſt, nimirum quod B. V. MARIA naſcens non vagierit; nunquam aliàs, quàm hodie aptiùs HILARITAS dici meretur: Cui accedit cantus Eccleſiæ. *Nativitas Tua DEI Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit Univerſo mundo.* Hinc per enumerationis argumentum, HILARITAS Vniverſi eſſe MARIA ut demonſtretur.

MARIA in Nativitate ſua an vagierit.

Probatur Scripturaliter.

328. Imprimis Beatiſſ: Neonatam MARIAM, HILARITATEM ſeu lætitiam Sanctorum Patriarcharum, ipſe textus hodierni Euangelii edocet, in quo integer cathalogus inclytorum Procerum, Parentum MARIÆ, producitur ad calculum: ex quibus ſeptem teſtes omni exceptione digni, nominis vel rei alicuius ſignificatione, lætitiam præſeferunt, ut eam in naſcentem MARIAM, tanquam in ſcaturiginem gaudiorum refundant. *Abraham genuit Iſaac.* Iſaac ex Matris ſuæ Saræ vaticinio, *Riſum fecit mihi Dominus.* nominatur Sanctorum Riſus, vel *domus Risûs:* quo ipſo invitat cunctos homines ex natali Virginis ad commune Domûs totius ſeu Eccleſiæ gaudium: idq; ore S. Damaſc: orat: de Nat: *Adeſte omnes gentes, omne hominum genus, & omnes cuiuvis linguæ, & ætatis, & dignitatis Orbis Vniverſi: natalem diem lætitiæ univerſi celebremus:* Preme illud. *Natalem LÆTITIÆ:* ipſa ergo HILARITAS univerſi, hodie enaſci innuitur. *Iſaac genuit Iacob.* Hic, quia ope Matris Rebeccæ benedictionem accepit; nouam hodie naſci Rebeccam (ſic enim a S. Bonau. & Alb: M. appellatur MARIA) lætus oſtentat, Matrem benedictionum.

MARIA Hilaritas Patriarcharum.

Iſaac, Risus, Hilaritatem Mariæ ſignat.

Damaſ:

Rebecca, typus Mariæ.

A *Nata eſt hodie* (inquit Guarr: de *nat:*) *Mater noua*, (noua Rebecca) *quæ primæ Matris maledictionem diſſoluit, ut per iſtam benedictionem (veri Iſaac) hereditatem poſſideant illi, qui per illam ſub præiudicio maledicti æterni, erant nati. Iacob genuit Iudam & fratres eius:* Duodecim illis filiis Jacob ſeu tribubus, prædeſtinatorum collegium præſentabatur, teſte Apocalyptico Propheta. Et quis nobilior lætantium chorus, quàm beatorum? qui in illis duodecim celebraſſe natalem Virginis figurabantur, per quam ſalus æterna contigit univerſo. Eſt enim MARIA (teſte Cyrillo) *per quam diabolus ca-*
B *lo cecidit, & prolapſum plaſma in Cælo recipitur. Iudas genuit Zaram de Thamar,* quod ap: Eſcob. l. 5. de nat. ad 1. Matt: ſ. 2. n. 13. interpretatur. *De palma, aurora.* Porrò ſymbolum victoriarum commune, Palma, ſimulq; eſt & MARIÆ. *Sicut palma exaltata ſum in Cades* Aurora etiam veluti, naſcens MARIA dicitur: *Quæ eſt iſta? quæ aſcendit ſicut aurora. Cant:* Et quidem Aurora illa, Triumphorum Mater. *Dimitte me iam enim aſcendit aurora* Gen. 36. Cuncta hæc Triumphales occinunt naſcenti MARIÆ applauſus. *Salmon genuit Booz de Rahab.* Conſonat quoq; dulciter communi Patriarcharum
C in natali Virginis, Rahab, id eſt *plenitudo, potens, dilatata:* nam eo ipſo, celebrat natæ Filiæ ingentem plenitudinem, auguſtamq; potentiam: hanc quidem dilatandam; illam effundendam. *Booz autem genuit Obeth ex Ruth.* Ruth quoq; colligens ſpicas, ſicut exultantium in meſſe, ducit choros, præſignans ortum, deſpectarum ſpicarum ſeu peccatorum Collectricis MARIÆ. Septenarium cõplet iam Sereniſſima Regina Mater Salomonis Betſabee. *Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ.* Hæc, quia apud Regis tribunal extitit pro filio advocata; præſignabat Beatiſſ: Virginem,
D quam S. Bern. Ser. de Aſſump. *Aduocatam nominat, quæ apud DEVM ſalutis noſtræ negotia, ſolicitè pertractet.* Cùm ergo naſcitur Virgo; iam ſolicitæ Betſabeæ, advocatæ filiorum, conſpectu, univerſi collætari iubentur. En quanta ex MARIÆ ortu SS. Patriarchis lætitiæ & exultationis copia: ſed præcipuè id perpendere expedit in digniſſimis Parentibus Virginis, Joachim & Anna, qui frontem tenent in cætu Patriarcharum, utpotè immediatiſſimi Progenitores tan-

MARIÆ Hilaritas in 12. tribubus Beatorum, deſignatur.

MARIA Palma, aurora.

MARIA in Nativitate ſua effuſa.

MARIA Ruth animas colligens.

MARIA figurata in Betſabee.

Montium & Parentum inter se similitudo in vocibus.

tæ Filiæ. Joel. 3. dicitur: *Et erit in die illa: stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte.* Vmbr: Nouar:n.70. obseruat, ex vi nominum Hebræorum, magnam inter se montes parentesq; habere affinitatem, vt vix discriminentur: unde putat, commodè satis per hos montes stillantes dulcedinem, posse intelligi Dignissimos Progenitores MARIÆ, Joachim & Annam, qui & sibi & nobis stillarunt dulcem HILARITATEM, progignendo MARIAM. Et quia in Reuel: S. Birgittæ, habetur, quòd S. Annæ tunc, dum conciperetur in vtero eius MARIA, tanta aduenerit lætitia, ut impossibile esset dictu. Idem sentiendum videtur, contigisse illis benedictis Parentibus, dum iam natam viderent, tractarentq; manibus: ut rectè S. Annam alloquens dixerit S. Fulbertus ser: in nat: V. *Gaude & lætare, o felix! pro tali Filia, quoniam tali dote donata es, quâ nulla ante te, vel postea, meruit antecelli.* Imo, iam cit: Vega cum aliquibus arbitratur, non solùm B. Annam, nullos dolores in partu expertam; sed neq; toto conceptûs tempore, molestiam aliquam, lassitudinem, fastidium & similia, quæ aliæ fœminæ sobolis conceptæ gerulæ, experiri solent. Quod confirmat Authoribus, qui tradunt Jochabelem Matrem Moysis, sine ullo dolore infantem peperisse: & Th: a Kempis de ortu Lydvinæ idem narrat: quid ergo mirum, si Matri Virginis, idem privilegium deferatur, ut sic clariùs appareat, Neonatam MARIAM esse HILARITATEM Patriarcharum.

Parentes B. V. M. montes stillantes dulcedinẽ.

S. Anna sine doloribus peperit B. V. Mariã sed in lætitia.

Probatur Figuraliter.

329. *MARIA Hilaritas Ecclesiæ fidelium figurata in Esther.*

Secundò. Nascitur hodie B. V. MARIA, ut HILARITAS Ecclesiæ fidelium, præsertim iustorum: cuius HILARITATIS præcessisse arbitror egregium Typum in hilaritate ac lætitia, quâ olim in diebus Assueri Regis, universa Judæorum synagoga, detriumphato Aman, hostibusq; interfectis, perfusa fuisse scribitur. Esther: 9. *Quia in ipsis, diebus se vlti sunt Iudæi de inimicis suis, & luctus atq; tristitia, in HILARITATEM gaudiumq; conuersa sunt.* Primam autem & totam huius HILARITATIS synagogæ, scaturiginem non aliam fuisse constat, nisi Reginam Esther, dum ex abdytioribus cubiculi sui eggressa, priùsq; munita armis pœnitentiæ & ieiunii, depo-

Esther:

sito tandem sacco, ornatu autem augusto induta, miroq; fulgore nitens Regem adiit, pro se & populo deprecatura, felicissimo totiûs Gentis suæ, iam iam periclitantis, euentu. Porrò communi, vix non omnium Patrum Doctorumq; assensu, Esther Regina, Antypus nascentis MARIÆ esse censêtur. Vnus saltem pro omnibus audiatur S. Antonin: sum: P. 3. tit. 31. c. 4. *MARIA est Esther Nostra, quæ apud Cælestem Assuerum, procurat salutem Ecclesiæ militantu, & sententias mortu revocat ab inimicis, à manu diaboli.* Et rectè: Ex tribus enim, a quibus illa commendabatur Esther, honorabilis statim in ortu suo reperitur MARIA. Vnum erat, quòd esset formosa, speciosa, gratiosa: ut ait textus. *Pulchra nimis, & decora facie.* Quod ipsum longè nobiliùs emicuisse in Esther MARIA advertit Rich: Laur: 1. 4. dum ait. *Fuit enim MARIA, formosa valdè per charitatem, quæ est forma virtutum, incredibili pulchritudine per insolitam castitatem, omniumq; oculis gratiosa, & amabilis per humilitatem.* Addit Vega in Indice Conc: Marianum vultum, statim in suo ortu, cælesti quodam splendore perfusum ac deinceps, præsertim autem, dum se stitisset in Templo coram Domino: ex solius enim splendore vultûs, cognita a Sacerdotibus fuisse traditur, a Timotheo Hieros: *Iustus Simeon* (inquit ille) *oculos huc illùc circumferens, vidit quidem multas mulieres, verùm singulas schemate ornatuq; humanæ naturæ, propriè affectas; solam autem Virginem MARIAM, quodam divino infinitoq; lumine circumfusam, animadvertit. Curiens itaq;, segregauit reliquas Matres.* Glorioſa iterum dicebatur Esther illa, ob Coronam Regiam. *Et posuit* (ait textus) *diadema regni in capite eius.* Longè glorioſiori coronâ redimitam illicò in ortu suo MARIAM, veneratur Ecclesia: nam teste S. Amadeo. *Corona capitis eius; CHRIstus, dicente Sapientissimo, Filius Sapiens, coronâ est Matris suæ.* Hoc autem diadema statim inter cunas in Capite infantis Mariæ enituisse, approbat illud egregium Chrisologi, quod ore circumfertur, effatum in Matt: 1. v. 18. *MARIA Mater vocatur, & quando non MARIA Mater?* Tandem Regina Esther dicebatur gaudioſa, ex eo, quòd profligatis insidiis hostîs infensissimi synagogæ suæ, crudelis & superbi Aman, commune gaudium & hilaritatem peperisset populo suo: *cui*

MARIA Esther, ob tria: speciosa, gloriosa, gaudiosa.

Rich:

MARIÆ natæ vultus statim in ortu splendidus

Timot:

tristitia

triſtitia in hilaritatem, gaudium conuerſa ſunt adeo; ut populi illi decreuerint diem conviviorum & gaudii, ita ut exultent in eo & mittant ſibi partes epularum & ciborum. Nec digna comparatione, exultatio hæc ſynagogæ, ad HILARITATEM, exultationemq; fidelis Eccleſiæ, quam peperit illi nata HILARITAS noſtra, MARIA. Gaudium illi primum de profligato ſtygio Aman, (Dæmonem intelligit Gloſſa) dum eius, adhuc in vtero SS. Annæ immaculatè concepta, ſuperbum caput, contritum eſſe geſtijt, eiuſq; improbam conculcatam potentiam: nam non in tantùm ut vellet, nocere fidelibus poteſt, compeſcente eum modò natâ Dominâ. Egredientem enim ex vtero Matris ſuæ, ſic deprædicari audio a S. Amadeo homil: 8. *Igitur in manu potenti, & brachio excelſo tyrannorum finis* (id eſt mors) *MARIA egreditur: munitiſſima quæq; domorum aggreditur: inferna ſub pedibus ſuis facit contremiſcere, & Principem mortis, nimio timore percuſſum reſilire.* Miſiſſe ſibi mutuò, in gratiam HILARITATIS Eſther, munera epulaſq; Synagoga illa traditur. En in gratiam Eſtheris noſtræ, naſcentis parvulæ MARIÆ, omnem gratiam Eccleſiæ elargiendam, imò ab illa diſtribuendam promittit eius Sponſus, dum ait: *Soror noſtra parvula eſt, & vbera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ?* Quæ verba ſic interpretatur Guilell: *Quid faciemus, id eſt, quid vis ut faciamus.* (alloquitur Sponſus MARIAM) *ecce in voluntate tua pono, quid faciam eis. Non eſt, quo amplius honoretur Mater a Filio: Quid ergo faciemus, ego & tu, Sorori noſtræ? Ego per authoritatem; Tu per interceſſionem: ego Divinè operando; Tu piè intercedendo.* Quis ergo iam perneget B. V. MARIAM, myſticam Eſther, in ſuo auſpicatiſſimo exortu, fidelium Eccleſiæ HILARIA effeciſſe.

Gaudium multiplex Eccleſiæ in Natiu: Mariæ.

Amad:

Guilel:

MARIÆ Neonatæ ad voluntatem, dona diſtribuit Sponſus hilariter.

Probatur Doctoraliter.

Tertiò. Naſcentem MARIAM, HILARITATEM Cæleſtium quoq; Spirituum ſeu Angelorum fuiſſe, & eſſe, aſſerit Authoritas Patrum. Vincentius Ep: Bellouac. ſpec. 1. 6. c. 65. ita habet. Solitarius quidam ſanctæ vitæ, (qui ſingulis annis harmoniam in Cælo, nocte Nativitatis DEIparæ audivit) dum miraretur, quòd hoc alio tempore non audiret; rogavit DEUM, ut ſibi myſterium ſcire liceret: quod Angelus apparens ei retulit, dicens. *Virgo perpetuæ, quæ DEUM genuit, hac nocte nata fuit, quod, licet ab hominibus ignoretur, ab Angelis celebre habetur:* & hoc ipſum dedit occaſionem Pontificibus inſtituendi iſtud Feſtum. S. Cyrillus ſua Panegyri pro hac ſolemnitate, ſic ſalutat Virginem. *Salue pretioſus totius mundi theſaurus, lampas inextinguibilis &c: &c: Salue, quæ incomprehenſibilem in Sancto Virginali utero comprehendiſti: per quam SSS. TRINITAS, in univerſo Orbe glorificatur: per quam cælum exultat, & Archangeli lætantur.* S. Birgitt: Ser. Angel: c. 4. Ipſum Angelum ſic deprecantem MARIAM audivit. *O omnium conſolatio, Virgo! hoc ipſum Tu es, ad quod Angeli a principio ſuæ Creationis, tantâ exarſerunt Charitate, quòd licet ex ſuavitate & claritate, quam ipſi in Dei viſione habebant, ineffabiliter lætarentur; plurimùm tamen ex eo gauiſi ſunt, quòd Tu ipſi Deo propinquior illis fieri debebas ex eo, quòd majorem claritatem majoremq; ſuauitatem, quàm ipſi habebant, Tibi videbant reſervari.* His accedit ſuprema authoritas univerſalis Eccleſiæ, quæ hodie in principio Miſſæ ſic cantabat, iuxta antiquum Miſſale. *Gaudeamus &c: de cuius Nativitate gaudent Angeli, & collaudant Filium DEI.* Cuius rationem reddens Diſcip: ait: *Et meritò, quia hodie Regina Angelorum nata eſt: nam a principio Creationis Angeli Regem habuerunt, ſed Reginam non habuerunt. Sed hodie eorum Regina orta eſt, & nata ex S. Anna.*

Cyrill:

S. Birgit:

Diſcip:

Probatur Miraculosè.

Quartò demum. Neonatam Filiam, HILARITATEM eſſe mæſtorum, deſperatorumq; peccatorum, tot miracula comprobant. Vnum præcipuum, quia continuum, hic ſit primum: quod refert Author Margaritæ. Q. vlt. his verbis: *Reſpicientes Chriſti & Virginis vultum, non poſito actuali obice,* (ſcil: actuali, ſeu actu peccati) *ſtatim mouebantur ad deteſtationem peccatorum, ad vitæ emendationem, & ex quodam cæleſti fulgore, ab eorum vultibus radiante.* Hoc idem refert & tenet Aloyſ. Novar: Vmbra n. 748. Narrationi huic fauere videtur S. Thom: 3. P. Q. 28. a 3. Patuit huius miraculi continuatio recentiùs in pluribus: ut refert *Nieremb: Mariæ troph: l. 4. ex Petro Cæleſtino.* Malus quidam Clericus, promiſſis & blanditiis, quandam Sacris votis dicatam, ad illicitum conſenſum protraxit, quæ nocte quâdam, furata eſt clauem oſtii,

330. *MARIA Hilaritas Angelorũ.*

Bellou:

331. *MARIA hilaritas omnium deſperatorum.*

MARIA ſolo aſpectu, hilaritatem mæſtis inſtillabat, vivens.

uem ostij, ut ad seductorem pergeret: Transiens verò Imaginem Virginis, ex consuetudine potiùs, quàm vera devotione, salutavit eam, AVE: & veniens ad ostium, totâ nocte laborando, nullatenus illud aperire potuit: similiter & secundâ nocte: tertiâ verò nocte, præmissâ salutatione Virginis, toto conamine aperire ostium nitebatur: cui statim apparuit quædam manus extensa ad foramen seræ, & in medio palmæ eius, clauem Monialis fortiter impingebat, quam cum vidisset, rursùm respiciens, vidit cuiusdam Matronæ formam gloriosam dicentem sibi: Quid facis o filia? numquid vis manum meam perforare claue tuâ? nonne paulò ante, me salutasti: corpus tuum & animam meæ custodiæ commisisti, & nunc ad seductorem vis pergere: estne vllus pulchrior vel ditior, vel sapientior Spõso tuo, Filio meo? Tunc illicò, tum aspectu, tum verbis SS. Virginis, mœstum & obcęcatum præ concupiscentia cor emolliri cæpit: compuncta tandem rediit pœnitens ad cellam, deinceps cautiùs & hilariùs DEO servitura & MARIÆ. Quidam miles licet luxuriosus & mendax, tamen deuotè & sæpè salutabat B. Virginem. Hic cùm esset quadam die in Capella B. Virginis, & eam deuotè salutaret; irruit in eum fames vehemens adeo; vt manus suas vellet comedere: vnde tristis rogabat MARIAM, ut ei succurreret. Adfuit illa ornatu fulgenti, ferens in manibus vas, cibis delectabilibus repletum, sed subtùs erat turpe & immundum: Cumq; ille præ nimia fame, cibum conglutire vellet, impuritatem vasis videns, noluit comedere. At illi ait MARIA: nosti quæ ego sum: Respondit, non: Ad hæc illa: Ego sum Mater Dei, cur non comedis? qui dixit: O Domina mea! propter immunditiam vasis. At illa. Ita est de te: nam cibus, quem mihi præbes quotidie, valde delectabilis est mihi, sed quia es vas luxuriâ fœtidum, in abominationem mihi vertitur: purifica vas, & servitium tuum gratioſè recipiam: tum disparuit. Subitò verò peccator ex conspectu monitoq; MARIÆ compungi cæpit, & statim ad Eremum secessit, atq; 30 annis laudabiliter transactis ibi, in fine apparente Virgine B. mortuus, hinc migrauit, animam ad gloriam deducente MARIA.

Monialis desperata, & fugã meditans Mariæ aspectu & verbis resipiscit.

Miles desperatus, conspectu Mariæ exhilaratus, resipit.

A Nonne igitur rectè dixerim, MARIAM mœstorum vel periclitantium peccatorum esse HILARITATEM.

Probatur Historicè.

Vltimò tandem, satis latè diffusa est universi HILARITAS, neonatâ MARIA, dum usq; ad subterraneas Abyssos penetravit: Limbum protunc Patrum intelligo per abyssos, nunc verò, Purgatorium. Testatur Mellifluus Doctor, se in Spiritu sanctum fuisse, in ortu hodierno Beatæ, vice magni Legati ad Patres Limbi, primosq; Patriarcharum, Adamum & Euam: sup. Missus hom: 2. *Lætare* (inquit) *Pater Adam,* B *sed magis tu Eua Mater exulta: Qui sicut omnium parentes, imò (quod infeliciùs) peremptores omnium fuistis priùs, quàm Parentes; Ambo (inquam) consolamini super Filia. Curre Eua ad MARIAM, curre Mater ad Filiam.* Imo universaliter narrat Discip: omnes illos Patres in hora nativitatis B. Virginis gavisos fuisse: quia natam esse sciebant, quæ portare debuit eorum pugilem & liberatorem Christum. Facilè credo & nunc, quod in solemnitate annua Natiu: Beatissimæ, speciali perfruantur hilaritate, vel saltim aliquo refrigerio, Purgatorii animæ, utpotè ex natalitio singularis Matris suæ: ita enim C olim seipsam appellasse Maria apud S. Birgittam Reuel: legitur. *Ego* (inquit) *sum Mater DEI, & Mater omnium, qui sunt in Purgatorio.* Et quoniam ex quadam Historia, quam recenset S. Damianus, constat Privilegium annuum MARIÆ visitandi Purgatorium, liberandiq; animas a pœnis, in Festo Assumpt: suæ, Natiuitatis & Resurrectionis Domini; idem in singulis Festis, adeoq; in Festo hodiernæ solemnitatis, fieri, probabile videtur Novarino Vmbr: n. 786. Ad cuius sententiæ calculum Author hic invitat quemq; qui DEI Matris vmbram, D amat latè porrigi.

332.

S. Bernardi Legatio ad Limbum, die Natali Beatæ

Probabile est B. V. Mariã in quolibet suo Festo, multas animas liberare è Purgatorio.

Epilogus.

POtire ergo, o Ter Benedicta neonata Filia, hoc iucundissimo nobisq; æquè delicioso ac vtilissimo Titulo, quo te hodie mœstissimum humanum genus, omnisq; Tui nominis cultor deuotus, honorare exambit, dum te dicit profiteturq, HILARITATEM Vniversi. Imo iterum atq; iterum te omnes cum Patribus salutamus in cunis

333.

& vlnis

& vlnis Dignissimæ Annæ, ut Reginam in throno fulgentem vultuq; radiantẽ.

Rupert: *Aue, o Beata* MARIA. (inquit Rupertus) l. in Cant:) *Tu es inundatio gaudii, vis amoris, torrens voluptatis.* Et cum S. Ephrem: Method: *Aue* MARIA, *quæ es Canticum Cherubim, Hymnus Angelorum: Aue generis humani latitia: Salue in æternum ineffabile gaudium: ad Te iterum recurrimus: Tu festivitatis nostræ principium, Tu medium, Tu finis.* Quoties ergo, Dilectissime mi, conserue MARIÆ, pertæsus res humanas fastidis, ac mærore aliquo obrutus contabescis; in hanc beatam HILARITATEM te revoca: secede, ora, lege, hæc vel similia de MARIA, & veluti vernantem, viridantemq; paradisum ingrediens, HILARIA, iucunda, in anima celebrabis. Addit tibi spem animumq: illud Bernardi. *Si criminum immanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus, barathro incipias absorberi, & tristitiæ, desperationis abysso; MARIAM cogita: respice Stellam, voca* MARIAM. *Ipsam rogans non desperas &c:* Sic fac & vives hilariter, regnabisq; in Patria hilariùs.

A M E N.

HOROLOGIVM Pietatis.

SS. DEIPARA.

Pro Purificatione B. V. Mariæ.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. Luc: 2.

334. DAmnatam tam ex sacris, quàm profanis literis noverim licet, superstitiosam aut nimiùm curiosam temporum dierumq; observationem; hodie tamen Sanctissimos Salvatoris nostri Parentes, legale tempus piè obseruasse dum cognosco; statim temporum, dierum (ampliùs dicam) horarum, patrocinium assumere cogito. A. A. Proscriptos olim fuisse Româ aliquoties sub Ethnicis etiam Imperatoribus, huiusmodi farinæ sciolos, approbo, qui dum ex conjectura, conjunctura; syderum, faustos aut atros obseruarent dies, & nedum morborum (quod facilè tolerandum existimo) sed Regnorum quoq; cryses, climactericos portendentes; (quod plerumq; seditionum, bellorumq; fomes fuerat) Imperia turbabãt. Notavit & S. Paulus, etiam orthodoxos quosdam, tanquam vanos obseruatores dierum. Rom: 14. *Alius iudicat diem inter diem.* Imò ipse Salvator curiosam discipulorum suorum de temporibus diebusq; quæstionem: *Domine quando hæc erunt,* reprehendisse quasi, reperitur Act:1. *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Cæterùm si pietatis virtutumq; studiò, horarum temporumq; delectus, ac ordinata dispositio fiat; obseruationem huiusmodi nedum irreprehensibilem; sed singulare & laudabile ac proficuum pietatis exercitium iudico. Observârunt utiq; horas Apostoli. Paulus de hora surgendi inquit Rom: 13. *Hora est iam nos de somno surgere.* Petrus quoq; & Joannes ascendisse leguntur ad horam orationis nonam. Act: 3. Imò ipsis Ethnicis hic agendorum ordo, valdè commendabilis fuisse reperitur ap: Pier: Hierog: 56. Quippe Ægyptii propterea, pro symbolo temporis habebant Stellam, quia nihil in toto mundo, tutam temporibus legem obseruat, quàm Stellæ & cælis quæ cùm semper moveantur, eodem tamen semper temporis interuallo, certisq; periodis eò redeunt, undè moveri cæperant. Hinc prisci notabant censurabantq; inversores temporum, veluti vitæ præposteræ actores & duces. Insectatus est ideo Lampridius Heliogabalum, Seneca alios ep. 123. Probavit verò hunc pietatis ordinem, seu sacram quasi Horographiam, vel temporis Metrum, Beatissima Virgo, ipso suo

Conjectatores & arioli, pulsi Româ.

Rom:

Horas orationum ordinare, laudabile est.

suo hodierno facto, in legalium temporum observatione. *Postquam impleti sunt dies.* &c: & pluries deinceps: ut infra dicetur. Imo per hoc ipsum cultoribus suis facta est, HOROLOGIUM quoddam Pietatis quotidianæ, horatiæ Devotionis atq; Cultus sui Institutrix, promotrix & Amica. Hoc dum probare intendo; ptiùs spiritualium exercitiorum signatas horas & periodos non perturbandos suadebo. Interim ad primum hunc mystici HOROLOGII pulsum, breue MARIÆ dicamus Aue.

MARIA Horologium Pietatis.

Aue felix cæli HORA:
Adsis nobis sine mora:
Dum venerit hora mortis;
Adsis, adsis, Virgo fortis.

PARS I.

De Hora Devotionis.

335. PUlchrâ, simulq; ingeniosâ fabulâ, quidam ex Recentioribus inconstantiam in exercitiis virtutum, tædiaq; in rebus pietatis molesta mortalium, censuraſſe legitur ap. Engel. 12. Pent. Induxit ille in theatrum, in sublimi quadriga Solem splendentem, fecitq; eum a duodecim horis trahi: horas autem velut nymphas perquàm eleganter exornavit alis & sagittis, in signum celeritatis: cæterùm dissimili habitu, moleq; corporis: quasdam enim procerrimas, quasdam breviusculas, nonnullas minimâ exhibuit staturâ Hanc varietatem cum obvius vidisset Mercurius; ex singulis intelligere voluit quænam essent. Brevissimæ igitur nymphæ dixerunt, se esse horas Orationis: mediocres verò, se esse horas negotiorum: at longissimæ responderunt, se horas somni esse, prandiorum, ludorum, compotationum. Quâ re Póèta ingeniosus significare voluit, horas plerumq; ab hominibus contrahi, divinis destinatas rebus: extendi autem liberaliùs eas, quæ impenduntur faciendo lucro: prolixissimas autem esse, quæ sympoſiis iocis, sceleribus serviunt. Vtinam & talium quadrigarum non perturbaretur ordo & periodus! & vel saltùm brevis horulâ pro mentis seceſſu diligentissimè obseruaretur! Periodicè enim & ad horas vivere, multùm laudabile.

Scena horarum diversarum, in habitu nympharum.

Divina aguntur a nobis per compendium; secus humana.

A *Probatur* Scripturaliter.

Commendatissimus ille, primùm sanguine regio, & nobilis, captivus licet, demumq; illuminatissimus Propheta Daniel, asserti nostri in seipso schema egregium subministrat: hic etenim in Aula Regum Babylonis ad summa fastigia Dignitatum mirificè exaltatus, totiusq; illius Regni negotiis occupatus fuisse creditur, utpotè vnus ex tribus, qui omnia moderabantur: nihilominùs horologicè quasi, & ad periodos in Aula vixisse legitur, præsertim quò ad pietatis exercitium, sic testante S. Scriptura. 336.

B *Ingressus est* (Daniel) *domum suam & fenestris apertis in cœnaculo suo contra Ierusalem, tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturq; coram Deo suo, sicut & ante facere consueuerat.* Quis tot tantisq; negotiis immersus, quantis Daniel? & inter illa, Daniel ter in die flectit genua, orat, & confitetur: ut inexcusabiliter per hoc cõsũdatur, quisquis nullo penso, Deo suo persoluto, putat se posse servire DEO. Periodica hæc Danielis Pietas, & Devotio punctualis, Danielẽ in medio leonum saluavit. Reges, Principes, Aularumq; talium principaliores Administri seu Consiliarii, (qui in medio curarum, nullam devotioni, pietatî C litant horulam, prætextu negotiorum,) a leonibus difficultatum non tutantur, imò plerumq; humanæ soli prudentiæ innixi, cælestisq; sapientiæ consiliis (quæ orantibus nonnisi se tribuit) destituti, tandem confusibiliter corruunt, & se suosq; Principes, imo Regna perdunt. Aiebat de se æquè Regius, Abauusq; eiusdem Prophetæ Dauid. *Præuenerunt oculi mei manè diluculo, ut meditarer eloquia tua. Septies in die laudem dixi tibi. Mediâ nocte surgebam ad confitendum tibi.* Psal: 118. Nec mirum, Dauid enim unũ noverat Magistrum Moysen, de cuius Magisterio didicerat, non omninò abD sorberi negotiis Regni, sed ante omnia pensum soluere Deo, Diuinissimum numen adorando verbis: Ex quo *D. Ambrosius* Octon: 19. in Psal: nonnullos Christianos sic pungit: *Et tu Christiane, dormis, cui Magister est CHRISTUS? Et tu non verere, ut de te dicatur: Populus iste, nec labiis me honorat? Iudæi vel labiis; tu vero nec labiis: si illius, qui vel labiis honorat, cor longè est a DEO; quomodo potest cor tuum propè esse, qui etiam labiis non honorat.*

Dan: *Daniel Proph: in Aula, periodicè in horas deuotus.*

Regna pereunt, ob indeuotos Reges, eorumq; filiorum.

Psal:

Ambr:

Ambrosii censura, contra indeuotos.

ras. Quamdiu te ſomnus? quamdiu te ſæculária tenent? Diuide ſaltim DEO, & ſæculo, tempora tua: Manè feſtina ad Eccleſiam, defer primitias voti, & poſtea ſi vocat ſæcularu neceſſitas, non excluderis dicere: Præuenerunt oculi mei manè meditari verba tua. Sic ſecurus procedis ad actus tuos. Quàm iucundum inchoare a hymnis & canticis. Vide hìc, quid ſperandum illi, cui ab ore, nihil ad DEI laudem pertinens, totâ die prodit: qui nullum penſum orationis ſolvit: qui nec ſemel, brutorũ more, labia in DEI laudem movet. De tali idem S. Doctor l. 5. Exam: c. 12. dixit. *Quis ſenſum hominis gerens non erubeſcat? ſine Pſalmorum celebritate diem claudere, cùm etiam minutiſſimæ aues, ſolemni devotione, & dulci carmine ortus dierũ proſequantur.* Sane Moyſes Sanctiſſimus vir, dum ſe populi ſui negotiis nimis immergit adeo; ut nec ſibi vacaret, vocem laudis offerre DEO, audit a Socero gentili licet Exod: 18. *Stulto labore cõſumeris.* Quippe ſtultiſſimè conſumitur, quiſquis immerſus fæcularibus negotiis, nec dimidiam horam ſumit in die, vt vacet DEO,& confiteatur coram Domino. Ex quo ſapienter D. Laur. Juſtin: l. de diſcip: c. 22. ait: *Et quis Moyſe ſanctior, qui cauſas populi ardentiſſimo zelo iudicabat? neq; audeat ſine leſione perſiſtere in eo, in quo S. Propheta perſeuerare non valuit: audito namq; gentilis viri conſilio, prudenter reſtrinxit negotia proximorum, ut in iis, quæ DEI erant, ſuo quietiùs vacaret tempore.*

Homo vix dicendus, qui nec ſemel in die, laudat Creatorem.

Negotia moderanda cum deuotione.

Probatur Figuraliter.

337. Sed iam diſcurſum noſtrum cum Regibus & Patriarchis, zeloſa pro Sponſo ſuo, Sponſa Cæleſtis, contra tædioſos abbreviatores vel neglectores devotionis horarum actura, interrumpere nobis conatur, Figuram ſubminiſtrando. Ergo accedat & loquatur: Inquit illa ad Sponſum, & quidem ſatis myſterioſè, quaſi ad numeros & periodos dinumerando greſſus ſuos, *Trahe me: poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Fertur quodammodò (quod obſeruat hic Scherlog.) præceps Sponſa poſt Sponſum, an non raptari videatur, quæ trahitur? Certè, ut minimùm, currit, cuius tanta eſt feſtinantia, qualis poſſet eſſe ordo currendi: quonam modo ſibi conſtans, quæ volat pene? Num in tanta properantia obſeruatura ſit, an præcedat Sponſum, an eum ſequatur? ipſe curſus excuſabit, ſi in antevertendo deliquerit. Felix ſanè Sponſa, quam non feſtinatio cogit præſtituti ordinis tranſilire metas. Currat licet, ſed poſt Sponſum, non ante eum: æquè enim antecurrere Sponſum, ſicut & tardare poſt illum, piaculum putat, ideo non confundit loca, non perſonas, non abbreviat curſus temporum; ſed ſemper periodicè greſſus ſuos dirigit, tantò feliciori progreſſu in via virtutum; ut per hoc doceat (ex mente cit: Comm:) ſpiritualium exercitiorum ſignatas horas, periodos, non eſſe abbreviandas ob negotia, neq; perturbandum ordinem earum. Hinc idem Author, maioris luminis gratiâ, excitat aliam quæſtionem: Cur tam lentus, in mundani opificii fabrica fuerit ab initio ſummus Creator? an non potuit unâ die, imo breviſſimo interuallo, produxiſſe univerſa? cur igitur ſex diebus laboravit? An non gloria artificis ſumma? velociter conſumaſſe, præſertim, ſi exigui temporis opus tale euaſerit; quod cuncti infinitè demirentur: quo neq; firmitate, neq; mole, neq; partium æqualitate quidquam præcellentius conſpiciatur? Equidem docendi erant homines illâ DEI ſtructurâ: nam (ut ait cit: Author:) repræſentabat tunc Numen eos, quibus curæ & multæ & graviſſimæ incumbunt: Quãtæ enim conſiderationis? tot formaſſe elementa, & inimicas naturas, inter ſe conſœderaſſe. Quid cœlorum ornatus? quid terræ venuſtas? Quid Oceani latitudo? Quid in homine conſociandi Spiritûs corpori materiali? O negotiorum aceruos! Ne igitur homo putaret, cum aliæ atq; aliæ vrgent curæ, licere tempora abbreuiare, & paucis, quibus immorandum erat, concludere, qui poterat momento egregiè cuncta diſponere, ſex dies in opere conſumit, modò luci publicæ vacans, modò animantibus de terra, modò aquatilibus producendis. In hunc ſcopum collimaſſe legitur D. Ambr: l. 2. de Caim & Abel c. 6. *Namq; mundus ipſe legitur factus, cùm eſſet antea incompoſita pars eius, quia terra erat inviſibilis & incompoſita: nempe lux primùm facta eſt, & vocavit DEVS lucem, & ſeparauit DEVS inter lucẽ & tenebras, & vocatæ ſunt tenebræ, nox, & per ordinem ſingulæ, quod facta ſint legimus,*

Sponſa currens periodicè typus hominum regulariter viuẽtium.

Deus creãdo mũdũ, diſtributionem temporũ & actionum edocet:

Cant:

Ambr:

ualum, terra, ligna fructifera, animalia diuersa: distributa autem sunt leuiora superioribus, ut aer, ignu, & graviora inferioribus, hoc est terra & aqua: utiq, simul omnia fieri iubere poterat Deus, sed distinctionem seruare maluit, quam nos in omnibus imitaremur negotiu. Preme hæc ultima, & habebis, quomodo sibi complaceat Deus, dum negotiosus quispiam, tempora cum actionibus ita moderatur; ut hora sua cuiq; negotio destinetur, & qui de tempore, pietati, orationi dicato, nec minimùm furtiuè succidit. Hunc enim horarum ordinem seruatum etiam ab ipso Saluatore obseruarunt Patres, primum in illo responso eius ad Matrem, pro sponsis nuptiarum in Cana Galileæ deprecantem. *Quid tibi & mihi mulier? nondum venit mea hora. Ioan:* 2. In quæ sic scribit S. Irenæus l. 3. cont. hæres. c. 18. *Præcognita enim hæc omnia sunt a Patre, perficiuntur autem a Filio, sicut congruum, & consequens est apto tempore, hinc dixit: Quid tibi & mihi est mulier, nondum venit mea hora, expectans eam horam, quæ est a Patre præcognita.* Deinde S. Bernardus, tartareum fuisse asserit illud consilium Scribarum & Pharisæorum, qui stantes sub Cruce, pendenti de illa Christo, donec consumasset negotium Passionis suæ, sub promissione fidei suggerebant, dicentes: *Si Rex Israel est, descendat de Cruce, & credemus ei.* Matt: 27. Hac enim abbreviatione tam pretiosi operis, totum salutis nostræ negotium subvertendum credebant. *Eo quippe* (ait S. Doctor) *tendebat malitiosa suasio, non ut ipsi crederent; sed ut nostra quoq, si quæ erat fides in eum, omnimodè deperiret: Legentes enim, DEI perfecta sunt opera, quomodo fateremur DEum? qui salutis opus reliquisset imperfectum.* Proh! si non licebat CHRISTO distento in Crucis catasta, tot modis plagato, inter immania cruciamenta, horarum tædiosas moras circumcidere abbreviando: quid illi Missarum respondebunt epitomistæ? quibus sesqui hora, æuum penè videtur? Quid, in publicis Ecclesiastici cantûs officiis properantes, cum contemptu reverendæ Majestatis, Templi Dei vivi. Quid, in sacra exhortatione somnolenti? aut si vigilant, quòd tardiùs orator procedat, quòd longiùs ultra quadrantem sermonem protrahat, querulantes. Reperio ap. Alex. ab *Alexandr. Genial:* l. 3. c. 22. Horam. Deam fuisse lauernarum & furum: Meritò fures horarum, lauernæque temporum appellandi, qui de statis ad pietatem & deuotionem horis, suffurantur momenta, vel tædio orationis vel temporalium negotiorum præposterâ tractatione.

Horas actionum ipse Christus obseruavit.

Iren:

Tempus negotii Deo destinati, non abbreviandum.

Probatur Historicè.

Laudabilem plurimùm, ex ordinatissima serie agendorum, deprædicat Panormitanus, *de gest: Alph:* Regẽ Aragoniæ Alphonsum, in quo tam artificiosè exquisitus fuisse traditur; ut huius rei gratiâ, magni pretii, nouæq; inuentionis curauerit construi Horologium, in cuius summitate, pretiosis de lapidibus, eminebat turricula, de qua ad punctum horarum, occupationis illi horæ destinatæ prodibat symbolum. Et sic, dum surgendi hora, ipsi mediâ nocte ad legẽdum consueta imminebat, Liber prodibat tractandus, simul cum ignitabulo, quod prodiens lucernam accendebat. Manè iterum præsentabat se calamus cum atramento, monitor horæ pro subscribendis literis expeditionum Regiarum, vel si iudicia celebranda erant, micabat acinace gladius: horâ verò prandii, pretioso de manubrio prominebat culter. Hoc præcipuum fuit, horæ orationi, pietatiq; Exercitiis consecratæ: dum enim appropinquaret, præsentabat se fuluo de auro Crucifixus, turriculæ illius in summitate, libri deuotionum, precatorii globuli, & similia. Huic turriculæ inscriptum legebatur. *Vita Regũ.* Per quod denotabatur tanti Principis ordinatissima vivendi praxis, harmonicus, (qualis Monarchas omnes decet) actionum ordo: & ideo, ne præ multitudine negotiorum satisceret illorum deuotio, præcipuis horis Regiæ vitæ, Crucifixum præfecit. Vtinam sic vigilarent ad horas Principes! tranquillè utiq; regnarent: Hinc non mirũ, qd sic conturbato Pietatis horarum ordine, tempora quoq; & regna illorum perturbentur, & in peius sine ordine dehiscant ac pereant. Idem cogita respectiuè ad quosue Familiarum suarum Rectores, qui si ob temporalium rerum solicitudinem, nec minimùm de hora & penso quotidianæ orationis suffurantur; tantò abundantiùs nedũ in gratia, sed in sæculi quoq; bonis ac opi-

338.

Horologium Alphonsi Regis artificiose horarum occupationes exprimens.

Horologium dictũ vita Regũ.

opibus a DEO cumulari eoſdem, experientia plerumq; docet.

PARS II.

SS. DEIPARA, Horologium Pietatis.

339. CUm in multis, parcæ naturæ defectum, ingenioſa ſuppleuerit ars; tamen haud ſcio, an uſquam opportuniùs humanæ proviserit Reipublicæ, quàm ubi irrequietũ tẽporis horarumq; curſum, per HOROLOGIA, rotata præſertim, quæ plùs artis habent & gratiæ, metiri docuit. Hinc ne minùs congruum Maieſtati Perauguſtæ Virginis putaueris Titulum, cùm eam HOROLOGIUM dixi. Quiſquis Tituli huius Mariani oſor es, adorire primum Authorem Allocut: Pragens: qui ipſum Saluatorem Noſtrum, HOROLOGIUM 12. horarum aſſeruit, & probauit Dom: 3. poſt Paſcha. Beatam ergo Virginem eodem HOROLOGII venerari titulo, quid piaculi? Dabit pro honore MARIÆ ſuppetias Author mundi Symbol: l. 21. c. 10. n. 164. Cui occurrit quoq; etſi vincto pede, Poeſis R. Manſenti, qui alludendo ad illud miri artificii HOROLOGIUM Caroli V. quod integram ſonantis Horologii ſtructuram, continebat, loco adamantis appoſitâ annulo digiti punctura, loco pulsûs ſonantis, de hora geſtantem admonens: Sic unus illorum, ad noſtrum propoſitum de MARIA luſit.

Cæſareus totum complectitur annulus orbem,
Quo regitur verſis noxq; dieſq; rotis:
Deſine mirari, claudi tam grandia paruis:
Dum capit immenſum Virgo puſilla DEVM.

Meritò ergo pro Directorio deuotionis noſtræ, ad noſtrum HOROLOGIUM iam accedo, dum in Templo Salomonis ſonantia tot cymbala eius audio; quot MARIÆ exempla virtutum, in exactiſſima obſeruantia dierum iuxta Legem Moyſis, conſidero, quibus illa pungit fidelium corda, dum ad ſimilia virtutum, exemplo ſui, inuitat exercitia, & de quotidiana cultûs ſui deuotione commonet.

Horologium Pietatis.

Horologium Caroli V. ſignans horam punctura digiti, Symbolum Mariæ.

MARIÆ exempla in ſui Purificatione.

Probatur Srcipturaliter

340. Hoc primum probare perquam facile eſt ex ſacro hodierni Euangelii contextu. *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius (ſcil: MARIÆ) ſecundùm legem Moyſi, tulerunt illum (ſcil: IESVM) in Ieruſalem, ut ſiſterent eum Domino &c: Et ut darent hoſtiam, ſecundùm quod dictum eſt in lege Domini, par turturum aut duos pullos columbarum.* Peritus ſatis in enarrandis myſteriis MARIÆ Artifex, Aloy. Nouar. qui Tom. 5. Elector: l. 9. excur. 6. Hominem in univerſali, aſſeruit eſſe *Horologium, quod confecit ſummus Artifex eximio artificio, & in eo omnes neceſſarias rotas humanæ vitæ poſuit, quæ potentiæ, ſen ſuaq; animæ ſunt.* Hanc ipſam Metapho ram in particulari applicando B. V. MARIÆ à pondere (quod primum principium in HOROLOGIIS, ſiue ab ei æquiualenti, rotarum motûs habetur) Artis Divinæ myſteria explicare voluit dum ita l. 4. n. 181. ſcribit. *Rectè HOROLOGIUM, Virgo MARIA, ob probè diſpoſitas affectuum & potentiarum rotas, quæ uniformiter in ea voluebantur. Pondera verò, quibus hæ rotæ vertebantur, Virginis ſummæ humilitas erat, quæ ubi animæ noſtræ horologio appenſa fuerit, omnes aliæ potentiæ ordinatè voluentur.* Profectò, ſi ſemper humilis Ancilla Domini MARIA, nunc præcipuè, dum ſe Virgo immaculatiſſima, agniq; immaculatiſſimi Mater ſtitit inter cæteras immundas mulieres iuxta legem purificanda: Et ſanè non alio fine, niſi ut tanto pondere, ſcil: exemplo profundiſſimæ humilitatis ſuæ, titubantes vel ſtridentes rotulæ noſtræ, in curſu humilitatis proficerent, & faciliùs mouerentur, a ſupremis ad infima ſeſe demittendo: De quo Vener: Beda ita ſcripſiſſe legitur. *Sicut Dominus, qui in Diuinitate legem dedit, apparens in homine, fieri voluit ſub lege; ità etiam Dei Genitrix Virgo, quæ ſingulari privilegio ſupra legem fuit, pro oſtendendo tamen humilitatis exemplo legalibus ſubdi non refugit inſtitutis.* Hinc eſt, quòd ad pondus humilitatis MARIÆ, & Rotarum, ſcil: potentiarum aliarum animæ ipſius, exquiſitiſſimè & regulariſſimè motus proceſſit, ut in nobis plurium virtutum reſonaret, ſeu annuntiaret exempla, utpotè perfectiſſimæ paupertatis, contemptûſq; diuitiarum. *Obtulerunt pro eo par turturum aut duos pullos columbarum.* Super quæ verba ſic ſcripſit Simon de Caſſia l. 2. c. 21. *Pro ipſo piè obtulit munera paupertatis, inſinuans præſentibus ac futuris, quòd mundi diuitias non habebat: &*

Horologii animæ pondus, humilitatem ſignat Maria.

Beda.

Maria in Purificatione humilitas, traxit paupertatem, & contemptum diuitiarum.

quod nec in magnis muneribus omnium rerũ conditor honoretur, sed in affectibus magnis, quibus Virgo fulgebat, Periodicam iterum Rotarum, scil: potentiarum Sanctissimæ animæ volubilitatem ostendit prompta Legi mandanti MARIÆ obedientia. *Postquam impleti sunt dies &c: secundum legem Moysi, tulerunt IESUM ut sisterent eum Domino.* Vnde Origenes in illa verba Cant: 1. *Collum tuum sicut monilia*, cùm B. MARIAM collum ob subiectionis flexibilitatem appellasset; a speciali obedientiæ monili, scil: a puero JESU e collo eius pendente, dum sisteretur in templo, commendabilem iterum contemplatur, dicens: *Ceruicem diximus subiectionem, & obedientiam, eò, quòd quasi iugum CHRISTI suscipiat: ornamentum ergo ceruicis eius, quæ est obedientia, CHRISTUS est, ipse enim factus est obediens.* Rotarum mystici huius HOROLOGII MARIÆ, harmonicum tot tantarumq; virtutum exercitiis cursum hactenus obseruavimus; Jam sonet vox eius in auribus nostris. Et sane tenerrimum cor Virginis Almæ, vocalissimum æs seu cymbalum Spiritûs S. meritò appellauerim: nunquam etenim ad pulsus Spiritus S. non resonuit. Hodie demum in templo dum præsentaret offerretq; Simeoni natum Filium; ab uncta Pontificis manu, septenos quasi ictus accepit, non malleo, sed capulo illius gladii symbolici septem dolorum, sibi sub Cruce imminentium. *Et benedixit illis Simeon & dixit ad MARIAM Matrem eius: Ecce positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius.* narrat S. Euangelista eodem Capite. Pulsus hic in tantùm resonuit in corde MARIÆ, & nunquam desinens reliquit echo; ut (quemadmodum ipsa reuelavit S. Birgittæ) quoties tenellos artus parvuli JESU tractaret, vel pannis inuolveret, doloris ingentis compassione toties anima eius conquateretur: vel si quosdam interpretes apud Maldonatum sequi velimus, qui asserunt, gladium illum pro amore apponi: quasi prædicaret Simeon, animam Virginis excessiuis amoris actibus transfigendam: hoc certè ad maiorem gloriam & resonantiam HOROLOGII Mariani seruiret, nam charitatis eius sonus, in omnem terram, & in fines orbis terræ usq; exiuit.

MARIA in seruãdis legibus periodica.

MARIÆ cor, cymbalum Spiritûs S.

Mariani Cymbali 7. ictus in Purif: resonantes.

MARIA fasciaret quoties infantem Iesum, dolores eius meditabatur & mirè dolebat.

A *Probatur* Figuraliter.

Præcellentis huius mystici HOROLOGII Rotas, utiq; iam vidimus: auscultavimus & pulsum; obseruare demũ expedit Horarum Indicationem: his etenim tribus constant HOROLOGIA. Quod ipsum omninò præstari Fidelibus a MARIA, comperio, inquantum illa pios sui Cultores instruit, instituiq; vult in omni pietate, & præsertim in horarii vel saltim quotidiani pensi deuotionis orationum, Coronarum, Rosariorum, Officiorumq; punctuali persolutione: idq; sub Figura illius Sapientiæ, quam Salomon Prou: 8. sic loquentem inducit. *Sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam, in summis excelsisq; verticibus supra viam, in mediis semitis stans: Ego diligentes me diligo, & qui manè vigilant ad me, inuenient me. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostii mei: qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem a Domino?* Quidquid obstrepat Lutherus cum suis sequacibus, id cum iniuria sapientiæ æternæ, DEIparæ MARIÆ a Catholicis adscribi docens; sequamur nos SS. Patres, præsertim S. Bonau: in speculo, imò totius Orthodoxæ Ecclesiæ sensum, quæ in Festo Nivium, his verbis, pro lectionibus Matutini utitur, idq; non quo ad sensum literalem, (ut arbitrantur Hæretici) sed quoad Figuralem, & quâdam libertate sensûs accomodativi usa, iuxta familiarem Patribus morem, ea hinc, inde, decerpit verba, quæ illi in bono aliquo sensu tribui posse intelligit: in quo præcipuus habetur nominatus locus Scripturæ. Per Sapientiam ergo clamantem, inuitantem, instruentem, cultoresq; suos beatificantem SS. Virginem intelligamus. Pier: Hierogl: 6. c. 4. Antiquis, quibus ignotum erat sonorum æris tympanum, in usu fuisse, (imò & nunc Turcis esse, dicitur,) horas de turre altiori, clamantis distinguere voce. En Magistra & Directrix salutaris doctrinæ, MARIA, iam clamitat de excelsis: *In summis* (inquit) *excelsisq; verticibus supra viam &c:* non fine alio; nisi ut actionum nostrarum tempora distinguere doceat. Et quidem matutinas horas, utpote cuiq; Pietati aptiores, sibi ipsi iure vendicans, desides, ad sui cultum, pensumq; matutinum

341.

Prou:

Bonau:

MARIA Sapientia clamitãs in plateis.

Horæ antea voce de turre clamantis distinguebantur.

num Creatori suo, & sibi ipsi persoluendum, bonæ promissionis spe excitat, *Et qui manè vigilant ad me; inuenient me.* Hìc duplex haberi potest sensus verborum, uterq; tamen ad propositum. *Per manè* intelligunt aliqui adolescentiam vel pueritiam: ut significetur, quòd qui a pueritia amori, cultui, pensoq; speciali Mariano se dedicant, vel a Parentibus, Directoribus suis dedicantur, dum in his instituuntur; tales inueniunt MARIAM, quæ ipsis, cum specialibus gratiis ultrò obuiam procedit, atq; amantissimè excipit, eosq; tuetur, iuxta illud Eccli: 15. *Occurrit illi quasi Mater honorificata, & quasi mulier a virginitate excipiet illum.* Si verò per *Mane*, horas ipsas intelligas matutinas; pulchriùs adhuc arridet proposito nostro: hinc enim datur intelligi, quàm grata sint MARIÆ, ipsisq; cultoribus eius, matutina pietatis exercitia. Prosequitur suum stylum cum Sapientia, MARIA, *Beatus qui vigilat ad fores meas quotidie.* Per fores (iuxta Cornel. & alios Interpretes) intelliguntur Doctores, vel libri eorum deuoti: atq; sic ex cõsequenti, Psalteria Mariani Rosarii, Coronæ, Officia, similesq; precandi MARIAM formulæ, a sanctissimis viris conscriptæ. His pertractandis, ut quotidie non desit horula, adeò appetit V. Deipara; ut in tesseram fidelitatis, ipsam promittat vigilantibus beatitudinem, *Beatus qui vigilauerit ad fores meas quotidie.* Obseruasse etiam, vel potiùs indicasse Sapientia hæc, horas refectionis reperitur ibidem sequenti capite, dum *proposuisset mensam suam, misissetq; ancillas suas, ut vocarent.* Mensa hæc, cultum MARIÆ quotidianum debere haberi, edocet: Dum etenim aliquando S. Amadæus de talis pietatis exercitio, in populo promouendo intermisisset sermonem, primam postea ad oues suas concionem, exorsus esse legitur, hisce verbis: *Plures dies elapsi sunt, quibus Episcopali sarcinâ oneratus, epulum adhuc promissum de laude B. Virginis, auiditati vestræ ministrare nequiui. hom:* 8. Imo universaliùs loquar de privilegio istius nostri mystici HOROLOGII: scil: SS. V. MARIAM ius quoddam habere ad omnes pulsus horasq; aliorũ HOROLOGIORUM: quod colligitur ex eo, quia recentissimus pientissimusque, ab antiquo & quasi per traditionem mos apud Orthodoxos inualuit, ad quemlibet horarum pulsum, consalutare CHRISTUM & Beatam, per Angelicum *aue:* aut compendiosiùs, per illud iaculatorium pietatis actum: *Benedicta sit omnis hora vitæ IESU, & MARIÆ.* De iure hoc MARIÆ ad omnes horas satis clare scripsit Rich: Laur: l. 2. p. 5. sic: *Voluntas Filii est, ut Matrem illius & Dominam nostram benedicamus in omni tempore, scil: die ac nocte.*

MARIÆ Dominæ horarum quomodo.

Marianũ mane, quam auspicatum.

MARIA mensa quotidiana.

Probatur Doctoraliter.

Jam paulò supra pro Horologii huius commendatione, adduxi aliquot authoritates: ideo ut explicatiùs adhuc cognoscamus cultûs Mariani studia; nouam praxim salutarem discamus huius exercitii. Vnicam sed per planum adduco authoritatem insignis MARIANI Doctoris, qui plusquam ante 500. annos eruditè de Deiparæ laudibus scripsit, scilicet Richardus a S. Laur. l. 2. de laud: V. *Nota* (monet ille) *quod utrique, id est* CHRISTO *&* MARIÆ, *Matri & Filio, cantandum est & psallendum, & orandi sunt Spiritu & mente, sicut dicit Apostolus de seipso* 1. *Cor:* 14. *Orabo spiritu, orabo & mente. Sicut enim utriq; debemus horas vocales; sic & horas reales, & spirituales. Horæ vocales septem sunt. Psal:* 118. *Septies in die laudem dixi tibi &c: Horæ reales, quæ decantantur operibus non verbis: facta ad eorum honorem septem opera misericordiæ. Horæ spirituales septẽ: ut exhibeas de teipso, fidem, spem, charitatem, quæ sunt tres virtutes Theologicæ, & quatuor Cardinales, quæ sunt iustitia, prudentia, fortitudo, & temperantia. Vel horæ spirituales, charitas, gaudium, pax, patientia &c: ut ita pro posse tuo* MARIAM *in his omnibus imiteris: quod est currere in odorem unguentorum ipsius, & horas huiuscemodi (obseruare) seu eidem decantare.*

342.

Probatur Miraculosè.

Quantùm autem placeat B. V. MARIÆ ad certas horas, pietatis erga se exercitium, unâ interim miraculosâ discamus transactione ex Palberti Stellar: l. 1. P. 4. art. 2. c. 3. In Hungaria quidam Frater Ordinis Minorum, acceperat consuetudinem, ut quandocunq; signum fieret, serò & manè, siue mediâ nocte, ex veteri Ecclesiæ usu, ad *Aue MARIA*, flexis genibus salutaret B. Virginem, ter dicendo, *Aue Maria.* Ipse semel torpore quodam & ignauiâ ductus, omisit assurgere è strato ad salutan-

343.

salutandam B. Virginem cum genuflexionibus, quamvis e lectulo, delicatulorum & pigrorum instar, Virginem salutaret. Ecce igitur miraculum grande: vidit enim, parumper iterum soporatus, in visione mirabili, turrim Ecclesiæ se inclinare adeo; ut Crux in summitate turris existens, terram contingeret, se inclinando, & hoc tribus vicibus, ad trinam pulsûs signationem, ac tum visus est etiam sibi vocem audire, ita sese affantem: *O te miserum & ignavum! Ecce vides creaturarum hanc, massam insensibilem, Nominisq; IESU expertem, coram Deipara procumbere; tu verò interim, cui tamen ab initio Creationis, mens rationis capax infusa est, non dignaris vel loco moueri, ut tantillo honore eam afficias.* Hoc viso commonitus Frater ille, & tactus amaro dolore cordis intrinsecùs de tanta hac sua ignavia, deinceps nunquam destitit à deuotione prima, cui consueuerat, & quidem amantiùs, maioreq; animi feruore, quàm hactenus soleret. Insuper, parùm nonnullis habebatur, omni horâ pensum breue soluere MARIÆ, ideo in mometa planè, DEUM, Matremq; eius dignissimam colere cupientes, horas horarumq; quadrantes, quibus cogebat vitæ necessitas ad alia diuertere mentem, compensare alio pio orandi artificio contendebant. Surius scribit, B. Albertum Monachum centies quotidie flexis genibus salutasse MARIAM. Item B. Catharinam, S. Birgittæ filiam, quotidie quatuor horas flectendis genibus & salutationi Angelicæ recitandæ, cum multis lacrymis impendisse. Fidem vix non superat, quod idem enarrat de B. MARIA Ogniacense. Quòd nimirum visa fuerit sæpè, viginti quatuor horarum spatio, in Deiparæ honorem centies supra millies ita genua flectere, ut id sexcenties sine interruptione faceret, addens interim toties salutationem Angelicam: Posthac addebat Psalterium Dauidicum 150 Psalmorum, subnectens singulis Psalmis singulas genuflexiones, totidemq; *Aue MARIA:* Deinde trecentis dorsum ictibus, non sine sanguine, flagello mulctans, *Aue MARIA* totidem Virgini recitabat: Tandem flectens genua quinquagies ac toties recitans *Aue MARIA*, suum Mariani cultûs exercitium, & statas mille & centum genu flexiones concludebat, ac sæpè ab hoc exercitio ad dies 40. non recedebat. Is planè zelus Sanctorum in cultu, regulariter colendi MARIAM; ut & ipsas expectare horas ad salutandum, intolerabile ipsis haberetur: unde præueniebant eas in benedictionibus MARIÆ, adeo; ut piæ illæ animæ ad motus huius Cælestis Horologii continuò agitatæ, vix non pluries salutarent MARIAM; quàm spirarent.

Turres inclinantur ad Aue Maria, arguendo quẽdam defidem.

Sancti Iesosi infrequenti salutatione Mariæ aliqui reprehendentur.

Ogniacensis Mariæ, mira exercitia in cultu Mariæ.

Probatur Historicè.

Vltimò. Quantùm expediat Cultoribus MARIÆ, constanter attendere horis ac temporibus consuetis atq; constitutis pro quotidiano penso deuotionis erga V. MARIAM, fausta, & è contra lugubres comprobant historiæ. Inter multos alios Authores, recitat Lyræus in Trisag. M. In Belgio erant gemini adolescentes, in ludo tam nequitiæ; quàm literarum, condiscipuli Veneris potiùs, quàm Palladis Alumni, Sodales tamen Parthenii, licet MARIANI cætûs probrum & dedecus: horum unus, Richardus vocabatur, (dum semel in hospitio, profundam in noctem diu indulsissent ambo ludo, & Veneri) tandem, reluctante socio, domum repetit: & quamvis satis crapulâ grauaretur; memorare cæpit, se consuetas preces Virginis in honorem, ante cubitum non recitasse: luctam ergo non modicam cum somnolentia subiens, consuetum MARIÆ pensum, licet indeuotè, persoluit, maiore longè fructu consequente, quàm deuotione concomitante. Interea dum se cubitui accingit, adest socius, seu genius eius, qui fores occlusas pulsat, multumq; urget aperiendas, reluctante tamen perterrito Richardo intrat, cui se præsentans infaustus ille socius, se mortuum & damnatum esse asserit, addens hæc: ut (inquit) è lupanari ambo egressi sumus, ad tribunal CHRISTI accusati sumus de vitæ suæ sceleribus: ego, datâ potestate Sathanæ, ab ipso in via occisus sum, & raptata est anima mea ad Orcum: cumq; eum quæsiui de tua anima, & cur eam non auferret, utpotè sociam eorundem scelerum, Respondit, quia impeditus esset per MARIAM a throno suo exurgentem pro te, utpotè tunc consuetis precibus dedito, exorantem, Et ut videas, inquiebat, vera; quæ dico, esse in meipso, deductâ

Adolescenti etsi impio persoluenti consuetum pensum Mariæ, dæmon nocere non potuit.

ductâ tunicâ, corpus ab igne, bufonibus, serpentibus corrosum ostendo tibi: &, ut meo scelere contaminatus, meo sapias exemplo, rogo: vale lugubre iam ultimum tibi dico, qui ad pœnas inferni propero. Ille horrore plenus ad se rediit, & lacrymis perfusus Sospitatricem piam, iterum salutauit, tandem Religionem S. P. Francisci ingressus, deinde in Japoniam Missionarius, glorioſus per ignem Martyr euasit. Contigit hoc A. D. 1604. Seruit hic & illud quod scribitur de B. Thoma a Kempis: Hic cùm a consuetis, adhuc a puero, in Virginem Patronam obsequiis, sensim & multùm remisisset; eadem Virgo apparuit ei, & seuerè increpitum, ad pristinum pietatis morem revocavit. Huc facit, quod legitur in Pædag: Christ. P. 2. c. 12. Adolescenti cuidam legum Marianarum contemptori, ideoq; de cœtu sodalium expuncto, cacodæmon speciem mulieris præferens, gyganteâ formâ, horrido vultu, hispido habitu, manibus pedibusq; in ungues desinentibus (Lamiam infernalem dixisses) se obtulit, & intentatis terroribus penè exanimem reddidit. Adolescens post ad se reuersus, toto corpore contremiscens, palloreq; deformatus, se feruidiorem, constantioremq; fore in persoluendo penso MARIÆ spopondit: ad Præfectum Sodalitii lacrymandus accurrens, iterum cum meliori fruge recipi postulat, & obtinet: fidem fecit historiæ, grauis odor in cubiculo relictus, & impressa in fronte camini, luculenta unguium Lamiæ illius vestigia, quæ videntur Ignauiam in omittendis consuetis pietatis exercitiis representasse.

MARIA arguit B. Th: Kempensem de neglectu pensi quotidiani.

Sodalis in precibus sodalitatis negligens, ab infernali Lamia territus.

Epilogus.

EN iam pie Lector, mystici nostri HOROLOGII, nedum in diebus purgationis MARIÆ, cursus & horas præstantissimarum virtutum sc: quibus illa tum effulsit, imitanda exempla; sed etiam ex eiusdem sistemate, laudatissimi cultûs & Pietatis horarum & temporum indicationes accepisti. Si deses es & somnolentus, *Hora est iam te de somno surgere*, horariæ, aut ad minimùm quotidianæ, ut assuescas erga MARIAM devotioni. Notauit *Alex. ab Alex: Genil l. 1. c. 14.* Templum HORÆ, quæ ethnicis pro Dea habebatur, Romanis semper apertum fuisse, illiusq; aditus patebat omnibus, speciali privilegio: nam Fana aliorum Numinum clausa, ut plurimùm, custodiebantur. Vtinam in cordibus nostris Horarum MARIÆ continuum & perpetuum echo resonet in laudibus eius! Nulla dies, imò nullum momentum transeat, CHRISTI & MARIÆ laudibus non dicatum, eorumq; patrocinio ac ope non signatum: Et quoniam maxima incumbit nobis, pro HORA mortis cura, hanc ut faustè insonet nobis HOROLOGIUM MARIÆ, supplicemus deuote cum Ecclesia.

345.

Hora Dea templum semper apertum.

MARIA Mater gratiæ
Dulcu Parens clementiæ.
Tu nos ab hoste protege,
Et mortis HORA suscipe. AMEN.

HVMERVS Fortium
SS. DEIPARA.

Pro Festo SS. Rosarii B.V. Mariæ

Præcepit autem Iudas, Nicanoris manum cum humero abscisam, Ierosolymam perferri. Mach: vltimo.

346. OQuàm longè feliciori omine, imò a contrario, gloriosiori pompâ, in præsenti universalis Ecclesiæ ex devicto Orientali Dracone solemni triumpho, prænobile & victorioſum fortium omnium, qui pro Fide & Ecclesia præliantur

liantur bella Domini, brachium aut HUMERUS MARIA, suos explicat honores, & mirè Triumphi exornat nobilitatem, quàm olim, post contritam Gentium cum Duce Nicanore potentiam, celebrasse memorantur invicti Machabęorum Heroes, mandante Duce suo Juda. A. A. Illi etenim Triumphum, Festumq; agentes diem, ad perpetuum nominis Nicanoris opprobrium, iubente præstantissimo illo Duce, blasphemi istius hostis abscissum humerum cum manu, deducebant usq, Jerosolymam. *Præcepit autem Iudas* (ait S. textus) *Nicanoris manum cum humero abscissam, Ierosolimam perferri.* Nobis hodie, ad æternũ invictæ virtutis potentiæq; MARIÆ, contra hostes Ecclesiæ, memoriale, totius populi Christiani insigni tripudio, victorioſus quodammodo deportatur HUMERUS, dum per totum orbem, glorioſa per brachium MARIÆ, nam ope precum ipsius, obtenta de superbo Turcarum Tyranno, decantatur victoria. Triumphalis ille Machabęorum apparatus, nefario fidelium hosti non profuit, nisi ad confusionem; hodierna, quã quotannis deuotè instruimus, Mariæ pompa, cedit ad victorioſi eius HUMERI seu Potentiæ, exaltationem. Et ut cuiq; clariùs innotescat, dico: quòd ubi adest & erigitur HUMERUS MARIÆ; fausta adsunt militi omina, potiendæ victoriæ, imò iam triumphus quasi ante victoriam celebratur. Imbellis verò quælibet, etiam fortissima manus, si ab huius HUMERI non pendeat adminiculo. Non canit Pæana, sed lugubres ingemiscens submussitat nænias, exercitus ille, qui huius brachii, MARIÆ scil patrocinii, destituitur adiutorio. Adeste iam omnes, quotquot Castra agitis pro DEO, & Ecclesia, & amore Patriæ: quotquot cum hostibus Fidei conseritis heroas manus, sanguinem & vitam, (ut asseritis) generosè litantes, & de fortium numero censeri exambitis, percupitiſq; ne imbelles vobis in prælio & conflictu cum hoste torpescant manus, & concidant animi: Humeris vestris non confidite, citò enim emarcescunt atq; deficiunt, robore cælestis non suffultæ brachii. En hodie HUMERUS MARIÆ triumphat: huic iungite universi manus vestras, humilis deuotionis supplicatione, sacris contra Hostes Fidei in præliis:

Mach: Vlt:

Humerus Nicanoris, triumphaliter delatus in Ierusalem.

Rosarii triumphus, cum Humero Mariæ.

MARIA robur bellantium.

A Vobis fide & virtute ipsius, intrepide vestra agentibus, HUMERUS iste assistet, dabitq; victoriam. Hinc ego ad hodierni Triumpi aliquale Pompæ incrementum, in sensu D. Ansel: in Orat: ad B. V. M. aliqualiter fundatus, qui MARIAM *Brachium nostræ defensionis*, appellat Beatiss: Virginem, HUMERUM fortium & victoriarum Artificem deprædicabo. Priùs tamen fortibus seu Militi Christiano, qui huiusmodi exambiunt BRACHIUM, quædam salutaria monita dabo. Nunc breuiter saluto Triumphatricem MARIAM.

MARIA Humerus militum orthodoxorum quomodo?

O Virgo victoriosa!
Tot triumphis glorioſa,
Semper vincit miles verus,
Cui iunctus hic HUMERUS.

PARS I.

Manus brachii Divini, miles timoratus.

A Deo damnatam nonnullis videri Militaris vitæ professionem; ut eos, qui castra sequuntur, tanquam omnis virtutis exortes, si forte non hostes, plusquàm temerariè & sine vllo discrimine, iudicent & censurent, vulgari illo freti proloquio. *Nulla fides, pietasq; viris, qui castra sequuntur.* Cæterùm fuerunt, suntquê alii, qui militum castra, ipsamet castra CHRISTI reputauêre, ut quotquot occumbere in castris contingeret ab hostibus, Martyrum in censum venire asseruerint, & ad specialem laureolam Martyrum assurgere posse affirmauerint. Quod quidem (si cætera paria sint in milite) suâ non caret probabilitate apud Theologos, D. Thom: 4. d. 49. q. 5. art: 3. S. Antonin: 3. Par: tit: 30. c. 8. Thom: Vill: in instit. Theol: c. 6. Scotum 4. d. 4. q. 3. & plures alios. De quo, vrgente plurimùm pro Militibus, Imperatore Constantinop. sub A. D. 964. non modica, in Conciliis, lis agitata fuit. Cæterùm sancitum est, ne quisquis in bello oppeteret, promiscuâ, tumultuariâq; religione, martyr haberetur. Vnde & citati supra Authores, solùm de aliquo singulariq; milite agunt, qui ex fidei ardore irruens in hostes, telorum nimbos contemnens, per alienaq; vulnera, sanguine effuso, religionis sacræ purpuram quærit: & imperante charitate, eliciente

347.

Militum falsa censura.

Milites timorati milites Christi & Mariæ.

Thom: Anton: Scotus.

Milites occumbẽtens in bello iusto, an pro Martyrio

bus habendi, contro-vertitur.

liciente fortitudine, patientiâ obtemperante, ab hostium armis, vitæ dispendium subit. Mihi satis pro nunc est, in universum asserere, Militem Christianum, si per rectæ conscientiæ dictamen, adhæreat DEO, manum esse ipsius brachii Divini, ad omne expeditam prælium.

Probatur Scripturaliter.

348. Quantùm roboris fortitudinisq; manui Militum, addant conscientiæ rectæ facta, quibus iungimur per gratiam DEO, clarè id expressit nobilis ille in Castris DEI Agonotheta Dauid: qui non alia in Palæstra, prælia Domini peragere manum suam edocuisse profitetur, quàm ipso Magistrante DEO, dum eam exerceret in immaculatæ conscientiæ agonibus: Ait etenim pugnacissimus iste athleta Domini. *Psal: 17 DEVS qui præcinxit me virtute, & posuit immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos tanquam Ceruorum, & super excelsa statuens me: Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Expende, quibus iste Heros Domini disponebatur ad prælium, nimirum. *Posuit immaculatam viam meam.* Intaminati huius Ducis aptabatur manus, ipsius Dei magisterio: rudimenta proinde absolvit primum in schola immaculatæ vllo vitio conscientiæ, ubi omnigenæ virtutis præcinctus fuit baltheo, quo ulteriori pugnæ melius adaptaretur: Super *Excelsa statuitur* ante omnia, ut quæq; prospectet de altò, conscientiæ pericula, & insidias, quæ nonnunquam latitare solent in militaris vitæ professione, eaq; ut cautè deuitet, perniciissimis perficitur ceruorum pedibus: & tum tandem potenter conjunctus DEO, ad omnem paratus velitationem, edoctam ab ipso DEO, erigit gloriabundus manum. *Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Ita sanè, quem militem & præstantissimum Ducem creabat DEUS, manumq; eius ad præclaras destinabat victorias; hunc priùs fecit esse immaculatæ vitæ, ut hæc, ad bella gloriosè peragenda, cognosceretur non parui esse momenti: vnde apud Egesyp: l. 3. c. 3. in acri bello Judaico, quidam præstantissimus Dux suos ita exhortasse legitur: *Vt miles cibum sibi & arma portaret, vallo & fossâ se muniret, castrisq; ponendis hostem preueni-*

Psal:

Militis robur, vita intaminata.

Egesyp:

Milites, de bona conscien-

A *ret, obtemperaret præceptis, furto ac rapinis abstinere assueficeret. plurimùm valere in bello bonam conscientiam, eoq; amplius de diuino auxilio præsumeret, qui se nulli affini crimini recognosceret.* Hoc idem testatus est inclytus Imperator populi Josue, quem, cum modica militum suorum manu, contra quinq; Reges, qui contra Gabaonitas venerant, stantem in acie, sic suos alloquentem inducit Naxera Jos. c. 10. § 18. ex Basilio Seleuc: *Hostem a DEO oppugnatum non metuo ego, cui Cælum pro clypeo est: cum eo non manus conseuo, cui res est cum DEO: Deo instrumentum ero visibile, qui inuisibilia iacit*

B *tela, satis mihi est ad victoriam, fides.* Mysterium obserua in verbis Josue, vel aliàs ipsius Doctoris, dum ait: *DEO instrumentum ero visibile,* vt hinc intelligas, si in fortitudine Cælestis brachii conterendus est inimicus, DEUM uti manibus militum, qui decertant pro fide, & in fide bonæ conscientiæ, tanquam instrumentis, quibus nihil virtutis ad opus constat inesse, nisi à docili humero ipsius Artificis. Virtus decertat non aliter, nisi in brachio excelso: stat insuperabilis miles, iunctus per sanctitatem DEO, qui vltor est iniquitatum, & tutor amicusq; Sanctorũ.

C Secùs agi cogita, dum manus auellitur a brachio: subitò enim elanguet: id est Miles ille, qui se a DEI timore & amicitia per licentiam vitæ, & scelerum enormitatem, libidinis, ebrietatis, luxuum aut rapinæ, procul elongat, generosum licet incitatiùs agitet in acie equum, gladio, loricâ aliisq; undiq; circumspectus armis, acuat contra hostes militarem animum, nihilominùs, vel in ipso certaminis periculo, ensem a vagina soluere, non nosse, probabitur.

Naxera

Milites, instrumẽta Dei ad victoriã.

Miles mala vitæ, ensem in periculo, nec tangere potest.

Probatur Figuraliter.

D Vanam ne interpreteris, esse vaticinationem, ab ingenuo animo tantum sperare probrum: accipe in re sub Figura Scripturæ, experientiam 1. Reg: 13. Egreditur, numerosamq; ducit contra Philistæos aciem Saul Rex Israel, sed vix non inermem: nam sine gladiis, nonnisi vomeribus, ligonibusq;, veluti rusticæ plebi, nobili Israelitico Equiti, res cum hoste peragenda erat: vix Regis ad latus, & Jonathæ filii eius ensis cernebatur. *Cumq; venisset dies prælii, non*

349.

Reges

Castra inermia.

Saul non nonnisi cum duobus gladiis, mala conscientia militum typus.

est inuentus ensis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saul & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius. Cur sic populus inter inimicorum cuneos inermis? Si inimica agmina non impeterent, tranquillaq; regio inter optimas segetes, luxuriante falce, otiaretur, socordiæ populi parcendum esset; sed cui vicinus insultabat inimicus, & classicum intonabat; imbelli eum adoriri manu, quale certamen est meditari? Fortè astutiam Philistinorum incusabis, qui dominantes tyrannicè pluribus Israel Provinciis, cauerant lege Hebræis, ne facerent gladium aut lanceam. Propterea (ut testatur Scriptura) *faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel.* Sed appello ad superioris Capitis textum, 1. Reg: 8. ubi dum Regis futuri, Samuel prælegeret constitutiones; de fabris armorum præcipuam edixit. *Filios vestros tollet & constituet sibi tribunos &c: & fabros armorum & currûum suorum.* Numquid, electo mox Saul Rege, tot labentibus diebus, si fortè non annis, vel una saltim fabricandis gladiis, lanceis &c non poterat instituti officina, fabriq; conquiri ferrarii? sed recolamus quæso diligentiùs statum miserabilem & conditionem protunc castrorum Saulis, & populi cum eo congregati. Jam tum abjecerant DEUM: pepulerant enim à se Sacerdotium, iura Regis, more aliarum Gentium poscentes: abjecerunt moderaminis sacri censuram, ut se liberiùs expenderent ad negata: respuerunt vincula, quibus, Magistrâ sacerdotum manu, cingebantur ad virtutem, honestatemq;: & ideo antea, militando contra hostes, toties prævalebant. Crediderim sanè in tanta populi multitudine vel saltim inter nobiliores Colonellos & Legionarios, adfuisse gladios: aderant, sed non in manu, unde textus notanter, & non simpliciter, dixit: *Non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi* Luxuriosus etenim iam populus ad tenebras deportarat fortè machæras, quæ plerumq; sceleratis malè tractantur manibus, aut negliguntur. Hinc tandem illud, ultimo in prælio Saulis (in quo ipse miser occubuit) valdè notare expedit, quòd & ipse Saul, apud quē inuentus est gladius, postquam se per vetitum diffudisset amorem, & in scelera totum dedisset, adhuc in ipso prælio ensem retinuerit in vagina. 1. Reg: 31. *Totumq; pondus prælii versum est in Saul. Dixitq; Saul ad armigerum suum: Euagina gladium tuum & percute me.* Si impetus militaris exardescebat, ergone o Rex gladium non vibras? imò vibrandum modo primùm euaginare mandas? Non potuit sceleris conscia manus capulum prehendere palmâ, quam nuper Dæmoni, per Pythonissam impius dederat: Sic est, separatâ a Cælesti brachio manu cum hoste decertare, acsi cinctâ in vagina machęrâ cum eo præliari. Atq; ita fit, ut improbus miles, etiamsi alias pugnacissimus sit, inglorius recedat ex arena, vel turpiter occumbat, exosusq; DEO discedat è vita, æternæ mancipatus damnationis seruituti: integer verò sceleriq; purus, in humero virtutis Divinæ, nedum glorioſus triumphet coram hominibus; sed quod præcipuum est, transiens tandem ad vitam alteram, cælis inferat caput, speciali gloriâ coronandum.

Gladius non bene tractatus, ubi mala conscientia.

Probatur Historicè.

Vtriusq; Militis Paradigma accipe, ex Euseb: Nierembergio Soc: JESU l. stromm: c. 31. quod ipse exscripsit ex Reuel. S. Birgittæ l. 2. c. 13. Volens Dominus eidem Birgittæ discrimen inter legitimum & spurium explicare militem, eorumq; disparia præmia post mortem, apparuit Diuæ, hisq; eam allocutus est verbis: Dico tibi Filia de gloria & honore huius militis, qui veram militiam viriliter tractavit, atq; viriliùs consumauit: iste Miles amicus meus, cùm venit ad finem vitæ suæ, & anima eius de corpore exiret; quinq; Legiones Angelorum mittebantur, ei in occursum: Tunc una vox clarè sonuit in Cœlo dicens: nonne æterne Pater iste miles se ad tuam voluntatem obligavit, & eam perfectè implevit. Tunc ipse miles personaliter in sua conscientia respondit, verè ego sum. Deinde tres voces audiebantur de Cœlo, una ex parte Deitatis dicens: non ne ego creaui te, & dedi tibi Corpus & animam: Tu es adoptivus Filius meus, tibi debetur hereditas æterna &c: Secunda vox audiebatur ex parte Humanitatis CHRISTI: veni Frater ad Fratrem tuum. Ego enim obtuli pro te sanguinem & effudi, tu rependisti sanguinem pro sanguine, agnosco te veraciter

350.

Militis boni & mali Discrimen, in visione S. Birgittæ demonstratum.

Militis boni mors, quam fausta & gloriosa, in Exemplo.

veraciter Fratrem meum: veni ergo in gaudium meum, quod nunquam finietur. Tertia vox audiebatur ex parte Spiritûs S. Veni miles meus, quia ita desiderabilis extitisti, quando tecum habitare exoptavi. Tu virilis & iustus fuisti, ut dignus esses, quòd defenderem te, ideo pro labore & inquietudine tua, intra in ineffabilem cælestem consolationem: ego habitabo in te, & tu, in me. Postea quoq; describuntur quinq, Legiones Angelorum, qui præcedebant egregium militem, deferentes arma illius, eadem, sub variis symbolis virtutum militis, deprædicantes: de quo explicatiùs inuenies in fonte. His peractis, mox aliam lugubrem spurii militis, CHRISTUS Sponsæ suæ Figuram enarravit. Miles (inquit) alius erat, quem eligens in militem meum, dum ad templum veniſſet, invitavi hisce dicens: Si tu vis fieri miles meus, oportet te plùs solitò, abstinere a propria voluntate, nec curare de mundi honore, & habebis honorem æternum: venit Diabolus, qui Militi omnia in contrarium suasit, divitias, honores & voluptates promittens. Tunc miles intra se cogitavit: DEUS iubet me credere, quæ non video, sperare quæ non scio, abstinere à delectabilibus, quæ præsentia habeo: Alius promittit præsentia, quæ video, atq; sensibus experior. Cui deinde suggessit diabolus: vade cum omni superbia, insolescas, deprædèris, vindictam sumas, nulli ampliùs curua cerulcem, funde sanguinem proximorum, ut acquiras & rapias bona ipsorum. Quibus miles ille assensit. Cùm autem veniſſet ad finem vitæ, animaq; exiſſet de corpore, affuit Dæmon improperans elusionem. Tunc exclamauit anima: Heu quàm miserabiliter decepta sum! væ mihi, quia creata sum! væ mihi! quia tam diu vixi in carne! væ! quia victura sum in morte perpetua! Tunc occurrerunt ei Dæmones cum impetu, & tres sonuerunt voces de inferno. Prima dixit, hæc est retributio superbiæ tuæ, ut de uno dæmone cadas in alium, quousq; venias ad inferni novissimum. Secunda vox clamavit: Hæc est sors præmii tui, ut omnes, qui malitiam tuam sequuntur, augeant tormenta tua percutientes te. Resonuit tandem & tertia vox inquiens: Non-

Militis mali lugubris mors & damnatio in exemplo.

A ne iste est, qui vendidit Creatorem, pro Creatura: amorem DEI pro amore sui? Respondit Justitia: utiq; ipse est: & ideo aperientur ei duo foramina, per unum intrabit in eum omnis pœna, pro omni peccato usq, ad minimum, per alterum intrabit in eum dolor, & confusio. Hæc locutus est Filius DEI, ad eruditionem militaris disciplinæ. Quare quisquis cingulum militiæ tenes, attende, cum quo stipendia mereris: cognosce cuius HUMERI, manus sis, ne palmam amittas: sed ut certam nedum Corporis, ast & animæ teneas victoriam, diligentiùs cu-

B ra.

PARS II.

SS. DEIPARA, Humerus fortium.

ADmirandam planè & inuestigabilem Cælestis Sponsi circa dilectam Sponsam suam, scl: Ecclesiam, quis non stupeat solicitudinem? quã nedum speciosam in membris, decoram in vultu, fulgentem vestitu, habere voluit; sed præterea, ut etiam terribilis esset suis hostibus, tanquam castrorum acies ordinata, sapientissimè ad bella disposuit: Cui proinde nedum de corde, ut tantò animosior resisteret inimicis; sed insuper, de potenti brachio, & quidem utroq; sigillato ob excellentiam, quæ in utroq; latebat, benignissimè providit. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Cant: 8. Si cor Ecclesiæ, est bene DEUS ipse, iuxta illud S. Augustini. *DEVS cordis mei, & cor meum DEVS*; aptiùs nihil cogitari potest, quod veniat nomine brachii, quàm Beatiss: Virgo MARIA. HUMERI quippe huius fortitudine, Ecclesia DEI, dum deuotè ipsius invocat orationum, ac supplicationum ad suum Filium Patrocinium, omnia peragit bella, & universi Christiani exercitûs manus corroborantur, forteq; fiunt, in bello, atq; inimicorum quorumq; arma conteruntur ac dissipantur.

351.

Ecclesia provisa bene, nedum de capite, corde, sed & de Brachio.

Cant.

Deus est Ecclesiæ Maria, brachium eius.

Probatur Scripturaliter.

Digna speciali trutinâ & examine, offert se primùm insignis de tempori-

352.

Soph: bus venturi Messiæ Prophetia, Sophoniæ Prophetæ c. 3. qui exoptatissimos illos a tot sæculis, circumscribens dies, ex labii electi & HUMERI vnius, totã æui illius fortunatissimi prædixit felicitatem, & glorioſas de profligatis hoſtibus appromisit Filiæ Sion, victorias, atq; iubilationes. *Tunc reddam* (ait Dominus) *populo labium electum, ut invocent omnes in Nomine Domini, & seruiant mihi HUMERO uno.* Et mox subiungit: *Lauda Filia Sion: iubila Israel: lætare & exulta in omni corde, filia Ierusalem. Abstulit DEVS omne iudicium tuum, auertit inimicos tuos.* Si volumus consequenter in sensu allegorico loqui, & quidem ita oportet; inferius breui sub tit: LABIUM ostendã etiam ex Patribus, per Labium electum, designari Beatissimam Virginem MARIAM, quæ incessanter apud DEUM loquitur pro Domo sua, scil: Ecclesia Filii sui: Nunc supereſt, ut, fauente præsertim D. Anselmi sup: citati authoritate, eandem victoriosissimam Dominam, sub appellatione HUMERI, prædictam fuisse, agnoscamus, quam clementissimus Sponsus Ecclesiæ, Sponsæ suæ, providit, ut in huius fortitudine, Christiani Principes contra visibiles Ecclesiæ suæ hostes præliarentur, ipsiusq; sub potenti præsidio, populo dominarentur fideli. Cui re ipsa alludit bene illud Prou: 8. *Per me Reges regnant.* Seu ut explicatiùs ad rem nostrã Hebrea habet: *In me Reges regnant, & Principes iusta decernunt.* Quasi, non tantùm per MARIAM, sed etiam in MARIA, Principes, Reges, Imperatores, subiectis dominentur populis, & iustè contra hostes suos agentes, iusta decernant. Præscripta quidem verba S. Cyrillus Alex: de CHRISTO intelligit, scribens ad Theodosium Imp: ubi vocat CHRISTUM, Regnorum præsidium, ratione potentissimæ eius voluntatis; cæterùm Leo Augustus, dũ hoc ipsum pariter refert ad CHRISTUM, addit tamen MARIÆ interuentu, ut ipsi quoq; conueniat, dici & esse præsidium Regum ac populorum: Sic etenim Orat: 1. ad eam fatus est: *At tu ô Virgo ac Mater, qua hac plurimùm distantia, unita in te offendisti: tu inquam contra quidẽ spem nata, quaq; altiori supra rationem partu prolem ediderit, ne Filium ac Deum placare desieris pro hereditate, quam ei Pater dedit, cui etiam nos Pastores præfecit, ut ab omnibus rapacium bestiarum insidiis, illæsos custodiat.* Adludit hic Imperator, ad illa verba Patris ad DEUM Filium. Ps: 2. *Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ.* Quò sciant Christiani Reges & Principes, se constitui ac præfici Pastores hæreditatis CHRISTI: unde ab eo, qui est Regnorum Dominus, præsidium & fundamentum atq; tutelam, per suæ Matris & mundi Reginæ preces expetendam, & pro populorum illæsa custodia, ab hostium quorumvis feritate, ad eam supplicandum. Ipsa etenim (ut ait) S. Aug: serm. de Nat: B. V. dicitur. *Virtus pugnantium, Palma victorum.* Languet militaris virtus, sine HUMERO, sine vigore, quem spirat MARIA, quæ sic roborat suos; ut simul sit & pugnatorum virtus, & palma victorum. Sic victoria, pugnæ vicina est, ubi à Bellorum Principe, DEIpara, auxilia invocantur. Quod Georg: Nicomed: ser. 6. luculenter ediſſerit, illam votiuè in præsidium adscisens: *Siste suffragiis tuis, commota in populum tuum bella: vindica potenti tuâ virtute gregem in te confidentem: nullum auxilium tuo firmius opponimus.* Hinc eruditus Scriptor Celada in app: ad Ruth: c. 318. perpendens serioſiùs verba illa Moysis, Ducis gentis Hebrææ, dum eleuaretur Arca Num. 11. *Surge Domine & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt Te a facie Tua:* in Arca illa MARIAM præfiguratam considerando, exhortatur Principes. *Sciant* (inquit) *Principes, Reges, Imperatores, quòd B. Virgo est Arca, quæ elevatione hostes fugat, quòd auxilium à MARIA & per MARIAM, est virtus militum, præmatura victoria, triumphus & trophæum est.* Væ igitur Regnis, væ Provinciis, quæ contra hostes bella peragunt, nec tamen MARIANI HUMERI invocant robur & patrocinium, tam facilè parabile & expromptum. Sibi inuidet victoriam Miles, qui hoc validissimo præsidio, non armatur.

MARIA Humerus prædictus à Propheta.

Prou:

Leo.

MARIA Regum præsidium.

Aug: MARIA virtus pugnantiũ.

Georg: Nicom:

Celad.

Num:

MARIA fugat hostes Regnorum.

Probatur Figuraliter.

Jud. 4. Dum populus ille Israeliticus peccata cumularet peccatis, vindex iustitiæ DEUS statuit, ut resipiscerent impii, tradere eos in manus Chanaan Regis, qui nongentis armatus falcatis curribus, per viginti annos, oppresserat Israelitas vehementer: sed cùm iam misericor-

353.

MARIA figurata in Debbora.

sericordia eius superexaltaret Justitiam eius, excitavit de populo insignem Prophetissam Debboram dictam, quæ sedens sub Palma iudicaret populum, non vano omine, etiam ex palma, (quæ semper triumphi insigne fuit) futuram de hostibus populo Israel præsignando victoriam: Hæc igitur accersivit Barac, & ut agmina aduersùs hostem Sisaram cogeret, monet: ut hostiles phalangas aggrediatur iubet, campumq; destinat

Judic: certaminis. *At ille, scil:* Barac *dixit fœmina: si venis mecum, vadam, si nolueris venire mecum, non pergam.* Et quid agis Dux generosè? si soli Imperatori exercitûs, paratur Triumphus, cur in societatem adsciscis fœminam? caue ne biceps exercitus pro monstro sit, & in aduersas partes versis capitibus, corpus illius in prælii impetu laceretur: Jus dicat vel prophetiset Debbora sub palma, & tibi præsagiat armorum successum de sub palma: tu solus vir, viriliter cum tuis adnumeratis descende in prælium. Nequaquàm voluit Barac, sed in sui propositi instituto stabat firmiter, Dux pientissimus. Plùs enim sacris Debboræ confidisse deprecationibus creditur, quàm animis & manibus militũ: Imo totũ robur belli reputabat, si orationibus tam piæ Prophetissæ & sanctitate eius, veluti validissimo HUMERO, manus decertantium militum suorum, confortarentur: unde aiebat. *Si venù mecum vadam: Si nolueris venire mecum, non pergam.* Sed nobiliùs longè in Debbora latuit mysterium, scl. victoriarum Parens MARIA, interprete S. Alb: in Bibliis sup. Judic. cui accessit Cornel: a lap. per Debboram, allegoricè, B. V. MARIAM intelligens, & hoc ex ipsius etiam nominis interpretatione: *Debbora* etenim ex Hebr. legitur *Apù*, cuius epitheti titulo, B. Virgo, plurimis ex circumstantiis, a SS. Patribus frequentatur: quod videre poteris, in Polyanthea Mariana, atq; aliis. Ad propositum nostrum solùm id in Ape obseruo, quòd nedum mellifica sit, sed præterea contra hostes aculeum portet, ad feriendum: sic S. Jacobus Episcopus Nisibis, Persas, Nisibin obsidentes oratione suâ, immissis a DEO apibus fugavit & perdidit: ut refert Theod: ap. Cornel. Apes enim iratæ in furorem acuuntur & instar fulminis in hostem involant. Hinc discite Reges, discite Principes, non descendere ad prælia, nisi addextrante Debbora, MARIA: scl: nonnisi advocatâ. Classicum & militaris exercitùs vestri tessera, non sit Turcicum vel Scythicum illud *Bálá/ Bálá* sed more pientissimorum Ducum (quos studiosè enumerat Lyræus Trysag: l. 2. m. 19.) imò patriâ antiquâ Polonorum consuetudine, qui congressuri cum hoste intonabant deuotè inter arma, illud S. Adalberti Canticum: BOGA rodzica, sit inquam vobis pro tessera, invocata MARIA. Nec vidua videtur hæc excellens Beatiss: Virginis Figura, Mysterio SS. Rosarii, cuius hodie specialiter de Othomanica Luna celebratur triumphus: Quid enim est, illud, quod sonorè decantauit victrix Debbora? *Stellæ* (inquit) *manentes in ordine & cursu suo, pugnauerunt contra Sisaram.* Hic porrò locus Scripturæ, rursùs alium advocare videtur ad Figuram, ut nobis clariùs explicet mysteria SS. Rosarii, ex quo specialiter demonstretur, esse victrix MARIA, illum videlicet locum ex Apoc: *Et in capite eius, corona Stellarum duodecim.* Quem Episcopus Cortonen. tom. 3. Epitomes ap. Christoph: Vega. Th. Mar. in Indice Conc: interpretando, ait: *Eiusmodi Stellas, quæ caput MARIÆ coronant, esse ipsas rosas pulcherrimas globulorum precatoriorum SS. Rosarii, quæ pugnarunt contra Sisaram Othomanicum, in Ordine & cursu Deuotionum suarum manentes, dum corniculantem Lunam, quam victorioso semper terit calcaneo MARIA, Rosarii euocatâ deuotione, Turcarum, & Maurorum superbas ceruices usq; ad totalem deletionem, contriuerunt.* Quod ipsum breui, luculentiùs, infra adducenda hæc & alia, miraculosa victoria probabit.

Alb. M. *Debbora, vi nominis Mariam significat.* *MARIA apis quo sensu.*

Probatur Doctoraliter.

Interim, sensum SS. Patrum exquiramus, quantæ felicitatis sit Regnorum Christianorum, huiusmodi cælestis auxilii per MARIAM, gaudere HUMERO. Græcus Author ap. Celad. c. 312. in Ruth. inter hymnos Joan: Geometræ, hæc interseruit, MARIAM appellans inter alios titulos, *Potentissimam, omnium in se vires habentem, omnibus patentem, ab omnibus invocatam, liberatricem, omnium Vrbium tutelam, generis sui & mundi præsidium.* S. German, Constant: Orat: 2. in Dormit: *Tu autem* (MARIA) *qua materna*

354. Græc: Germ:

Maternâ in DEVM auctoritate polleas, etiam iis qui enormiter peccant, eximiam remissionis gratiam concilias: non enim potes non exaudiri, cùm DEUS, ut vera ac intemerata Matri suæ, quoad omnia, & per omnia, & in omnibus iaorem gerat. Hinc meritò afflictus quisq; ad te confugit, infirmus tibi adhæret, bello petitus, Te hostibus opponit.

Georg: Georgius Metropolita Nicomed: 7. Sanctam DEIparam, sic tempestiuè interpellat. *Vides* (Domina) *universam Christiani populi Spem, ex Te pendentem. Fac ergo potentiâ tuâ, ut bene illi ac prosperè cedat. Nullum aliud perfugium habet a malis occupantibus, excepto duntaxat, inexpugnabili illo tuo auxilio. Qui rerum summâ potiuntur, suam Tibi fidem addixerunt: Te opponunt, armorum universorum loco: scutum Te circumpositam habent, coronamq; gloriæ circumquaq; gestant: sui Te Imperii posuerunt vallum: Tibi sceptra regni crediderunt. Exurge ergo in virtute magna, in conspectu populi tui, atq; inimicos dissipa Filii: ut ab eorum impio furore liberati, communem lætitiam ac exultationem agamus: Tuumq; pariter gloriosum ac supra modum desiderabile nomen, magnificemus.* His meritò adnumerandus noster Carthagena l. 16. qui hom:8.in Festo SS.Rosarii inter plura alia, sic alloquitur Beatissimam. *Sed & quis similis Tibi inter fortes mulieres o MARIA! Qui similis Tui? magnifica in sanctimonia, magnanimis in opere, perpetrans mirabilia, & fortitudinem, ac victoriam tribuens implorantibus auxilium tuum, quod antiqui Prophetæ non obscurè mihi videntur vaticinari: quippe cùm Balaam Num: 24. prædixerit Orietur Stella ex Iacob, & consurget virga de Israel & percutiet Duces Moab, vastabitq; omnes filios Seth.*

Probatur Miraculosè.

375. Hoc ipsum, tanta frequentia victoriarum, sub nomine & invocatione MARIÆ obtentarum, non citra miraculum fieri probat. Rem hic quoniam compendiosè tractare oportet, ex infinitis planè, pauca recensebo. Alphonsus VIII. Castellæ Rex cum Mauris & Saracenis prælium conserturus, iussit ante aciem, præter saluificam Crucem, etiam Imaginem Beatissimæ, gestantis in vlnis Filium, depictam in principali vexillo, præferri, ad cuius conspectum, fusis, fugatisq; barbaris, ducenta millia cæsa fuerunt, cùm ex Christianis, non plures, quàm viginti quinq; aut triginta desiderati sint: ex interfectorum corporibus sanguinis non fluxit, ne ex tanta strage, contagio simul flueret. *Mariana l.* 11. Similiter Deiparæ interuentu, Simon Comes Monfortius, ingentes Albigensium Hæreticorum copias profligavit, dum in Prætoriano Signo, *Rosarium* depictum, animos militi addidit, & victorem effecit. *Bzov. ad Ann.* D. 1213. *& A. D.* 1300. Simile refert de Ludovico I. Rege Hungariæ, qui ope MARIÆ cum duobus millibus suorum, Turcarum octoginta millia deleuit. Sed inter Marianos hosce triumphos, celeberrimus est ille, cuius hodie solemnis habetur memoria sub A. D. 1571. Selimus Turcarum Imperator, fœdere cum Venetis impiè rupto, diuturnis Maiorum suorum victoriis in superbiam elatus, Cypro Insulâ armorum vi Venetis ereptâ, Christianorum in Europa cervicibus imminebat, quare ingentem classem militibus, tormentis, omniq; bellico apparatu instructissimam, per suos Duces, in quibus supremum imperium habebat *Halii* Bassa, eduxerat: in qua Turcæ nimiùm viribus suis confidentes, alacres ad pugnam, contra Christianorum classem, fœdere Pii V. Pontif: Max: Philippi II. Hispan. Regis, & Reip. Venetæ coactam, ferebantur: Die septimo Mensis Octobris, classis Christianorum ad Echinadas insulas, non procul à Lepanto, Turcicæ occurrit: & commisso inter utramq; atrocissimo prælio, a hora sexta usq; ad Vesperam, magno utrinq; animorum ardore concursum, ingentiq; cum internecione pugnatum est: qua in pugna, ferocissimus quisq; Turcarum, aut ferro cecidit, aut captus est, hostibus ad 30. millia cæsis, decem millibus in potestatẽ redactis, Triremibus 180. captis. 90. demersis, 15. millibus Christianorum a servitute liberatis, partâ ingenti prædâ, centum & sedecim maioribus tormentis, ducentis & quinquaginta sex minoribus, hosti ereptis. Atq; hanc insignem victoriam Pontifex ipse Pius V. DEIparæ auxilio adscripsit, & eius memoriam quotannis solemni ritu, festumq; MARIÆ de *victoria* appellari iussit. Ipso naualis prælii die, antequam classicum daretur, Christiana mancipia, remiges Turcarum coacti, pro libertate, plerique autem Duces ac milites

Victoria Rosarii miraculo de Selimo Turcarum Imperatore.

MARIÆ victoria in castris Alphonsi, Mensfortii, Ludovici refertur.

milites Christianæ classis, vota sua nuncuparant, pro salute & victoria, Beatissimæ Virgini Lauretanæ, ut dubium cuiq; esse non possit, quin tam insignis victoria, post DEUM DEIparæ debeatur. Ex qua occasione Gregor: XIII. Festum hoc, & simul Rosarii Sodalitatem instituit & confirmavit, quoniam huius Confraternitatis speciali ad MARIAM deuotione, obtenta hæc victoria fuisse credebatur.

Probatur Historicè.

356. Refert Pierus l. 1. Valer: Hierogl: c. 12. de scutis: Messenios populos, in clypeis suis, quibus in pugna se ab inimicorum ictibus tutabantur, literam M. sculptam ferre consueuisse. Causam (ait Lyrçus l. 1. Trisag. Mar: 16.) multi inquirunt: quidam existimarunt, eos significare hoc facto voluisse, quòd sicut in huiusmodi litera, partes desuper uniuntur & copulantur fermè in unum, ita corpus Reip: cum suo capite unitum esse debere, ut vincat exercitus. Nec desunt, qui per eandem literæ figuram, SSS. TRINITATIS Mysterium adumbrari existimarunt: sed utut se res habeat, non ignoramus, eâ literâ, Virginis DEIparæ nomen effigiari, ut vel ex ipsius Gentilitatis superstitionibus eniteret (quæ quandoq; vel ignoranter honores describebat MARIÆ, prout patet in illo ethnico Propheta Balac, cuius nuper de oriente Stella ex Jacob, (hæc autem MARIAM præsignabat) audiuimus vaticinium) ut inquam eniteret, eandem Virginem gloriosam, Militi & populo Christiano, clypeum fore defensionis, & validum fortitudinis contra hostes quoscunq; fidei, & pericula, tutamen:

Clypei antiquis in usu, cum inscriptione literæ M.

MARIA clypeus.

Epilogus.

357. MEmorabile est illud, quod Historici tradunt de Georgio Castrioto Scanderberg, viro bellicosissimo contr: Turcas, & toti orbi, celebri, A nedum ex generosi animi celsitudine; sed quoq; ex insigni, supra quod vix credi potest, virium corporis fortitudine, ita; ut brachio suo cataphractos Turcas transuersim medios dissecaret, aut à vertice ad umbilicum divideret: quo fortitudinis ostenso, Solimanus attonitus, petiit ab eo per Legatos, acinacem ipsius, utraq; parte acutum, ad se mitti: quem cùm accepisset, atq; ipse, aliiq; Bassæ, vulgarem esse dicerent: & sibi ludum impositum per alicuius alterius suppositionem gladii, Turca quereretur; respodit Legatis iterũ missis Castriotus: *Se quidem gladium Imperatori proprium misisse, sed non brachium,* Indigitans, robur omne & fortitudinem gladii, prouenire ab HUMERORUM validitate. Viget porrò plerumq; in Christiana militia contra hostes fidei macer animus: adest expeditissimus ad bella bipennis: non desunt arma: sed si è Cælo non interueniat HUMERUS fortium, & robustum Christianitatis brachium, MARIA, almis suis precibus deprecans Filium suum, Gentium & Bellorum Dominatorem, idq; specialiter a belligerantibus invocata; decidit omne militis robur, virtusq; elanguet. Vtinam Duces omnes & Principes, dum bella contra hostes fidei meditantur: dum conscribunt militem, acuunt gladios, & in acie iam ipsa ordinant castra, disponuntq; ad pugnã legiones; ad huius cælestis HUMERI fortitudinem, per deuotam Marianæ interceſſionis invocationem, oculos, animosq; suos convertant. Et dum se bene & feliciter velle militi suo profitentur; tesseram militarem, non aliam, nisi DEUM & MARIAM, pronuntient, explosisq; procul a castris suis, omnibus aliarum Gentium superstitiosis tesseris, hæc potiùs salutaria nominum sistemata sua instituant, quæ milites suos animent, hostes eneruent ut tandem in HUMERO forti, desideratâ donatos se victoriâ, glorientur.

A M E N.

Scanderberg Magnus victor Turcarum mittit obgladium Turcæ, sine brachio.

DECAS IV.

LABIVM Vniverſale Eccleſiæ.

SS. DEIPARA.

Pro Annūt: B. V. M.

Fiat mihi ſecundum verbum tuum. Luc: 1.

398. CÆleſtis Patris æmulatricem, & quandam delibationem ſupernæ virtutis, (quâ Pater gignit in Excelſis,) ſeu Generationis Filii Dei à Patre æterno, quis hodie Beatiſſ: Virginem MARIAM, dum Mater fit VERBI, nam Filii DEI, eſſe perneget? quis non fateatur? A. A. Amicus Silentii DEUS eſt. Semel nonniſi (ut obſeruavit Divinus Pſaltes, Pſal: 61) in æternitate locutus, uno omnia Pater dixit in VERBO, primâ ſui fœcunditate facundus, ipſâ ſui conceptione, ſeu conceptu, parens, ita tamen; ut ſemper, & continuò loquatur, utpotè ille, qui nunquam non parit. E Cœlo locuta fuit MARIÆ, lingua cæleſtis, admonens de pignore progignendo, ſuggerens Incarnationis arcanum, Myſteriumq; referens TRINITATIS. Quid tunc illa? An in Angelicum oratorem, officioſa profudit verba? aſpectum, pulchritudinem, ſenſumq; verborum Nuntii cæleſtis extollens, ac Spiritûs ſapientiſſimi ingenium ſtrepitu laudatorio commendans? minimè. Salutata ab Angelo, nec verbum dixit, niſi primùm de VERBI æterni, ſeu FILII DEI generatione Angelus ſuggeſſiſſet, dicens: *Et Filius Altiſſimi vocabitur.* Hoc demū dū ſubaudit MARIA, ſoluit LABIA in verbum illud, ad cuius vocem cuncta Creatura, in ipſo redimenda, ſuſpirabat: nempe ſalvificum prolificumq; FIAT. *Fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Et ſanè DEIformi prorsùs tunc locuta eſſe creditur MARIA locutione: quod ſubtiliter attigit Illuſtriſſ: Zerda Acad: 1. n. 55. dum ita ait: *Illa, ſcil: MARIA, non bonitatem ſilentii, ſed bonitatem locutionu, quæ eſt in abditis (id eſt, in operationibus Divinis ad intra) in ſe reſplendeſcere facit: DEUS per VERBUM loquitur, per alia Diuina, ſilet. MARIA VERBUM illud concipit, ipſâ fatur Patris locutione, dum generat. Illa dum gignit, loquitur, quia gignit VERBVM: ſic & ſupernus Pater, cui lingua eſt uterus, Filius VERBUM.* Nec obſtat, quòd, quia iam ſemel peperit ſuum Vnigenitum MARIA, iterùm non pariat, adhuc enim ſemper eſt Mater: nam ex ſenſu S Chryſologi *MARIA, quando non Mater,* imò ut continuò nouâ ſemper & novâ parturitione progignat Eccleſiæ filios, in hoc verbo ſemper loquitur ut ex meritis Filii ſui, opportunas ſingulis & univerſis impetret gratias, ſalutiſq; auxilia. Meritiſſimè proinde *a Rich: Laur: l. 9. de laud. v.* LABIUM Eccleſiæ appellata. Proſequar id eo ego huius Doctoris deuotum acumen, & quoniam hodie in labiis eius diffuſa eſt gratia illius reſponſionis, quâ renouatus eſt univerſus mundus; SS. Virginem MARIAM, LABIUM eſſe univerſale Eccleſiæ Dei, quod tacentibus cæteris, pro univerſis ſemper apud DEUM loquitur, comprobabo:

Deus ſemel loquitur.

Fiat Maria profiſcum.

MARIA ſemper Mater.

MARIA labium Ecclesiæ.

babo, præmittendo rationem, curnam quandoq; labia Sanctorum pro nobis tacere videantur? id est, cur intercessiones eorum coram DEO pro nobis non sint efficaces? Interim labia nostra LABIO MARIÆ dent hymnidicè salutationis honorem.

Tuâ dulci prece fulci,
Fidelium LABIUM
Pro miseriis atq; reis
Deprecare Filium.

PARS I.

Sanctorum labia silent, nostris tacentibus.

359. ADmirandus naturæ Conditor & Artifex DEUS, locutionis humanæ adeò connexè & comptè dispositisse, ordinasse, multiplicasseq; cernitur organa, linguam nimirùm, palatum, & utrumq; labium; ut si vel unum eorum desit, tacere cætera necesum sit. Desit labium unum, aut ineptum ministerio movendi se, reddatur; homo fit mutus ut piscis, articulatæq; vocis ineptissimus efficitur. Hinc est, quòd quidam monstrosi homines in Æthyopia, (qui (ut Scribit Isid. Euthym: Plinius ap. Bercorii Repert:) LABIUM inferius, ita habent amplum, & protensum; ut contra ardorem solis, eôdem, totum suum operiant vultum,) & ideo forsitan, utpotè loquendi impotes, aliisq; hominibus insociabiles, nonnisi in diversis Æthiopiæ montibus divagari traduntur. Ita sanè, vel similiter contingit. LABIA Ecclesiæ Dei, sunto Sanctorum & fidelium orationes, quorum usus frequentissimus & utilissimus fide creditur, iuxta illud Jacob. 5. *Multum valet deprecatio iusti assidua.* LABIUM itaq; superius, designet orationes Cælituum vel aliorum iustorum, quorum pro nobis patrocinia inuocamus; LABIUM verò inferius, dicantur orationes ipsorummet invocantium opitulationem aliorum Justorum. O quoties a nobis implorantur patrocinia cælitum! quoties expostulamus suffragia Religiosorum! fructus tamen labiorum ipsorum experimur rarò adeò, ut tacere illa nobis videantur. Scire ne cupis causam? intellige & scito, nihil prodesse superius LABIUM, immobili manente inferiori: nimirum, minimè fore efficacia suffragia Sanctorum, nostris tacentibus labiis, hoc est, nullo modo nobis cooperantibus.

Homines deformissimi a labio.

Labia Ecclesiæ sūt Sancti.

Orationes SS. cur quandoq; nobis non prosint.

Probatur Scripturaliter.

Audiamus contribulati & in pœnitentia positi, atq; sub ærumnis pœnarum die ac nocte aggrauati, Dauidici cordis, in Sanctorum suffragiis (Patriarchas, Auos, Proauos, Abauosq; eius intelligo) confidentiam: dum etenim ille pro iniquitatis suæ remissione laboraret Ps: 31. *Dixi, confitebor aduersus me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Mox subiunxit. *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus, in tempore opportuno.* Quid agis Diue pœnitens? Numquid more Principum sæculi, temporibus Divina etiam metiuntur? *Numquid illius, qui Diues est in omnes, qui invocant nomen eius,* Rom: 10. non semper aures erectæ? ut propterea opportunas, Sanctis pro nobis deprecaturis DEUM, necessum sit, aucupari horas? Ita sanè: sed id non DEI ast nostri vitio contingit: nimirum ipsi nihil agentes, Sanctorum & aliorum Justorum exambimus orationes, vigilias, lacrymas & ieiunia, ipsisq; confidimus. Non audent porrò Sancti tam inopportuno tempore, Divinam accedere Maiestatem, ut pro nobis exorent: Quod innui videtur illis verbis: *Pro hac orabit ad te Sanctus in tempore opportuno.* Orabat Dauid, confitebatur, lacrymis stratum suum rigabat, gemebat, cinere & ciliciis castigabat peccatum suum, hinc opportunum nactus est tempus, efficaciùs profuturam sibi orationem aliorum iustorum, sperandi. Quam temeraria soleat plerumq; esse vanissimis peccatoribus, de aliorum orationibus & meritis spes, ostendit ille locus S. Scripturæ Jer: 7. ubi Deus orationem Prophetæ, (quam parabat ille deprecaturus pro afflicto populo) tanquam inopportunam, se rejecturum protestatus est adeo; ut etiam illam prohibuerit etsi Clementissimus. *Tu ergo* (inquit)*noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te.* Et hanc prohibitionem pluries repetiisse legitur. Ego totus quantus obstupesco, hæreo attonitus, cum præceptum expendo. O DEUS meus! quid audio? ubi consueta tua pietas? An

360. Ps: Rom: Jer:

Orationibus pro nobis Sanctorum, cooperandum est.

fons immensæ bonitatis tuæ & misericordiæ exsiccatus est, vel in durum obriguit lapidem? Nonne ipse es Deus, tam bonus, qui omni curâ & solicitudine, justum & sanctum quæsiuisti, qui se vadem inter Maiestatem tuam & peccatores interponeret. *Et quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam.* Et nunc, cùm homo ille repertus sit, Jeremias videlicet, prius Sanctus quàm natus, prohibes ne pro peccatoribus intercedat, monesq; precationes eius non fore exaudiendas. Omninò, inquit DEUS (interprete S. Chrysostomo.) Et hoc non inde pro uenit, quasi in me Pietas & amor abesset, nulla etenim mihi mutabilitas vel delectus misericordiæ; sed hoc totum ab obstinatione & protervia populi emanat, qui se disponere, qui pœnitentiam agere, qui deprecari, qui se humiliare, & orationes suas Prophetæ orationibus adnectere respuit. Propterea licèt Jeremias, vir Sanctus & iustus, pro ipso intercedat; tamen preces eius non sum exauditurus: nil proderunt Prophetæ orationes, genti contumaci: nullum iræ meæ, obstaculum ponent, non flagella auertent, quæ furor meus in ipsos vibrabit. Audi verba cit: paulo sup. huius S. Patris hom. in ep. 1. ad Thessal: *Quid profecit Ieremias Iudęis? an non tertiò deprecatus est pro eis, & vicissim tertiò audiuit: Neq; orauerit, neq; obsecraueris pro populo isto: non enim exaudiam te: Quid Saulem iuvit Samuel ad ultimum usq; orans & lugens pro eo? Quid profuit Israelitis? nonne omnes perierunt? Nihil prosunt (inquis) preces Sanctorum: Prosunt plurimùm, sed quando nos aliquid suggerimus. Adiuvant enim & auxiliantur. Auxilio autem quis eis demum est? qui & ipse operatur.* Quasi in re dixisset, fructum LABIORUM seu orationum Sanctorum pro nobis, a nostris quoq; dependere labiis, seu cooperatione.

Chrys:

Probatur Figuraliter.

361. Egregiam huiusce rei, oculatissimè S. Ambr: *l. 2. de pœnit:* obseruavit Figuram, in illa cæteris solemniori resuscitatione a mortuis, Amici Christi, Lazari *Ioann:* 11. nimirùm, quòd misericordiam impertiturus Dominus Lazaro, parùm habuit audire deprecantes pro mortuo, eius sorores, Martham & Mariam, & madentes lacrymis devotas intueri fæminas, sed præterea ut & Lazarus, mortuus licet, signoue vel quopiam facto, partem supplicationis teneat, requisisse videtur: dum dixit: *ubi posuistis eum:* Et quid Domine in mortuo requiris? nonne pientissimarum hospitarum tuarum & suorum lacrymæ feruentissimæ, adurunt viscera tua? nonne ad illarum vota respiciens, fratri earum mortuo vis impartiri vitam? Cur moraris adhuc, & requiris videre defunctum? Equidem inter aliorum officia, semper a DEO requiritur, videri aliquod, quod sit proprium eius, qui salutem est accepturus. De quo pulcherrimè cit: S. Pater innuit: *Veniet ad monumentum CHRISTUS, et si viderit flere pro se Martham boni fœminam ministerii, & flere Mariam, quæ attentè audiebat verbum DEI; mouebitur misericordiâ, cùm viderit in obitu suo lacrymas plurimorum, & dicet ubi posuistis eum? In quo rerum statu est? in quo pœnitentium ordine? videam quem fletu, ut lacrymis suis, ipse me moueat.* Sed iterum nodus, ex ipsa S. Doctoris explicatione erumpit. Numquid mortuus lacrymari poterat? vel resuscitatus lacrymatus est Lazarus? imo gaudebat credo, gratulabundus de vita. Putauerim ego rem in Lazaro transactam fuisse de peccatore homine, qui alienis etiam suffragiis sperat & confidit propriam operari salutem: Et utiq; ex sensu communi Doctorum, quatriduanus Lazarus, typus fuit obduratioris peccatoris, qui tamen non tam mori, quàm dormire censetur. *Lazarus frater noster dormit:* Si & quando, saltim identidem, de pœnitentia & aliis remediis salutis recuperandæ cogitat, hinc patrocinia Sanctorum implorat, cætus religiosorum pauperumq; ad orationes pro se fundendas. eleemosynis sibi conciliat, ut gratiam resipiscentiæ sibi impetrent: ac insuper ipsemet Lazarus cernitur ligatus pedes & manus institis, faciem sudario indutus, id est eadem membra quæ ipsi ministerio seruiebant iniquitatis, sacco pœnitentiæ coopertus, cilicio, flagellis, & alio mortificationum genere affligit, vindicatq;. Huiusmodi Lazarus, nimirum p[illegible]cator, non est mortuus, sed dormit, q[illegible]iam in proximo victurus, utpotè ad pœnitentiam proximè dispositus: idq; ideo

Lazarus typus peccatoris.

Ambr:

Peccator oret etiã ipse pro alienis solùm non confidat suffragiis.

ideo, quia lacrymis deprecantium pro salute sua iustorum, suas quoq; lacrymas, & labiis labia sociavit: Errant proinde miserè illi, qui solis alienis meritis & orationibus innituntur. Præter aliorum lacrymas, adhuc quoq; requiritur lacryma tua, ut salutem accipias.

Baez. *Etiam* (ait Did: Baez. l. 16. c. 16. de Fig: Christo) *pro nobis universo Sanctorũ choro deprecante, peribimus, nisi operibus virtutum, pœnitentiæ &c: illorum preces efficaces faciamus.* Notissimum fuit peccatum Israëlitarum in adoratione vituli, sed & pœnæ pro peccato sunt notissimæ. Post pœnas datas, ait Moyses Exod:

Exod: 32: *Peccastis peccatum maximum, ascendam ad Dominum, si quomodo quivero eum deprecari pro scelere vestro.* Ascendit igitur Moyses, precatus est, & salutem populi obtinuit, illumq, in terram promissam statim iubetur inducere: ast

Oratio Moysi nõ efficax pro Sorore cur. Num: 12. idem Moyses videns Sororem suam ob peccatum murmurationis leprâ percussam, pro illa dum orationem fundit, *Clamavit Moyses dicens: Deus sana eam; & DEUS renuit illam sanare.* Cur quæso oratio Moysis efficax fuit pro populi salute, non item pro salute Sororis? Putat idem S. Chrysost. quòd pœnitentiâ & clamore populi adjutus Moyses, oraverit pro illo, verùm pro salute Sororis exoranda, nullo eius fuit adjutus opere: quippe ait hom: 5. in Matt: c. 1. *Habent enim vim pro nobis, & quidem maximam, orationes, supplicationesq, Sanctorum: sed tunc*

Chrys: *profectò, cùm nos quoq, id ipsum per pœnitentiam postulamus & ad studia meliora confugimus. Alioquin ipse Moyses, qui fratrem suum & sexcenta millia armatorum ab imminenti* DEI *ira liberavit, Sororem tamen suam nequivit eruere.*

Probatur Historicè.

362. Quantùm roboris in deprecando habeant labia aliorum, si labiis propriis invocantium conjungantur, pluribus comprobatum manet Historicis exemplis. Magnum nostrum B. Ægidium, socium SS. mei Patriarchæ, altissimæ contemplationis singulare prodigium, accessit quidam dicens: *Pater quæso, Dominum DEVM pro me deprecare.* Respondit Beatus: Tu ora pro te ipso: utquid enim alium pro te mittis, & interim ipse desides, cùm possis & tu iter facere? Ah Pater, replicabat alter, quia peccator sum ingens, & tu eximius Dei amicus: amicis Principum utiq, utimur, ut pro reis deprecentur. Sed iterum beatus: DEUS Rex est, qui omnes invitat ad thesauros misericordiæ, dare cuiq; paratissimus: solis non confide amicis, tuam quoq; applica curam, cùrre cum aliis, lucraberis. *Surius* quoq; in vita S. Elisabethæ, Hungariæ Regis filiæ, scribit, quòd semel ab adolescente dissoluto, quem sæpiùs reprehenderat, rogata fuit, ut pro se DEUM exoraret, quò peruersos emendaret mores: cui Sancta: *Si seriò hæc à me petis, oportet idem te facere, preces q, meas à Te juvari.* Itaq; orationi ambo se dedunt. Post modicum temporis spatium, ecce iuvenis altâ voce exclamat: Cessa ô Domina, cessa quæso, ampliùs non ores, quia orationum tuarum feruore, me ita ardere sentio, ut vix pati queam incendium. Elisabetha ferventioribus adhuc affectibus cælum pulsat, tandem adolescens eò redactus est, ut internis flammis adustus, copiosissimum sudorem per omnes exhalârit artus, & viribus eneruatus, vix iam in terram non prolapsus, nisi eum Sancta sustentasset. Interim tamen exclamabat eadem verba, ut cessaret per amorem DEI, ne inquit me mori cogas. Erexit sese Elisabetha, & juvenem suavissimis est consolata verbis, ipse verò Seraphicæ Religioni nomen dedit, ubi sanctè vivendo, sanctiùs obiit. Et sic probavit euentus, quantùm in opere salutis valeat, labiis Sanctorum, sua quoq; conjungere labia.

B. Ægidii & Elisabeth oratio, quàm efficax & cur.

PARS II.

SS. DEIPARA, Labium universale Ecclesiæ

363. REctè sanè, quis non putârit? ab Andrea Cretensi, S. Virginem MARIAM, *Resonantiam quandam Prophetarum*, appellatam fuisse, nam toties in labiis eorum resonavit MARIA; quoties sub Typis & Figuris, ab illis prædicta fuit: tum vel præcipuè, quando in labiis Sophoniæ Prophetæ, LABIUM se nominari audivit: *Reddam* (inquit DEUS per Prophetam) *populũ labium electum, ut invocent nomen Domini, & ſerui-*

MARIA in labiis Prophetarum.

Soph: *& ſeruiant ei humero uno.* Soph: 5. Explicavit hìc DEUS in parte, admirandam futuræ Eccleſiæ ſuæ, partium ſymmetriam, cui caput, ipſe CHRISTUS, manus Apoſtoli, alia membra, cæteri juſtorum Sanctorumq; Ordines: LABIUM etiam, quò liberè & inceſſanter loqueretur ad DEUM pro ſe & ſuis, Eccleſia, eidem providit electum, quia electam ſuper omnia Matrem Filii ſui Diviniſſimam, à cuius LABIIS ſeu orationibus, tota fidelium ſalus pendere dignoſcitur: cuius quidem LABIA, ab ipſa Sacra litera, imò ex ipſo hodiernæ Feſtivitatis Myſterio, exordior commendare.

Symmetria membrorum Eccleſiæ Dei.

Probatur Scripturaliter.

364. Jungo Scripturam Scripturæ, novam veteri: verba prima LABII iſtius myſtici, ſcilicet MARIÆ cum Angelo negotiantis de Incarnatione Filii DEI, cum verbis comparo Solimæi Sponſi, Sponſæ ſuæ labia commendantis multipliciter: in quorum laudem ſic profatus eſſe legitur: *Cant: 3. Sicut vitta coccinea, LABIA tua, & eloquium tuum dulce.* Item. *Favus diſtillans labia tua: Mel & lac ſub lingua eius.* Cant: 4. Cùm primùm LABIUM MARIÆ aſſimilatur vittæ coccineæ, *Sicut vitta coccinea labia tua,* excellentiſſima per hoc prudentia SS. Virginis in loquendo atq; petendo innuitur. Nonnè etenim labra, quæ amicâ ſocietate ad oris venuſti compoſitionem iunguntur, duo potiùs fila ſunt, ſparſo rubore roſea; ſed maluit Sponſus, vittæ, quæ ſtrictiùs & immobiliùs utrumq; unit, comparare, ut taciturnitatem, & matura reſponſa MARIÆ, (quæ Angelo in ſui Annuntiatione, priùs quæq; maturè perpendens, *Et cogitabat* (inquit Euang:) *qualis eſſet iſta Salutatio,* dedit) commendaret: coccinea autem fuiſſe deſcribit, ſeu ſanguinea, (qualis ſolet eſſe, quæ venis illigandis inſervit vitta,) vel quia verecundiæ purpura in LABIA ex genis tum deſcendit, & labra illius, grato tinxit rubore: vel quia tùm (ut multorũ aſſertio eſt) legendo illud *Iſaiæ, Ecce Virgo concipiet &c:* Emmanuelem, id eſt Saluatorem venturum, quem idem Propheta tanquam ovem ad occiſionem ducẽdum prædicebat, ſanguinemq; eius in paſſione pro redemptione populi fundendum, piè meditaretur. Et *eloquium tuum dulce.* Item *Favus diſtillans labia tua Sponſa. Mel & lac ſub lingua tua.* Quis non mirabitur? LABIA quæ vittam coccineam appellauerat antea; iam dulcedinem, iam favum, iam lac nuncupat: ſed noveris, quòd lac ex ſanguine eſt, imò ipſe ſanguis multo feruore in candorem depumans: Vt hinc intelligas, quòd cùm illud dulce eloquium, *Fiat mihi ſecundùm verbum tuum,* LABIIS ſuis fudit MARIA, ſanguiniſq; ſui, & Sacroſanctæ carnis indulſit per conſenſum incarnando Filio DEI, portionem, factaq; eſt illicò eius Mater; eò, ipſa LABIA illius dulciſuada reddita, jus quoddam acquiſivêre, dulciter ſuaviterq; ac ſimul fortiter, omniq; tempore (cæteri licet Sancti tacerent) pro ſalute noſtra loquendi, DEUMq; deprecandi. Dulciter inquam reſpectu DEI, ſic enim per Solymæum Sponſum alloquitur eandem Dominus: *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis.* Cant: 2. Quæ verba de unico ſolo illo verbo in Annuntiatione prolato à MARIA, *Fiat,* verificari vult Seraphicus Doctor: dum ita in *Luc:* ſcribit: *Hæc eſt vox dulciſſima hominibus, Angelis, & ipſi Sponſo. Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis: quod fecit cùm dixit Angelo: Fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Dulce itaque LABIORUM MARIÆ eloquium DEO, ſed non minùs ſuave Angelis. Rarum eſt illud, quod notavit *Polyant Spaner:* ex nobili alio Authore, Archangelum Gabrielem in Annuntiatione, novem integras horas apud B. Virginem fuiſſe: acſi ob incredebilem Virginis modeſtiam, & Maieſtatem humanâ majorem, atq; ob verbum Incarnatum, ſuavi alloquio Virginis recreatus, & in admirationem raptus, diſcedere non poſſet. Fortiter tandem reſpectu noſtri quòd loquatur LABIUM MARIÆ ſequenti elucidabitur ſub Figura.

MARIÆ vox dulcis, Deo Angelis.

Cant:

Bonau:

Gabriel Angelus, 9. horis moratus apud B. V. eur.

Probatur Figuraliter.

365. Magnificam illam & nobilem, imò omnium antiquarum fæminarum, (ut eam appellat Origenes) nobiliſſimam memoremur Judith: quæ iam in perditis penè rebus, ſola non neglexit laborare, ſeq; ſuumq; caput, utpotè caput capite, mutatura, & pro capite ſuo quaſi periclitanti, caput fœneratura Holofernis, quod iam ipſe infidelis neci deſtina-

destinauerat factô, dum temulentus illud sub appensô posuisset pugione. Post vota itaq; DEO præpotenti reddita, pro Patriæ libertate actura fortia, processit ad bellum, non in armis, neq; in bellicis equis, aut in subsidiis militaribus freta, sed in LABIIS percutientibus confisa: talibus etenim, dum factum aggrederetur, deprecata est DEUM verbis: *Capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex LABIIS charitatis meæ. Iudith: 9.* Per quæ LABIA charitatis, Philipp. Abb. de silentio Cleric: intelligit divitem linguam Judithæ, nitorem oris, artemq; fandi, quo Assyriorum prehendit aures, pectoraq; circumscripsit: Inquit enim Abb: c. 11. *Viduam Iudith elegantem vultu, præditam castitate, diſertam eloquio, commendabilem sanctitate, misit DEUS ad Principem.* Hæc sola arma sunt, quibus Holofernem cum Assyriis detriumphavit imbellis vidua, linguâ suâ fortiter hostem percutiens. *Percuties eum ex LABIIS charitatis meæ.* Juvat sacri Interpretis sensum, ipsorum Assyriorum confessio: cùm enim in conspectum illorum sacratior hæc virago & Heroina veniisset; incredibilis eius pulchritudinis commendationem, tanquam pro colophone omnium, in LABIORUM verborumq; elegantia statuendam censuerunt, aiunt enim mutuò *Non est talis mulier super terram, in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.* Judith: 11. Quid ais Assyriè? quid tibi, & cur svaveloquum LABIUM elucet in fœmina, quod eam à mulierum disgregat consortio, & ei novitatis vendicat elogium? Si ab aspectu laudas, quam pulchram prædicas; si genas miraris maiestatis purpurâ, ingenitoq; croco, cum frontis candore, de nobilitate contendentes; si oculos breviori numero syderum excellentes multorum; si colli ebur, si corporis tornatilem structuram dilaudas; non miror adeò: hæc enim permanentia sunt, & continua illicia oculorum & affectuum, sed unam alteramq; labiorum percussionem, quæ sonus nonnisi velociter transiens, nihilq; aliud, nisi verberatus aer est, cur in tantùm æstimas? ut pro compendio encomiorum Judithæ, coronidem ponas, in sensu dulci verborum eius. Crediderim sanè Assyriorum mentem, iam sibi vel invitè & inscie imminentis à percutientibus LABIIS mali præsagâ fuisse. Amabant miseri arma illa, quibus pereundum erat cunctis, & à quibus ipsius Holofernis malè contumax ceruix, priùs magisq; lethalem binam præstolabatur percussionem *Percuties eum ex LABIIS charitatis.* Elegantissimum in ista Heroina, modoq; eius, quô triumphavit de communi hoste populi DEI, plurimi ex Patribus observaverunt Typum Beatissimæ Virginis MARIÆ. Præcipuus est S. Hier. & S. Bonav: quibus accedet & S. Hildegundis, infra citandi: & rectè, de ipsa etenim longè veriùs & excellentiùs, quàm de Juditha, devotorum ipsi F. F. Minorum occinit suaviter Ecclesia, dum Sabbativa Immaculatæ Conceptioni eius, pensa persoluit: *Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum.* Judith porrò illa, legitur, *in LABIIS percussisse charitatu.* Quæ verba non modicùm fecêre Interpretibus negotium: sed appositè ad rem nostram explicavit eorum literalem sensum Illustriss: Zerda in Judith: c. 9. sic scribens. *LABIA charitatis dicat, quæ ob sospitatem patriæ, libertatemq, civiũ mota sunt, & ne periclitaretur Respublica, in periculum fortiter se dederunt.* Nonnè iucundiùs feliciùsq; scenam suam atq triumphum egit, agitq; Mystica Judith, nostra MARIA, in percutientibus LABIIS suæ charitatis? dum ex immensa charitate in universum miserum, continuoq; periclitans de salute æterna, genus humanum, sicut & illa Judith, LABIIS suæ deprecationis aggreditur DEUM tam potenti vi & efficaciâ orationis suæ; ut illius LABIA, LABIIS ipsius orationis CHRISTI, aliqui Patres comparare videantur. De Christo enim ait S. Paulus: *Exauditus est pro sua reverentia*; Ita & Bern: ait de B. Virg: *Pro sua etiam reverentia, exauditus Maria.* CHRISTUS Mediator DEI & hominum dicitur 1. Tim: 2; Mediatrix quoque DEI & hominum nominatur à S. Augustt: MARIA. De Christo adstruitur Joan: 11. *Quæcunq, poposcerit à Deo, dabit tibi Deus*; De MARIA ait Ansel: de excellen: Virg: c. 12: *Quidquid tu velis Virgo, nequaquam fieri non poterit.* Taceant licet cæteri SS. nolintq; orare præ enormitate criminis, vel præ impœnitentia rei, LABIUM universale Ecclesiæ MARIA, sine illis

Iud: *Iudith quomodo labio percussit Holofernem.*

Iudith; typus Mariæ. Hier: Bonav: Hildeg: *MARIA labium percutiens eum.* Paul: *MARIÆ oratio, simili Christi orationi.* Bern: Ansel:

MARIA sola non tacet in orantio.

fine illis efficaciter loqui non desinet. De quo idem S. Doctor testatur, dum ita dicit: *Habet* (inquit) *Orbis Apostolos, Patriarchas &c: bonos, optimos adiutores, quos ego supplex orare concupisco; Tu verò ô Domina, omnibus his adiutoribus melior & excellentior es, quia istis & aliis Sanctis omnibus, etiam Angelicis spiritibus, necnon Regibus & Potestatibus, mundi divitibus, pauperibus, dominis, servis, majoribus & minoribus Domina es, & quod possunt omnes isti Tecum, Tu sola potes sine ipsis.* Percussit deniq; invictissima hæc Judith, in labiis charitatis Holofernem, dæmonem videlicet, dum eximia ex charitate in genus humanum, per hodiernum verbum *Fiat*, Triumphatori inferni, carnē suam tradidit pro gladio, in quo contritum est caput avernalis serpentis. Et pro hoc concurrunt liberaliter, vota Patrum.

Probatur Doctoraliter.

366. Hier: S. Hier. Ep. 22. ad Eust: *Statim, ut Filius DEI ingressus est super terram, novā sibi familiam instituit, ut qui ab Angelis adorabatur in cælis; haberet Angelos & in terris* (scilicet Virgines) *Tunc Holofernis caput, Iudith continens amputavit.* S. Hildegardis in app. ad symb. Athan. *In mollem muliebrem sexum, tantam vim misit, ut mulier Holofernem in nocte interficiens, Israeliticum populum liberârit, & in hoc Genitricem Filii sui præsignavit, per quam fidelis populus liberandus erat.* S. Anton. in summ: 3. p. tit. 15. c. 4. *Iudith: S. quæ sua Sapientiâ & fortitudine interfecit illum terribilem & superbissimum Holofernem, nempe Dæmonem.* Pro principali autem discursûs huius titulo, quo B. VIRGO LABIUM Vniversale Ecclesiæ dicitur, sufficiat interim unus, Richar: Laur: de laud. V. l. 9 *MARIA, LABIUM est Ecclesiæ, quia in labiis eius diffusa est gratia illius responsionis, quâ mundus mundatus est.* Item ibidem. *LABIUM, quod nobis loquitur verba vitæ, & pro nobis loquitur bonum, in DEI conspectu.* Iterum. *LABIUM electum nobis promissum Sophon: 3. pro quo nobis dato à DEO, debemus invocare nomen Domini, & unanimiter, atq; concorditer illi inservire.* Quod ipsum, S. Anselmi plurimùm confirmatur verbis illis: *Te Dominâ tacente, nullus orabit: Te autem juvante, omnes juvabunt & orabunt. Orat: Eccl:*

Anton:

Rich:

Ansel:

367. *Probatur* Miraculosè.

Hoc ipsum LABII Mariani privile-

gium, miraculosâ apparitione revelasse dignatus est Salvator, familiæ suæ S. Birgittæ *Revel. l. 1. c. 5.* Hæc semel in raptu Spiritûs, audivit DEUM dicentē ad Sanctorum cætus, qui adstabant: Quid vobis videtur de istis, qui occupauerunt castrum meum? (Res enim agebatur, contra quosdam fures & invasores) Sancti ad hæc, enormitate criminis & justi Judicis terrefacti vultu, dum pro reis interpellare non auderēt; omnes quasi unâ voce responderunt: Domine, in Te est omnis justitia, & in Te omnia videmus. Tu existens DEI Filius, Tibi datum est omne iudicium: Tu Judex eorum es. Et ille ait: Licet omnia sciatis in me & videatis; tamen propter hanc Sponsam, quæ adstat, dicite iudicium rectum. Et illi dixerunt: Hæc est iustitia, ut qui suffoderunt murum, puniantur ut fures: & qui in malitia persistunt, puniantur ut invasores: & qui capti sunt, liberentur, & famelici saturentur. Sed hîc, LABIUM, MARIA, assumpsit sermonem, tacens in voce priori, & dixit: Domine mi, & Fili charissime: Tu fuisti in utero meo, verus DEUS & homo: Tu me, quæ eram vas terrenum, dignatione tuâ sanctificasti: Supplico, misereris eis adhuc semel. Tunc respondit Dominus ad MARIAM: Benedictum sit verbum oris Tui: Hoc quasi odor suavissimus ascendit in Deitatem. Tu Angelorum & omnium Sanctorum gloria es, & Regina, quia à Te Deitas consolata est, & omnes Sancti lætificati. Et quia voluntas à principio iuventutis tuæ erat, sicut mea ideo faciam adhuc semel, quod vis. Et ita placatus recessit. Huc spectare videtur, & alia eiusdem visio, Reuel. c. 84. in qua audivit Sanctos, taliter compellantes Virginem, ut pro mundo loqueretur: *O Domina benedicta! tu portasti Dominum in Te, & tu Domina omnium es, quid est, quod non poteris? quod enim Tu vis, hoc factum est.*

S. Birgitta visa est Maria sola deprecans pro populo.

Probatur Historicè.

Valer. Max: l. 5. c. 4. scribit de Martio Coriolano, qui erat vir optimi consilii, & optimè de Roma meritus: hic cùm iniquâ sententiâ pulsus esset ex Patria, ad Volscos, tum temporis Romæ infestos, descivit: Illi verò virtutem viri, haud secùs, ac par erat, magni æstimabant adeò; ut breui summum adeptus fuerit Imperium. Ita euenit, ut

368.

quem

quem Roma salutarem pro se Imperatorem habere nollet, inimicum adversùs se Ducem experiretur. Fusis itaq; frequenter Romanorum copiis, Volsco militi aditum usq; ad ipsa Vrbis mænia, virtute suâ aperuit, quæ causa fuit, ut damnato nùper exuli, supplicaret populus, veniamq; deprecaretur. Missi primùm legati, nihil admodùm profecêre. Profanis successerunt Sacerdotes cum Infulis, si quâ sacrorum reverentiâ & religione tangeretur; nihil actum stupentibus cunctis, & lamentantibus. Quapropter ad Veturiam Coriolani Matrem ventum est, ut Filium, deprecatura pro salute populi, adiret. Cessit hæc civium precibus: & cum imbelli nepotum comitatu in conspectu filii se sistit: Primùm aggreditur Labiis filium deprecando, deinde maternis uberibus, naturalis obligationis Matri à Filio debitæ allegans jura, quod ita strenuè gessit, ut primo in amplexu, Dux ille exclamans: *Vicisti, vicisti ô Mater!* atrox bellum mutaverit cum pace. Admirandè sanè efficax oratio, quando simul cum LABIIS, ubera loquuntur. Non aliter certè LABIUM Ecclesiæ, MARIA loquitur pro nobis, nisi cum uberibus: per hoc, primum salutis nostræ Aduocatum, nimirum Christum, quodammodo imitata: de quo venustè scripsit Arnold: Carnot: apud Salazar. de Concep: c. 20. *Christus (inquit) nudato corpore, Patri aperit latus, & vulnera: MARIA Christo pectus & ubera.* Et exinde summæ efficacitatis orationem esse MARIÆ præ cæteris Sanctis concludit: dum hæc addit: *Nec potest esse repulsa, ubi concurrunt & orant omni linguâ disertiùs, hac clementiæ monumenta, & pietatis insignia.* Cuius rationem dat à priori S. Anton: 4. P. tit: 15. c. 17. inquiens: *Oratio Sanctorum non innititur alicui rei ex parte sua, sed tantùm misericordiæ ex parte DEI, oratio autem Virginis innititur gratiæ Dei, juri naturali, & justitiæ Euangelicæ, Nam filius, non tantùm honorare tenetur Matrem, sed & obedire, iuxta Apostoli mandatum:* Et mox: *Oratio Deiparæ, est nobilissimus modus orandi, tum quia, habet rationem iussionis & Imperii, tum quia impossibile, ne exaudiatur. &c.*

Coriolanus Dux, oratione Matris Romæ parcit.

Maria ubera: Christus vulnera, dum pro nobis orant, producūt.

MARIÆ oratio imperii vim habet.

A

Epilogus.

ERgò, quod primum interest, hoc Vniversale Ecclesiæ totius Os, seu LABIUM, quod hodie in salutem populi, locutum est Angelo, annuntiatam videlicet Virginem, cum nostro eximio seruo DEI & MARIÆ, B. Bartholomæo Salutio Reform: quam deuotissimè celebremus & salutemus. *Benedictum sit mellifluum os tuum, ô MARIA! quod suavissima oscula DEI Filio impressit. Benedicta sit sanctissima lingua tua, quæ prima post Angelum, Sanctissimum Nomen IESU, nominare meruit* Hort: Orat: p, 2. Deinde loquente hocce LABIO pro nobis, LABIA nostra nè forte torpescant solicite cavendum: aliàs nobis non cooperantibus non complebuntur labores LABIORUM, seu orationum MARIÆ. Monuerat olim Bersabeam Propheta, ut intraret ad Regem pro Salomone deprecatura, ne regnaret Adonias, dicens: *Adhuc te loquente cum Rege, ego veniam post te, & complebo sermones tuos.* 3. Reg: 1. Sanè si vis, ut petitiones tuæ sint acceptæ coram DEO, suppliciter ora Reginam MARIAM, ut in nobis non regnet Adonias, non dominetur in nobis peccatum, non principetur libido, sed pacificus Rex virtutum Salomon CHRISTUS: Quia tamen non sufficit solius Virginis intercessionis LABIUM, pondera subsequētia verba Nathan: *Adhuc te loquente, ego veniam, & complebo sermones tuos.* In quē locum D. Chrysost: ait: *Illi complent sermones Sanctorum, qui operibus humilibus & pijs, correspondent eorum intercessionibus.* Specialiter tamen de intercessione B. Virginis S. Bern: hom: 2. Miss: inquit: *Ut impetres eius suffragium, non deseras conversationis exemplum.* Moueamus igitur Dilectissimi (ut loquar cum Jobte) LABIA nostra. Job. 16. quoniam LABIUM nostrum MARIA, à nobis, id est, pro nobis est, coram DEO, ne ex defectu orationis & cooperationis, muta sint vel dolosa: fiet utiq; ut quæ procedunt de Labiis MARIÆ intercedentis, Deus non faciat irrita. Cui æternus honor & gloria.

A M E N.

369.

Labium Mariæ salutatū à B. Salutio.

Reg.

Orationes Sanctorū, nostris complentur: quomodo?

LECTVLVS Floridus.

Pro Festo SS. Rosarii.

SS. DEIPARA.

Lectulus noster floridus. Cant: 1.

370. SIngularis, nec quidem omninò imprudens priscis inoleverat mos, & nunc plerumq; viget, ut si geniali pompa excipiendus sit Hospes amicus; ipsius nedum recreare oculos pretiosorum aulæorum, & phrygiati operis picturâ, incrustatâ parietum varietate, amænitateq; hortorum; aures item dulci Musicorum demulcere Symphoniâ; gulam deinceps palatumve, exquisitorum ciborum, & suavissimorum haustuum, exsaturare copiâ; sed præterea, ut post quæq; hilaria, soporis quietisq; suæ, quilibet habeat commoditatem, providere. A. A. Hinc est, quòd studiosè & splendore quodam eximio disponuntur LECTI, plumeâ congerie, vel pube cygneâ tumidi, florentesq; sericâ veste: quibus, auro vel Indicâ testitudine splendentibus, pretiosa perizomata accuratissimè coaptantur. Talem excitasse genialem thalamorum Pompam, legitur in Scriptura *Esther:* 1. Rex Persarum & Medorum Assuerus, in illo famatissimo utriusq; Regni symposio, *LECTULI quoq; aurei & argentei, super pavimentum smaragdino & pario stratum lapide, dispositi erant,* S. testatur textus. Idem, si fortè non longè nobiliùs, urbanitatis præstitisse ministerium, *Cant:* 1. reperitur Solymæi Sponsi amica, simulq; Sponsa, quæ dū iam speciosissimi horti sui conspectu, Sponsi sui obdelectasset aspectum, *Veniat dilectus meus in hortum suum,* palatumq; eiusdem partim fructuum hortuli sui delicatis eduliis, poculoq, ex vino mirè condito exsatiasset; lectum tandem delicioſissimum, ex demessa hortorum venustate, odoratisq; spoliis, truncatis scilicet floribus, adornasse gloriatur, inquiens: *LECTULUS noster floridus.* Porrò tam exquisitæ, tamq; industriosæ thalami Sponsæ deliciæ, Vestræ in Typo sunt, Dilectissimi Rosarii fratres: Mater etenim, simul amica vestra & Sponsa, Beatissima Virgo MARIA, SS. Rosarii Advocata, dum hodie triumphalem simulq; & genialē, de profligatâ Orientales draconis classe, instruit pompam; nedum oculos universorum, amæniſſimo per plateas parieteſq; recreat aulæorum conſpectu, diſſuaviat aures Dramatum Roſarianorum dulci concentu, atq; Sacram orexim pretioſiſſimo S. Altaris exſaturat epulo; ſed inſuper quieti, commodoq; veſtro ſpirituali, induſtriâ ſanctâ & ſingulari, delicioſum, nam floridoroſeum diſpoſuit thalamum: in quo unicuiq; veſtrum tam in vita, quàm in morte, & poſt mortem, ſuaviſſimam ſecuriſſimamq; reperire licet quietem, quandò nimirum per SS. Patriarcham Dominicum, SS. Roſarii ſubminiſtravit devotionem: quod ipſum antequam luculentiùs demonſtrem; aliqua in LECTULIS moribundorum, mihi inviſa obſervabo, brevis primò præcedat laudis Marianæ hymnus.

Lectulorū pretiosorum antiqua vsus.

Esth:

Lectulus floridus Sponsorū.

Rosarii SS. Lectulus floridus.

O florida verna quies,
Nostris in encomiis
Semper flores, semper viges,
Precibus, Rosarii.

PARS I.

De tribus infaustis moribundorum lectulis.

371. PAtientiſſimus Job in medio univerſitatis plagarum poſitus, & iam planè morituriens, ad ultimi agonis, (ut forte tum putabat,) reſpectando cubile, ſpe novæ conſolationis erectus aiebat. *Conſolabitur me lectulus meus.* Job 71. Felix ſanè in ſua infelicitate, cui degenti in ſterquilinio, conſolationis lectulum ſperare ſaltim licuit: O miſerā multo-

multorum sortem, quibus proximè moribundis, mollibus licet incubent stratis, nulla affulget spes consolationis in LECTULO mortis: nulla, aut modica nimis expectatio, *ut Dominus opem ferat illis, super lectum doloris*: Sed universum stratum eorum versatur in infirmitate corporis & animæ, & plerumq́, ex LECTO infirmitatis, migrant infeliciter ad LECTUM ferreum æternarum miseriarum, vulgariter dicitur: *Si straueris benè, benè quiesces, sin malè, malè.* Ják sobie pościeleß/ ták sie też wyspiß. Ab hominis ergo voluntate id pendet, quòd quis in LECTULO infirmitatis, consolationem non inveniat, & inquietè, ne dicam infaustè, moriatur, utpotè incurius salutis in vita, dura vel vilia, lectulo, in quo agonizandum erat, sibi substernens: cuiusmodi LECTULOS triplices obseruavi in S. Scriptura.

Mors mala, a propria voluntate.

Probatur Scripturaliter.

372. Primus LECTULUS infaustus moribundorum, est lectulus pigrorum, quē descriptum invenio à Sapiente illis verbis: *Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in LECTULO suo.* Prou: 26. Quem locum argutè & acutè duo purpurati Patres obseruant, & explicant illum de deside homine circa negotium salutis suæ, circa cultum conscientiæ, & usum Sacramentorum. Et primùm, Seraphicus Bonaventura, sic declarat rem ac præmissam similitudinem ser: 20. post Trin: *Ostium (inquit) quando vertitur, cardine non exit: sic & piger non exit à lecto, à desidia, à torpore suo, etsi in illo se vertat & verset.* Vecte utiq́; ferreo opus est, trochleis & machinis, ut ostium è cardine evellatur: non minori mole & molimine utendū, ut piger a lecto suo, à torpore, à desidia moueatur. Quodsi altè indormientem & ronchos trahentem, clamore valido excites: si stertentem ad surgendum provoces, trahas, vellices, ut è pigritiæ prorumpat se lecto, stridet ille, murmurat, in diras & iras insurgit, & furor arma ministrat. Cui sensui accessit *& Hugo Card:* dum sic ait: *Sicut ostium in cardine versatum, hûc illucq́, stridet, & tamen non exit a loco suo, ita piger, scilicet amator voluptatis (acediæ ac socordiæ) in lectulo voluptatis mouetur, & murmurat in conscientia, & tamen nunquam exit à peccatis, licet displiceant.* Quod

Prou:

Pigrorum ad Divina tarditas.

A etiam expressit alius Sapiens: *Præcordia (inquit) fatui, quasi axis versatilis, cogitatus eius.* Eccli: 33. Pigro etenim semper excusationes in promptu sunt, ut ait S. Ephrem: paren: 22. Si quod ei opus agendum iniungitur, obmurmurat, & alios etiam mox peruertit, dicens: Et quorsum hoc? cui bono istud? non expedit istud fieri. Si aliquò mittitur, damnum secuturum allegat, ut non faciat: si ad Psalmos, ad Conciones, ad Confessiones moneatur, irascitur: si ad vigilias excitetur, stomachi aut capitis dolores prætexet: Instent dæmones, pateat inferni barathrum, & flammas suas eiaculetur, est qui suadeat, ut evigilet, & remedia quærat salutis: imò corporis etiam extremam denuntiet quis ruinā infirmo, aggrauatâ iā infirmitate, piger volutabitur quidem in LECTO vi dolorum adactus, è lecto tamen non surget malæ conscientiæ, ad lacrymas, ad pœnitentiam, ad reconciliationem cum DEO per Sacramenta, quorum rarum usum idq́; sine gustu, plerumq́; in vita sua habuit. Talium porrò lectulus, dum moriendum erit, non consolabitur eos, sed in indurata, quam tot lapidibus, quot pravis consuetudinibus, & impænitenti stravêre sibimet conscientiâ, miserè volutabuntur, & dirissimè afflicti manebunt. Vulgare enim, sed verissimum est illud: *Qualis vita, mors est ita.* vel aliud. *Qualia facta, talia fata.* Non cælestes ignes curiosiùs interroges de fatis, fata tua fausta vel infausta futura, ut scias, ephemerides factorum vitæ tuæ, diligentiùs obserua, & scies. Qui non potes scire & decernere diem tuæ mortis, poteris tamen, si lineas vitæ & morum obserues, decrevisse saltim figuram: quas enim lineas opera vitæ duxerunt, extrema dies, æquo penicillo complebit. Metamorphoses prodigiosas fortè præstolaris, ut subitò instante agone, ex impio homine sanctus, ex indevoto, cordisq́; indurati, nauseabundi vitæ spiritualis remediorum, (qualia sunt, Sacramentorum usus, verbi DEI auditio) in lacrymabundum, devotum, Sacramentorumq́; avidissimum, transformeris pœnitentem. Et vtinam! non sunt quidem impossibilia hæc, sed rara & insueta. Ex Philosophia etiam discas, quòd licet sit altera disposito defuncti, viventis alia; solum ta-

Eccli:

Pigri, nec morte approximāte, sapiunt.

Vita qualis, mors est talis.

Vita malæ instātanea mutatio, per solū miraculū.

lùm tamen est diversitas in colore, cætera autem similia, pallore nonnisi distat à defuncto cadauer, in quo potiùs naturam excedunt mores: quippè non sunt similes, sed veriùs omninò iidem, dum vita mutuò possidetur & redditur, mors non immutat mores: tenent etenim etiam in morte malæ consuetudines, nec facilè pravum usum abolere, permittunt peccatorem. O durum! o ferreum! ô inquietissimum lectum! qualem vobis malesanè mentes pigritantium in via salutis, ad agonem disponitis? æquè, si non magis infaustum, ut olim Rex ille Basan, Og dictus: *Deutor: 3. cuius monstratur lectus ferreus, nouem cubitos habens longitudinu, & quatuor latitudinu*, in quo cubabat ille Gygas, deliciosè; volutabatur, ut esset pinguior victima ad gladii internecionem, ipso id mandante DEO. Lyran: & Abulensis docent, Og moraliter significare peccatorem vitiis & turpitudini deditum. Lectulus ipsius in quo iacet prostratus, benè denotat pravas eius consuetudines: ferreus autem dicitur, quia nec in morte ad pœnitentiam, plerumq; talium conscientia emollitur, sed ligati manent, non iam catenis, sed suâ prauâ ferreâ ob mali consuetudinem voluntate, adeò; ut vix aliqui, plures nunquam, vel uno pio motu ad Sacramenta, ad pœnitentiam sentiant se moveri, durissimis nonnisi conscientiæ stimulis, huc & illuc agitantur in lectis, serò satis illius reminiscentes: *Cor durum, in nouissimo, malè habebit.* Eccl: 3.

Lectus ferreus Og, typus mortis.

Eccl:

Probatur Figuraliter.

373. Alterum infaustum moribundorum obseruavi LECTULUM in S. Scriptura, Divitum, scilicet auarorum, sed sub Figura. Non est arbitror, qui non miretur, qui non palleat ad terribilem illam cuiusdam monstri, Leuiathan dicti, figuram, quam tremulo calamo, & scatente præ tabe manu descripsit, vel saltim ulcerosis labiis, quæ sola circa dentes remanserant, ut nobis secretiora reuelarent, prodidit, admirandum illud patientiæ prodigium Job. c. 41. ubi postquam magnitudinis eius vastitatem, corpusq; eius, quasi scuta fusile, squammis se prementibus compactum, formidandum etiam dentium gyrum, oculos sicuti tædas accensas, halitum & sternutationes igneas descripsisset; de lecto eius, quo cubaret, huiuscemodi narrationem facit: *Sub ipso erunt radii Solis, & sternet sibi aurum, quasi lutum.* Septuaginta apud Paciuchel: in Jonam Lect: 27. n. 11. legunt: *Lectulus eius, obelisci acuti. Post eum lucebit semita.* prosequitur Job: *æstimabit abyssũ, quasi senescentem.* Hoc terribile monstrum iuxta Expositores, principaliter designat dæmonem, secundariò quemq; peccatorum, quibus infelix & ultima ruina imminere per hoc ostenditur, quia eorum lectulus in cacuminibus pyramidum, in verticibus acutis obeliscorum, sternitur. Equidem DEUS suos numerat Simeones Stilitas, quũ pro Divino obsequio, annis plurimis, laudi eius vacantes, in columnis commorabantur. Mundus quoq; ac Dæmõ, simia veluti, suis gloriatur Stilitis, qui in pyramidum & obeliscorum degunt, cubant, imò immoriuntur, cacuminibus. Scio S. Greg: l. 34. Moral. 12. id de superbis interpretatum fuisse, non tamen obstat, quin etiam de diuitibus auaris, verificari commodè possit: habet enim nexum indissolubilem planè superbia cum diuitiis, ut proles cum matre: utriusq; LECTUS, superbi nimirum, & diuitis, auari præsertim, cui immoriuntur, obelisci sunt: nam huiuscemodi plerumq; dirissimè, nedum stimulis malæ conscientiæ ob peccata; sed etiam aculeis acutissimi doloris de amissione opum, tanto & tam longo labore, per fas & nefas coaceruatarum diuitiarum, punguntur & torquentur inenarrabiliter. *Sub ipso erunt radii Solis.* Ecquid? numquid, quibus mox paratur damnatio & abyssales tenebræ, ascendent super sydera, ut radios Solis sub pedibus suis videant? minimè: Aurum, genituram Solis, dixit Sappho Póëtria: *apud Nießpork: n.* 505. alii illud appellauêre *Glebam Solu.* Radiat aurum, dum corda ad habendum illud allicit, nam *Sacra auri fames:* substernuntur primò radiantes istæ Solis glebæ, dum nè Solem videant, vel videantur, studiosiùs cæteris absconduntur in arcis sub repaguliſq; diligentiùs custodiuntur. *Post eum lucebit semita.* Si à Cete piscę, desumpta est ista Allegoria, & quæ ipsius semita? nisi spumosus leuisq; aquarum fluctus. Fortè hic auarorum diuitum ingeniosa ars cauillatur, qui ut radians

Aurum genitura Solis.

Lectus Leuiathan typus mortis diuitum.

Job:

Diuitiæ angustiæ in morte.

ut radians aurum se habere dissimulent, levioris monetæ utuntur, si cui tribuendum est, ministerio: *Æstimabit abyssum quasi senescentem.* In quo insatiabilis talium cupiditas habendi, notatur: nam abyssum etiam auri si teneant, senescet ille & vilescet, quasi nihilum, abyssus ergo aliam invocabit abyssum, desiderio plura adhuc augendi. Sed iterum *Sub ipso erunt radii Solis.* Hoc in nonnullis, dum iam moriendum venit, contingere probatum est, quòd neglecto animæ suæ negotio, soliciti de mammona, cistas pretiosiores LECTIS, sacculos nobilioris auri, culcitris substerni faciant, atq; sic dum sibi sternunt aurum, LECTUS eorum fit, obelisci acuti: Mors videlicet inquietissima, præ cruciatu ex amissione bonorum horribilissima, & quod summum, desperatissima: ut dixit Vates: *Mors peccatorum (auarorum) pessima.* Psal: 33.

Probatur Historicè.

374. Tertium ex infaustis moribundorũ LECTULUM obseruo papyraceum, seu chartaceum, parùm absimilẽ ab illis vasis, de quibus apud Prophetam. *Qui mittit in mari legatos, & in vasis papyri.* Isa: Isa: 18. Tangere hìc lubeat imprudentiam aliquorum, qui benè in fortuna & opibus florentes, stante suâ vitâ, elemosynarum largarum actuali erogatione, ut suauiùs morerentur, floridum sibi cùm potuissent instruere lectulum, illi testamentis papyraceis, hæc & similia suffragia animæ suæ, & quòd periculosius, satisfactiones iniuriatorum creditorum, manibus heredum aut Executorum exequendas committunt. Et tales etiam duriùs, quia leuissimâ nonnisi substratâ chartâ, se cubare sentiunt plerumq; in morte, ac multò plùs sentient post mortem, dum heredes ignauos, permolestos in erogandis pro suffragio quamuis modicò, adhuc stante suâ vitâ aduerterint, quid demum post mortem? mille etenim exemplis constat, quòd testamenta & legata pia, heredes & Executores ex auaritia vel negligentia, aut omninò non, aut mala cum fide exequantur, siue etiam in longum tempus differant, atq; sic testantium, pœnæ piaculares defunctis prorogantur. O quot heredes? quot Executores? qui ubi vili inuolutos lineo, scrobi injecerint, aliquot idq; falsis fusis lacrymis, & funebri perfunctoriè peractâ curâ, pauculis ex politie magis, erogatis pauperibus nummis, nunquam ampliùs de juvamine defuncti animæ memorantur, sed in id totum intenti, quibus clauibus cistas reserent, quantùm auri, quantùm argenti inueniant, quos in literis census & reditus deprehendant. En speciosos testamentarios flores! en floridas largitionibus syngraphas! cuncta emarcuêre, defuncti autem spiritus durè quiescit, volviturq; inter flammas ingemiscens. Hinc vulgare illud: *Plùs prodesse unam candelam ante, quàm plures à tergo.* Id quidem pius Antistes (apud Engelg: in Emp. pro Purif:) docuit matrem suam prorsus auaram (quæ se exuere nolebat bonis ante obitum) hanc ad cænam invitatam deduxit per longam porticum in tenebris, ad extimam quandam aulam, ipsam verò lumen inclamantẽ, hoc suaui monito svaviter erudivit: Sic (inquit) longo itinere æternitatis, ad aulam cælestem properanti, magis lumen, quod præluceat, quàm à tergo, scilicet post mortem, commodius esse. Sapienter ideò celeberrimus Parisiensis Cancellarius Gerson sanxerat, dum ante mortem, mille pauperibus lautam eleemosynam elargiri infirmus mandauit, ut hâc, solâ precatiunculâ morienti prælucerent. *Miserere Domine DEUS, Gersonis serui tui.* Claudat discursum S. Hier: laconico ad Marcellam ep. 41. *Accenso iam lumine, Sponsi aduentus expectetur.* Nos iam attentiùs, nobilissimos MARIÆ perscrutemur Lectulos.

Vasa papyracea, testamenta in folio.

Testamẽtorum frustrationes.

Epiphonema, quo quidam Episcopus Matrem tetigit auaram.

Gersonis factum ante mortem laudabile.

PARS II.

SS. DEIPARA, Lectulus floridus.

375. FAmosum illud, etsi infame Romanorum Consulum prostibulum, Cleopatra, inter alios lasciuæ prodigalitatis luxus, intantùm flores adamasse legitur; ut eos pretiosis lectorum stragulis, mollium loco culcitrarum, uno & altero cubito altiùs foliis rosarum substerni mandaret, Memphim fortè turpitudinis ut arcerent. Sed apage hinc cum tuis fœtidissimis, florigeris licet,

Cleopatræ luxus in lectis roseis.

ris licet, infectis cubilibus, infamis, damnataq́; ipsis etiam Ethnicis, improba fœmina. Adest Augustissima Imperatrix Cæli & terræ, MARIA, quæ in hodierna triumphali pompa, Sodalibus Rosarianis, geniales, eosq́; salutariter floridos, instruit lectulos, per Rosarianæ deuotionis commendationem.

Probatur Scripturaliter.

376. *Lectulus noster floridus:* ait Sponsa ad Sponsum in typo; in re autem MARIA ad CHRISTUM primariò, secundariò ad desponsatos sibi confraternitatis Sodales. Porrò in LECTULO hoc, se ipsam appellasse MARIAM, concorditer asserunt Patres (apud Polyant MAR:) S. Sabbas, Germanus, Damascen: Idiota, Pet: Damiani, Rupertus, Bernardus: Floridum autem dixit, vel quia florem, scilicet Nazarænum JESUM edidit & educavit, iuxta illud Propheticum Isa: 11. *Et flos, de radice eius ascendet:* vel ut aduertit *Rich: Laur:* ob omnium virtutum, veluti florum varietatem. *Ibi enim* (ut ait cit:) *rosa excellentissimæ charitatis: ibi lilium singularissimæ castitatis: ibi viola omnimodæ humilitatis: & ibi ortus est ille, qui dixit: Ego flos campi &c:* lib: 10. de laud Virg: Quodsi eundem textum Rosarianæ deuotioni accommodare placeat, bene curret. Et quidem, quia mutuus nobis & MARIÆ LECTULUS, ideo noster meritò appellandus, adeò; ut suo modo usurpare liceat Rosarianis illa verba, quibus olim in persona MARIÆ affatus esse legitur CHRISTUM Abbas Volbertus. *Lectulus noster floridus: Tunc quidem per Incarnationis acceptationē, noster autē per ipsius Incarnationis fidem.* Quādò etenim in prima parte deuotio SS. Rosarii proponit dignatiuæ Incarnationis CHRISTI mysteria; eo ipso tot actibus fidei, aliarumq́; virtutum, veluti floribus, animæ deuotorum Sodalium recreantur, partim scilicet Virginitatis MARIANÆ liliis, partim violis eius humilitatis fragrantissimis. Si demum secundæ partis, nimirum doloroſæ, recogitant circumstantias; purpureas ibi in copia colligunt rosas, fauēte mellifluo Doctore, Dom: Pass: *Vide* (inquit) *totum Corpus Christi, & ubiq́; rosa sanguinea florem inuenies: numera guttas effusi sanguinis, & habebis folia enumerata: singulæ guttæ sanguinis, rosæ folia sunt.* Si tandem ad gaudiosa Mysteria eleuetur animus, ibi reviresc unt & florent omnia, dum partim de resloresc ente carne impassibili resurgentis CHRISTI, quintuplici cicatricū fulgore veluti rosarum mirè resplendentis partim de sertis coronatæ in cælis MARIÆ, deciduis à gloria Assumptæ gaudiis, piæ contemplantium animæ cumulantur: suaviſſime utique, veluti in floridissimo lectulo cubant, & cubando, mirâ cordis lætitiâ recreati animo, aucti spe & lætitiâ, confortati affectu reviviscunt, ac in prosequenda Rosariana deuotione corroborantur. Quas sacri huius Rosariani LECTULI commoditates & delicias, breuiter complexus est B. Alanus p. 4. c. 30. *Tanta est* (inquit) *suavitas huius benedictæ salutationis; ut humanus non possit explicari verbis, sed semper altior manet ac profundior, quàm omnis creatura illam indagare sufficit. Hæc deniq́, oratio salutatoria, parua est verbo, magnæ mysteriis: breuis sermone, alta virtute: super mel dulcis, super aurum pretiosa, ore cordis est jugiter ruminanda, purisq́, labiis celeberrimè repetenda: Verbis enim pauciſſimis contexitur; & in latissimum torrentem cælestis suavitatis diffunditur.*

C *Probatur* Figuraliter.

Rem clariùs illustrabit figuraliter, triplex ethymologica eiusdem LECTULI floridi Salomonici interpretatio. *LECTULUS noster floridus.* Hebræus legit: *decorus.* Aquila *LECTULUS noster viridis.* Septuagiuta. *LECTULUS noster umbrosus.* Ingeniosè simul ac doctè, hic triplex commentarius, ni fallor, subinnuit & explicat, quomodo iste floridus LECTULUS, nimirum deuotio SS. Rosarii, fidelium animabus, in statu triplici eximiè commodus, perutilisq́; sit: scilicet in vita, in morte, & ante mortem. *LECTULUS noster decorus* euocat me primùm ad enarrandas utilitates deuotionis huius, quas reportant fideles, tum, dum iam migrant ex hac vita ad alteram: vel enim veniunt aliquæ ad purgatorium, vel ad cælestem beatitudinem: utroq́; in loco nihilominùs, nimis à SS. Rosarii deuotione apparent decoræ in ornatu, decoræ in purgatorio ob magnarum Indulgentiarum participationem, propter quas citissimè purgantur. Pro quo adest authoritas SS. Pontifi-

377.

Rosarii Mysteria Rosis & floribus applicantur.

Alanus Rosariana Deuotionis delicias.

Rosariæ deuotio, lectulus floridus cur?

Lectulus Salomonis Typus Rosarii, in triplici statione.

Rosarii decor animarum ex vita migrantium.

Volber:

Rich:

Rosar:

Gant:

Alan:

D

Pontificum, LEONIS X. & Pii V.

Pius. *Quicunq; Confraternitati Rosarii inscriptus est, quoties visitat quinq; altaria; lucratur plenariam Indulgentiam: insuper omnibus diebus Dominicis & Mercurii liberat animam è purgatorio.* Audite & Alexandrum VII.

Leo. Alexād: *Qui* (inquit) *legit, aut qui facit legi, aut qui audit duas Missas de SS. Rosario, liberat unam animam de purgatorio.* Decoræ demum Roseorum Sodalium animæ, in cœlo, ob specialis accidentalis gloriæ sibi accessionem: de quo celebris Prædicator, Pet: Rota ait: *Audenter dico, & liberè confirmo, quòd non solùm fideles, qui sunt in militanti Ecclesia, & animæ purgatorii; sed etiam Beati experiuntur virtutem Rosarii, & quotidie eius utilitatem sentiunt.* Quod voluit forsitan, significare Spiritus S. dum dixit. *Cant:* 1.

Rosarianorum Fratrum gloria, auctior in Cælo.

Cant: *Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies & inclinentur umbræ.* Hebr: legit: *Qui pascitur in rosis.* Quæso examinemus particulatim textum. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Solus Beatus, absq; ullo iam timore potest dicere: DEUS incarnatus, est totus meus, ego totus ipsius, *donec aspiret dies, & inclinentur* (scilicet cessent) *umbræ.* Beatitudo enim, una, continua, & æterna dies est, & sine omni umbra, DEUS animæ ibi inclarescit. *Pascitur in Rosis.* Græca & Hebræa originalia actiuè legunt *pascit.* Et quonam in ferculo roseo cōvivantur Beati? nisi reciprocantes salutationes roseas de Dilecto, & Dilecta Matre eius. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Profectò non aliter pascit eos Dilectus, nisi Rosis. Quia (ut putat supra cit: author) Beati contēplando in Divina essentia Mysteria Incarnationis, nunc hoc, nunc illud, singulari perfunduntur delectamento. LECTULUS iterum *floridus* id est VIRIDIS, magnam denotat utilitatem devotionis Rosarianæ in vita. Ex antiquorum usu, color viridis, symbolum dicitur spei, & desiderii: spe etenim concupitæ rei, revirescit animus, cui alluisse Apostolus videtur 1. Pet. 1. de Cælestium spe. dum ait: *Regeneravit nos, in spem vivam.* Si quod feracius sanctæ spei seminarium, quàm recitatio diligens & deuota SS. Rosarii: nonne sacræ spei concipiendæ de tua salute bonum semen accipis? dum in gaudiosis mysteriis, DEUM, propter nos homines, & propter nostram salutem, de

Rosarium continuatur in Cælo.

Color viridis symbolum spei.

Petr:

Rosario, viator revirescit in spe.

A Cœlo in uterum Virginis descendentem, Hominem factum, & inter homines commorantem contemplaris? Nōne regeneraris? succrescisq; animo inspem vivam? tam copiosis rivulis sanguinis in Passione effusi, (quod *Dolorosa* Rosarii pars repræsentat) irrigatus. Nonne tandem æstus desideriotum ad Patriam, succendit in parte *Gloriosa*, glorioso in Corpore CHRISTUS, resurgens? nonne allicit ad cælestia, ad Patrem ascendens? aut dum cælitùs Spiritus S. ignes demittit? ac tandem, dum Matrem suam, simulq; nostram, triumphaliter assumit & coronat? LE-

B CTULUS tertiò *noster floridus, UMBROSUS.* In hoc umbroso LECTULO, morituriēntium insigne ex SS. Rosario deriuatum, cogitare possumus beneficium. Nouerat benè Solymæa Sponsa, quantùm iuvat, (dum urit Syrus, nimiiq; prædominantur calores,) LECTULUS sub umbra, propterea talem Sponso suo curavit. Hora agoniæ, & tempus mortis, nonne hora illa est? quâ infernalis Syrus, nimirum Dæmon, furit utiq; dum acribus urit animam tentationibus, & æstus concupiscentiarum malarum, pravorumq, habituum solicitiùs sufflat & succendit

C Leviathan ille, cuius (iuxta D. Jobtem) *Halitus, prunas ardere facit.* Job 41. Verùm enimverò, Roseis Sodalibus à sagitta hac volante in tenebris, & ab isto incursu meridiani æstûs, non timendum adeò, quibus providissima eorum Sponsa, simul & Mater MARIA *umbrosum* disposuit *LECTULUM. Lectulus noster umbrosus*, nimirum SS. Rosarium. Quamuis etenim cunctis deuotè eam in agone, ut Patronam, invocantibus, adsit illa præstò, ipsiq; per specialia, contra urgentes tunc tentationes, impetrata auxilia a DEO, gratiosissimam umbram exhibeat; id tamen specialiter facit Sodalibus Rosarianis: ut ita veluti in Sponsæ suæ LECTULO, & sub umbra ipsius, placidissimè obdormiant in Domino. Cui non modicum adstipulantur sensa plurium Patrum.

Rosariānorum fratrum in morte felicitas.

Joh:

D

Probatur Doctoraliter.

His porrò consuetum est, B. V. MARIAM multiplici ratione appellare Vmbram salutarem genericè, aut umbraculum. Sic S. Sabba Abbas in Menæis Græc. 3. Jan: MARIA, *umbraculum fontanum*

378.

Sabbas

tanum aquæ salientis in vitam æternam, atq; vitam eandem in omnes omninò derivantis. Item *Vmbraculum, laboris æstu confractorum.* Idiot: Idiota de B. V. p. 8. contempl. 1. *Umbraculum, quod Ecclesiæ præparavit umbra refrigerans, quâ virtus Altissimi obumbravit ei, & per carnem ex ea assumptam.* Ernest: Ernest: c. 94. *Vmbraculum à turbine & pluvia, seu ab insultu & tentatione Diaboli.* Bonav: S. Bonav. in Psalt V. *Vmbraculum protectionis in tentationibus nostris.* Sed Alb: M. specialiter ad propositum Alb. M. super Missus c. 160. *MARIA, Vmbraculum infirmorum, refrigerans umbrâ misericordiæ. quos reverberat Sol radiis justitiæ.* Ernest: iterum c. 39. *Vmbraculum peccatoris pœnitentis, eidem ponens umbram suam, quasi noctem in meridie, ut habitent apud eum fugitivi, & DEI timentes sententiam Iudicis.* Quod plerumq; contingit in morte. Huius autem MARIANI umbraculi, quòd specialiter Rosariani Sodales experiantur in agone beneficium, insigne comprobavit, adhuc vivente S. Patriarcha Dominico, miraculum:

Probatur Miraculosè.

379. Notissimum est illud ex Historia vitæ SS. Patriarchæ, quod contigit in Aragoniæ regno. Fuit ibi quædam puella, Alexandra nomine, quæ Concionibus S. Dominici conversa, Confraternitati SS. Rosarii nomen dedit, illudq; deuotè recitare cæpit, sed quid euenit? Duo Adolescentes æquè nobiles, riuales eam deperibant, forsitan ab ea exteriùs æqualiter redamati, quia tamen amor & Imperium socios non admittunt, mutuò se ad singulare provocant certamen, ut uni superstiti, amoris præda cederet, sed infausto casu uterq; in acie occubuit: parentes utriusq;, dum eis innotuit funesta tragædia, siquidem non èsset alius, in quem furorem suum & luctum evomere possent, quàm Alexandra, eam quasi totiùs Catastrophen causam, capi mandârunt, sauciârunt, cruciârunt, & quamvis infelix Confessarium instanter expostularet, caput ei instanter feroci crudelitate à cervice avulserunt, quod simul cum trunco, ut facinus celaretur, in profundum puteum aquis plenum præcipitarunt. Jam audiamus magnam virtutem SS. Rosarii: B. Virgo intra paucos dies apparuit S. Dominico, ei funestum revelando casum, & quid facere debuit, eum edocens: qui ut iussa exequeretur, ingenti multitudine populi comitante, ad locum putei se contulit: en portentum: caput emergit ex profundo, cum recenti vulneris vestigio propiùs ad marginem enatans, emittit cunctis audientibus vocem: *Sanctissime Pater, confiteri volo:* recedentibus paulisper adstantibus, labia tamen se moventia etiam à longè curiosè observantibus, glorioſus Patriarcha, cuncta peccata, cum singultibus, suspiriis, lacrimisq; explicari audiit, tandemq; ipsam absoluit & communicavit. Astantibus deinde accersitis, ac rei eventu narrato, innumerisq; accurrentibus, Alexandram interrogauit Sanctus, ut ediceret, quid sibi post decollationem evenisset: Illa respondit ad hæc: Ista tria principaliter contigêre circa me: ante omnia Rosarium, quod vivens recitare solebam, multùm mihi profuit: nam intuitu illius, DEUS mihi concessit verum dolorem de meis peccatis, sine quo fuissem damnata: Secundò, eodem momento, quo acephala fui facta, multi mihi Dæmones apparuerunt, ut me terrefacerent, sed Beatissima Virgo, tota luce amicta supervenit, & me consolata est. Tertiò ob mortem duorum amasiorum, fui condemnata ad purgatorium: & pro ornatu, quo multis dedi causam ruinæ, ad quingentos annos flammis expiatricibus, attamen hoc non obstante, confido per suffragia Confratrum SS. Rosarii, me breui liberandam. Caput per duos dies supervixit, & postea cum trunco honorificè sepultum est. Quo mirando publicoq; prodigio patuit, B. Virginem, huic, etsi licentiosioris vitæ, Consodali Rosarianæ, in articulo mortis, tam efficacia impetrasse conversionis media; ut sub SS. Rosarii umbra, veluti in deliciosissimo LECTULO, supplicante populo, ultimum, optime iam dispositа, halauerit spiritum.

Rosarii miraculũ grandein Alexandra occisa.

Probatur Historicè.

In Arnoldi Martyrologio legitur, de quadam nobili Comitissa, cui vir erat penè ferrei cordis: ferissimus ei: ad pauperes mendicos vultus, & ingenita quædam ad compassionem miserorum, repugnans ac mala indoles, in quo tamen ipsa conjux tenerior erat, & mirè 380.

& mirè ad compatiendum, ſubvenien-
dumq; proximo proclivis, partim à
natura, partim ex virtute. Contigit ſe-
mel virum inſtructum canibus, retiis,
& id genus, ad venationem (longiùs
proſequendam putabat uxor) diſceſſiſ-
ſe, interim ad valvas arcis compa-
ret miſer mendicus, exulceratuſque, ho-
ſpitium obnixè poſtulans, & aliquem
LECTULUM, modicæ quietis ergo,
idq; amore DEI: fluctuat, miſerum vi-
dendo, Comitiſſa, noverat enim aver-
ſum à pauperibus genium Viri: nihi-
lominus adacta amore DEI & proxi-
mi, ulceroſum hominem (Chriſtus au-
tem ipſe erat perſonatus) intra arcem
admittit: parùm fuit, non tam ma
turè ſperans reditum mariti ſui, in LE-
CTO proprio & thalamo coniugali
eũ componit, accommodat, ut quieſca:
hoc enim ab illa ſolicitè expetierat,
pauper ille. Interim ex inſperato ei
nuntiatur aduentus Comitis, imò iam
adeſt ille in cubiculo proximo, ubi thala-
mus erat, rerum ignarus, ſed minimè
ignarâ uxore, imò ſummè anxiâ, iam
enim nedum pauperi culcitris conſepul-
to, quem præſumeret ferus homo, ri-
valem thalami, ſed etiam ſibi ipſi ul-
timum infallibile metuebat præſtolaba-
turq; iugulum. Properans igitur vir,
utpotè laſſus, ut reſpiraret in thalamo,
fores interioris cubiculi aperiri man-
dat, renitente vel morante uxore, quas
tandem ille, morarum impatiens, vio-
lentâ pedis percuſſione reſerat, ingre-
ditur, fæminâ vix iam ultimos præ ti-
more trahente ſpiritus: ſed ô miram
rei contingentiam & opus Omnipo-
tẽtis! vix limẽ ingreditur cubiculi Herus,
admirandam ſentit fragrantiam florum:
(nec mirum, Nazarenus enim JESUS
cubaverat in thalamo, etſi iam tunc
euanuerat) quam diutiùs cùm ſuſtine-
re non poſſet, breui iterum proripit
ſe ex cubiculo, ad uxorem, mitiori ta-
men videbatur genio, eamq; eſt affa-
tus: Quid eſt ô bona mulier, & unde
cubiculi thalamiq; noſtri tam intole-
rabilis fragrantia? videbar mihi in Pa-
radiſo fuiſſe, ut nec ſpirare, nec qui-
eſcere quiverim, præ exceſſiua florum
fragrantia. Rem ergo totam, reſumpto
animo confidentiùs & fideliter enarrat
uxor, atq; ſic ferum leonem edomu-
it, mitemq; reddidit. O quàm non
infrequenter ſimile quid ex fragrãtia Ro-

Comitiſſa ulceroſum thalamo viri recipiens, a Roſis virum mitem accepit.

ſariani floridi LECTULI ope MARIÆ
contingit! admittit quandoq; clemen-
tiſſima Regina etiam ulceroſos, ſcilicet
peccatores, peccatrices, qualis & illa
Alexandra fuerat, ad hunc LECTU-
LUM, nimirum ad Confraternitatem
Roſarii, qui orant quidem, ſed ulce-
ra non curant, quo fit, ut iuſtus Judex
cum mulcta immineat peccatorum,
mors inſtat, ſalus proinde animæ pe-
riclitatur, ſed tamen Miniſtra LECTU-
LI laborat, flores Roſarianos, deuoti-
onem ſcilicet illorum profert, quorum
fragrantiâ recreatus Judex, finalis ſal-
tim pœnitentiæ gratiam eis impartitur,
& ſalutis de periculo ereptos, cæleſti
paradiſo donat.

Epilogus.

VLtimum iam obiturus diem in terra Ægypti, Sanctiſſimus Patriarcha Jacob, DEUM ad caput LECTULI ſui adoraſſe legitur. *Quo* (ſcilicet Joſepho) *jurante, adoravit Iſrael DEUM, conuerſus ad caput LECTULI.* Gen: 47. Hebræi ob diverſitatem punctorum, quos ſecutus eſt S. Paulus, vertunt: *Adoravit faſtigium virgæ eius:* ſcilicet ſceptri Joſephi. Fauet noſtris de Roſeo MARIÆ LECTULO cogitatibus utraq; lectio. Si LECTVLVS MARIÆ dicitur, caput huius LECTULI non aliud eſt, niſi CHRISTUS, adſtipulante Paulo: *Caput autem* noſtrum. adeoq; & MARIÆ, eſt CHRISTUS, cuius ter venerandum Nomen, in noſtræ etiam Roſarianæ deuotionis LECTULO principatum tenet. Ergo adoremus hodie DEVM ad caput LECTVLI huius, infinitas ipſi peragentes gratias, quòd ex meritis infinitis Filii ſui Chriſti, tam delicioſum, tam privilegiatum indulſerit Lectulum, per SS. Patriarcham Dominicum, ſpecialem colendi ſe, & MARIAM, ſubminiſtrando praxim. Si demum Hebræam & ſimul S. Pauli teneamus lectionem. *Adoravit faſtigium virgæ eius, id eſt, ſceptrum:* quoniam S. Andr: Creten: (apud Polyan: MAR:) *Sceptrum Regis omnium*, appellavit Virginem Beatiſſimam: cùm ergo Regii huius ſceptri nedum faſtigia, ſed etiam extrema, id eſt pedes per oſculum nobis adorare, præ indignitate reaq; conſcientia non licet, imò piaculum fortè exambientibus foret; terram igitur in honorem perauguſti nominis

381.

Gen:

Paul:

Lectuli Roſei caput, Chriſtus.

MARIA, virgæ faſtigium ſeu ſceptri.

Andr: Cretens:

eius

eius exoſculemur, exiguo hoc ſymbolo, Ipſi gratificaturi, pro tam florido delicioſoq́, Roſarianæ deuotionis LECTVLO. Dolebat olim Sponſa, inquiens: *in LECTVLO meo, quæſiui eum* (ſcilicet Dilectum) *& non inueni.* nec tamen quievit, donec inveniſſet. O dilectiſſimi Sponſæ huius Sodales, vos exhortari ſecùs & aliter mihi liceat: per plateas & vicos, hodiè ſacra Roſarii dramata decantando curritis, ut

Votum Authoris.

A Dilectum inveniatis, & benè, & laudabiliter: niſi fortè quis vanè & ad pompam ſimilem vanitati, etiam hæc æmuletur. Securiora cuique ſuadeo, quotidiè ad LECTVLVM in cubili ſecretioris deuotionis redeas, preces Roſarii ſimul cum attenta Myſteriorum recogitatione percurre: firmiter crede, quòd & Dilectum tuum apud Dilectã Eius Matrem invenies, & LECTVLI iſtius deliciis beaberis. A M E N

LIBER ſine menda.

SS. DEIPARA.

Pro Feſto Immaculæ Conceptionis B.V.M.

Liber generationis Ieſu Chriſti. Matt: 1°

382. ETiam hodiè Glorioſiſſima Regina & Mater DEI MARIA, dum primùm in utero Annæ Matris ſuæ exoritur, Regale ſibi vendicat jus, nimirum in Vniverſalibus exceptionem. A. A. Vniverſaliter dictante ſpiritu promulgaverat Orbi Sapiens: *Nil ſub ſole novum. Eccle:* 1. En hodiè ſecùs agi video, dum nunquam viſus, editionis novæ prodit auctiſſimus, capaciſſimus, unius licetſi VERBI, ſed immenſi, ſed Sapientiſſimi, cui inſcribendum eſt, LIBER, ſcilicet ipſamet Immaculatè Neoconcepta, in utero Digniſſimæ Matris ſuæ Annæ, Beatiſſi: Virgo MARIA. Ad hanc etenim reſpexiſſe videtur ſacer Euangeliſta, dum in Pròèmio, & capite libri ſcripſit. *Liber generationis IESU CHri* C *ſti.* quod ſubtili ſuo diſcurſu penetravit Illuſtriſſ: Zerda, dum ita ait: Acad: 31. n. 59. *Si VERBI generatio tanquam in LIBRO eſt, LIBER ille vocatur, VERBUM ipſum conſpicuâ luce profertur. Ergo, quia MARIA virgincè gignens, quaſi pro Rubro in LIBRI capite conſcribenda erat, ab ea totum ſcriptum accepit nomen, LIBERq́, generationis vocatur, quoniam ſacra Virgo, LIBER generationis erat.* Id ipſum diſertè docuit S. Thom: Vill: S. 1. de Nat: V. dicendo: *MARIA, LIBER eſt generationis IESU CHRISTI.* Porrò uſu iam communi venit, in capite cuiuſq́; LIBRI, ipſius deſcribere elogia & commendationes. LIBRO Generationis JESU, ſimulq́; MARIÆ, hæc ſumma ſufficeret laudum, quòd LIBRI huius diviniſſimæ paginæ, id eſt virginali utero, illud ipſum VERBUM, quod Pater æternus gignit in mente, planè vix non eodem modo, inſcriptum ſit, nam non extero quopiam attramento vel ſtylo, ſed baiulo VERBI intellectualis charactere, conſentientiſq́: Verbi ac mentis conceptu, Juxta illud: *Beata qua credidiſti, perficientur in Te, qua dicta ſunt Tibi à Domino.* Nec ſenſit albid ſſima Virginei alvi papyrus, alieni calami veſtigia, præter calamum Patris, qui Spiritus S. eſt, prænuntiante id Angelo. *Spiritus S.* (inquit) *obumbrabit Tibi.* De quo præclarè loquentem habet adducere S. Damaſc. orat: de Nat. *Qui omnia effecit, DEUS VERBUM, quod Pater eructavit de pectore, LIBRUM novum condidit, DEI lingua à ſpiritu tanquam calamo quodam, in ipſo ſcribendum.* Rectè, & ſatis eximiè ad explicandam excellentiam LIBRI huius dicta hæc, quis perneget? Verùm, ſi ad primæ editionis huius LIBRI, hoc eſt ad punctum Conceptionis MARIANÆ redeamus: iterùm ſingulare huius LIBRI privilegium, novam ſuggerit commendationis materiam, ſtylumq́; acuit, Vitium planè congenitum eſt

Ecclc:

MARIA Liber novus.

Zerda.

Spiritus S. calamus Petri.

Damaſc.

Libris

Libris, præsertim, si primò edantur in lucem, plurimis scaterè, si non erroribus, saltim literatum mendis, quæ lyncæos etiam Authoris Censorumq; effugiunt oculos, vel in punctis. En hodie ex Augustissimæ TRINITATIS Typographia novus prostat *LIBER sine menda*, etiam vel in puncto, nimirum Beatiss: V. MARIA in instanti Conceptionis suæ ab originali macula præseruata. Hoc ego dum luculentiùs multiplici discursu demonstrare dispono, quoniam cuiusq; nostrum conscientia, suus esse LIBER dicitur. Dan: 7. *Libri aperti sunt, & judicium sedit*; undenam his libris nostris, tam crassæ frequentesq; peccatorum irrepant mendæ, priùs examinabo. Præeat breuis hymnus MARIÆ.

MARIA imm: Cōcepta, liber sine menda.

Dan:

Salue LIBER sine menda,
Errorisq; nescius,
Nostra menda, tu emenda,
Et emunda ocyus,

PARS I.

Mendarum nostrarum, seu peccatorum, triplex origo.

383.

AVitas ætates ea invaserat & occupaverat opinio vel potius fastus; ut discipulis, servis, militibus, veluti LIBRIS & paginæ, suos inscriberent characteres: quod ipsum disertè affirmat. *S. Ambr: Orat: in obitu Valent.* Imò & hâc ipsâ, quâ vivimus ætate, ut ex Metello allegat *Lobett: de Pecc: l. 3. p. 2.* in Indiis, Christiani notantur initiali sui nominis literâ scilicet C. Id omninò, etsi longè nobiliùs, statim ab initio, dum crearetur homo, DEUS ipse practicasse legitur, cui nedum stigma generale impressit, cùm ad imaginem & similitudinem suam creasset eum; sed præterea, tanquam in mundissima, ob originalis justitiæ innocentiam, papyro, tot characteres manu Creatrice inscripsit; quot dona seu habitus excellentissimarum gratiarum, ac privilegia, quæ statum illum felicissimum comitari decebat, indulsit, & hoc ideò, ut primus ille sic efformatus homo, pro Authographo esset posterorum, omninò in simili scriptura seu figura creandorum, si Parens ille non peccasset. Sed eheu! quo pulchrior LIBRI species & scriptura, tantò fædior macula, menda & error si ei irrepat. Et ita est: quòd sicut potissimè LIBRIS etiam ornatissimis irrepere soleant mendæ tribus de causis: scilicet aut ob Authographi falsificationem: aut ob Amanuensis culpam: vel demum, ob insidiosi Typographi malitiam; sic pariter, quòd in LIBRIS conscientiarum nostrarum appareant mendæ, scilicet peccata, de simili triplici id promanare fonte compertum est.

Literam C. portāt in frontibus, novi Indiæ Christiani.

A

Adam, Authographum omnium, sed falsificatum.

B *Probatur* Scripturaliter.

Primò quidem contingunt mendæ conscientiarum nostrarum ob Authographi nostri falsificationem. Authographum, iam dixi immediatè, & appellavi primum hominem, quem Author naturæ & gratiæ, elegantissimè in anima & corpore conscripsit, dum eum in originali creavit innocentia, sui planè in illo imaginem exarando, veluti in tabula, vel in mundissima membrana. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Gen. 2: Stupebat cælum, id est boni Angeli, ad tam præclara manûs Creatoris, in vili, nam terrea pagina, exquisita gratiarum ac donorum lineamenta, efformata omninò simili stylo & ductu, quali in ipsorum purè spirituali cernebantur. Admirabatur inferior homine, creatura sensitiva, ac currebat, ut simili sibi in corpore indita rationalis mens, arcana naturæ quorumq; ex illis intimè penetrando, propria cuiq; distribueret nomina. *Adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret, ea. Omne enim quod vocavit Adam animæ viventis, ipsum est nomen eius.* Solùs ringebatur damnatus Angelus: tam excellentes, quos ille nuperrimè ob superbiam in se ipso turpi defædavit notâ, erasitq; irrecuperabiliter characteres, invidendo homini vaferrimus serpens, fraudes molitus est: insidias paravit ad tam elegantes obliterandas figuras: novas easq; fictas fabricavit subministravitq; literas, impius Authographi Divini falsificator, & quidem iam secundò: primùm enim simile scelus patraverat ante in semetipso: quoniam cùm esset iuxta Ezechielem, signaculum similitu-

384.

Gen:

C

Adæ gratias, cuncta Creatura mirata.

D

Angelus in seipso primum falsifica-

vit typũ DEI.

dinis DEI, illudmet vitiavit, sibi id, quod proprium est DEO, superbè arrogando. Quod argutè tetigit Hugo Card: *in* 1. *Luc:* Scribens in hæc verba: *Diabolus excommunicatus, quia falsificavit Bullam summi Pontificu, id est formam suam, qui erat signaculum similitudinis* DEI. Fictas ille cõposuit literas, falsos primis Parentibus ingerendo conceptus, dum primùm invidiam atq; mendacium adstruxit infinitæ bonitati & veritati Divinæ. *Scit enim* DEUS (inquit) *quòd in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dii, scientes bonum & malum.* Gen. 3. Quibus adjecit cæteris nugatiùs, possibile esse, ut esu pomi, creatura, DEUS fiat. Successerunt bene nefando veteratori technæ: suggestioni consensit uterq; homo, vanâ Divinitatis spe illectus: illicò etiam, illud quod divinum in characteribus resplendebat in corpore & anima ipsius, miser perdidit per peccatum: atq; sic in autographio nostro, fædæ apparuêre notæ, turpissimum originalis peccati stigma: & quoniam nos posteri, justo Decreto DEI, & pacto cum Protoparentibus suppositio, ad formam efficiamur Authographi nostri, iam defacto falsificati, dum creantur animæ nostræ, fit proinde, ut accipiendo ab ipsis naturam per generationem, participemus simul cum natura & culpam, culpam dico originalem, quæ est seminarium, fons, & sentina omnium peccatorum actualium. De quo Protoparentem dolenter redarguisse Esdras legitur. l. 4. c. 8. *Si enim* (inquit) *tu peccasti, non est factus solus tuus casus, sed & noster, qui ex te advenimus.* Quod ipsum S. Basil: Seleu. orat. 1. obseruavit in alio Protoparentum facto, *quando* nimirum *consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* Gen: 3. Ait enim: *Ipsi nudati, nudant arbores,* implicitè innuens: illos non solos se spoliasse gratiâ, sed & posteros suos. Jam ergo prima patet causa, cur scateant plerumq; nostrarum conscientiarum LIBRI mendis actualium peccatorum, nimirum propter Authographi nostri falsificationem.

Diabolus excommunicatus quomodo & cur?

Gen:

Diabolus falsarius publicus.

Parentes primi omnis culpæ origo.

Esdr:

Basil:

Probatur Figuraliter.

385. Alteram mendarum causam dixi evenire LIBRIS, ex ipsorum Amanuensium culpa, qui plerumq; dum etiam ex correctissimo Authographo novos ad prælum describunt LIBROS, vel desidiâ, vel imperitiâ animi, apices literarum mutant: puncta, vel omittunt, vel variant, sensumq; authographi adulterant, dum alterant. Et quis ille Amanuensis tuus, ô homo! cuius culpæ, imputes mendas actualium peccatorum tuorum, quas advertis frequenter & legis in LIBRO conscientiæ tuæ. Adest ille præstò, quippe non alius, nisi tu ipse peccator, qui in manu voluntatis tuæ, dum operaris malum, scribis in anima characteres damnationis tuæ. Limaturam illam originalem, quàm ex falsificato Adæ Authographo hauseras per generationem, Author quidem primus naturæ & gratiæ DEUS, per regenerationem Baptismi, iam ritè correxit, nedum novum, eumq; salutarem, inscribendo animæ tuæ characterem, sed aliis præterea habituum supernaturalium exornando literis, ut vel sic in manu voluntatis tuæ, seu cooperationis, prosequereris eius scripturam, LIBRUMq, conscientiæ tuæ compilares, qui dignus cælesti censeretur Bibliothecâ. Quid interim? tui ipsius vel desidiâ, vel voluntatis pravitate, iterũ atq; iterum irrepit error novus: novæ pulchris characteribus superinducuntur limaturæ: disordinantur elegantes virtutum characteres: dum in manu voluntatis tuæ operaris peccatum. Huius veritatis Typum submininistrabit Apocalypticus LIBER, in illis characteribus, quibus Antichristi diebus discriminandi leguntur servi veri DEI & servi bestiæ, scilicet Antichristi aut Diaboli. De primo sic habetur Apoc: 7. *Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum* DEI *vivi: & clamavit voce magnâ quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neq; arboribus, quoadusq; signemus servos* DEI *nostri, in frontibus eorum.* De altero verò, scilicet de charactere bestiæ, sic prophetat Joannes Apoc: 13. *Et faciet* (Bestia) *omnes pusillos & magnos, & divites & pauperes, & liberos & servos, habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis.* Leviter tango literæ corticem, quisnam futurus utriusq; character? & breviter respondeo, Christianorum characterem fore, vel juxta Taulerum, Hebræum THau.

Amanuenses, causa mendarũ in libris.

Peccatorum causa sibi quisq; & amanuēsis.

Seruorũ DEI *& diaboli distinctio figuratiua.*

Apoc:

Character fidelium Tau: Antichriſtianorum, beſtia.

THAU. cui conſonat illud Ezech: 9. *Signa THAV. ſuper frontes virorum gementium.* Vel ipſum Nomen CHRISTI ſymbolicè, prout ſcripſerat in labaris ſuis Conſtantinus M. vel ſignum ipsũ ſalvificæ crucis. De Antichriſtianorum verò, ſeu ſervorum Beſtiæ characterе, varii variè: Ribera putat figuram fore Draconis. Sed hæc tranſeant: ſub cortice nucleum, ſcilicet ſenſum myſticum perquiramus. Advertendum eſt, quòd dum frontes ſervorum DEI ſalutiferis characteribus inſcribuntur, non propriæ eorum manûs id fit miniſterio, ſed Amanuenſes mittuntur Angeli, & præſtant id cuique, quod ſibi quilibet miniſtraſſe poterat, ut opinor. Cæterùm cum character Beſtiæ inducendus frontibus impiorum venit, non legitur Beſtia ad id obſequii genus, ſuos deſtinaſſe ſpiritus emiſſarios, ut cuiq; qui adoraſſet beſtiam, hoc turpe Draconeum inureretur ſtigma: ſed quidquid eſſet in hoc negotii & laboris, totũ reliquit & commiſit cuiuſq; manui, proprioq; conſilio. *Et faciet omnes puſillos & magnos &c: habere characterem in manu ſua, aut in frontibus ſuis.* Hinc eſt, quod, ut ſcribit *Sylveira*, tale ſignum vario modo, pro libitu cuiuſq; deportabitur: aliqui enim deferent depictum ſeu deſcriptum in aliqua lamina, ſiue materia, tùm pretioſa, tum vili, pro ſtatu & facultate ferentium: alii verò in carne, ſeu cute frontis ſuæ, vel manûs dexteræ, exaratum & inuſtum igne, aut lanceolis. Quid ergo quæſo importat myſterii, quòd ſervi DEI, Amanuenſium ſpirituum conſignentur miniſterio, Beſtiæ verò mancipia, propriâ ſignentur à manu? Forſitan ipſa characterum differentia, etiam in modo ſcribendi, tale expoſcebat diſcrimen: Character enim Angelicæ manûs miniſterio inſculpendus, characterem Baptiſmi, & alia habituum ſupernaturalium, quæ infunduntur animæ in Baptiſmo, lineamenta ſignificat: iuxta Expoſitores. Character verò beſtiæ in manu. iuxta *S. Proſper.* denotat malas operationes: ut inde intelligas, quòd characterem illum Baptiſmi, & alia ei connexa dona, quem ſola dignativa DEI bonitas animæ tuæ indidit, ex ſola DEI manu habeas. Quodſi deinde, turpi peccati voluntarii notâ deſædatur in te hæc elegans DEI ſcriptura,

Character Tau, cur alienu manibus, fidelibus inſcribitur? ſecùs character beſtia cur proprius.

Gratia a ſolo Deo, ve-

A diſturbatur in anima tua, pulchra illa ſeries gratiarum; tuæ ſoli ſacrilegæ manui, ſcilicet voluntati, nefandum adſcribito opus, à cuius ſolius arbitrio omnis peccaminoſa pendet operatio: iuxta illud Eccli: 15. *Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi.* Meminerit itaq; homo, nè in obliterandis in anima ſua Divinis characteribus, manui pravæ ſuæ voluntatis obſecundet. Talis enim voluntas, notas infernales nonniſi imprimit animæ, atteſtante mellifluo *S. de Reſur.* Ceſſet *voluntas propria, ſcilicet, quæ non eſt communis DEO & hominibus, & infernus non erit.*

nit Peccatum a ſolo hominu arbitrio.

Eccli:

B

Probatur Hiſtoricè.

Tertiò deniq; ſcatere codices contingit, Typographi coordinantis characteres inſcitiâ, ſi non aliquando & fraude. Iterùm hic appello illum falſatorem Dæmonem, qui in primæ editionis LIBRIS, ſcilicet Protoparentibus noſtris ſucceſſu, audacior factus, codices quoq;, videlicet conſcientias noſtras, ſub duro tentationum premit prælo, ut orceas in ipſis depingat notas. Notavit Plutar. *l. de Iſide & Oſiride.* Olim in uſu Ethnicis fuiſſe, ſignare victimas, priuſquam aris, diiſq; cade-

386.

C rent: & qui eas obſignabant Sacerdotes, ſigillatores nominabantur: neq; tantùm victimæ notas illas acceperant; ſed etiam Deorum quiſq; cultor, is DEI ſui notam induebat. Ita quondam ſcribit *Lobett.* de Pecc. l. 3. p. 2. per ſummum nefas ac ſcelus, Judæorum corporibus inuſtum fuit folium hæderaceum, quòd ut hædera, ita illi, Baccho dicarentur. Non inſimiliter peſſimus Typographus dæmon, victimas ut ſuas habeat, & ſervos, quas Erebo ſervet, variarum tentationum compreſſione, ex quibus ob frequentes lapſus, peſſimarum conſuetudinum

D imprimuntur notæ, quaſi iam ſibi dicatas conſignat. Quodſi reſiſtente pravis motibus voluntate, prælum gravium offenſarum illi non ſuccedat; ſaltim puncta, venialium interjicit inconcinnè, ſenſumq; timoratiorum perturbat, ad eum modum, quod lepidiſſimè fecit muſca cuidam in Germania excellenti ac veterano Cantori, qui Baſſum ob ſtentoreæ vocis grandem depreſſum tenebat, regebatq; totam

Sigilla nominum Deorum in hominibus in victimis, mancipiis ethnicis uſitata.

Musca, totum perturbavit chorum.

capellam: *ex Veber:* Huius etenim Partituræ musca ad supremam cum insedisset lineam, iustò plus & contra regulas artis eminentiùs, notam seu punctum nigricans (nam cæcutiens vitro utebatur) esse putabat, quam dum omnimodâ vocis elevatione assequi nititur; totius chori conturbavit symphoniam, muscâ protinùs avolante. Quid aliud agere videtur in timoratioribus conscientiis musca hæc, scilicet dæmon, qui ex Beelzebub, *DEUS muscarum* dicitur? advolat ille aliquando, ut falsas figuret notulas, aut venialium negligentiarum in resistendo, aut super lineas, id est super vires, id est, de supererogatoriis tentando, aut saltim vanis scrupulis quietem cordis, & harmoniam, hisce perversis interpunctionibus, ut variet & conturbet pessimus iste Typographus, mendarum omnium in nostrarum conscientiarum codicibus, omninò complex & cooperator.

PARS II.

SS. DEIPARA, Liber sine menda originali.

387. PRæeat primùm in huius LIBRI commendationem Divinissimus Job, qui expectans MARIÆ Conceptionem, Filii, futuri Judicis equidem potentiâ perficiendum esse prophetavit, ne legi communi, & modis vulgaribus, LIBER iste subjaceret. Ait enim. c. 31. *LIBRUM ipse scribat, qui judicat.* ubi Rich: Laur: ait: *Hic est LIBER, scriptus à nostro Iudice, de quo dixit Iob, quasi desiderans ortum MARIÆ. Librum ipse scribat qui judicat, id est Filius, cui potestatem dedit Pater judicium facere.* Vnde non conveniunt huic LIBRO vel minimæ mendæ, aut væ, aut lamentationes, quæ in illo Ezechielis codice cernebantur, Angelosq; & Adam denotabat: ait idem Richard *Lucifer enim in sui natura scripsit væ, & hoc indelebiliter. Adam in sui natura lamentum, sed delebiliter. Ast in isto LIBRO indelebiliter scriptum est carmen, & hoc sine væ.* Hinc iam tanquam per rimam emicat totius SSS. TRINITATIS ab æterno solicitudo, ut LIBER hic, MARIA, in prima sui editione, scilicet in Conceptione, accuratissimus, & sine omni menda peccati prodiret. Et quidem ille ex quinq; rationibus sequentibus, aliter in lucem prodire non potuit. Primùm.

Job:

Conceptionem B. V. prophetavit Iob.

Richar:

MARIA *Liber sine væ.*

Probatur Scripturaliter.

388. Ideò SS. DEIPARA, in sui Conceptione LIBER sine menda peccati, quia prodiit ab Authore Sapientissimo, cui implicat error omnis: intelligo hìc Patrem æternum, de cuius sapientia principaliter illa admiratio Apostoli: *O altitudo Sapientiæ & scientiæ* DEI Plures reperiuntur ex Patribus, qui B. V. MARIAM titulo *Filiæ æterni Patris* venerati sunt. Vti S. Bern. ser. 3. super salue. Philip. Abb. l. 4. in Cant: c. 21. S. Laur: Just. de Purif: B. V. Quibus specialiter adnumerandus est Seraphicus noster Patriarcha, qui orat: 2. ad SS. V. MARIAM, eam, ut Filiam Altissimi Regis, Patris Cælestis deprecatur. Imo sunt aliqui, ut Rich: Laur: l. 6. de laud: V. qui eam nominat: *Filiam absconditam Patris.* Quod ipsum eruit ex illo textu S. Scripturæ Eccl: 24. *Filia Patris absconditæ est. vigilia, & solicitudo eius aufert somnum.* Vbi dum audio Patris vigilias, & solicitudinem eius de sua filia, inde licet humano cogitare modo, quòd in creatione huius singularis filiæ, solicitè vigilauerit Patris æterni Sapientia, simul & potentia, ut quoniam eadem Filia, deberet esse LIBER, in quo describenda erat tota SSS. TRINITAS (quod disertè peroravit Romæ publicè S. Catharina Sen: in die Annunt: B. V. A. D. 1379.) totâ omnitudine suâ laboraverit, vt prodiret sine omni peccati mẽda: nam omninò simili (quantùm patitur creatura) modo, quo Pater æternus gignit æternum Filium, Filiam quoq, absconditam ab æterno, in tempore produceret. Quo sensu id verum ut intelligamus, discendum à Theologis, curnam sola Processio VERBI sit Generatio, & non processio Spiritûs S. Quæsitum diluit S. Aug: *Quia* (inquit) *solum VERBUM est Filius, & hoc ideò, quia solum VERBUM est imago Patris.* iuxta illud Sapientis. *In filio suis agnoscitur vir.* VERBUM autem procedit per intellectum à Patre, qui solùm imaginem rei conceptæ repræsentat, ideò solum VERBUM Divinum vocatur Filius, & Idea Patris, utpotè Imaginem eius repræ-

MARIÆ *Libri Author Sapientissimus, Pater æternus.*

Bern: Philipp: Justin: Francis:

MARIA *liber SSS. Trinitatis: quomodo?*

Processio Verbi, cur Generatio dicatur.

Aug:

repræsentans: Non autem Spiritus S. nam is non procedit per intellectum, sed per voluntatem Divinam, quæ objectum sibi non assimilat, sed solùm amat. Voluntas enim fertur in præcognitum. Nunc ergo capietis quare sola MARIA, vocetur abscondita, scilicet singularis Filia Patris, quia nimirum, sicut VERBUM ideò dicitur Filius Patris, ex quo nunquam non dissimilis Patri, sed semper viva imago eius; ita similiter, cùm per creationem prodiret MARIA, totam suam exercuit Sapientiam & potentiam Pater, ut nunquam ullâ peccati notâ ei dissimilis esset, sed semper genuina & illustris Imago Patris, Idea & forma: atq; sic ut verè diceretur Filia Patris. Consonat huic argumentationi illud S. Hieron: ad B. V. devotissimi, nobile elogium. *Si formam Te* (ô MARIA) *Dei appellem, digna existis.* Et quid oro significat, digna forma DEI? S. Thomas Ang: explicans illa verba S. Pauli, quibus CHRISTUM vocavit formam Dei 2. Philip. *Qui cum in forma Dei esset.* dicit Apostolum probare voluisse, CHRISTUM fuisse DEUM, uti alibi dixit Coloss. 2. *In quo habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter.* Sanctus itaq; Hieron: dum sacratissimam Virginem vocavit *Formam DEI*; significare voluit, quòd sicut in CHRISTO fuit vera forma Divinitatis, & consequenter fuit unicus & verus Filius æterni Patris, adeoq; purissimus & semper impeccabilis; ita MARIÆ, ab instanti Conceptionis, tanta gratia fuit collata, ut purè & mundè concepta, semper impressam portaverit Imaginem DEI: ac propterea vera, singularis, & abscondita Filia æterni Patris dicta. Mirè confirmat hunc conceptum ipse Angelicus, dum opusc. de charit. ait: *MARIA est, quam fecit Dominus, infinitam bonitatis suæ Imaginem.* Succurrit & S. Bern: S. *de Beata* inquiens: *Pater in creatione MARIÆ, exhibuit potentiam & auctoritatem contra peccatum, ut ab hoc præservaretur.* Atq; sic in MARIA, veluti in LIBRO legitur imago Patris, imò tota SSS. TRINITAS, ut supra innui: proinde tam Sapientissimi Authoris LIBER, cum menda originalis peccati, in lucem prodire non potuit. Est adhuc, quod sagaciter in hoc LIBRO advertit noster Carthagena l. 18. de cultu V. M. h. v. n. 8 curnam B. Virgo nominetur LIBER, quoniam cæteri iusti assimilentur nonnisi foliis? Prov. 11. *Iusti autem, quasi folium virens:* Folium hic ipse usurpat pro charta, seu foliis, ex quibus componuntur codices: atq; sic ex eis immunitatem LIBRI huius, à menda originalis peccati, venatur. Folia quippe soluta haud difficulter deformantur, & pereunt: cùm verò sunt in librum compacta, facilè custodiuntur, & characteres integri conservantur: Non dissimiliter, multi Sanctorum, imò penè omnes, quia folia erant; vento originalis peccati abrepti, characterem deturparunt gratiæ. Cæterùm Beatiss: Virgo, statim ab initio creationis, LIBER fuit, quem ab initio creationis, possederat Altissimus Pater, eumq; egregiè præservativâ gratiâ ligavit, & impeccabilitatis ritè clausit repagulis, ut nullius fraude, menda originalis peccati irrepsisse poterit, Authoris Sapientissimi singulari privilegio.

MARIA vera Idea & similitudo Patris aterni, ideo sine macula.

Hier:

Thom:

MARIA Filia abscondita Patris.

Thom:

Bern:

Carth:

MARIA cur Liber dicitur, cæteri Sancti, folium.

Probatur Figuraliter.

389. Secundò, ideo SS. Virgo MARIA in sui Conceptione, LIBER sine menda originali dicitur, quia prodit in lucem Censore oculatissimo: Censorum enim modica advertentia facit frequenter, edita volumina, mendis, imò erroribus quandoq; crassis, contaminari. Hic iam implicitè tango alteram Personam SSS. TRINITATIS, nimirum Filium, cuius speciale negotium fuit, hic LIBER sine menda, scilicet Immaculata Conceptio Matris: Quippe, utpote Doctor futurus in carne iuxta Prophetam. Joel. 2. *Lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis Doctorem justitiæ.* Et ideò Censor dignissimus LIBRI huius, antequam ederetur extitit, & quidem oculatissimus: oculos, eorumq, perspicacitatem, quâ in censura huius LIBRI usus est, observabis in figura nimirum septem oculorum lapidis cuiusdam, de quo legitur Zachar. 3. *Ecce lapis, quem dedi coram IESU, super lapidem unum oculi septem.* Porrò, quales hi fuêre oculi, & qualiter in lapide concipiendi, explicat quòd ad literam apud Cornel: Mariana & Prado. Dico ego cum *Cornelio*, primùm: hosce septem oculos, significare plenam & perfectam CHRISTI provi-

MARIA Liber censoris oculatissimi.

Joel:

Filius Dei censor Doctoralis.

Zach:

Oculi septem super lapidem figurant solicitudinem

Fili, pro intemerata Conceptione Matru.

providentiam & vigilantiam circa templi seu Ecclesiæ suæ fabricam erigendam, augendam, promovendam & conservandam, quam exercet per septem Angelos primarios. Secundariò verò imò longè excellentiùs, per hos oculos designari posse affirmo, exquisitissimi atq; oculatissimi Censoris huius LIBRI, scilicet Filii DEI, attendentiam: ut enim Liber hic, Mater scil:, sine omnis peccati menda ptodiret, septem quasi invigilasse oculis censetur, dum ex septem motivis, Eius immunitati attendisse perhibetur. *Oculus primus* sit ratio prima, quia Mater fuit sua, in

Concept: Imm: septem tãguntur rationes.

cuius dignitate, salvanda erat dignitas Filii: cum dicatur Ecclesiast: c. 13. *Gloria hominis, ex honore Patris sui.* Et per oppositum. *Contumelia Patris, non est homini gloria.* Hinc Guil. Pip. ap Salazar. c. 42. dicit: *Nullum dubium est de Matre Domini, quin talis debuerit esse, quæ de peccato redargui non posset, cùm hoc ad improperium Filii fuisset. Secundus oculus seu motiuum.* Quia Virgo: imò Virginum Regina: & quæ excellentîæ causa hæc? quia etiam nec in aliena mente, scilicet Adæ, vel animo consensit, in quo palmam cæteris tenet. Vnde vulgare

Ansel:

illud S. Anselmi: *Decuit Virginem, tantâ puritate gaudere, quâ major sub DEO nequit intelligi. Tertius oculus.* Quia Sponsa: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu*

Cant:

pulcher es, & decorus? Cant: 1. Hugo

Hugo.

Vit. admiratus hanc reciprocationẽ inter Sponsos, ait: *O qualis societas! totus pulcher, totam pulchram sibi sociat. Ego totus pulcher, ait IESUS MARIÆ: & tu, tota pulchra. Ego per naturam, Tu per gratiam. Quartus oculus*, Quia

Redemptrix humani generis dicitur Maria à S. Antonin. l. 4. tit: 15. c. 44. Et à S. Cathar: Sen: ap. Polyant: Marian:

Corredemptrix CHRISTI futura: cuius honorificentissimi tituli ex Escob: n. 572. hæc subinnuitur causa: quia corpus ei submiministravit, tanquam materiam seu aurum, quod suo infinito valore actionum sigillans, infinitum valorem DEO reddidit, in omnium hominum Redẽptionem. Atq; sic, sicut decebat principalem Redemptorem, seu Pontificẽ JESUM, sanctum, impollutum, & excelsionem cælis factum esse; à simili idem decebat & Corredemptricem, Illi à natura, à gratia huic. *Quintus & sextus oculus: quia futura Regina Angelorum & Hominum:* quibus, bonitate Creatoris evenit, participasse naturam simul cum gratia, ita tamen, ut peccabiles essent, quod tristi patuit casu, reliquorum Angelorum, & hominum. Ergo ut Reginæ excellentiam assequeretur Mater, debuit effulsisse speciali prærogativâ congenitæ sibi impeccabilitatis. *Septimus demum oculus est* Superabundantissimum & præcipuum meritum, illudq; prævisum, Passionis CHRISTI seu primaria & potior sanguinis eius gutta, quam specialiter profusurus erat eo fine, ut MATER sua præseruaretur à peccato. Cui consonat illud S. Ambr: Ambr:

Nec mirum, si Dominus redempturus mundum, operationem suam inchoaverit à Matre, ut per quam salus omnibus parabatur, eadẽ prima fructum salutis hauriret ex pignore. Tam ergo vigili & Censorinâ attendente tot pupillarum acie, quod quæpiam menda, aut unus peccati apex LIBRO huic irrepsisse potuerit, quis opinabitur?

Probatur Doctoraliter.

Ideò tertiò SS. DEIPARA in sui Conceptione LIBER sine menda prodit, quia operante Typographo peritissimo, nimirum Spiritu S. Porrò descripsit insigni prælo hunc LIBRUM Altissimus DEI iste Spiritus in Incarnatione: de quo innuit Seraph: Bonav. ser. 3. in Dom: 2. Adu: *Spiritus* (inquit) *Sanctus, in linguis igneis apparet super Apostolos: linguam ergo & calamum, intellige Spiritum S. Hâc enim linguâ VERBUM Patris per Incarnationem in mundum prolatum est. Hoc calamo VERBUM Patru, pelli humanitatis unitum est. Velociter iste calamus inscripsit, quia in instanti Conceptionis, LIBER iste consumatus est.* De quo & S. Damasc: orat: 1. de Nativ: satis venustè. *Hodiernâ die, is qui omnia effecit DEUS VERBUM, quod Pater de pectore eructavit, LIBRUM novum condidit DEI lingua, à Spiritu S. tanquam calamo quodam in ipso inscribendum.* Cæterùm prælum prælo, Scripturam Scripturæ præludere oportuit, nimirũ Spiritus, priùs S. scilicet in ipso puncto Conceptionis eius, venisse debuit in Virginem, exerciturus (ut ita loquar) præla prima gratiarum in ipsa: De quo pulchrè S. Ildeph: l. de partu Virginis: *Spiritus S. superveniet in Te, quia Spiritus S. supervenerat super Virginem adhuc in utero existentem, illam ab originali præservando.* Excellentiam Typographi istius seu scriptoris hisce dilaudat D. Anton. 4. p. tit: 15.

390. MARIA liber, typographo peritissimo, Spiritu S.

Bonav:

Damas:

Ildeph:

Anton:

tit: 15. c. 5. *Scriptor huius* LIBRI *fuit optimus, quoniam Spiritus S. qui omnium est artifex, & omniam habet sapientiam:* MARIA LIBER *fuit, quia continuit in se Divinam Sapientiam, id est Filium* DEI, *& ex hoc innuitur totalis eius puritas, scilicet in anima & corpore.* Rich: Laur. l. 12. cæteris aptiùs literas & characteres huius LIBRI dilaudavit, dum dixit: *Dicetur LIBER iste grandis, quia scriptus grandibus legibilibus literis: siquidem* MARIÆ *innocentia, una grandis, legibilis est littera.*

Rich:

Probatur Miraculosè

391. Jam accedit ad immunitatem huius LIBRI ab omni menda peccati, quia nimirum est prælo exquisitissimo, seu calamo ornatissimo exaratus, Gratiâ scilicet super gratiam præservante. *Carthag: noster de mirandis B. V. §. 177.* Scribit huiusmodi narrationem. In Sodalitiis deligitur unus, qui sit particeps & conscius rerum omnium quæ decernuntur, easq; literis mandet: ab arcanis dicitur aliàs Notarius: Contigit in Congregatione Hispalensi, quòd adolescens, qui hoc munere fungebatur, duos ad hanc rem ordinaverit Scriptorios calamos, insigni ornatu: etenim caules, detractis plumulis, aureo filo sericoq; distinguebantur, invicem permixtis. Horum alterum furripuit unus de Sodalibus iuvenili furto, cuius etsi sæpè pulsabatur cogitatione animus, ut posthabitis rebus omnibus, se DEO consecraret in aliquo cœnobio; prævalente animo in mulierculam quandam, aliud agebat: ad eam ergo aliquâdò cùm instituisset scribere, ac furtivum ad id calamum sumpsisset manu; sensit sibi os verberari excussissimâ palmâ, simulq; vox aures perculit: *Etiamnè, sceleste, rem mihi dicatam temerare audes impuro ausu?* attonitus hoc verbo & verbere, ut se colligit juvenis, revertitur ad calculos, quos penè abjecerat, ut amplecteretur habitum Franciscanæ Religionis: mansitq; ad aliquos dies memor plagæ acceptæ, ut appareret ab alia vi quâdam majore, quàm ab humana impacta. Vides! quomodò MARIA odit omnem maculam, & vel à sordido nè inquinetur calamo refugit, quomodò cœnosas auersatur cogitationes, utpotè selectissimi ac ornatissimi præli aut calami, gratiæ videlicet, Typus, quâ majorem longè

MARIA Liber, prælo exquisitissimo.

Calamus Marianus non permittitur profanari per miraculum.

A super Vniversitatem totius puræ creaturæ accepisse creditur, adhuc in utero, attestante S. Bernard: ep. 174. *In illo instanti Conceptionis plùs amabatur à Deo, quàm cæteri Sancti, quia amabatur ut Mater futura.* Accedit & illud S. Damasc: o rat: de Nativ: *Hodiè clarissimus mons* DEI *paritur, mons inquam ille, qui collem omnē ac montem, id est Angelorum & hominum sublimitatem exsuperat.*

Bernardus fauet Cōceptioni immaculatæ

Damasc:

Probatur Historicè.

Vltimò tandem, quia contingit interdum vitio chartæ apparere mendam in prælo, exinde LIBER noster MARIA commendabilis esse censetur, quia prodit chartâ mundissimâ. Huc non malè recensendam arbitror superstitionem Turcarum circa chartam: Cum etenim (ut scribit Lyreus Trisag: l. 2. M. 39.) quidam è nostratibus peregrinis, in hospitalibus Turcarum advertisset plures schedas parietum rimis insertas, easq; cùm exemisset, curiosè ex Turcis quæsivit, quid continerent. Ad quod illi, nil continere. Vnde factus avidior cognoscendi, intellexit Turcas omnes, multùm honoris deferre chartæ, quòd in ea Nomen DEI inscribatur, unde illi chartulam nullam humi jacere patiuntur, & si in aliquam incidunt, subitò attollunt, rimæq; alicui aut foramini indunt, ne pedibus proteratur. Credunt illi, quòd cùm Mahometes suos sectatores, ex illis locis, ubi pro admissis criminibus pœnas luunt, ad cælum vocabit; aliam viam ad illam nullam apertam fore, quàm per ignitam ferream cratem, per quam nudis pedibus incedendum erit: tunc chartam illam omnem, quam ita ab eis à contumelia pedum asservatam diximus, improvisò adfuturam, atq: eorum pedibus substratam, magno futuram præsidio, quominùs noxam candentis ferri persentiscant. Chartæ nomine nuncupari Beatiss. V. MARIAM, etiam apud Prophetam constat. Isa 8. *Accipe volumen novum chartæ magnæ, & scribe in eo stylo hominis.* In quæ verba sic scribit Niss: *Per volumen igitur novum, Virginem intelligimus. Quemadmodum enim nova charta pura est, cùm sine scriptura est, ita etiam SS. Virgo, viri consuetudinis expers.* Sed ad Mysterium Immacul: Conceptionis eius, in quo sine omni mendosa peccati scriptura prodiit tota pul-

392.

Turcis, nulla charta in veneratione cara.

Turcæ Purgatorium quasi fatentur, & qua eius remedia.

Is: *MARIA charta in Conceptione data scriptâ.*

ta pulchra, tota mundissima: aptiùs A scripsit S. Ephrem: ser. de Laud: V. inquiens: *MARIA charta divinissima, princeps omnium prudentissima, & lucifera Virgo.* Quid ergo error! quid menda peccati? in tam elegantissima syngrapha? cui divinioribus characteribus inscribendum erat Patris æterni VERBUM. Numquid non vindicanda ab omni injuria & contumelia? imò sacratioribus rimis, vulneribus CHRISTI, deutè reservanda, aut potiùs ab eis præservanda, ut contra quosve libidinum æstus præstò sit Clientibus, singulari huius Mysterii privilegio. Pro quo adstat

MARIA pergámenum.

ut suffragetur, S. Thom: Vill. inquiens: B *Conc: 1. de Nativ: V. Maria est pergamenum Virgineum purissimum sine nota, & nævo peccati, in quo Scriptura præclara, & character pulcherrimus VERBI DEI inscriptus est.*

Epilogus.

393. EN iam prodit LIBER sine menda, SS. Virgo immaculatè concepta, id est sine omni peccato, idq; ex quintuplici probationum argumento. Lepidum quid notavit Beyerl. *theat: tit: Carcer:* Quidam Grotius dictus, vir literatus, ob suspicionem perduellionis, perpetuo carceri ab Ordinibus C Holandicis fuit mancipatus. A. D. 1620. Hic cũ esset valdè studiosus LIBRORUM, eos ultrò citroq; è carcere deferri atq; inferri curabat, ac tandem morbum simulans per dies aliquot, opportunitate datâ, in arcam se abdidit, atq; sic per famulam effertur, quæ dulce onus, Herum suum, illicò ad navim defert: inde Gorcomium, ac tandem Antuerpiam pervenit. Vnde quidam carmine lusit.

librorum beneficio quidam à carcere liber.

Iure tua, LIBROS colis, instrumenta salutis,
Et tibi præcipuo sunt in amore loco.
Fecit enim Groti, creber dum fertur in arce
Effertq́, LIBER, liber ut esse queas.

O quot nos miseros! qui duris conscientiarum nostrarum claudimur ergastulis: itatur hinc, inde cursatur, sed sine LIBRIS, quia sine agnitione rei, ideoq; nunquam manemus liberi. Ergo Tu ô clementiæ Mater, simulq; LIBER sine menda peccati, age hodie, & per Immaculatissimam Conceptionem tuam, sedentibus in umbra mortis, patrocinio Tuo irradia, discute peccatorum caliginem, atq; in veram libertatem filiorum DEI nos assere.

Votum Authoris.

A M E N.

LOCVPLETATRIX indigentium.

SS. DEIPARA.

Pro Nativitate B.V. Mariæ.

Ioseph virum Mariæ. Luc: 1.

394. GRandem supellectilem, locupletes D Gazas, immensam divitiarum copiam, Regina cæli terræq; gloriosa, dum primum hodiè Orbem nata ingreditur, vel in solo augustissimo nomine, magnificè explicat & profert, quoniam MARIA dicitur. *Ioseph, virum MARIÆ.* A. A. Non utiq; ex alieno dives MARIA, sed de proprio locupletissima, & proinde profusissimæ in quemq; liberalitatis ulla vitia nescit, nemini parca, in nihilo prodiga, nisi sanctè: dives utiq; non verbo, sed ipso nomine. MARIAM dum dicis, immensas enuntias divitias. O magnam miserandamq; mortalium infelicitatem! nasci nudos, ut ait Job. *Nudus egressus sum ex utero,* Job: nudos inquam nedum corpore, sed & nomenclatione. O sortem brutis quoq; deteriorem! Prodeunt illa, sed simul cum nominis proprii appellatione, quã ab Adamo in statu innocentiæ, præpollente

MARIA dives nomen.

Homo solus sine nomine nascitur, bruta cũ nominibus.

lente adhuc inspiratâ sapientiâ, & in cognitione rerum naturarumq; apprimè erudito, sortita sunt, qui res veluti per Anatomiam considerans, facilè assecutus est propriam cuiusq; nomenclaturam. *Omne enim, quod vocavit Adam, anima viventis, ipsum est nomen eius.*

Gen:

Gen: 2. Cæterùm nobilior, scilicet rationalis creatura, dum nascitur, quos Adamos nomenclatores habebit? Hæc quæ ab aliis participamus nomina, aliena sunt, & non proprietatis cuiusq;. Si moraliter loqui velimus: grandia plerumq; in ipsis circumferimus sanctitatis morumq; portenta: sub quibus

Nomina plerumq; fallunt.

latet quandoq; impietas: turgidæ appellationes, contegunt facinora, & perversæ actiones negant, quod nomen affirmat. Singulari id, soliq; proprio Beatiss: V. evenit privilegio, quòd hodiè Neonata, ex ipsa anatomia actionum proprietatumq; suarum, nominetur MARIA, & non incongruè: Sic etenim in hanc rem fatur Simon de

Cass:

Cassia. l. 2. c. 3. *Nomen Virginis MARIÆ sibi congruit, & mysterio adaptatum: etenim Filius nomen habuit competens actionibus suis,*

IESUS & MARIA nomina rebus suis competentissima.

sic & Matrem talem habere voluit, ut nomen & gesta in unum concentum conflata, unum ens virtutis immaculatum efficerent, unum vas ederetur, in quo reponerentur Divina mysteria. Inde est quòd *Andr: Lyraus in suo Trisagio.* ad initium, non dubitaverit MARIÆ nomen appellare.

Lyr:

Immensum miraculorum Oceanum, totius Scripturæ compendium, ac Reginæ cæli panegyrim. Ego ut ad superiora redeam, locupletissimam gratiarum Gazam, dum in nomine ipsius perauguſto contemplor: & diligentiùs universa gaudia, quibus illa, nominis sui excellentiâ, DEUM, omnemq; rationalem creaturam cumulavit, considero; Vniversalem cunctorum in creatis egentium,

MARIA Locupletatrix omnium.

imò ipsius DEI LOCUPLETATRICEM cum S. Bonav. in speculo B. V. M. c. 8: eandē appellabo, cui præludā morali: Quomodò, indigentium locupletate necessitates, supremè cuiusque celebrat nomen. Interea prædiviti MARIANO nomini hymno brevi percanamus gloriam.

Salue nomen, salue omen!
Gazis cœli repletæ:
Omnes, Tuis de gratiis,
Nos quæso, locupleta.

PARS I.

Proventus liberalitatis nomen celebre.

395.

INest quidam mortalium animis æstus, quamvis non semper laudabilis, nominis magni celebrandi: quæ libido crescit adeò; ut plerumq; sola nominis fama, plena ipsis habeatur meritorum merces. Plausus, bullataq; laudes, novarum sunt architectæ adinventionum, & ex conflatorio famæ, tot prodeunt machinæ facinorum, ut veluti idola, &

Hominũ fama, quantis expensis conflat.

sine re, evanida simulacra celebrentur. Quot vigiles noctes insumit? quot inquietos somnos sub algido cœlo miles tolerat? dum æstu ardoreq; gloriæ succenditur: quot olea lucernasq. inolet Doctus, cum studet? ut nomen suum ubiq, irradiet: quot dives erogat profunditq; opes? ut velificâ famâ dives esse audiat: vesaniam illius Hannonis, de quo Ælian. l. 4. histor, imitatus, qui aviculas diu domi tenuit, quæ longo

Aviculæ edoctæ esse Hannonẽ ubiq, divulgant.

edoctæ usu, per Regnum tandem, volatui libero dimissæ Deum Hannonem ubiq; garrirent, promulgarentq; sed vano artificio: nam ubi ad syluas, ad suas sorores rediêre, quæq; rursùs more suo obstrepebat. Glorioſum nomen & æternum si percupis, famemq; habendi illud acuis, præstò tibi modus est, qui non fallit, nimirùm, de vel sub Tuo nomine, locupletetur pauper, & æternum tenebis firmiter nomen.

Probatur Scripturaliter.

396.

Constat optimè, celebritatem Nominis ampliorem non haberi, præter illud, quod Divinum est: sicut DEUS rivalem non admittit honoris, iuxta illud:

Pauperi succurrere nomen magnum parit.

Soli Deo honor & gloria 1. Tim: 1. ita nec nominis, nisi fortè quis transeat per similitudinem quandam & imitationem DEITATIS, ut sicut DEUS denominatur à dando; pariter & ille, liberalitatis virtute, nominis mereatur communicationem. Ita sanè & non aliter judicavit Sapiens. Eccl: 4. *In judicando esto pupillis misericors ut Pater, & pro viro matri illorum, & eris tu, veluti Filius Altissimi obediens, miserebitur tui, magis quàm Mater.* Adverte quæso illud: *eris tu, veluti Filius Altissimi.* Sicut etenim Filius hominis, est homo, ita Filius Dei,

Eccli

Liberalitas, nota Filii Dei.

est DEUS, præsertim si propriam Divinitatis dotem, puta beneficentiam & liberalitatem, induat & imitetur. Et hæc est ratio à priori, quæ ingentem dat cunctis stimulum ad eleemosynam egentibus miseriisq; liberaliter elargiendam. Hoc est, quod ait S. Hilarius in Psal: 51. *Sic auro* (in eleemosynam dato) *demutemur, ut ex terrenis cælestes, & ex mortalibus simus æterni.* Et Clem: Alexandr: l. 1. strom: *DEI imago, est homo benefaciens.* Nazian. orat. 16. de pauper. *Nihil adeò Divinum habet homo, quàm benefacere. Fac calamitoso, ut sis DEUS, Dei misericordiam imitando. Neq; enim ulla omnino res est, quæ DEI benevolentiam perinde conciliet, ac misericordia.* S. Greg: Niss: l. de beatid: *Beati misericordes: Si misericordis appellatio DEUM decet; ad quid aliud te sermo CHRISTI hortatur? nisi ut DEUS fias, tanquam insignitus propriâ notâ Divinitatis.* Accedit & illud S. Pauli instruentis Corinthios. *In præsenti tempore, vestra abundantia, illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia, vestræ sit inopiæ supplementum.* Videtur hic S. Apostolus vel in speciem, sibimet opponi, nam si largientis supponit abundantiam, quomodò ab accipiente cumulatiùs supplendam edocet largientis inopiam? Si abundat præbitor, non eget, & si eget, non abundabit. Si acceptum est inopiæ dantis supplementum; quomodò abundantia dantis, miseriam sublevat accipientis? Quia misericorditer inopi dilargitum, dantis inopiam supplet, non depellendo prementem, sed arcendo minitantem. Pauper abundè beneficiatus, supplet inopiam divitis, id est, illam ipsam, quam ille experturus esset, nisi dedisset: sicut enim ex privilegio ad functiones aliquas, anni nonnullis suppleri solent, quos expectare opus esset, ni privilegio ætatem maturavissent; ita divitibus de privilegio eleemosynæ suppletur inopia, quam opus erat illis pati, ni eleemosynæ largitas depulisset. Per quod fit, ut aliorum, quorum miserentur calamitatibus & indigentiis suffragio, filiorum Altissimi, proximè beandi felicitate, glorientur. Audi Anselmum: *Si largiri negligimus, quandoq; inopes erimus. Qui itaq; nunc in hoc tempore subsidium pauperi tribuit, ab eo postmodum perpetua recepturus, ut ita dicam, quasi ad frugem terram excolit, qua quod acceperit, uberius reddet.* Notanda sunt illa verba: *Si largiri negligimus, quandoq; inopes erimus.* Et quæ inopia filio Regis metuenda, inter gazas, & inter universarum opum cumulos? quantominùs filio Altissimi? Ita sanè, si negligis vel spernis inopem, inops factus es, quia æterni DEI, qui misericordiarum dicitur Pater, degener Filius, prænobile nomen amittis. Imitare naturam cælestis Patris, liberaliter misero egentiq; eroga, atq; sic tabulæ Filiorum DEI, nomen tuum inferes, solius liberalitatis tuæ titulo.

Eleemosyna, a date paupertatem arcet.

Probatur Figuraliter.

Zachæus corporis lineamentis pusillus. *Luc: 19. Quærebat videre IESUM,* ascendit in arborem, quasi, nisi in alto, videri nequisset, qui suos spectatores ad sui intuitum, ad fastigia sublevat cœli: vidit eum JESUS, descendere jubet, ut domum eius hospitaturus subintret. Tunc ille: *Ecce dimidium bonorum meorum, do pauperibus.* Cur *do* inquit, & non potiùs *dabo?* siquidem nondum pauperibus facultatis dimidium erogabat: Nescit tarda molimina virtus Spiritûs S. Licet deficiant inopum manus, nondumq; atrium grege pauperum impleatur, iam se dare profitetur, voto felicior, quàm manu. *Cajet:* inquit: *Do pauperibus. Non dicit: Dabo, quia in promptu erat, ut daret.* Qui in arborem præcurrerat, ut transeuntem videret JESUM, desiderio cucurrit, ut egenos ex bonorum dimidio locupletaret. Verùm, adhuc sublimiora cogitemus: Tam propinqua est largitas eleemosynæ, CHRISTI visioni, ut idem censuerit Zachæus, dare eleemosynam, & vidisse JESUM. Convivium præparavit, prandentem vidit, cælestis beatitudinis, ubi DEITAS ministratura præcingitur, cogitavit effigiem. Ergo inquit, si nunc video, nunc pauperibus *Do:* quippe a DEI visu eleemosynæ manus non distat, quæ cælum continet, dum mendicis præparat alimoniam. S. Laur: Novarienſis hom. 1. de pœnit: ait: *Mansit apud illum CHRISTUS, inspiravit illi ignem secretorum, ignem fidei, Spiritûs S. ardorem, ut talia verba depromeret: Domine, ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. Audisti quid dixit? Tanquam si diceret ita: modò vidi, modò cognovi.* O quale beatitudinis compendium

Cajet: *Zachæus ditior ex rogando prius pauperiorem quàm dando.*

Laur:

dium? oculi concurrunt ad manus: quòd in oculis visio CHRISTI fuit, fecit in manibus liberalitas: lumina concordabant cum digitis: nescit beatitatis symbolum absq; pauperum sublevatione depingi. Quid tunc Dominus. *Hodie huic domui salus facta est* eò quòd & ille filius sit *Abrahæ*. Adhucnè, nondum erat Zachæus filius Abrahæ, qui ab Hebræorum stirpe genitus erat? Libra momenta verborum. Dixerat ille: *Dimidium bonorum meorum do pauperibus*, De præsenti; & Dominus de præsenti, Abrahæ filium nunc esse pronuntiat, ut eadem sit durationis mensura inter progeniem ab Abraham, & liberalitatem. Qui nunc pauperibus dat, nunc ab Abraham gignitur, & à pietatis vulva, pius fætus emergit, misericordiam exercens, quam ei origo genitalis infudit. Loquatur Theophil: *Non autem dixit, quòd filius erat Abrahæ, sed quoniam nunc est. Nam priùs quando erat publicanorum Princeps, nullam similitudinem habens ad Abraham justum, non erat Abrahæ filius.* O miram liberalitatis vim! & instantaneam rerum mutationem! qui nunc infamis publicanus erat; mox insigne nomen filii Abrahæ sortitur, ut hæreditatem subeat Parentis, sacriq; eius sinûs recipiatur in abdita, qui domum suam evacuavit in pauperes. Hæc porrò unica atq; compendiosa crescendi in nomine ars habetur, in egenos liberalitas, & compassiva ad miseros inclinatio animi. Litem fortè dicet nomine suo, dives ille epulo *Luc:* 16. qui Patrem suum Abraham, sepultus etiam in inferno, inclamaverat, dum Zachæum filium Abrahæ nominari subaudit; sed degener à pietate Abrahæ, quem Patrem nuncupat, iam nomen amisit: salutabat ille stans in atrio & expectabat indigos ut serviret; iste mendicum è vestigio suo proterebat, cui ciborum negabat micas. Imò æstuans non tam incendiis ignis, quàm livoris flammâ urente, felicitatis Lazari invidus, ut in societatē pænæ attraheret immisericors, è sinu Arahæ amovere gestiebat *Pater Abrahā, mitte Lazarum.* Et quem origo, sobolem effecerat Abrahæ, gehennæ filium fecit impietas. Hinc Zachæus, non rapinam arbitratus est fieri amissi nominis successorem. *Eò quòd & ipse filius sit Abrahæ.* Publicanum, quem fraudulenta rapina peperat, pauperum amor, Abrahæ conflavit in filium; Dives, Abrahæ genus amisit, cui manus obriguit ad inopem, & in gehennæ, ubi pietas non est, filiationem pertransiit. Pulchrè Chrysolog s. 54. ad illud: *Eò quòd & ille filius sit Abrahæ. Inhumanus Dives cùm esset filius Abrahæ, factus est filius gehennæ; iste cùm esset rapinæ filius, dando sua, aliena reddendo, Abrahæ adaptatur in filium.*

Zachæus nomen novum acquirit liberalitate.

Dives ille liberalis, nomen Filii Abrahæ amisit, quod Zachæus acquisivit.

Chrys.

Probatur Historicè.

Liberalitas, magni nominis est vel individuus comes, vel Mater, aut latentis nobile indicium, etiam in temporalibus: nec enim ullus ex subditis est, qui non exoptet Dominum Regemq; liberalem. Dictis fidem adstruet, quod subjungo ex *Paolet. Dom: 3. post Epiph:* Expediti sunt Bearnensium legati in Cataloniam, ut à Guilielmo Moncada, unum ex filiis eius peterent, quem suum constituerent Regem. Annuit ipse, & legatos in cubile introduxit, in quo duo ipsius parvuli, fortè gemelli dormiebant, quorum unus manus in pugnum clausas, alter, nomine Gaston, apertas habebat, & hunc elegerunt, conjectura prospicientes, in suos liberalem, ac munificum forè, quòd apertis eum viderent manibus esse. Hinc ni fallor factum est, ut homines etiam gentiles summo affectarent studio, mirisq; inventis quæsierint, eximiæ laudem commiserationis. Intelligebant quippe, nullâ re ad immortalitatem nominis, & divinæ consortium dignitatis aditum honoribus fieri ampliorem, quàm liberali & munificâ erga miseros exhibitione. *Hæc* (inquit Plin: l. 2. c. 7.) *ad æternam gloriam via. Hâc proceres iêre Romani. Hic est vetustissimus referendi benemerentibus gratiam, mos, ut tales nominibus adscribantur.* Vnde Seneca similiter Ethnicus *l.* 4. *de benef.* scripsit: *Benè aliis facere, hoc solùm habent homines, cum* DEO *commune.* Vnde vulgare illud apud Manucium, Græcorum adagium: *Homo homini* DEUS *est, dum nimirum egentem sublevat & solatur.* Avidus quispiam magni nominis, exiguus licet in doctrina Professor, Paduæ, in civitate Italiæ, dum videret, quòd aliorum celebratiorum nomina, ipsis insciis & fortè invitis, parietibus eminentioribus, per publicas vias insculperentur de nocte; similem & ille exambiens nomi-

398.

Manus aperta dormientis, designavit in Regem.

Plin.

Sen.

nis ſui celebrationem, clanculum de nocte negotium molitur, comparat ſcalas, & dum conſopita omnia, pergit ad publica loca, parat aſcenſum, ut ſcribat, ambitioſus ſui nominis præco, interea nocturni cuſtodes viarum ſuperveniunt, dum ſcalas advertunt, furem arbitrati, capiunt, in carceres publicos ducunt: miſer vani competitor nominis, in examine cum ſumma ignominia vix evaſit: O curas ô labores, ô pericula hominum, pro magni nominis celebratione! compendioſam verò diteſcendi in nomine, idq; æternaliter, vel ignorant, vel reſpuunt viam, nimirum, fieri liberalem.

Profeſſor ambitioſus nominis, ludicrè confuſus.

A

B

PARS II.

SS. DEIPARA, Locupletatrix copioſiſsima.

399. ADmiranda planè omnia cernere eſt in Virgine Matre, ſed cæteris admirabilius, ipſum dulciſſimum nomen MARIÆ, quod adeò locuples interpretationum habetur; ut decies millenis honorum vocabulis dignam, S. Damaſc: in Menais Græcorum, dixerit MARIAM: quod profectò cedit ad inſignem Dignitatis eius commendationem. Dicit enim noſter Bernardin: t. 3 ſer. 1. de Nom: Virg: *Sicut* DEUM *ipſum, non uno tantùm nomine nominamus ſed multis, ut ſic eius incomprehenſibilitatem enuntiemus; ſic & gloriоſam Virginem, multis deſignamus nominibus: & nunc Lucem, nunc Solem, & huiuſmodi, nominare ſolemus ut ſic ad ſublimitatem eius cognoſcendam, aliquantulùm pertingamus.* Nobis tamen à ſolo nomine MARIA, quod os Domini nuncupavit, non recedendum, dies etenim offert ſe materia dicendi de illo, in quo locupletatur cuncta creatura rationalis, imò ipſe DEUS: quod ultimum.

MARIA multorũ nominum Domina.

Bern: Sen:

C

D

Probatur Scripturaliter.

400. Egere DEUM, ac non eſſe, æquè implicat: hic enim Dives eſt in omnes, à quo omne quidquid creatura habet, habereq; poteſt, ceu è fonte originatur: nihilominùs ex ſuppoſitione decretæ Oeconomiæ Incarnationis CHRISTI, egere DEUS potuit, prævitq; de facto, dum corpus aſſumendum à MARIA expetiit. Vnde S. Methodius ſic allocutus Deiparam: *Euge quæ debitorem habes illum, qui omnibus mutuatur, omnis enim Creatura* DEO *debet: ille autem Tibi debitor eſt.* Hoc ergo in ſenſu, MARIA locupletaſſe DEUM dicitur, dum ab æterno adhuc prævisa Mater DEI, ex ſuppoſito ipſius conſenſu, in officina SSS. TRINITATIS, lento paſſu, ſæculorumq; retardante progreſſu, cuderetur. Expendamus illud Prophetæ. Iſa: 62. *Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit:* Septuag: legunt: *Et vocabit te, ipſo nomine tuo, ipſo novo, quod ipſum os Domini locutum eſt* Eâ articulorum affluentiâ, eâ pronominum repetitione (ut benè advertit Leo Caſtrenſis) quid conſpicuum & mirabile, in hoc ſancto nomine deliteſcit, quod ſic uberem demonſtrationis excurſum provocet? Communis opinio Eccleſiæ & Chriſtianorum, D. Thom. & Cyrill: id accipiunt, de Nomine JESU apud Zerdam. Cæterùm idem Illuſtriſſ: Antiſtes, vult hic nomen MARIÆ adumbrari, ſacrumq; ſponderi vocabulum, novum, & ab ore Altiſſimi, qui rerum momenta callet, nuncupandum: quod ipſe elevatiſſimo ingenii conceptu fuſè comprobat. *Acad: 5. lect.* 5: ex connexione nominum Matris & MARIÆ: nobis liceat faciliora & magis ad captum ſequi, favente non modicùm Hebræâ literâ, quæ illud: *Quod os Domini nominabit.* Hebraicè legit *Nakach.* id eſt *perforabit.* In quo non parùm acuminis, ſi memineris nomen inane, àériſq; verbere & impulſu ſonans, per auras fluidum, & ſuomet fragore deperiens, evaneſcere ilicò, dum profertur: ergo ut nomen gratiſſimum MARIÆ tantò magis ſtabiliretur, tanquam rigenti ſaxo, ne citò per auras, aureſq; dilapſũ evaneſceret, celtis ſubeundo mucronem, ſubire debuit, & in metallis inciſum fodicari: *Perforabit.* Sed rursùs, ulteriùs indagine curiosè excurrere liceat, cur nam MARIÆ nomen in æternitatis libro, non calamo Scribæ æterni, SSS. ſcilicet TRINITATIS decreto, velociter ſcribitur; ſed veluti ſculptoris, (quod nimiùm operoſum eſt, pluraq; trahit temporum momenta,) inciditur à manu? *Quod os Domini perforabit:* Delectabatur planè DEUS ab æterno,

DEUS diues, non eget.

Meth:

DEUS quomodo indiguit Mariâ.

Iſa:

MARIÆ in nomine, multa deliteſcãt myſteria.

MARIÆ nomen à Deo nuncupatum.

MARIÆ nomen non calamo ſcribitur, ſed inſculpitur coelo cur?

ab æterno, (ut humano liceat uti stylo) gratiosissimo nomine MARIÆ, ideò veloci calamo conscribere illud noluit. Priùs tot sæculorum labebantur myriades, donec MARIANI nominis, & Maternitatis eius in tempore, & in vulva, imò in auribus sculptura integra compleretur. De quo Psal: Psal: 39. *aures autem perfecisti mihi.* Hebræa. *Aures fodisti.* Assumit Zerda cit. Zerda. *Aures perforari dicuntur, cùm Dominicum corpus in Virginea vulva plasmatur.* Tum deinceps placuit Altissimo, tanti nominis complere artificium, terrisq; tam operosum evulgare opus excelsæ suæ Damian: dexteræ. Audiamus Damian: S. 11. de Annunt. *Statim de thesauro Divinitatis, MARIÆ nomen evolvitur, & per ipsam, & in ipsa, & de ipsa, & cum ipsa, totum hoc faciendum decernitur.* Qualisnè Divinitatis thesaurus, ex quo Nomen MA- *Nomen Mariæ ex thesauro Divinitatis.* RIANUM erutum? Thesaurus pluralitatem significat: in gazis & opibus, quendam indicat numerum, sub collectivo vocabulo. Ergo Divinitatis thesaurus, TRINITAS personarum est, quæ in Essentia unitatem, numerum in Hypostasibus amans, thesaurum Divinitatis, non sine proprietate constituit: & ex hoc MARIÆ nomen evolvitur, dum primùm MARIA inter homines auditur. *Virum MARIÆ, de qua natus est IESUS.* Nihilominus, quia MA- *MARIA Deum locupletans:* RIA ab æterno & ante sæcula, SSS. TRINITATI, ordine prædestinationis, in Matrem DEI, ac dignitatem electa, præsentissima fuit; sequitur inde, quòd Beatissima, gratiosissimo suo nomine, ipsius SSS. TRINITATIS accidentalem ab æterno, simul auxerit, Lyræus. locupletaveritq; beatitatem. Hoc ipsum expressisse videtur Andr. Lyræus in Trisag: Mar. l. 1. sono 26. dum ita ait. *Suavissimum illud MARIÆ Nomen, Divinissimum summæ TRINITATIS conclave, fragrantissimo sanctitatis suæ balsamo vaporasse credendum est: quantis gaudiorum deliciis perfudisse, cùm in eo velut terssissimo crystallino levitatis speculo, omnem Divinæ Incarnationis atq; humanæ Redemptionis Oeconomiam contemplaretur, tanta tamq; illustria pudicitiæ virginalis exempla plusquam Seraphicos maternæ dilectionis affectus provideret: quantus ex eo virtutum omnium & gratiarum plusquam cælestium, quas nomen illud claudebat in se, afflabatur odor? ut vel tunc perfectum crediderim, quod* Cant: 1. *legitur:* *Nominis Mariæ elogia.*

A *Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis: velati diceret: Cùm DEI Filius in sinu Patris ab æterno requiescens, atq; in solio & triclinio suæ Majestatis cum Patre & Spiritu S. beatissimâ requie frueretur; sensit fragrantiam nominis meî. Et quid mirum? cum teste* S. Bernardo. Bernard. *ser. 71. Mores habeant colores suos, habeant & odores, quibus veluti suavissimâ exhalatione, accedentes perfundant. Cùmq; id omni odori proprium vel maximè esse videamus, ut latentia quaq; atq; abscondita, in lucem ac Solem protrahat, dum per subtilissimos poros, ac tenuissimas quasq; rimas, odorator suos spiritus emittit, nemo jure mirabitur,* B *statim dulcissimum illud Nomen, aureum SSS. TRINITATIS conclave, velut suavi quâdam aspiratione repleviss e.*

Probatur Figuraliter.

Iterum SS. Virgo MARIA nominis sui privilegio locupletasse Angelos asseritur & probatur. Juxta Theodoretum, Nyssenum & Ambrosium, vox illa Cant. 3. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi,* vox Angelorum esse dicitur: sed mirum omninò & meritò videri debet, Cœlites percunctari, quænam sit cœlorum Regina, annè suam Imperatricem ignorant? cur ter ad minus de nomine C Mariano inquirunt Angeli in Canticis? Et quomodò potuisset tam incognita fuisse MARIA, cuius ortum ac nomen Parentibus denuntiarant, viram alimentis in templo foverant, incarnandi VERBI mysterium, modumq; explicârant, parienti Genethliacon accinuerant, millenisq; aliis modis obsequia alia præparabant? neq; enim tunc primùm eam nosse cœperant, quam, ut Dominam ac Reginam suam dudum debuerant cognovisse. Itaq, alia, commodior longè, verborum S. Epithalamii explicatio in promptu est: scilicet SS. *Angeli tanties repetunt nomen Sponsæ, ut nomen Mariæ frequentius obaudiãt.* Angelos, ideò tantâ & iterata solici- D tudine perquirere nomen MARIÆ. *Quæ est ista?* non quòd suam Reginam ignoram habeant, sed quia MARIANI nominis dulcedine capti & illecti, sæpiùs illud insonari percupiunt, ac devoto obsequio & festiuo cunctorum Cœlitûm gaudio, MARIÆ vocabulum frequentiùs ingeminari expetunt, quasi in illius beatitudinis pelago, in quo bonis omnibus ubertim exundant, non sat planè cumulati omni felicitate vi-

401. *MARIÆ nomen Angelos locupletat.*

derem-

derentur, si post dulcissimum Nomen JESU, sanctum MARIÆ nomen per omnium aures, in ætherea illa regione non personaret: ideò ultrò citròq; ac reciprocâ interrogatione alii alios solicitant, & urgent rogantes. *Quæ est ista?* ut interrogationi succedat, frequens ac repetita responsio, nempè MARIA, quæ omnium animos exhilaret, ac suavissimo imbuat gaudio, novâq; perfundat lætitiâ. Hunc sensum amant
Rich: verba. *Rich: à S. Laur:* l. 1. de laud. V. in prædicta illa verba. Quæ est ista? *Forsitan, quia dulce MARIÆ nomen, sibi desiderant responderi: sicut enim antiquis illis Patribus, Isaiæ & cæteris, nomen Domini in desiderio erat, ut scilicet inter homines nominaretur CHRISTUS, qui notus erat in cælo, & nomen, quod claudebatur in cœlo effunderetur in terra; sic & Angeli, MARIÆ nomen desiderabant nominari, & in notitiam effundi, ut non intra terræ terminos clauderetur, sed etiam celebre haberetur in cælis.* Quis autem explicet, quantâ id purissimarum mentium illarum voluptate ac gaudio factum sit? certè non alio, quàm Angelico nobis ore promendum est. Audiamus igitur, de hac re oraculum DEI, quod S. Birgitta in suis revelationibus scripsit. Degebat sanctissima vidua Romæ, in ædibus
Ex Lyr: Cardinalis cuiusdam, ex quibus liber in ædem Laurentianam patebat aspectus, ambigensq; quas nam monialibus suis, quarum Regulam CHRISTUS dictaverat, Matutinas, ut vocât, lectiones præscribi vellet, cùm ecce illi de more adfuit Divinus Magister, & Angelum se missurum promisit, ex cuius ore eas ipsa exciperet. Et stetit CHRISTUS promissis, quotidie enim Birgittæ chartâ & calamo instructæ, dictator Angelus se sistebat, & linguâ Suetica, divinam planè de laudibus MARIÆ orationem, ipsâ exscribente prælegebat. Atq; sic semel converso ad MARIAM sermone eam hisce expressit verbis: Ser. Angel: c. 4. *O omnium consolatio, Virgo MARIA! hoc ipsum tu es, ad quod Angeli à principio suæ creationis, tantâ arserunt charitate; quòd licet ex suavitate & claritate, quam ipsi in DEI visione & appropinquatione habebant, ineffabiliter lætabantur; plurimùm tamen ex eo gavisi sunt, quòd Tu Ipsi DEO, eis propinquior esse debebas, ideoq; de hoc magis exultabantur, quòd Te DEUS creare volebat; quàm ex eo, quod ipsos creaverat. Et sic tu ô Virgo Sanctissima! Angelis mox, ut creati fuêre, gaudium fuisti, cùm de te, ô Virgo creaturarum omnium dignissima, antequam crearetis, intimè congaudebant.*

Angelis quâ grata Maria revelatũ Birgittæ.

Angeli mox ut creati fuêre, exultârunt in MARIA.

Probatur Doctoraliter.

402. *MARIÆ nomen locupletat iustos multifariè.*

Locupletat tertiò, nomine suo MARIA, justos: & hoc multipliciter: Primò locupletat victoriis, dum fortitudine induit contra hostes: De quo sic S. Germ: orat de Zona Deip: *Invocatione Tui Nominis, nequissimi hostis invasiones repellis.* B. Thom: à Kemp. l. 4. ad Novit: *Expavescunt Cæli Reginam tartarei spiritus, & diffugiunt audito nomine sancto*
Germ: *eius, velut ab igne: horrent sanctum & terribile nomen MARIÆ, non audent apparere, non possunt sua ludibria exercere, ubi noverint nomen clarere S. MARIÆ: tanquam ad tonitruum de cælo factum, sic prosternuntur ad S. MARIÆ vocabulum, & quò sæpiùs illud profertur, ac desiderabiliùs invocatur; eò citiùs & longiùs ipsi fugantur.* Secundò, nomen MARIÆ, locupletat iustos, dulcedine & consolatione spirituali. Fatetur de se ipso noster Senensis: *Con-*
Sen: *scientiæ meæ testis est Dominus, quia, si aliquandò cælesti largiente gratiâ, exterioribus curis exemptus, laudibus V. MARIÆ valeo vel per horam occupari; tantâ mentis lætitiâ saucior, tantâ interiùs suavitate perfundor; ut cunctis mundi vanitatibus & concupiscentiis conculcatis, nihil aliud appetam &c: Quandoquidem in sordibus carnis adhuc, & mundi luto degentibus, tam læta contingit in eius nominis contemplatione sentire. Ad ipsum iterum MARIÆ nomen contemplandum, iterum atq; iterum descendere libet.* S. 3. de Nom: MARIÆ. Clariùs huic censioni adstipulatur S. Bonav: in Ruth: *O multum amabilis MARIA! Tu, ne*
Bonav: *nominari quidem potes, quin accendas, nec cogitari, quin recrees affectum diligentium Te: Tu nunquam sine dulcedine divinitùs Tibi insita, memoriæ portas ingrederis.* Tertiò nomen MARIÆ locupletat iustos, multiplici gratiâ & virtute. Ait enim
Chrysl: Chrysolog: ser. 146. *MARIÆ nomen, Prophetiæ germanum est: hoc Virginitatis insigne, hoc pudicitiæ decus, hoc indicium castitatis, hoc DEI sacrificium, hoc Collegium sanctitatis.* Istud ergò peraugustum Nomen, vim quandam sanctitatis halat transfusivam, ut dum nominatur à Sanctis; miram quandam gratiam, virtutum specimen nominanti inferat, & instillet.

Bonav: instillet. Eodem attestante S. Bonav: in spec: c. 8. *Nominari non potest MARIA, sine nominantis utilitate.*

Probatur Miraculosè

401 *MARIÆ nomen locupletat peccatores.*

Locupletantur quartò nomine MARIÆ peccatores, conversionis gratiâ, si eam devotè, cum interno pio motu invocent, quod comprobat illud miraculum, non levis notæ Historico, Cæsario, relatum dialog: l. 2. c. 12. qui vixit anno 1222. Floreffia est oppidum antiqui Comitatûs Namurcensis, ad Gabim fluvium situm: hîc circa annum 1217. nobilis egit adolescens, cui parens, vir magnus & potens, amplam reliquerat post mortem hereditatem, utroq; is orbatus parente, militiam secutus, cæpit hominum venari gloriam, & juvenili cum coætaneis levitate, siue prodigâ pecuniarum dispensatione, omnem brevi substantiam divendidit, decoxit, abligurivit. Ad extremùm, redactus ad paupertatem, solum vertere, & peregrinas adire statuit regiones. Aderat porrò illi villicus, vir impius & flagitiosus, qui Domini sui notatâ miseriâ, ex eo, quid nam haberet tristitiæ? & num pristinas velit recuperare forsan facultates, scisciatur. Velim inquit alter, si modo per fas liceat. Ad hæc, nequam ille villicus, me sequere inquit, & benè tibi erit. Inde ergo per invia ac devia, sub noctem in proximum nemus deductus, dæmoni sistitur: promittit hic juveni multam opum vim, gloriam & honores, si Divino Numini renuntiet. Renuit primùm: instat, urgetq; perfidus villicus. Acquiescit tandem miser. At hoc non satis, subjicit Sathan, MARIAM pariter abjures, necesse est. Exhorruit adolescens scelus, facturum se nunquam protestatus est: urget villicus ille iniquitatis, & modis omnibus persuadere conatur adolescenti, ut sicut Filium Matre majorem, ita & Matrem minorem Filio, non dubitet abnegare. Stat fixâ sententiâ: non movetur adolescentis animus, quinimò stipem se emendicaturum potiùs asserit, quàm benignissimæ Matris nomen ejurare. Negotio igitur infecto domum repetunt. Erat in itinere sacellum, in cuius Altari, DEiparæ MARIÆ puerum JESUM ulnis gestantis imago visebatur. Illud sub auroram ingressus adolescens, villico præ foribus procul relicto, ante aram, perpetrati facinoris stimulatus conscientiâ prosternitur: misericordiæ Matrem MARIAM, sincerâ mentis pœnitudine inclamat, tanto animi dolore, tantâ commissi criminis amaritudine, ut mugire potiùs, quàm loqui dixisses. O rem mirandam! intelligibili voce, audita est pro eo, clementiæ Mater, intercedere, sed preces abnuere visus Filius, iterum atq; iterum: tandem surgens è loco Mater, Filiolum in altari collocat, & prostrata illi, pro eodem deprecatur. Haud mora, Parentem surgere jubet Filius: Non possum (inquit) hoc tibi Mater negare, quod petis, concedo, condono illi piaculum. Surgit è terra adolescens, lætus egreditur, eximium expertus à MARIA favorem, fitq; quòd obvius factus viro, cui nuper notabilem bonorum suorum partem vendiderat, juvenem ille salutat, & ultroneè cum tota substantia, nubilem filiam offert in uxorem. Probavit in hoc juvene MARIA ante, quod postea Ipsamet revelaverat Birgittæ l. 1. revel: c. 9. *Nullus* (inquit) *tam frigidus est ab amore DEI, (nisi sit damnatus:) si invocaverit hoc nomen hac intentione, ut nunquam redire velit ad opus solitum, impossibile est, quod non discedat ab eo statim diabolus, & nunquam amplius revertatur ad eum, nisi resumpserit voluntatem peccandi mortaliter: tamen quandoq; permittitur ei, turbare eum, propter majorem remunerationem eius, sed non possidere.*

Miraculū in adolescente, qui DEUM abnegans, MARIÆ renuntiare noluit.

Probatur Historicè.

404. *MARIÆ nomen locupletat Beatos.*

Ultimò tandem, Locupletatrix in nomine suo, Beatorum in cælis, dicitur MARIA. Ita de B. Dominico Carthusiano, Ordinis annales commemorant: (ap. Lyræum l. 1. Trisag: sono 39.) dū animo Divinâ luce collustrato, in sublime tolleretur, claro mentis obtutu Deiparam vidisse, quam Cives omnes cælestis Jerusalem, suavissimâ vocum Harmoniâ celebrabant, cuius nomen dum audiretur, omnes cervicibus decenter inclinatis, illud profundissimè adorare cernebantur. Item de Seraphica Virgine Gertrude, Agni Sponsa nobilissima, multorum arcanorum cælestium conscia, ut *Insin. l. 4. c. 49.* scribitur, eam cuneos Sanctorum vidisse, dum cælum, dulcissimum MARIÆ nomen

MARIÆ nomen celebrari in Cælo audiunt & videri aliqui.

ſſien celebraret, omnes coram ea genua flectentes, illudq; ſuavi harmoniâ decantantes audiſſe. Imò univerſaliter, receptiſſima eſt apud omnes Orthodoxos illa ſententia Idiotæ, de contempl: MARIÆ cap. 5. *Dedit Tibi Virgo MARIA, nomen tota TRINITAS, ut in nomine Tuo omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum* Affine huic valdè, quod tenent aliqui, ad cumulum beatitudinis Sanctorum ſaltim accidentalis, nomen Beatiſſimæ Virginis pertinere, quod ipſi præferre in frontibus debebunt, ut ſervi MARIÆ conſignati. De quo ſic apud doctiſſimum Lau: à Ponte t. 2. in lib. ſap. c. 14. lego. *Vnde* (inquit) *in cælo, ni fallor, non ſolùm* CHRISTIferi: *ſed & Marianita dicemur: nec ſolùm in fronte ſignum Tau, ſed & MARIÆ circumferemus, utpotè præcipuè ſalvati ab ea, præcipuèq; ſui.*

Idiot:

Mariani vocabũtur in cælo, devoti MARIÆ.

Epilogus.

405. AIunt Phydiam, peritiſſimum illum celandi artificem, finxiſſe ex ebore Minervam Athenienſibus, quam cùm non tam Deæ magis ſimulacrum, quàm artis ſuæ monumentum vellet exſtare, (quoniam inſcribere non licebat,) ei ſimilem ſpeciem in clypeo incluſit idq; tanto ingenio & induſtriâ, ut eam nemo poſſet abradere, quin opus deſtrueret, perderetq; univerſum. Si magna licet componere parvis: ſimile quid, DEUS Op. Max. feciſſe videtur, cùm Beatiſſimæ Virginis ſanctiſſimo nomini, ſuum tam forti ac indiſſolubili vinculo attexuit, ut quemadmodum Ille, DEUS *à dando* dicitur, ſic MARIA à locupletando nuncuparetur, atq; ſic ut quòcunq; regnum DEI pertingeret, eò quoq; ad ipſa licet terrarum extrema, mox DEIparæ nomen penetraret. Ergo o locuples, ſolo etiam nomine MARIA! dum in fauſtiſſimo ortu tuo, immenſas depromis divitiarum Gazas, & nos *Obſecramus*, cum Joan. Gerſone ſer. de nat. V. *In hac ſacratiſſima Nativitate tua, mori peccatis, mori mundo, vivere & renaſci* DEO. *Fac, naſcatur in nobis per gratiam* IESUS, *quemadmodum priùs, in Te natus eſt per fidem & amorem.* Cui honor & gloria in ſæcula. AMEN.

Phydias ars, in conſervando nomine ſuo.

Votum Authoris.

LVCERNA in tenebris.

SS. DEIPARA.

Pro Purificatione B. V. Mariæ.

Lumen ad revelationem gentium. Luc: 3.

406. CUm lumen hodiernum Gentes illuſtrat univerſas, omninò Gentilitatis errores neceſſum eſt aboleri, & ſolemnis hæc accenſio lucernarum, Gentilicas extirpat ſuperſtitiones. A. A. Proſerpinam illi à Plutone raptam, his diebus, cum facibus lugentes, quærebant; nos cum lucernis accenſis, puriſſimam Virginem gaudemus inveniſſe. Stygiæ Deæ, nam Orcei Numinis conjugi, litabant illi ſacrificia; nos cæli Reginæ vota conſecramus. Hoc innuit Innoc: de Purif: dum ait: *Quid eſt, quòd in hoc feſto cereos portamus accenſos? ut mos Ethnicus cum Chriſtiano ritu commutetur. Et quod à ſtultis idolorum cultoribus ad honorem Proſerpinæ agebatur; id prudenter à piis ad honorem laudemq; Virginis MARIÆ convertatur.* Porrò à Romanis Ethnicis, quoddam luminarium feſtum ſolitum celebrari, Februarij menſe, in honorem Februæ, ſive Plutonis, aut Proſerpinæ, ut ipſos ad miſerationem excitarent ſacrificuli, quatenus mitiùs defunctorum animæ apud infernos exciperentur. Jam huiuſce feſtivitatis cereorum, dignoſcimus originem. De quo clariùs loquentem accipe Guarr. ſer. 3. *Agitur ergo iſta feſtivitas, incipiente menſe Februario, qui à Februo ſeu Plutone, qui purgationum*

Proſerpinæ rapta a Plutone memoria Kalendis Februarii.

Innoc:

Gentilium oblationes pro defunctis ex facibus.

Purificationis Festi origo.

gationum Pater à Gentilibus credebatur, ita vocatus est: sed hanc lustrandi sive purgandi consuetudinem, benè mutavit Christiana Religio, cùm hâc ipsâ die festivitatis Beatæ Virginis, plebs & Clerus, Sacerdotesq; cum cereis & hymnis, Ecclesiarum loca circumeant, non utiq; ad recordationem paganæ superstitionis; sed in perennem regni cælestis memoriam, quandò omnes electi, cum lampadibus Sponso & Sponsæ sunt occursuri, atq; ad thalamum superna charitatis intraturi. Et quandonam occurritur Sponso & Sponsæ? nisi tum, dum morti appropinquamus? occursus noster ipsa mors est, ultimaq; vitæ agonia, in qua pro felici Paradisi possessione cum tota æternitate luctandum est, ubi cuncta volvuntur in tenebris, vel saltim in umbra mortis, trepido titubanteq; gressu aguntur universa, & si quandò, tum vel maximè, cum timore & tremore operamur salutem nostram. Et quod tunc amicabile Sydus? quæ opportuna in tanta caligine lucerna? ut densas dissipet animi tenebras? viam ignotam commonstret? imminentia aperiat pericula, & dejectum, in spe bona relevet animum? nisi tu Beatiss: Virgo MARIA. Sic enim te appellatam à Seraphico Bonav. spec. c. 3. audio: *MARIA lucerna à Domino plenissimè illuminata, per quam tenebras animarum nostrarum fugat & fugavit.* Huius ergo illuminatissimæ LUCERNÆ, dum & ipse, in caligine illa extrema, exambio, ac in spe bona, expecto lumen, interea LUCERNAM in tenebris, id est LUCERNAM agonizantium, MARIAM deprædicabo: priùs tamen præludam cum morali, de quibusdam miseriis voluntariis morientium. Te interim vitæ fons, & in morte Patrona veneror hymnidicè.

Occursus Sponsi, est mors in proximo.

MARIA lucerna morituri-entium.

Virgo fortis, horâ mortis,
Affulge ô LUCERNA:
Vt te duce, almâ luce
Perfundamur æternâ.

PARS I.

Mortis incommoda, ex nobis ipsis plerumq;.

407. MUlta de morte, probra circumferuntur, quæ nescio, an mortis attulerit acerbitas, an morientis pravitas. Mors acerba ex se non esset, aut quidem non adeò acerba, nisi homines illi difficultates adjungerent, & in seipsos acuerent falcem. *Id agit se-* A *dulò* (Scribit Seneca ep. 30. de Basso) *ut nobis persuadeat, si quid incommodi aut metûs in hoc negotio est, morientis esse vitium, non mortis.* Qui se ante mortem omnibus expedivit, quiq; non solùm pravæ; sed & naturalis affectionis tricas resolvit, plurimùm morti acerbitatis ademit. Non est mortis culpa, quòd quis post longa negotiorum otia, mole prematur mersus, & cæcis difficultatum obruatur tenebris; sed evenit ex damnabili morientis ignavia. Placido illam & sereno vultu posset salutare, si curis compositis, difficultatibusq; se- B datis, negotiis ritè dispositis, laudabili homo vacaret otio, decretoriam, in omnem voluntatem DEI pronus, affectibusq; ad Creatorem suum anhelans, expectando horam.

Mortis acerbitatē, ipsimet acuimus. Senec:

Probatur Scripturaliter.

Hoc ipsum liquet ex diverso modo loquendi S. Scripturæ, de quorundam mortibus: nonnullorum enim mortem assimilat Soli occidenti, ut non nemo (scilicet Histor. Concionator hist: 47.) audeat interpretari de morte justorum illud Jeremiæ vaticinium c. 15. *Occidit ei Sol, cum adhuc dies esset.* Aliorum verò, scilicet peccatorum mortem, curisq; sæcularibus implicatorum, comparat ceræ. *Sicut cera, quæ fluit, auferentur.* Psal: 57. Et quid illud? *Occidit Sol, cùm adhuc dies esset.* Numquid non continuum diei cum Sole contubernium? Proles ista micantis Parentis, non plùs perennat, nisi dum fulgent radii Patris. Occidenti Phœbo, succedit nox & tristes tenebræ, quid ergo occidente Sole, dies adhuc esse dicitur? Notatur hic (ni fallor) mortis justorum nobilis conditio, qui dissipatis tempestivè, sive noxarum, si quæ aderant, per Sacramentorum usum; sive negotiorum mundialiū umbris, per ritā dispositionē, sine ulla obtenebratione intellectûs, (ut in aliis morientibus contingere solet,) placidissimè, veluti dies adhuc esset, occidunt, seu moriuntur securi ob rectè factorum conscientiam. Quod pulchrè adnotavit S. Bonav. in soliloq. c. 3. *O vita secura, ubi conscientia pura, ubi mors sine formidine expectatur, cum dulcedine adesse optatur, & cum devotione acceptatur.* Ab hoc non procul

408.

Jerem:

Psal:

Mors justorum, ut Sol occidens cur?

Bonav:

Zeno. discessisse videtur *Zeno Veronen: de Resur.* qui mortem justorum appositâ similitudine Solis, declarando, ita scribit: *Sol quotidie nascitur, eodemq; die quo nascitur, emoritur, nec tamen instantu sinu sorte terretur, ut suos retardet cursus, sed fidelis semper, intrepidus ad sepulchrum noctis contendit, sciens, in ipso, quòd vivat.* Ecce, quam ob rem Sol occasum non metuit, nec superbi decoris ornamenti exspoliari decoramentis exhorrescit, nimirum *Sciens, in ipso sepulchro habere, quòd vivat.* O conscientiam liberam! o jubar nobile! quod occidente etiam vitæ Sole, diem in anima relinquis, omneq; dissipas tenebras. *Masius* refert plures ex Hebræis opinari, super sepulchrum invictissimi illius Imperatoris & Ducis populi, Josue, collocatum fuisse simulacrum Solis: primùm quidem in æternam memoriam miraculosæ stationis Solis ad imperata eius, alterum fortè, ut indicaretur Sanctissimi Ducis præclarus obitus, qui veluti Sol cunctis dissipatis nubibus, occidit tandem, deinceps oriturus: ita pariter ille, ritè peracto munere suo, transactisq; cum congregato universo populo negotiis publicis, sat maturè, honestè, ferratisq; oculis exinceps, mortem imperturbatè spectaret. *Dimisit populum, singulos in possessionem suam, & post hæc mortuus est Iosue, filius Nun, servus Domini, centum & decem annorum. Iosue.* 24. Mirum sanè: nullæ mortis referuntur angustiæ, prout legitur in Saulis obitu: querebatur namq; ille 2. Reg: 1. *Tenent me angustiæ, & adhuc tota anima mea in me est.* Quia tota anima in illo erat, & iam angustiæ eum discrutiabant: si affectionem ad Imperium exuisset, justè abjectus à sceptro; si teterrimâ se invidentiâ purgasset; aliquam (si fas est dicere) animæ partem depositisset, & angustias enervasset: at dum integris affectionibus infeliciter ditabatur; angustiis incrementatis distorquebatur miser: Josue populum dimittit, se ab omnibus expedit, & quia omnibus retinaculis expeditus, mortem appetiit serenus. Hinc iam intellige sensum Divini Psaltis, qui supra, morientium peccatorum malam sortem, sub similitudine cereæ candelæ expressit. *Sicut cera quæ fluit, extinguentur.* Ingens sanè discrimen Solem inter & candelam ostenditur. Sol occidit, ut iterum oriatur; moritur justus, nubibus maturè dispulsis in quiete, ut vivat vitâ meliore: extinguitur injustus, terrenorum negotiorum cerâ veluti viſco implicatus, stridet primùm, tandem & fumat, tenebris undiq; involutus, dum mori se videt, cùm non vult, vel necdum expeditum se agnoscit, bis miser in sui defectione, utpotè utramq; amittens lucem.

Mortis iustorum, felicitates. *Iosue in sepulchro Solis Figura cur?* *Sol malorum cadela cur?*

Probatur Figuraliter.

Sed ampliorem dent dictis lucem figuræ. Maturè puto expendendum illud, cur DEUS dum vita mulctaret Aaronē, jusserit eum priùs vestibus denudari, & sic iam occumbere nudatum, ita affatus Moysen: *Tolle Aaron, & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor, cùmq; nudaverit patrem veste suâ, indues eâ Eleazarum filium eius: Aaron colligetur & morietur ibi.* Gravior plurimis pæna esset, quàm mortem oppetere, ante mortem insignibus dignitatis nudari. Cur ergo Dominus mortis acerbitatem Aaron exacuit, cùm eum despoliari ornamentis propriis jubet. Moriatur priùs Aaron, & postea detrahantur vestes, ne vel tantillo illo tempore, videatur amisisse dignitatem. O Domini in homines amorem! Quo mortem exarmet, & leviorem faciat, Aaronem denudari jubet. Omnibus vult ante mortem expediri, ut mortem valeat imperturbatis spectare oculis. Nihil ipsi iam restabat faciendum, sed ritè omnia iam peracta & studiosè absoluta. Aaron ergo non tam moritur, quàm decumbit. *Non explicat textus,* scribit Oleaster ad literam, *qualiter sit mortuus aut sepultus: & crediderim, neminem hoc vidisse, & putarem post denudationem, eum à Moyse & filio utcunq; recessisse in loco secreto montis, & ibidem manibus Angelorum sepultum.* Attende quæso, quomodò post denudationem ipse tetendit intrepidè ad mortem, neq; iam accedentem mortem fugit. Et quid timeret rebus omnibus iam nudatus, & ab hominum curis iam sejunctus? valere jussit rebus omnibus, dum montem inscendit, & ibi placidè occubuit. Quàm sapientis erat, rebus omnibus, dum montem ascendit integrâ salute nudari, & intrepidis gressibus morti accedere? Discere hinc acerbitrtem mortis emollire, & tetrum

409. Exod: *Aaron, moritur priùs nudatur.* Oleast:

Mortis acerbitas, quomodo emolliendа.

tetrum vultum eius, serenis oculis spectare: curas sæculares, mundi negotia, si adsunt uxoris, liberorumq; & consanguineorum causam tempestivè à te, ut oporte expedi, totus in DEUM convertere, vanis non distrahêre negotiis, curialia procul abijce, totus sis in agendo de æternitate, cui te capessendæ accingis, cogita superna, mens sit in æthere, fiat commoratio tua in Horeb, scilicet in deserto, & tunc cum Aaron, sepulturâ Angelorum beaberis. E contra mortem expavent, qui affectionum tenentur vinculis, quiq; sæculi incumbunt negotiis, dum moriendum: trepidant semper timidi, quia ad mortem nunquam inveniuntur parati. David Angelum intuetur stricto gladio mortem minitantem, & intrepido pectore occurrit gladio, mortiq; se audacter objicit. Dixit etenim ad

Mors acerba, implicitis sæculo.

Reg: Dominum 2. Reg: 2. cum vidisset Angelum gladio cædentem populum: *Ego sum qui peccavi, ego iniquè egi: isti qui oves sunt, quid fecerunt? vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei.* Mirum est, quòd hic gladium non timeat, iam cædentem, cùm Rex alius vel ad somniatum exhorruerit gladium: *Somnium vidi* ajebat Nabuchodonozor, *quod perterruit me, & cogitationes meæ in strato meo, & visiones capitis mei, conturbaverunt me.* Ec quod somnium? inclamasse scilicet Angelum arborem proceram succidi, & foliis ac fructibus despoliari. Cur si ipse iam cædens gladius non deterret Davidem, Nabuchodonosorem conturbet somniatus? Profectò non mirum: concutitur Nabuchodonosor somniatâ morte, nec timet Dauid inspecto cruento ense: hic namq; miris virtutibus exornatus, dignisq; actionibus excultus, atq; in omnia expeditus, manum expectabat percutientis; at ille superbiæ metas supergressus, ac indignâ præsumptione vanissimus, totus occupabatur in colligendis arboris suæ fructibus, congregandis divitiis, raptu alienorum ditescens. David ad mortem tendit intrepidè, Nabuchodonosor vel mortis somnium exhorret timidè. Opportunè

Mortem non timet Dauid sed Nabuchodonozor, quâm somniatam, cur.

Ambr: *S. Ambr: l. de bono mort. c. 3. Prævidens se cum Sanctis, & qui pro devotione animas suas in* CHRISTO *deposuerunt, futurum lætatur, & se morti pro Domini placanda offensa, promptus objicit, & pro salute populi laborantis, divinæ ultioni paratum offert.* Et certè, ni contaminata sceleribus conscientia nostra, pœnas post mortem non præsagiret, mortem non adeò conturbata timeret.

Probatur Historicè.

Præclarum dispositæ mortis, & ab omni cura temporalium liberæ, accipe exemplum ex Conc: hist. 47. in quodam Lusitano mercatore (Petrus Vellius vocabatur, insignis in Indiis amicus S. Xaverii) Acceperat hic bonus vir pro quodam insigni pietatis actu, in elocanda puella paupere, cuius ideo periclitabatur castitas, promissionem à S. Xaverio, inter alia, de hora mortis: *Cum tibi (aiebat Sanctus) vinum amarescet, tunc ad mortem te para, & scito iam instare.* Duxit ille vitam usq; ad decrepitam senectutem semper opulentus. Tandem cùm aliquando solemni convivio lætus assidet, dum pateram poscit, vinumq; gustat, sentit vinum, fellis instar, sibi amarum esse: cæteris gustandum illud porrigit, sed dulce sapidumq; experiuntur: tum demum vaticinii Xaveriani memor, illud cunctis explicat, atq; domum pergens, filiis sorte bonâ relictâ, pauperibus magnas opes erogat, amicosq; ad diem dictam, ad funebria, ut assistant in templo, invitat, plurimis existimantibus, eum aut melancholiæ aut senectutis vitiô, à mente aberrare. In templum ubi concessit, sacro viatico & extremâ unctione munitur, post quæ in feretro se componit: jubet sacrum solemni ritu pro defuncto cantari: post sacrum, Sacerdos cum ministris, preces exequiales decantat circa loculum, adhuc viventi, cunctis expectantibus exitum rei, & Xaveriani vaticinii, dum nihil iam restaret parentalium, accedit ad herum famulus, ut eum levaret, reperit iam mortuum. Ingens primò præsentium murmur, tum re apertiùs exploratâ, stupor & admiratio, piaq; lacrymæ. O felicem! sed ah! quàm infelices illi, quos occupatos curis mundanis, distractos negotiis vanis, vel ipso iam imminente agone, ultima invenit hora. Veterum tradunt historiæ de uno ex septem Græciæ Sapientibus Pittaco, à quo origo processit illius Paræmiæ. *Nosce tēpus.* Cùm hic ad singulare cum Phrynone descendisset certamen,

410.

Mortis præparatio Mercatoris cuiusdam singularis.

Duellum Pittaci cum Phrynone in ense & laqueo.

datáq; esset utriq; optio, ut pro libitu arma deligeret. Pittacus dextrâ ensem, sinistrâ laqueum, in quo ludo exercitatissimus erat, proferens, non perfunctoriè, ab adversario irrisus est. At ille rem seriò agens, in medio certaminis, gladium Antagonistæ capiti intentavit: cùmq; illum Phrynon, ut ictum eluderet, in sinistrum obverteret latus, eâdem celeritate Pittacus laqueum in eius collum injecit, strinxit, implicavit, cum illo dicterio: *Noverit tempus & occasionem.* Ita planè, imò luctuosius quid contingit plurimis, dum ultimus ictus imminet mortis: non norunt tempus, nesciunt occasione uti, per quod colla sua laqueis injiciunt, negotiis sæcularibus implicati, atq; sic miseri, dum ea, quæ sunt salutis animæ, vel negligunt vel differunt, interea duplici corruunt morte.

Adagium: nosce tempus, facto explicatum.

PARS II.

SS. DEIPARA, Lucerna in tenebris.

411. PRæeat primum aurei oris Doctor Chrysostomus cum suo lumine, molestissimum transitum ad æternitatem describens: in 1. ad Thessal. c. 5. Hom. 11. ita ait: *Si iter, quod fert de una regione in alteram, noctu conficere difficile, ac periculosum sit; quomodò tutum erit ingredi viam, quæ a terra in cælum ducit? Nescitu, quàm multi dæmones in hoc intervallo, quàm multæ feræ, quàm multa spiritualia nequitiæ. At si illam quidem Lucem habeamus, nihil potest lædere nos: sin autem extinxerimus; nos citò interficiunt, & citò omnia nostra auferunt: latrones quippè extinctâ lucernâ, latrocinantur.* Conscientiam S. Doctor forsitan rectam, lucernam putabat, potiori ego jure ipsam Beatiss: Virginem, quæ a S: Methodio de hypap: *Fax omnium sæculorum* dicitur, LUCERNAM, splendidissimè in atra caligine mortis, agonizantibus prælucentem interpretabor.

Chrys:

Lucerna morientium, recta conscientia.

MARIA Lucerna & fax morientium.

Probatur Scripturaliter.

412. Passim ubiq, laqueos innumeros in mundi huius caligine expertus Rex David: ideoque ad illos evadendos, semper novâ & ingentiori luce perfundi, atq; potioribus auxiliis vallari desiderabat, ac præsertim Psal: 17. dum mortis imminentis tenebris circumdaretur, *Circumdederunt me dolores mortis, dolores inferni circumdederunt me,* cuiusdam LUCERNÆ suæ implorabat opem. *Quoniam tu, illumina LUCERNAM meam, Domine, DEUS meus illumina tenebras meas.* S. Thomas secundùm literam glossat hunc textum, ut per LUCERNAM intelligat prosperitatem, per tenebras intelligatur adversitas: aut etiam per LUCERNAM intelligit mentem nostram, lumine gratiæ illuminatam. Cæterùm S. Bonav. spec: Virg: c. 3. eundem locum explicat de Beatiss: Virgine *Hæc etenim est illuminatrix plurimorum per exempla vitæ: ipsa est, cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. Hanc verè LUCERNAM illuminavit Dominus pleniissimè, & per hanc illuminationem, tenebras animarum nostrarum fugat. Illa est, per quam multi, nedum in vita, in tenebris sæculi illuminantur; sed præterea, imò maximè, dum hoc nequam sæculo egrediendum, dum undiq; tetra caligo infestantium hostium, immensa tenebræ exhorrescentis conscientiæ, strictissimi Iudicii examen, inter spem & metum agitantur omnia: adest hæc splendidissima cunctis, & præsertim cultoribus suis, adest inquam, ut soletur, ut luceat, viamq; commonstret, dispellatq; tenebras mentis.* Non inconsultè ergo Rex hic Sanctus, Prophetico in spiritu, huius salvificæ LUCERNÆ gloriabatur ope inquiens: *Quoniam tu illuminas LUCERNAM meam Domine: DEUS meus illumina tenebras meas.* Sed iterum Propheta S. in tenebris mortis, mactè tamen animo, excutit timorem, spemq; optimam roborat ac solatur, non alio, nisi eiusdem LUCERNÆ illuminatione, dum ait: Psal. 22. *Nam etsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es: virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Sed quæ in tenebris consolatio? aridum lignum vel frondens virga. Magnum sanè, si prodigium accedat. Sic legitur in Chron. Polon. de B. Andrea Zorawek Eremita Polono, qui sub noctem profundam, viatoribus aberrantibus obvius, titionem dedit, qui veluti fax accensa, donec ad locum pervenirent, lumen submiistravit. Non aliter planè res geritur. Virga illa, quam implorabat Regius Vates, ipsa fuit in typo, Beatissima Virgo, ex sensu Hugonis Card. qui ait.

Psal:

Thom:

Bonav:

MARIA lux in morte.

Baculi accensi, facti obsequia præstant B. Zorawek Pol. Eremitæ.

Virga

MARIA Virga, Crux baculus consolationis.

Virga dicitur B. Virgo, baculus Crux, hæc duo, verè consolantur nos in omni tribulatione nostra Virga ergo hæc simul & fax est, quæ morientibus in illis tenebris gratiosissimè affulget. Væ nobis, si JESUS & MARIA, duo magna cœli lumina, nobis tum non irradient, si Virgo & Crux, nobis opem & robur non

Hugo.

Dami:

suppeditent. Proinde ritè S. Petrus Damian. pronuntiavit ser. de Assump: *Hæc est virga illa, quâ retundantur impetus dæmoniorum adversantium: virga Aaron, per quam fiunt signa & mirabilia. Baculum autem intellige, quo non solùm verberatus est, sed & occisus insatiabilis ille homicida, qui moribus hominum pascitur & nutritur.* Tetigit pridem sub parabola Sapientiæ, hoc speciale agonizantium ex protectione Beatissimæ Virginis privilegium, uterq; Sapiens. *Sap:* 10. dum ita ait: *In fraude circumvenientium illi adfuit, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum, & dedit illi claritatem aternam.* Quod noster Carthagena l. 18. h. 1. sic declarat: Quia inquit DEIPARA, tempore mortis à fraude dæmonum tentantium, suos devotos custodit, atq; tutatur, tunc enim in itinere adsunt penè innumeri deprædatores, à quorum infestissimis incursibus, Virgo suos devotos protegit: Et sicut mare rubrum, Moysis virgâ percussum ac divisum, iter siccô vestigiô, DEI populo ad terram promissionis lacte & melle manantem contendenti, præbuit; ita per Virginem, quam virga Moysis (ut supra ex S. Damiano dixi) adumbrabat, transitus per mare huius mundi, ad cælestem Patriam electis repromissam, expeditus DEI servis redditur. Vnde & alter Sapiens Eccli: 6. non ignorans hanc miram DEIparæ virtutem ad subveniendum in mortis articulo, his verbis nos commonet confugere ad Virginem: *In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserva vias eius: investiga illam & manifestabitur tibi, & continens factu, ne derelinquas eam, in novissimis enim invenies requiem.* Ecce in his ultimis verbis, præmium famulatûs DEIparæ, scilicet in novissimo mortis tempore, requie perfrui: & dum gravior tentationum tempestas animam perturbans insurgere consuevit, fida securitas.

Sap:

Carth:

MARIÆ patrocinium in morte explicatur.

Eccli:

A *Probatur* Figuraliter.

Huius rei exquisitam subministrat figuram, nobilis illa Familia, seu Tribus, aut terra Zabulon, cui olim grandævus benedixisse Jacob legitur: *Zabulon in littore maris habitabit, & in statione navis pertingens usq; ad Sidonem.* Gen: 49. Multas habet Ly *Zabulon* interpretationes nominis, *apud Sylv: Alleg:* modò premo illam, quam accipit, *à S. Ambr: l. 5. de benef: Patriarch:* ubi ille sic interpretatur Zabulon. *Zabulon, quasi liberans à nocturno.* Convenientia interpretationis inde desumpta fuit, quia Zabulon terra, Portus quasi marinus erat, & propterea fortè, ut moris est, Pharum, seu Turrim luminosam, contra pericula navium in mari, habebat, spectabaturq; de longè à nautis, nocturnis sub tenebris. Ex mente Petri Comestoris, Carthagenæ, & Bernard: à Busto, Terra Zabulon, typus fuit B. V. MARIÆ (vide de hoc meum Alphab. de Immac: Conc: tit. ult. satis latè.) Vnius hic sufficiat Authoritas, Carthagenæ scil: qui propositis illis verbis Prophetæ, *Primo tempore alleviata est terra Zabulon. & terra Nephtali*, sic ait: *Per hanc terram intelligo mystice B. V. MARIAM, ortam ex tribu Iuda & ex Sacerdotali Nephtali civitate, nulli tributo subjectam.* Mare, ex vulgari omnium acceptione, benè denotat vitam humanã, in quo mari omnes navigamus, dum vivimus, inter tot pericula, spectantes undiq; tot aliorum naufragia, Syrtes & Charybdes, & præcipuè tum metuenda, dum iam portui adnavigamus, tenebris agoniæ circumfusi. Felices illos, qui ob specialem devotionem suam in MARIAM, Portum Zabulon inveniunt: horum etenim aspectibus, veluti *liberans à nocturno*, Turris luminosissima & præfulgida Pharos, spectabilem se offert, ut tenebras dissipet, & viam ad portum rectè dirigat, fluctus quarumq; tentationum sedet, prædones animæ repellat vel coërceat, maternè soletur, & ad portum felicis æternitatis placidissimè deducat, atq; in terram suam recipiat. Jucundum est illud quod benedictioni S. Patriarchæ pro Zabulon superaddidit Moyses Deut. 33. *Inundationem maris, quasi lac sugèt, thesauros absconditos arenarum.* Quibus videtur subinnui excellentissimum privilegium

418.

Gen:

Ambr:

Zabulon, typus Mariæ cur?

Carth:

Mare, vita humana.

MARIA Pharos, seu turris luminosa.

Deut:

MARIÆ clientes, lac sugũt in morte,

vilegium Cultorum MARIÆ: nimirum, quòd dum ipsi sub patrocinio MARIÆ, portui huic feliciter adnavigant; nedum beneficiô huius luminosæ LUCERNÆ, de tenebris tentationum liberãtur; sed cælestiũ quoq; consolationũ ubertate per ipsam recreati, & spe meliori de salute sua erecti, sugunt quodammodo lac & dulcedinem Matris, MARIÆ scilicet favoribus amplioribus refecti. Quod brevi, post Doctores probabit infra miraculosa circa quosdam contingentia. Interea, si cætera desint, hoc unicum sufficiat, quòd *thesaurus absconditus* est, non iam *arenatum*, sed auri, compendiumq; felicitatis, agonizantem in ulnis, seu sub patrocinio occumbere MARIÆ. Sanè ipse JESUS, qui nullius patrocinio egebat, ut semper vivens habuit secum Matrem, nec moriens voluit illam abesse à Cruce. Imò iam acturus animam, & postremum emissurus Spiritum, Joan. 19. *Dicit Matri suæ: Mulier ecce filius tuus.* Noluit dulcissimus JESUS ad mortem accedere, quin & ultima verba Matrem involverent, nobisq; proferrent. *Vt ex hoc tota Christiani felicitas* (inquit Bâéza Figur. l. 1. c. 1. §. 20.) *monstraretur in eo sita esse*, quòd habens JESUM, vel ultimos halitus vitæ, sine MARIÆ patrocinio, nolit proferre, sed amet in ulnis eius defunctus occumbere. Accedit & illud, quòd *Inclinatio capite emisit spiritum:* cur non magis sursùm elevet ad Patrem, pro recipienda agonis peracti laureâ? Erat in terra & juxta Crucem MARIA Mater JESU, cuius ad ulnas inclinatus, maluit defunctus occumbere. Ait D. Philipp. Abb. l. 1. in Cant. 25. *Vidit IESUS stantes juxta Crucem, Matrem & Discipulum, quem dilexit. Et super istos, quos Spiritus S. obumbrabat, eòq; gratiùs, quò suaviùs requievit.* Sic JESUS quasi de MARIÆ sinu in mortem ivit, ne quis homo audeat gustare mortem, nisi confotus MARIÆ patrocinio.

MARIÆ in ulnis agonizare, quanta felicitas.

CHRIstus acerbitatem suæ mortis, temperavit præsentiâ Mariæ.

CHRIstus inclinavit caput ad Mariã ut suaviùs moreretur.

Probatur Doctoraliter.

414. Bonav.

Favent & titulo, & rei, SS. Patres, præsertim S. Bonav. in spec. c. 3. cuius propterea liceat repetere authoritatem: *MARIA, LUCERNA à Domino pleniſſimè illuminata, per quam tenebras animarum noſtrarum fugat & fugavit.* Item alibi. *Gloriosum & admirabile nomen Tu-*

A *um ô MARIA! qui illud retinent, non expaveſcunt in hora mortis: ab invocatione nominis Tui trepidat ſpiritus malignus, pax multa obſervantibus nomen tuum.* S. Bernardus. *Horrent principes tenebrarum, MARIÆ devotam invocationem, quia in circuitu eius, acies valida innumerabilium ſpirituum bonorum, ſibi devotos defendentium invenitur. Anima mea! quid ages tum? quis te liberabit? conſiderabam ad dexteram, & non erat qui cogneſceret me, periit fuga à me. Quid miſero reliquum? Clamavi ad Te Domina (MARIA:) dixi, tu es ſpes mea.* Alphonsus Salmeron, devotissimus huius Virginis cultor, in illa B verba sup. cit: Sapientis Eccli. 6. *In noviſſimis invenies requiem:* sic scribit *Ob id, quòd CHRISTO naſcenti & morienti, Mater adſtitit, digna facta eſt, quæ filiorũ DEI generationem, ut Mater piiſſima foveat, atq; morti noſtræ, in qua DEO per gloriam naſcimur, ſingulariter ſuccurrat, ut in tanto patrocinio & favore ſublevati ſervatique, Virginem Sanctiſſimam imitemur, ac Filium eius.* Huc spectare videtur doctissimi Justi Lipsii authoritas, qui dum ad extrema validè se vergere iam adverteret, oculis in altum elatis manibusq; moribundus exclamavit: *O MARIA, DEI Mater & Virgo! tuum nomen* C *imploro, adſis mihi famulo tuo, cum tota æternitate decertanti, & non me deſeras in hac hora, à qua pendet animæ meæ ſalus, aut interitus ſempiternus.*

Bernar.

Salmer.

Lipsius.

Probatur Miraculosè

Rem, ut supra promisi, miraculo uno & altero comprobo & quidem recentissimo. Anno D. 1581. refert *Pexenſ. in Hort Mar: alloc.* 19. Romæ in Seminario, fuit Jacobus, de Spoleto oriũdus: huic decedenti obtulit sese multâ luce circumfusa Deipara, præsens in rebus arctis auxilium, & adversùs dæmones tutum perfugium. Horum enim ille aspectu territus, videbatur sibi intueri D barathrum infernale, & formidabiles flammarum exundantium rogos, in mediis ignibus ferream cratem positam, tortoribus, flammeis uncis & pectinibus pertrahere juvenem, intentantibus, ut cruciandus crati illi imponeretur. Dum miser, quo se in tanto periculo verteret, non haberet, quem opitulatorem alium invocaret; MARIAM Patronam, cuius Congregationi nomen dederat, inclamat: nec fefellit spes cõ-

415.

cepta

cepta. Aſpectabilem ſe dedit Virgo Mater, immenſo quodam circumdata lumine: eumq; blandè aſpiciens, juſſit ſignum crucis, velut clypeum impenetrabilem, orcinis ſpiritibus objicere, ſuoq; confidere in patrocinio. Quibus verbis, tantum animo robur eſt additum, ut ſalutari illo ſigno, dæmonibus inſultaret, coſq; à conſpectu propulſaret: Exinde editâ fidei profeſſione, novo ſe auctoramento CHRISTO Duci devinxit, divinumq; viaticum ſumpſit. Quo factô, cùm aqua illi porrigeretur ad os, poſt ſumptionem, eluendum, negabat ſe illo liquore indigere, cùm à Regina cœlorum calix ſibi iam porrectus eſſet, ſanguine CHRISTI JESU eius Filii, plenus: deinde SS. Matris ex uberibus dum lactea dulcedo fluxiſſet, bonoq; ab illa animo eſſe, juſſus, mox eò profecturus, ubi victorem immortalis corona maneret, & uti dixit, evenit: Paulò poſt, magno cum pietatis affectu, exhalatâ animâ, ad promiſſum bravium in cælum evolavit. Comprobat hoc miraculum inſigniter, illud quod accommodavimus cultoribus terræ Zabulon, ſcilicet MARIÆ: *Inundationem maris quaſi lac ſugent.* dum Piiſſima Mater, candicantem materno lacte, rubentemq; ſanguine Filii ſui calicem, clienti ſuo ſatagenti, & in tribulatione extrema poſito, tam placidè porrexit. Ex hac promulſide ſuxit, & ille alius adoleſcens Dolanus, qui ad agonem properans, Crucifixi Iconem poſtulavit, tempus extremi certaminis adeſſe dictitans: ſæpè igitur ingeminavit *Credo*, quantòq; ad vitæ terminos accedebat propiùs; tantò à rerum, quæ fiebant, ſenſu, longiùs abducebatur. Itaq; totus in ſuam luctam intentus, ſubindè verba iterabat: *Non ita eſt, mentiris*, & quaſi in adverſum inimicum, crucem, quam manu tenebat, tanquam telum intentabat. Ad extremum, veluti ſedatâ iam pugnâ, & partâ victoriâ, tranquillo animo exclamavit: *Quam bonum bonum eſt!* B. MARIÆ *in eius ſodalitio famulari:* abſtractuſq; à mortalibus curis, & ſanctioribus immerſus, actis Divinæ Bonitati gratiis, generoſus athleta, ad promeritam adoream hinc emigravit. Alius tandem in eadem Palæſtra conſtitutus, poſtquam, non ſine lethifero ſudore, cum Principe tenebrarum dimicaſſet, vocatâ in opem Patronâ Virgine, ex difficili contentione ſuperior, ter lætâ voce, *Victoria, victoria, victoria*, ingeminans, agonizavit. *Idem Pexenf:*

Mortu in agonia, contra tericula-menta dæmonũ, iuvenu, a MARIA *confortatur, lacte ex uberibus profluente.*

Agonizãtes juvenes duo, unus de famulatu MARIÆ

gratulatur: alter canit victoriam.

Probatur Hiſtorice.

Non eſt quod gravet, trahere huc factum Lycurgi, de quo ait: *Photius in Bibliot: Cùm verò (inquit) inſtare mors videretur, ſe in Matrũ Deorũ delubrũ ad Senatum deferri juſſit, cupiens rerum à ſe in Repub: geſtarum rationem reddere, ubi cùm illum accuſare auderet nemo, domum eſt relatus & mortuus.* Noluit ſapiens Philoſophus in mortis confinio, à Deorum Matre abeſſe, ſub cuius patrocinio, amabat judicibus ſiſti, extremumq; ſubire judicium. Vt vel ab Ethnicis diſcamus Chriſtiani, in hora mortis judiciiq;, ſolicitare veri DEI Matris patrocinium. *Adrian. Lyræus in Triſag: l. 3. Ton: 14. ſcribit:* Regem quendam orientalis Indiæ, tantoperè idolum Deæ ſuæ adamaſſe; ut ad eius memoriam indefinenter conſervandam, atq; opem eiuſdem requirendam, Ephæbum ad latus habere voluerit ſemper, qui auribus illius inſuſurraret continuò: *Rex, memento Aranganaſſæ:* Nomen hoc idolo erat. O quam ſalutariùs longèq; conſultiùs auribus inclamantur agonizantium, certantium cum æternitate, ſalvifica nomina JESUS & MARIA? quibus veluti militari ſymbolo & teſſerâ excitantur ad arma, & ad fortiter cum hoſte dimicandum animantur: atq; communiter ſub magnis nominibus hiſce, eruti ex tenebris mortis, ad jubar lucidiſſimæ huius Lucernæ feliciter triumphant.

416.

Lycurgus vult mori in Delubro Deæ Matris deorum.

Nomen ſuæ deæ mandat Rex ephebo, continuo pene auribus ſuis inclamari.

Epilogus.

FEſtum LUCERNARUM, ſolemne fuiſſe Gentilibus; compertum eſt, Nobis hodiernus dies, ſplendidiſſimæ in tenebris LUCERNÆ, MARIÆ irradiatus fulgoribus, feſtivus ſit, quæ ut nobis cultoribus ſuis, vel in ultimis dierum noſtrorum tenebris, cum benigno affulgeat radio, humiliter ſupplicantes dicamus cum S. Ephrem: *Orat: ad Virginem. Adeſto mihi nunc & ſemper, ô Virgo* DEI *Genitrix, Mater miſericordiæ, benigna, & clemens, in præſenti quidem vitæ curſu ferveus protectrix atq; auxiliatrix, hoſtiles quoſcunq; impetus à me avertens, & in via ſalutis me conſtituens, ac in extremo vitæ articulo miſeram animam meam conſervans, & tenebroſos atq; horrendos*

417.

Lucernarii Feſtum Romanũ.

Ephre:

horréndos pessimorum dæmonum aspectus ab ea, procul repellens: in tremendo autem die judicii, ab æterna damnatione liberans, & postremò in numerum justorum me referens, atq; inaccessa, tui Filii, Domini & DEI mei gloria, me heredem efficias. Item alibi. *O Virgo Sancta atq; intemerata, a quacunq; necessitate ingruente, & à cunctis tentationibus diaboli, esto nostra conciliatrix & advocata in hora mortis atq; judicii, nosq; à futuro inextinguibili igne & tenebris libera, & Filii tui gloriâ nos dignare, ô Virgo &* Mater dulcissima & clementissima. AMEN.

MAGISTRA juventutis.

SS. DEIPARA.

Pro Visitatione B. V. Mariæ.

Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione. Luc: 1.

418. NUlla video divinioribus studiis immatura ætas, ubi MAGISTER CHRISTUS, Pædagoga MARIA. A. A. Non sulcanda maria, non longis itineribus contendendum Athenas, aut sub altero Sole, inquirendi inter suppedaneos Indos, Bracchmanæ: iam hodie ultrò, ipsæmet discipulis adproperant Scholæ, MAGISTRI discipulos quærunt, sacrationis scientiæ & pietatis dogmata eos edocturi, etiamsi infantes sint, dum scl: ad Joannem festinavit in montana, cum CHRISTO MARIA. *Exurgens MARIA, abiit in montana cum festinatione.* Adhuc in utero Joannes, & iam scholam ingreditur: adhuc non loquitur, & prophetat morigeratissimus discipulus MARIÆ: exultante in spiritu, suâ Magistrâ, *Exultavit Spiritus meus,* ait ipsa; exultavit & ille in utero, ut salutans adoraret Redemptorẽ. *Exultavit infans in utero meo.* Eximius namq; ille Joannis profectus, MARIÆ præsentiæ debebatur, quia ut ait Escob. l. 8. de B. V. Paneg: 2. n. 27. *Priusquàm nasceretur, MARIÆ officinam seu scholam ingressus est: An non ille maximus vatum & plusquam Propheta, hæc didicit a MARIA?* En testem D. Ambr: l. 2. in Luc: *Benè inducitur Sancta MARIA, & exhibuisse officium, & mysticum numerum custodisse: non enim sola familiaritatis causâ, quòd diu mansit; sed etiam tanti vatis profectus.* Egregia sanè laus Joannis, tantùm iam sub MAGISTERIO profecisse MARIÆ, ut Doctor fieret, nam monitor Matris: Elizabeth etenim non aliter edocta est adstare Matrem DEI, Deumq;, in utero latere, nisi ex exultatione Joannis. Dicam ampliùs: Quòd iam cum ipso Incarnato VERBO, suas exordiri videtur Joannes disputationes, vocibus Matrum. Ecce utriq; Matri uterus dedit loqui, MARIÆ, VERBUM Deus, Elizabethæ, vox Joannes. De quo perquàm venustè scripsit Theophilactus c. 1. Lucæ. *Vox itaq; Virginis, vox erat incarnati in illa VERBI, & idcircò etiam Præcursorem in utero gratiâ prosecutus est, & prophetam fecit. Quæcunq; enim dixit Elizabeth prophetiè ad MARIAM, non Verba fuerunt Elizabeth, sed infantis: os autem Elizabeth tantùm ministravit, sicut & os MARIÆ ministravit Filio DEI, qui in utero eius erat.* O felicem tantæ MAGISTRÆ discipulum, Joannem! Adeste huc Matres cum vestris Filiis, quos blandus affectus, teneræ ætatis indolem immaturam prætexens, a scholis arcet, MAGISTRORUMq; cõcredere retardat disciplinæ, en præstò juventutis, morumq; peritissima MAGISTRA MARIA: Huic ergo, prolis vestræ humiliter commendate institutionem, consignate mores, quotidianis ad MARIAM assvescite intentos esse orationibus: fiet utiq; educatio eorum ad vota vestra, Doctrice MARIA. Proinde ego B. V. Mariam, MAGISTRAM Juventutis præclarissimam, vobis

CHRIstus Magister, Pædagoga MARIA, Ioannes discipulus.

Ambr:

Ioannes proficiebat præsente Mariâ.

Ioannes in utero, monitor Matris.

Theoph:

Mater filios a scholis strahendes arguuntur.

vobis probabo: Præmittens morale, quantæ difficultatis, sed & quanti meriti sit, instructio Juventutis. Nunc brevi hymno veneremur MARIAM.

O MAGISTRA Iuventutis!
Nostros quæso corrige
Tu errores: & virtutis
Rectè viam dirige.

PARS I.

Instructio juventutis, molestum opus: ast magni meriti.

419. *Adolescentia & juventus lubrica.*

Licet omnis vita humana virtutes oppugnet, inq; omni ætate plùs justò liceat cupiditatibus; præcipuè tamen adolescentia & juventus, sunt virtutum naufragia, honestatis pestes, temperantiæ proditrices, scopuli veritatis, libidinis fomenta, & criminum patrocinia. Rogatus olim Aristippus, quid pretii vellet pro instituendo puero? Drachmas mille, respondit, pretii magnitudine, negotii difficultatem insinuans. Minùs operosum est, navē ventorum adsultibus impetitam, regere gubernaculi industriâ, ac in portum ducere artis peritiâ; quàm juventutem effrænam, ac sese ad omnia vitia exagitantem, æquitatis & morum habenis regere. *Aristippi pretium Pædagogiæ.*

Probatur Scripturaliter.

420. Prov: *Quatuor Salomoni ardua.*

Prov: 30. Sapientissimus sapientûm profitetur implexum ænigma, difficillimum sc: sibi videri istud, quod hisce proponit verbis. *Tria sunt difficillima mihi, & quartum penitùs ignoro: viam aquilæ in cælo, viam colubri super terram, viam navis in medio mari, & viam viri in adolescentia sua.* Quem locum intelligunt Commentatores, de mobilitate, & vaga instabilitate adolescentum, obfervorem ætatis & sangvinis: quasi diceret, sicut viæ aquilæ, colubri, & navis, obliquæ & tortuosæ sunt, difficilesq; inventu & monstratu, quia nullum post se relinquunt vestigium; ita est via, seu vitæ ratio, quam quis in adolescentia sua sequitur: neq; enim facilè deprehenditur, quò aliquâdò declinaturus sit, quippe qui per omnes horas in diversa se torqueat, & nunc huc, nunc illuc rapiatur, ut difficilè sit animadvertere, quo tendat, aut quò se verset, ex eò, quòd videas adolescentem hodiè probum, pudicum, sobrium, & statuere nequeas, an talis in crastino sit futurus. Vnde S. Chrysost: hom: 84. in Matt: Chryso: *Adolescentum fluctus (inquit) pueritiæ succedunt, qui vehementiùs, sicut Ægeum mare, concupiscentiæ ventis exagitatur, qua quidem ætas, potissimum correctione destituitur, non solùm quia majoribus turbationum cæditur fluctibus; sed etiam quia pædagogus tunc & Magister subtrahitur.* Hæc puerorum & adolescentum inconstantia, mirum in modum, quàm sæpè fallat spem & expectationem Parentum, vigilantissimorumq; etiam Moderatorum seu Præceptorum! qui dum putant se educare ornamentum familiæ, decus juventæ, florem ætatis, & virtutis, & quasi quodam in schemate angelum; postea, proh dolor! experiantur se nutrivisse viperam, pestem domesticam, dedecus, probrum, infamiam generis, gymnasii & Patriæ. Quin, multis adolescentûm in prima ætate larvam inducit simulatio!, qui ubi liberiorem nacti sunt auram, ruptis habenis, effractis repagulis, perfrictâ fronte, ruunt in apertum nefas: præsertim si ad levitatem, parentum accedant blanditiæ, & adolescens aut puer dissolutus, suæ libidini & petulcæ naturæ relinquatur. Huc spectant illæ Vatis parabolicæ querelæ Jer. 7. *Filii colligunt ligna, patres succendunt ignem, mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas Reginæ Cæli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam provocent.* Jer: *Iuventutis miseriæ & pericula.* *Parentes connivantes filiis arguuntur.*

Quasi diceret Propheta. Ex filiis, veluti incultis & neglectis arbusculis, pullulant rami noxiarum cupiditatum, quibus parentes, quasi ardentes faces vanæ cuiusdam gloriolæ subdunt, nummulos æquò liberaliùs subministrant, & stultæ Matres adipe suarum blanditiarum fovent, ut sacrificent Reginæ cæli: (iuxta Prophetam, Lunæ, quam quidam, Ethnicorum peste afflati Hebræi, pro dea habebant) secundùm nos verò vanitatibus mundi, (qui stultus, ut Luna mutatur,) & libent diis alienis, Veneri, Baccho, Plutoni, atq; sic Deum, ad iracundiam, accelerandamq; maturiori passu vindictam, provocent. Super quâ juventutis strage, argutè contra malè blandientes parentes, exclamavit S. Aug: s. 33. ad fratres. O Aug:

dolosa libertas! ô grandis filiorum perditio! ô paternus amor mortifere! ecce filios dicunt se diligere, quos iugulare procurant: dicunt eos amare, quibus iam suspendia parant. Imo persæpè contingit, irrita, nedum Præceptorum fieri studia, sudores, labores, vigilias, industrias docentium; sed plùs dicam, pro gratitudinis symbolo, incurrunt odia ingratorum. Id contigit S. Arsenio, qui cum iussu Theodosii Parentis, scholæ fasces in graviùs delinquentem Arcadium, Filium Theodosii strinxisset, necem ille Doctori molitus est inferre, penè Nero, qui Senecam suum occidit. Nec aliud minerual, S. Cassiano Episcopo & Martyri, mali persolverunt discipuli, dum pueri elementarii, tabulas in eius capite fregerunt: & graphiis punctim, cæsimq; vulneratum, exactâ, per mille ab imbelli manu vulnera, animâ peremerunt. Hæc merces & stipendium est operosæ charitatis.

Arsenius periclitatur de vita ob Pædagogiam Arcadii.

Pædagogia quandoq; morte solvitur.

Probatur Figuraliter.

421. Reg: Res clariùs pateat sub Figura. 4. Regum 13. suscitasse legitur Elizeus, solo ossium contactu, occisum hominem: de quo sic enarrat Historia. *Mortuus est autem Elizeus, & sepelierunt eum: Latrunculi autem Moab venerant in terram in ipso anno: Quidam autem sepelientes hominem, viderunt latrunculos & projecerunt cadaver in sepulchro, Elisei. Quod cùm tetigisset ossa Elizei, revixit homo, & stetit super pedes suos.* Petvolvamus iterum alterum miraculum eiusdem Prophetæ in vita, dum scl: cuiusdam bene notæ & nobilis fœminæ, extinctum resuscitavit puerum, ô quam longè dispari & difficili operâ: mittitur primùm Giezi servus, cum baculo sui Prophetæ, tangit mortuum, ut suo restitueretur vigori: cessit in vanum industria, nam etsi super os pueri, baculum Giezi posuerit, *non erat vox, neq; sensus.* Ergo dum vicaria non succedit opera, accingitur ipse Propheta, certaturus cum morte aliena, vicit postremò, sed non absq; fatigatione Triumphus: *nam incubuit* (ait Sacer textus) *super puerum, posuitq; os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus super manus eius, & incurvavit se super eum, & calefacta est caro pueri.* Cur tantùs labor in puero resuscitando? tam exiguus ille in adultæ ætatis viro? aridi unius vel alterius ossis adtactu ille redit ad vitam instantaneè; pueri tenera caro & membra a membris, lento nonnisi reviviscunt calore. Nonne poterat etiam puer ad lucem remeare, vel solo tactu, aut vocis imperio tantum? & quidem optimè: sed mysterii causâ ita peracta sunt, quæ ad vitam non desiderabantur. Rectè Bernardus ser: 16. in Cant. *Ego nec illud vacare reor, quod Propheta incumbens super mortuum, ad mensuram pueritiæ corporis sese construxit, os suum ori illius conjunxit, oculisq; oculos & manibus manus. Spiritus S. sic omnia fieri, & sic scribi fecit, ad eruditionem proculdubio:* quodq; nos arcani gratiâ incurvatum Elizeum, & os ori admovisse, luminibus lumina, manibus manus, diximus; idem paulò inferiùs S. Abbas de septem escitationibus explicuit. *Sufficiebat* (ait) *ad gloriam manifestandi miraculum, ostitasse semel, sed multiplicitas & insignis numerus mysterii admonet.* Sed quale tandem patet in his Sacramentum? nempe vitæ accessu ea significatur institutio, quâ ex truncò penè & cadavere quisquam rationalis, intelligens, eruditus evadit. Ergo, levi diligentiâ revivificatus homo ætatis iustæ, subindicat, facilem esse disciplinæ rationem, cùm, qui instruitur, iudicio pollet, & virum quæ decent, ea gerit; tantus autem conatus circa impuberem, ostendit puerorum pædagogiam, rem esse & negotium plurimi sudoris: necessum etenim, ut iterum Magister repuaresçat, & amplitudinem suam aptet, pueri angustiis. Meminisse expedit, eundem Prophetam se nimis olim austerum præbuisse 4. Regum 2. pueris in Bethel, sui irrisoribus, quos prædæ destinaverat bestiarum. *Cum ascenderet per viam, pueri parvi egressi sunt de Civitate, & illudebant ei dicentes: Ascende calve, ascende calve. Qui cùm respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini, & egressi sunt duo ursi de saltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros.* Et cur bonus Propheta petulantis imbellisq; plebeculæ, verbis primùm non aggreditur commonitionem? cur miti sermone emollire ad pietatem non intentat? aut blandiloquio timorem Divini Numinis iuvenili menti non instillat? sed diræ ferarum lanienæ committit viventes: illius autem pueri mortui cadaver, tanto conatu resuscitare ad vitam la-

Elizeus, quantâ operositate usus, in resuscitatione pueri, Typus laborû circa institutionẽ iuvẽtutis.

Parentũ malorum filii, mortu vitiũ ma.

tam laborat? Bethel civitas erat, quæ â fide ad vitulos desciverat aureos, adeoq; pueri malorum parentum, pessima proles erant, incapaxq; prophetalis eruditionis, & ideo negliguntur: defunctus verò puer, optimorum devotorumq; parentum filius fuit, & vel ideo de illo resuscitando, tam sedulam adhibet curam, nec satis erat membra membris componere, sed (ait Scriptura) *reversus ille deambulavit in domo, semel huc atq; illuc: & ascendit & incubuit super eum, & oscitavit puer septies*, O quot artibus, quot industriis adlaborat solicitus Magister, ut vel semel oscitet puer, ad pietatem, ad doctrinam, ad frangendam iram, ad cavendos malos socios, ad modestiam, ad singulares erga Beatiss: Virginem devotiones! Quantò magis adlaborandum, ut septies oscitet, ut consuescat, moremq; imbibat rectè deinceps in posterum vivendi. Ingens sanè operosumq; negotium, institutio puerorum & juvenum, nihilominus magni coram Deo meriti.

Probatur Historicè.

422. Pro comprobatione dicti, & consolidandis in hoc pio negotio. Instructorum animis, præter illud Prophetæ stipulatum præmium. *Dan: 12. Qui erudierint ad iustitiam multos*, fulgebunt, *quasi Stellæ in perpetuas æternitates*, adest opportunè Historica narratio *Gaspar: Lechner:* in sodal: Parthen: l. 2. c. 2. n. 7. de quodam Professore Vniversitatis nostræ Cracoviensis in Polonia, sub Anno Domini 1510. Hic iam per medium annum in scholis inferioribus, pueris instituendis præfectus, cùm explicasset Authoris cuiusdam profani librum, Virgilium ne, an Ciceronem; vidit in somnis ornatissimam quandã Ecclesiam, in cuius altari pendula fulgebat tabula, cui aureis literis inscriptum erat nomen, explanati Authoris à Professore. Addit idemmet Scriptor, quamvis esset diversæ Scholæ, quoniam ille Professor, moris habebat, totius diei, circa instituendam ritè juventutem, labores, singulari oratione Deo consecrare, ideo de specialis meriti sui excellentia apud Deum, visione illâ monebatur, & animabatur. Juvat hic meminisse Catharinæ Lusitanorum Reginæ, quæ, ne bonæ institutionis lacte parvuli Indorum conversorum, destituerentur, mammillâ verè Regiâ, illos lactavit. Intellexerat S. Xaverius Indiarum Apostolus, Reginæ huic, soccorum seu crepidarum, aliàs calceamentorum nomine, quadringentos aureos pensitari ab Indis, quare ille ad Catharinam, tam ingeniosè, tam salsè, simulque piè scripsit literas, non alios soccos fore, aut crepidas aptiores, quibus ipsa Cælum scanderet, quàm pueros Christianos Piscariæ in India, eorumq; institutionem: quare orare se, ut illud vectigal crepidarum, ad sternendam sibi viam in cælum, prælucentibus tot parvulis, communicatione lætâ, propagandæ religionis, attribueret. Illa, ut erat pia generosaq; Fæmina, suum illud tributum, libens ac volens, dictis usibus concessit. Non modicùm accedit, quod contigisse pariter in Indiis circa Annum Domini 1604. *tradit Engelg in Festo Innoc:* ex Sacchino: mulierem quandam post quatuor horas obitûs rediisse ad vitam: hæc ob sceleratam vitam se testabatur in proximo condemnandam, sed duorum præcipuè infantûm, Angelico ritu fulgentium, quos à suis parentibus destitutos, ipsa suo lacte nutrierat, exoratum DEUM precibus, ut sibi ad resipiscendum vita prorogaretur, ijsdemq; infantibus postremò admonentibus, ne tantum beneficium obliteraret, oblatam speciem evanuisse. Quæ ubi enarravit, assurrexit ad agendam pœnitentiam. Hanc gratiam, si innocentes referunt iis, a quibus brevis vitæ usuram accipiunt; quantam putas præstabunt Præceptoribus, à quibus, ob bonam institutionem, accipiunt sempiternam. *Nihil etenim*, ut ait Lactant: l. 6. Inst: *Sancta & singularis majestas aliud ab homine desiderat, quàm solam innocentiam, quam si quis obtulerit DEO, satis piè religioseq; litavit.*

Professor Cracoviensis in laboribus Academicis, visione mirâ confortatus.

Catharinæ Reginæ Lusit: pietas in pueros, a S. Xaverio dilaudata.

Mulier periculo damnationis liberata, ope infantûm quos nutrierat.

Lactant

PARS II.

SS. DEIPARA, Magistra juventutis.

423. EVangelicus Propheta Isaias, ætatis suæ, & veriùs Reipublicæ Israel, describens calamitates, ipsiusque ruinæ, quam cernebat, enumerans causas, atq; deplorans clamabat: *Ubi est, legis verba*

legis verba ponderant, ubi Doctor parvulorum? Is: 33. Indicans subobscurè, non diu duraturam Rempublicam, MAGISTRIS destitutam: quilibet etenim puer, speciali quasi indiget MAGISTRATU. Vnde Seneca de Benef: l. 3. c. 11. *Quia utile est juventuti regi, imposuimus ei, quasi domesticos MAGISTRATUS, sub quorum custodia continerentur:* O quàm gratulandum est felicitati Christianæ Reipublicæ! quæ ipsius sui Redemptoris Matrem, cunctæ juventuti, nanciscitur in MAGISTRAM, morumque Institutricem.

Isai:

Probatur Scripturaliter.

424. Non minorem infuisse B. V. MARIÆ curam parvulorum, quàm & CHRISTO, in nonnullis locis Sacer ipse cōprobat textus: Legitur etenim, quomodo cælestis ille MAGISTER, non quid indignum arbitratus est, cum parvulis agere, eos blandè tractare, ipsisq; benedicere: narrat S. Matt: *Tunc oblati sunt ei parvuli, ut manus ipsis imponeret & oraret: discipuli autem increpabant eos. IESUS verò ait eis, sinite parvulos, & nolite eos prohibere à me: talium est enim Regnum cælorum.* Audiamus iterum, quomodo Propheticè Salomon in prosopopæia Sapientiæ descripserit Marianas curas, & solicitudines, circa parvulorum educationem, eiusque MAGISTERIUM: Jam enim illa extruit ampla lycæa, ut rudes instituat bonis moribus: miscet vinum, instillando teneris visceribus opportunam doctrinam: mactat victimas, piæ devotionis & orationis insinuando gustum, & amorem: mittit ancillas, ut invitarent, bonos scilicet, & pios, providendo per Parentes, vel per eos, quorum curæ, educatio illorum interest, Directores. *Sapientia ædificavit sibi domum, miscuit vinum & posuit mensam, mactavit victimas suas, misit ancillas suas, ut invitarent ad arcem, si quis est parvulus, veniat ad me.* Prov: 9. Ex communi sensu Patrum, mysticè, nomine Sapientiæ, venit B. V. MARIA. Ipsum autem locum *Ioan: Gerson Cancell: Paris: tract: de parvulor: instit:* trahit ad institutionem parvulorum. Excelsa itaq; illa & Divinissima mens MARIÆ, non dedignatur se, huius ætatis infirmæ demittere MAGISTERIO: imò summè se gestire, ac sibi gratulari huiuscemodi genus obsequii, in hodiernæ festivitatis mysterio ostendit, dum ad infantem, iam fæta DEO festinanter properavit, Joannem. *Abiit in montana cum festinatione:* Schola properat ad discipulum: studiosum quærit MAGISTRA Excellentissima, de qua Ambros: *MARIA, Forma disciplinæ, norma virtutum, & totius figura probitatis.* En quanto profectu infantis! dum primùm ex Visitantis se MARIÆ MAGISTERIO, quia ad vocem eius, donatur perfecto usu rationis: *Ecce enim, ut facta est vox salutationis Tuæ in auribus meis, exultavit infans in gaudio, in utero meo.* Quod ipsum S. Chrysost:, Ambr:, Theophilus, Euthymius, attribuunt voci MARIÆ. En iam sapit per MARIAM infans, & sapit Prophetaliter, nam ex utero agnoscens hospitem, monet Matrem, intùs in visceribus MARIÆ, Deum Dominumq. latere. Miratus olim Job inquit 38. *Quis posuit in visceribus hominis* (70. legunt) *mulieris, sapientiam, vel quis dedit gallo, intelligentiam.* Vbi S. Hier: *Gallo galinaceo, DEUS huiusmodi sensum dedit, ut emenso noctis tempore, quasi proximæ lucis memor, tandem mundo canens annuntiet revertentem* Prophetisq; id statim accommodat. *Pro Prophetis intelligere possumus, qui certatim annuntiaverunt diei ac Solis adventum.* Certè singulare illud verbum *Gallo* premens, illaq; rursum recolens, *Quis posuit in visceribus mulieris sapientiam,* Joannem hic recognoscit (*vide Escob: cit:*) apud Matris viscera sapientem, & galli in morem canentem; *Solem non quidem adfuturum, sed adesse monstrantem, Dominum nostrum.* Post sapientiale studium, crescit parvulus Joannes, etiam civilitate morum, dum exultans adorat in utero CHRISTUM, idq; ex Pædagogæ Cælestis MAGISTERIO, inquit enim Did: Bàéz: l. 8 §. 12. *Planè eo ipso, quòd vox MARIÆ tam efficax fuit erga puerum Ioannem; ut eius rationem accelerârit, & fecerit sapientissimè moveri in cultum & reverentiam Dei, manifestè ostendebatur in illa DEUM esse.* Si ad primæ salutationis verba, in tantùm profecit puer; quid putas ad frequentes continuosq; amplexus venerandos Matrum? & fortè (ut aliqui opinantur) in Nativitate sua, ad tenerrima oscula & basia, benedictæ Gerulæ suæ & MAGISTRÆ MARIÆ? De quo audiendus Petrus Damiani sermone

Matt:

MARIÆ cura circa institutionem parvulorum.

Prov:

Gerson:

Ioannes in utero pollebat usu rationis.

Chrys: Ambro: Theop: Euthy:

Job:

Hier:

Ioannes in utero Propheta.

Ioannes, prænuntians gallus.

Ioannes in amplexibus Mariæ proficiebat.

Damia: sermone de Joan: *Quid, quòd non semel tam Sanctorum amplexuum fuit celebrata conjunctio? mansit MARIA quasi mensibus tribus. Tantò tempore manet cum Elisabeth Virginalis integritas, & nunc dulciori colloquio, nunc amplexu feliciori, Ioannem consecrat & insignit.* Quocunq; autem modo, rei huius veritas decernatur, illud certum est, quia multùm contulit puero nascituro, tam felix & morosum intemeratæ Virginis hospitium. O præstantissimam Juventutis MAGISTRAM! & fortunatum de tali Pædagoga discipulum! Gloriabatur Alexander M. se nactum fuisse Præceptorem, Aristotelem: sed solus ille, alium enim non admittebat discipulum: MAGISTERIUM autem MARIÆ, invidiâ caret: plures admittit discipulos, si Parentum votis aut amicorum, Pædagogorumque suorum, & ipsorummet qualicunq; in Beatiss: Virginem inclinatione filiorum tenera Juventus, patrocinio MAGISTRÆ huius consecretur & commendetur: lubens illa vota talia suscipit, suisq; orationibus apud Deum quæq; impetrat opportuna, pericula corporis & virorum submovet, cunctaq; ita dirigit; ut in bonis moribus, doctrina sanâ, ac pietate adolescant.

Alexander gloriatus de Aristotele Magistro.

Probatur Figuraliter.

425. Quod ipsum elucidare placeat valdè jucundâ S. Scripturæ figurâ. Singulari curæ commendasse legitur Spōsus Sponsæ suæ, hædos suos pascendos, dum ait: *Si ignoras Te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos, iuxta tabernacula pastorum.* Cant: 1. Hædorum curam, quis non noverit esse difficillimam? grex petulantissimus, quietis impatientissimus, & ut ait Columella de re rustica, *Id genus dumeta petius, quàm campestrem situm desiderat, asperisq; etiam locis ac silvestribus optimè pascitur: nam nec rubos aversatur, nec vepribus offenditur, & arbusculis, frutetisq; maximè gaudet.* Quanti laboris opus, fœminamq; dedecens Regiam, compescere hædos? quamobrem de Caprario opportuno, advertit idem. *MAGISTER pecoris acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer, atq; audax esse debet, & qui per rupes, per solitudines, atq; vepres facilè vadat.* Vides quæ requirantur in Hædorum duce, cui quomodo sufficiat tenera

Cant:

Hædi insolentissimi, typus puerorū.

A Sponsa, planè vix cogito. Sed in hac Sponsa communissimè SS. Patres legūt B. V. MARIAM apud Guiler: Angli cum: Hædorum autem nomine, veniunt quidem impii, quod & ego approbo: sic ille dicit: *Attendite MARIÆ addicti ex toto corde, ait enim Sponsus, pasce hædos tuos, suos quippe vocat, quia non omnes hædi vocantur MARIÆ, sed qui MARIAM colunt, ac venerantur, licet sceleribus attaminati: qui enim peccatis irretiti sunt, nec B. V. speciali aliquo obsequio prosequuntur, nec preces aliquas in ipsius cultum fundunt, ut vel tandem respiscant, hædi profectò sunt, non tamen MARIÆ, sed ad* B *sinistram sistendi, æternas inferorum flammas subituri*; nihilominùs sat venustè in his hædis Sponsæ, suspicio cum Paulo Scherlogo pueros, primamq; illam & rudem hominum ætatem, quæ firmanda traditur Præceptoribus, & quæ cōmuniter jugum male suffert, huc illuc decoris oblita, irrequieta discurrit. Hic igitur grex pascitur circa tabernacula pastorum, dum juvenes excellentissimis MAGISTRIS instituendi in morum modestia, in sana competentiquè doctrina, ac dogmatibus Christianæ fidei, committuntur. Sed parùm est, nam plerumq; Pastorum horum curæ, solicitudines, eluduntur hædorū C istorum petulantiâ: virentia voluptatularum ut adipiscantur folia, præcipitia ascendunt & pereunt, & spes à Præceptoribus conceptæ in auras evanescunt; nisi MARIA miretur petulcum hunc gregem, & Parentum suorum precibus, vel ipsorum quotidianis pensis exorata assiduis, pueritiæ illorum singularem suscipiat opitulationem. Tunc sub benignissima eius cura fiet, ut hædi isti celeritate suâ seu profectu in pietate & doctrina, cæteros superent, ac montium cacumina, scil: virtutum, cælo proxima teneant: inter pericula juventutis, malosq; socios, & D prava exemplo securè incedant: ac reliquos coætaneos, per quoddam compendium, in via virtutis prætergrediantur: de quo monuisse illos videtur S. Ambros: *Vides, quòd in altis grex iste pascitur, audax in monte: ubi aliis præcipitia; ibi caprus nullum periculum: ubi aliis periculum; ibi gregis huius alimentum: ibi cibus dulcior, ibi fructus electior.* Gaudent alia animalia planitie, ibi pascuntur, imisq; delectantur pascuis: non sic

MARIA in sponsa figuratur.

Hædi Mariæ, quæ peccatores.

Pueri hædi Mariani.

MARIÆ commendanda a Parentibus, filiorum puericia.

Ambros:

Mariæ

MARIÆ clientes; sed instar hinnulorum, tenelli adhuc, in montium apicibus commorantur sub ipsius protectione, ubi fusiùs & copiosiùs rore cælesti, devotionis sc: perfunduntur, ac sapidiùs studiorum aluntur pabulis: ubi demum luporum, scl: sociorum pravorum, non timentur incursus, aut sævi illius leonis, qui circuit quærens, quem devoret, minimè metuuntur assultus.

Probatur Doctoraliter.

426. Favent huic generaliùs Patres, quotquot illorum B. V. MARIAM MAGISTRAM, Doctricem, Scholam appellant. *B. Ioseph.* Steinfeldensis opusc: 4. *MARIA, MAGISTRA disciplinæ, cuius scholam frequentare, cuius virgam supportare, non gravat eius filios.* Arnold: Bostius. *MAGISTRA Religionis perfectissima, omnis modestiæ, virtutis, & honestatis speculum relucentissimum.* Idiota p. 3. contemp: 8. *MAGISTRA Probitatis & bonitatis, gratiosè ostendens, quid effugere & quid tenere, & servare quis debeat.* Rupert Abb: l. 3. comment. in Cant: *MAGISTRA competentis verecundiæ, siue religionis necessariæ, cuius verecundia tantò est laudabilior, quantò conscientia glorioſior, tutior aiq; securior.* D. Joan: Rusbroch: in spec: æternæ salutis. *MARIAM appellat Doctricem præcipuam virtutum omnium, totiusq; sanctitatis.* D. Antonin: in summ: p 4. tit: 15. c. 4. *Doctricem fidelissimam.* Idiota contempl: de B. V. M. *Doctricem sapientiæ Dei, docentem veram sapientiam verbis suis & exemplis.* Tandem Bernard: Busten: *eam Scholam virtutum nominavit.*

Joseph: Bostius. Idiot: Rup: Joan: Rusbro: Anton: Busten:

Probatur Miraculosè.

427. Hic se iam congeries miraculorum insinuat, pro stabiliendo MARIÆ MAGISTERIO, juvenum & parvulorum. Primum sit illud *ex Surio* 27. Sept: de S. Elzeario Committe, & Virgine in conjugio: huius educationem à puero, nacta fuit quædam nobilis fœmina, simulq; devota B. V. MARIÆ: (Gersenda, Tertii ordinis S. Francisci, vocabatur) dum hæc frequentiùs deprecaretur, & quidem semel ferventiùs cæteris vicibus, Deum, ut Alumni sui provideret saluti; huiusmodi subaudiit vocem: *Huic, pro quo tu me tam ferventer exoras, scito me assignasse in MAGISTRAM, ipsammet dilectam meam Matrem.*

MARIA S. Elzeario, data in Pædagogum.

A Huius ergo MAGISTRÆ, singulari curâ & administratione factum est, ut adolescendo puer ille, ad tantam virtutum excreverit augem; quòd cum coniuge sua Delphina, intemeratam multis annis usq; ad mortem, rarissimo exemplo, servaverint ambo Virginitatem, quos eadem B. Gersenda, uno cubantes in thalamo, vidit quandoq; a Christo benedici. Huic accedit noster Senen: Bernardinus: ille etenim anno ætatis suæ septimo, utroq; Parente orbus, sub cura venerabilis matronæ, Sororis olim Matris Bernardini, dum educandus remaneret; ad B Matris DEI devotionem verbis & exemplis instituebatur omnimodè, & quidem non infeliciter: gaudebat enim pia fœmina, videns in puero talia præludia Sanctitatis, nam sæpè puerulum ante Virginis Imaginem lacrymantem & Angelicam salutationem genuflexum amorosâ quâdam vocis & suspirii emissione exprimentem observabat: brevi Juvenis cùm profeciſſet in studiis, & linguæ vitium haberet, quod ipsum a Prædicationis munere arcebat, ab illo per miraculum a Beatissima sanatus est, & officium Prædicationis, promissum sibi ab eadem accepit. In vita quoq; S. Petri de Alcantara legitur, C quod dum adhuc puer esset & consvetas orationes in angulo templi Beatissimæ persolvere vellet, iam tenebrescente Cælo, apparuit ei B. Virgo lumen subministrans legenti. Sed singulare illud non prætermittendum: Beatissimam Virginem scholasticorum devotorum, visitasse scholam, eosq; dulciter amplexatam fuisse. Notavit id ex aliis noster *Carthag: l. ult* de B. V. §. 37. de S. Thoma Kempensi: Hic adhuc puer & scholaris apud Florentium, dum studiis operam daret, unam horam Deiparæ donabat, precationibus D vacando, interim temporum successu, frigescente fervore, sensim hymni Virginales intermittuntur a Thoma, ita; ut tandem de penso MARIANO nihil relinqueretur: interea se ei talis offert in somnis species & visio: videbatur sibi esse in schola Florentii, plena discipulis, Florentio lectiones explanante, interea supervenie-bat Regina cœli fulgentissima, tum facie, tum veste, quæ omnium exedras perlustrabat, gratiosè amplexando Professores

S. Bernardini, Magisterio Mariæ profectus.

S. Petro de Alcantara puero adhuc, luni subministrat MARIA.

MARIA scholasticorum matrona, miraculosa apparitione probatur.

Thomæ Kempensi dargutus a Maria de neglectu devotionis.

fessores & gratulando, quòd eruditis scholis, hominum mentes expolirent, neq, solùm a suis discipulis scientiam, sed multò magis vitæ innocentiam, & morum requirerent sanctitatem; quâ sublatâ (inquiebat) fusus Filii mei sanguis auditoribus emolumento non esset. Quæ dum videt Thomas, se quoq; participem huius fore dignationis sperabat, & anxiè expectabat. Sed perperam contigit, nam cæteros amplexata, dum ad Thomam venit, amplexum ei denegavit, cum acri objurgatione: Fruſtra (inquit) amplexum expetis meum, qui de priſtina precum pensione, nihil solvis: Quò precatio nes illæ tuæ? quò laudationes abierunt? ubi illa mihi supplicandi studia ferventibus mixta suspiriis? charitatem intepuisse non vides? & tamen, quasi nihil mali egisses, meum tibi svavium promisisti. Deinde adverso vultu atq; indignante, sese in cælum recepit Virgo. Thomas verò tali inclytæ MAGISTRÆ monito cautior factus, puer pene, nam sex pro tunc annorum spatio, in candidatorum numero, aliàs in novitiatu. commorati debuit, Religionem ingressus est, ubi magnus cultor MARIÆ, toti orbi, brevi suo sed aureo opusculo inclaruit. Huc referendi sunt Edmundus Cantuar: Rupertus Ticinen: Alb: Magnus, qui dum in pueritia tardioris essent ingenii, S. DEI Genitricis MAGISTERIO, in eximios Ecclesiæ Christi evasêre Doctores.

Probatur Historicè.

428. Apud Valer: Pierium Hierogl: l. 47. c. 84 legitur, de quadam Heroina apud Archivos, Thelesilla dictâ, Pòëticis præsertim clarâ studiis, in quibus fortè Archivam instituebat juventutem, ubi eius præclarum tale recensetur factum: cùm enim vidisset Archivos cæsos à Cleomene Spartano, senes & pueros scholares, armatos galeis, mœnia tueri jussit, ipsa vero cum valida mulierum manu, hostem ad urbis direptionem incursantem, generosè excepit, fudit, fugavitq; propterea testatur *Pausanias* se vidisse ipsius statuam, quæ una manu galeam, altera hastam velitarem teneret, libris circa pedes dispositis. Glorioſiorem longè MAGISTRAM & simul Bellonam, noveris

Thesilla Magistra juvenum, scholariũ suorum adjutorio Spartanos fudit.

Statua cũ galea, hasta & libris: quo mysterio.

esse B. V. MARIAM: ipsa etenim clientes suos, qui in pueritia, specialis alicuius devotionis penso galeantur, libros & studia sua pedibus ipsius consecrant, in ulterioris eorum vitæ protractu, inter varias vicissitudines rerũ illos tuetur. Probavit hoc (quod Pexenf. descripsit ex scala Cœli Hist: 95.) ille adolescens, qui a pia Matre suæ edoctus, ut quotidie devotè unicâ saltim salutatione veneraretur Mariã, aulã deinde secutus, variis sceleribus se contaminavit: hic primipilus latronum factus, tandem capitur, ducitur in carcerem, ubi a dæmone sub spe vitæ deceptus est adeò; ut CHRISTUM abjuraverit: MARIÆ tamen, quod urgebat Alastor stygius, memor materni moniti, nullo modo renuntiare voluit: fugiente ad hæc dæmone, facti pœnitere cœpit, Matremq; DEI deprecari pro venia, suum eidem commendando finem: ducitur ad supplicium: ædiculam cum lictoribus pro commendatione animæ suæ exoraturus subintrat, ubi habebatur sculpta imago Virginis, quam gementi inclamat voce. *O Mater? o Virgo! ne desere morientem.* Portentum ingens! Imago in oculis omnium inclinat caput supplici. propiùs accedenti simulacrum, brachium extendit, manum fortiter stringit tam arctè, ut a lictorum turba, nullâ vi extorqueri posset: cunctis clamantibus. *Misericordia, Misericordia.* Solvitur itaq; liberatur a Judicibus, Juvenis, qui pòst, palàm exposuit cunctis, quàm parvo obsequio, quod ex pueritia usq; ad illud tempus continuaverat, jactatus tot vicissitudinibus rerum, promeruerit sibi apud Opitulatricem MARIAM beneficium: tandem Religiosæ familiæ nomen dedit. Tanti constat à puero deserviſſe MARIÆ.

MARIA juvenem sibi devotam e lictorum manu liberat.

Epilogus.

D VIdistis auditores sub MAGISTERIO MARIÆ, quantus profectus Joannis: spectastis aliorum plurium sub auspiciis eiusdem institutionem. O Parentes! ô Matres! quot solicitudines, quot curæ vobis devorandæ pro probis Præceptoribus, & MAGISTRIS! en se vobis primam offert MARIA, festinans ad infantem Joannem: nec augusta ipsius celsitudo, liberorum vestrorum aspernabitur institutionem: vi-

429.

sceroſè

ſceroſè proinde eidem, quotidianis teneram ætatem recommendate orationibus: conſveſcite etiam balbutientes iterare ſalvifica nomina, JESUS MARIA. Edocete in nomen eorum, manibus propriis clargiri eleemoſynas, vel morem ſervare, quem quinquennis obſervabat Catharina Senenſis, quæ ſcalas aſcendens domeſticas, toties Angeli verbis ſalutabat MARIAM. Idem traditur de B. Aloyſio Gonzaga, qui dum vix incedere potuit, cùm

S. Catharina quinquennis ſcalas aſcendens ſalutabat

A ad quoſvis gradus aſcendendo vel deſcendendo, DEIPARAM ſalutabat: Vox eius prima erat, ſanctiſſima nomina, JESUS MARIA, è Matris inſtitutione, appellare. Fiet utiq; & vobis, ut liberi veſtri, ſub tantæ MAGISTRÆ ferula non impigrè proficiant & concreſcant in ſanctitate ac doctrina, etſi non ad menſuram; ad nobilem tamen perfectionis portionem, nedum Infantis Joannis, ſed & ipſius CHRISTI: cui honor & gloria. A M E N.

Mariam. ſimile de B. Aloyſio Gonzaga.

METROPOLIS Regis æterni.

Pro Aſſumptione B. V. Mariæ.

SS DEIPARA.

Aſſumpta eſt Maria in cælum. Brev: Rom.

430. AQuila ille Joannes, ſacræ extaſis in receſſu, MARIÆ contemplatus hymenæum, ſponſaliaq; cum Filio DEI, ex ſanguinibus ſuis incarnando, iuxta mentem Ruperti, Bernardi, & aliorum, in Figura cæleſtis cuiuſdam Civitatis deſcendentis, illam deſcripſiſſe legitur: A. A. *Vidi (inquit) Civitatem Sanctam Ieruſalem novam deſcẽdentem de cœlo à DEO, paratam, ſicut Spõſam ornatam viro ſuo.* Apocal: 21. Hinc nodus: ſiquidem Virgo protunc non deſcenderit de cœlo, nec ſanctam Jeruſalem incoluit, antequam cæleſtem Sponſum in thalamo vteri ſui ſuſcepiſſet, cur hæc Civitas deſcendere de cælo dicitur? potiùs fortè Sponſus, de cælo deſcendiſſe putandus, quàm Sponſa, iuxta illud *Deſcendit de cælu, & homo factus eſt.* An quia inclinavit cælos & deſcendit, ſecum ideo traxiſſe cælos præcinitur. Certè Jeruſalem *Viſio pacis eſt*, adeoq; Beatorum eſt aula: ut Deum videntium Regio, iam in viſionis nomen tranſierit. Magnus Pater Auguſtinus, diligenter hoc expendens l. 20 de civ: DEI c. 17. putat id aſſeri, ratione portionis gratiæ ſummæ cæleſtis, quæ ſub Incarnatione DEI, tota ſeſe effudit in MARIAM tan-

Apoc:

Aug:

B tâ congerie; ut cæleſtis civitas in eam deſcendere videretur, ait enim: *De cælo deſcendere iſta civitas dicitur, quoniam cæleſtis eſt gratia, quâ Deus ipſam fecit.* Per quam factum eſt in MARIA, ut illa ſola eſſet (quod fatetur S. Proclus orat: 6.) *Civitas DEI digna tanto Rege, tanto Pontifice, tanto fundatore, tanto inhabitatore.* Deſcendentem de cælo vidimus; nunc iam hodierna die aſcendentem ſeu Aſſumptam intueamur. De ea etenim uſurpare quoq; licet protunc, illud S. Pauli ad Ephes. 4. *Qui* C *(vel Quæ) deſcendit, ipſe vel ipſa eſt, qua aſcendit ſuper omnes cælos.* Primò tamen ſupponendum eſt, gratiam illam, præſertim ſummam in Conceptione Filii DEI, datam Beatiſſ: Virgini, nunquam otioſam fuiſſe, adeoq; in immenſum penè cumulum meritorum creviſſe. Ait enim noſter Bernardinus Sen: 51. c. 3. *Nihil unquam elegit MARIA, niſi quod ei ſapientia Divina demonſtrabat, tantùmq; ſemper dilexit Deum; quantùm a ſe diligendum exiſtimavit.* Hinc colligere licet civitatis huius ingentia merita. Porrò Regum, Monarcharumq; eſt, nobiliores, fideliores, majoriſq; meriti Civitates, METROPOLIS ſeu Primatis civitatis honorare titulo, & privilegio.

Ephes.

Gratia MARIÆ ſemper creſcebat.

Metropolis, eſt privilegiata civitas.

Ita ſanè

Gratia quam ingens eſſe ſa in Mariam in Incarnatione.

Ita sanè, æterno complacuit Regi in MARIA; ut quæ erat in Incarnatione Filii Dei, civitas Regis Magni, iam tandem, tum nobilitatis titulo, tum meritis propriis, ascendat ad cælum, METROPOLIS æterni Dei, imò totius SSS. TRINITATIS complementum gloriæ, summè exaltata. Adest pro hoc Andreas Cretẽn: orat; 3. de dormit: atq; Rich: à S. Laurentio l. 11. Et cæteris clariùs S. Joann: Damasc: in Menæis Græc: 27. Jan: *Civitas* (inquit) *DEI animata, ad supernam Ierusalem in sua Assumptione deducta.* Huius ergo Augustæ METROPOLIS subibo mensurationem, immensitatem videlicet gloriæ ipsius, ex meritis illius, investigando. Præludam nihilominùs, arguens eos, qui jura cælestis civitatis exambiunt, alienis nonnisi meritis & suffragiis suffulti: breve interim succinamus melos ascendenti MARIÆ.

Andr: Rich: Damas:

MARIA, Metropolis Regis æterni.

Regis summi, tu æterni
Augusta Metropolis
Iura Regni de superni,
Nobis terræ incolis.

PARS I.

Alienis solis meritis, cœlum non acquiritur.

431. Did: Niss: lib: Polit: 3. p. 2. c. 4. testatur se vidisse cum stupore, duobus milliaribus a Madritto Hispaniæ, quandam arborem *Alfonsige* dictã. Duæ illarum erant, quæ se mutuò spectare debebant, ut fructus ederent: (quod etiam de Palmis traditur) quarum radices, suo modo consertæ copulabantur, quasi matrimonialiter, alteraque Mascula erat, altera fœmella: & hoc incredibile in illis notatur, quòd illarum una flores producit, altera fructus alit. Tale quid, multi videntur optare, ut sibi eveniat: nempe ut ipsi flores proferant, quatenus in illis floribus morari, & tradere se voluptatibus, oblectationibus, obambulationibus & deliciis queant; alii verò ut fructus pœnitentiæ pro ipsis proferant & offerant, nimirum jejunent, vigilent, carnem afflictent, & cum suis concupiscentiis crucifigant, ac mortificent. Et tales sunt primùm Heretici, qui solis meritis Salvatoris, solâ tantùm fide in ipsum credendo, se consecuturos ius Regni cælestis arbitrantur: cum quibus nunc concertare non vacat, uno nonnisi rem cum ipsis expedio argumento, verbis videlicet S. Pauli. *Fides sine operibus, mortua est.* Item *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia.* Alii demum reperiuntur ex Christianis, qui eius stultitiæ sunt, ut cùm illi in sæculo illustres, in magnis deliciis vivant, cupitisq; imò & illicitis fruantur voluptatibus, nec de expiandis peccatis cogitent; nihilominùs ex eo, quia Religiosi, corpora sua flagris, ipsorum rogatu, cædunt, jejuniis emaciant, rem suam confectam, bonamq; causam apud Tribunal DEI se habituros opinantur. Hæc quàm vana ipsorum sit spes, & elusoria, mox patebit.

Arbor mirabilis in Hispania.

Calum alienis meritis non acquiritur: quo sensu.

Fides sine operibus mortua.

Probatur Scripturaliter.

Ecclesiastici 40. dicit Sapiens. *Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cogitatione victûs, alit enim animam suam cibis alienis.* Græcus sic vertit. *Non est vita eius, in æstimatione, reputatione, computu vitæ.* Tigurina autem trãslatio, ita habet: *Viri, mensam alienam spectantis vita, non est pro vita reputanda.* Horũ omnium una est sententia: nihili faciendam esse vitam, quæ à mensa dependet aliena, & suam sibi aliunde, veluti mendicatò, parat alimoniam: vita etenim, quæ aliorum solâ nititur benevolentiâ & liberalitate, *non est pro vita reputanda*, aptiùsque mors nuncupanda est. Quod ipsum in moralibus longè aptiùs verificatur: Christianus etenim, (qui ad alienam respicit mensam, scl: qui absolutè negligit salutem suam, rarus vel nullus in usu Sacramentorum, totus in cultu ventris, totus in mundi vanitatibus, deliciis sectandis, honoribus, divitiis congregandis, nihilominùs præfidit in meritis alienis: qui spem suam in pœnitentiis, macerationibus, inediis aliorum, positam habet, neq; ipse collaborat,) *non est vita in cogitatione victûs:* non ille cogitat salvari, aut si cogitat, malè & stultè præsumit: quamdiu enim non studuerit & usus fuerit operibus propriis, parùm commodi habebit ex alienis. Ita hunc locum interpretatus est Did: Niss: in vita Abrahæ l. 10.

432. Eccli:

Mensa aliena, nõ ad vitã.

Operibus propriis, non alienis adnitendum.

c. 4. Extranea & singularis, verùm peropportuna mihi videtur causæ præsenti quædam mellifluî Doctoris commentatio, quâ exponit illud Joan: 6. *nisi manducaveritis carnem Filii hominis & biberitis sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* De his ait S. Bernardus s. 3 in Psal: 99. ita *Loquebatur de pœnitentia ipsa Dominus, sed in figura:* de pœnitentia, inquam, quam facere omnes tenemur: quam Scribis & Pharisæis tunc quidè, & nobis simul commendabat. Sed quid commune habent? quæro utiq; quid connexionis est inter utraq; illa? ut Pharisæi moniti de periculo intermissæ sumptionis Corporis & Sanguinis Dominici, simul jussi sint agere pœnitentiam? Respondet Bernardus. *Manducare eius carnem, bibere Sanguinem, est communicare passionibus eius, & eam conversationem imitari, quam gessit in carne.* Et quidem suppono, S. hunc Doctorem credidisse defacto, quoad sensum literalem, id dictum de Eucharistico mysterio: cæterùm quoad sensum moralem, iustè pertrahî etiam ad pœnitentiæ fructus, ob quandam proportionem inter pœnitentiam & comestionem, quam sic expono cum Did: Nisseno loco iam cit: Sunt quæ homini utilitatem adferant, tametsi manu & operâ curentur alienâ: Potest enim quis alteri facultatem dare, ut ipsius nomine exigat & recipiat pecuniam, & his similia: potest per Procuratorem multa negotia agere: advocatus namq; & procurator, adhibent industriam, solicitudinem, laborem; & alius refert commodum Verùm, ut homo vivat incolumis, id fieri non potest, nisi ipse bibat & comedat, & si hanc curam prætermittat, diu sanus citra miraculum vivere non potest. Sic ergo cælestis Magister nunc dicit: *Nisi manducaveritis, non habebitis vitam in vobis.* Quò respiciebat S. Bernardus ad illud, *hæc dicens: Loquebatur de pœnitentia:* idq; sub metaphora bibitionis & manducationis, perinde enim fuit, ac si dixisset: sicut, qui per se non comedit, non habet vitam in se temporalem; sic nec vitam æternam obtinebit, qui perseipsum non agit pœnitentiam: qui propriam ad hanc rem non vertit diligentiam, sed omnia labori & studio credit committitq; alieno. Confirmat hoc, illam Christi sententiam. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam:* Matth: 16. Hugo Cardinalis monet observare, quas conditiones CHRISTUS requirat in eo, qui velit ipsius verus esse discipulus. *Tollat Crucem suam dicit, non meam, quasi dicat: dolor meus non sufficit, nisi adsit & vester.* Quanquam autem efficacitatis infinitæ sint CHRISTI merita; efficacia tamen nostræ salvationi non erunt illa, nisi nostra bona opera & merita accedant. Si solis meritis CHRISTI fidere tantùmmodò prohibemur; quantò minùs si dendum alienis? Implorare quidem, aliena auxilia, & licet & expedit, solis tamen inniti, nisi cum illis concurrant & nostra propria, vanum est, & non securum.

Joan:

Bern:

Pœnitentia, per seipsum facienda, similitudine declaratur.

Matt: Hugo.

CHRISTI sola merita, adhuc non prosunt ad salutem nisi eis iungantur propria.

Probatur Figuraliter.

Quatuor reperiuntur animalia, inquit Salomon, Proverb: 30. quæ minima quidem terræ sunt, sed sapientiora sapientibus. Ea sunt, formica, lepusculus, locusta, & stellio. De hoc postremo, ita ait: *Stellio, manibus nititur, & moratur in ædibus regum* Cornel: Jansen & alii apud Salazar, in Prov: vertunt ex Hebræo, *Aranea manibus nititur,* quæ hunc habent sensum. Aranea difficili ac laboriosâ tenellarum manuum suarum (quæ simul pedes eius sunt) operâ, sibi victum parat. Et notandum, quòd sapiens ait, hæc quatuor animalcula, posse evocare ad certamen prudentissimos quosque, & ignorantiæ damnare eos etiam, qui sapientissimi videri & audiri volunt. *Et ipsa sunt sapientiora sapientibus.* In quonam araneæ sapientia, & ars posita sit? in eo, quòd, tametsi in domibus regum moratur; labore tamen manuum suarum utitur & victitat, ut longiturniorem in plures annos producat vitam: imò verò videtur notam imprudentiæ incurrere, quòd cùm in domibus Regum degat, ubi tanta est ciborum copia, & omnis annonæ affluentia, illa nihilosciùs tam solicitè, tã diligenter, & operosè intra viscerum suorum officinam, texat retia, quibus prædam capiat, eâq; victitet. Quodsi ita est, cur ergo huic animalculo tantam sapientiæ laudem, sapientissimus Salomon tribuit? Augustum prudentis titulum, & glorioſum sapientis epithetum optimè promeretur hoc animal, pro do-

43. Prov:

Animalia quatuor sapientissima apud Salomonem.

Stellio sedaraneum suum victitat, non alieni, arguit eos, quibus spes in alieni.

pro docendi dexteritate, quâ fructuosè homines erudit, & instituit Christianos. *Aranea enim pedibus nititur, & moratur in domibus Regum:* tanquam diceret: Quid refert, quòd palatium abundet lautitis & affluat deliciis, habeatq́; promptuaria eructantia ex hoc in illud, si ego inter hæc, meis manibus non mihi victum quæro: quem mihi vanè ex illa aulæ rerum omnium copia promisero, nî me eviscerem, totasq́; noctes & dies ducendo filo, texendisq; reticulis, ac muscarum venationi impendam, talibusq́; laboribus & sudoribus alimoniam mihi conquiram. Hoc ipsum mutuo suæ industriæ exemplo inclamat, & edocet vilis hæc bestiola Christianos illos, qui, tametsi magnâ DEI gratiâ felicem sedem, & fortunatum domicilium habeant, in hac Basilica militantis Ecclesiæ, imò & in triumphante, se habituros non desperent: imò defacto supremus Dominus & Pater Ecclesiæ suæ, tam voluptuosos, tam singulares favores dispertit, ubi tot sunt Sacramenta, tanta copia gratiarum, tanta pluvia indulgentiarum, tam abundans manna doctrinæ Cælestis: parùm tamen emolumenti iidem habebunt, si alii pro ipsis orent: Confessiones, Communiones, & similia in gratiam ac partem ipsorum offerant: nisi quoq́; & ipsi studiosè adnitantur, ut per modum araneæ, manibus desudent diligentissimè, salutis suæ negotium prosequendo. Hoc planè ipsum accidit in casu nostro, de quo nobis sermo est, quod dixit Ecclesiast: 34. *Vnus ædificans & alter destruens, quid prodest eis, nisi labor & dolor? unus orans & unus maledicens, cuius vocem exaudiet DEUS?* Lyranus hunc textum apud Paciuchel: in Jonam l. 16. §. 12. de illis explicat, qui malè vivunt, & tamen se salvandos confidunt, per orationes Religiosorum, quibus benefaciunt. *Probi* (inquit) *viri pro te preces fundunt, & tu eo tempore ludis: quid prodest, nisi labor & dolor?* & credis aliquam inde utilitatem haurire, erras: imò afflictio potiùs subsequetur. *Nullam inde reportant utilitatem,* inquit *Lyranus.* Concesserim, quòd centum Viri sancti se flagellent, dilanient usq́; ad sanguinem pro te; & tu interim carnalium voluptatum indulges licentiæ: alii tibi cælos reserare volunt orationibus; & ipse infernum pandis & intras: Probi implorant tibi Angelorum opem, ut tibi succurrant; tu dæmones solicitas, ut te strangulent. *Quid prodest, nisi labor & dolor?* Non inficior, quia neq́; inficiari licet, mutuas ab aliis orationes & similia, fructuosè implorari & licitè: nam Regulam fidei habeo, quæ jubet credere communionem, seu communicationem Sanctorum: & præterea novi benè, titulo Confraternitatum (quæ ex privilegiis Summ: Pontif: distribui solent a Superioribus Religionum) communicari Benefactoribus, orationes, jejunia, satisfactionesq́; alias fratrum, & hæc plerumq́; talibus suo modo proficiunt; Cæterùm hæc nobis, de condigno non merentur jus ad illam Civitatem cælestem, non conciliant beatitudinem æternam, nisi accedant propriæ voluntatis motus, & sincera vitæ emendatio, operaque propria subsequantur, DEO digna.

Eccl: Paciuch: *Sæcularium taxatur falsa opinio: se esse salvandos simpliciter orationibus piorum.*

Orationes aliorum & suffragia invocare juvat, sed &c:

Confraternitatum cum Religiosis, quis fructus?

Probatur Historicè.

Terribilis catastrophe det lumen discursui, ex Vinc: *Bellouac: l. 25. hist: c. 26.* Apud Berbelliam Angliæ Villam, quædam mulier auguratrix & malefica, cùm quadam die convivaretur, cornicula, quam habebat in deliciis, vocaliùs solitò, nescio quid corniculata est: quo audito Domina, cultellus de manu eius excidit, simul & vultus expalluit, quæ ingemiscens diutissimè, ait: *Hodie ad ultimum sulcum pervenit aratrum meum, hodie audiam & accipiam grande incommodum.* Adhuc eâ loquente, adest nuntius dicens: hodie mortuus est tuus filius, & tota famila interiit subitâ morte. Quo audito vocari præcepit superstites liberos, Monachum & Monacham, quibus singultiendo ait: ego miserabili quodam fato, dæmonicis actibus semper inservivi, ego vitiorum omnium sentina & illecebrarum Magistra, sperabam tantùm in Religione vestra, nam a me ipsa desperavi. Nunc ergo rogo vos per materna viscera, ut mea tentetis alleviare tormenta. Sed mortua est talis, qualis vixit, ac tandem in claustro sepulta: cunctis spectantibus, tertiâ die cadaver etiam cum anima, per dæmones de sepulchro erutum, in inferna ad pænam æternam raptatum est. Nihil profuit sanctitas filiorum, & aliorum Religiosorum ora-

434.

Mater improba, precibus Monachi & Monachæ, filiorum, non juvatur.

tiones, malâ vitâ ipsam condemnante. Jus cælestis Civitatis non acquiritur alienis meritis, sed propriis. Quod egregiè juvat illa narratio Drexelii in Aurifod. p. 3. c. 2. Mercator erat avidus lucri, continuus in foro, rarus in templo, nam sic pacisebatur cum Vxore: Tu inquit pro te & pro me templum adito, partiamur inter nos labores: ego foro attendam, etiam pro me, & pro te, volens cælum mercari vicariâ pietate. Nocte sequenti visus est sibi Mercator rapi ad judicium, simul cum vxore: sententia ex allegatis fertur, quâ uxori cælum, ipsi infernus adjudicatur: ascendit uxor ad gemmatum palatium; miser maritus ad fores ejulat, sed Palatii ianitor ipsi ait: Abi homo! uxor tua pro se & pro te huc ingressa est, quia etiam & pro te, & pro se orabat: tu & pro te, & pro illa ad infernum abi: somnium disparuit, ipse verò vitam meliorem duxit, bene inde perpendens, propriis non alienis meritis, jura cælestis Civitatis esse comparanda.

Pactum mariti cum vxore, de Templo & de foro: quo eventu.

PARS II.

SS. DEIPARA, Metropolis Regis æterni.

435. INtravit IESUS *in quoddam Castellum*, ait S. Evangelista. Ridet hæreticus, quasi insciti am inurens Ecclesiæ, & quandam inversionem terminorum, ac celebritatum, ob Evangelii delectum: sed quod hebes hæterodoxi intellectus non assecutus est mysterium, innocua melliflui Doctoris mens facilè investigavit, nimirum susceptionem Salvatoris in Marthæ castello, expressionem fuisse gloriæ Matris, quâ recipiebatur hodie in cœlo. Inquit etenim ille l. 1. Assumpt: *Vt quid enim hodie in Ecclesia Christi, Evangelica lectio recitatur, in qua mulier benedicta in mulieribus, excepisse legitur Salvatorem: Credo, ut hæc, quam celebramus, ex illa susceptione, aliquatenus æstimetur.* Ergo dum subintrat Castellum Christus; MARIA ad METROPOLIS seu primæ Civitatis ipsius Dei æterni, extollitur dignitatem, per supremæ gloriæ adeptionem. Laborat Martha & satagit in Castello; MARIA labores importat meritorum, & eorum inæstequibilem explicat excellentiam, ut iura producat, quibus promuerit, iam non Castellum, vel Civitas; sed Augusta METROPOLIS Regis æterni, idque propter gloriam excellentem supra omnem rationalem creaturam, nominari.

Evangelii in assumptione, prudens applicatio ad Festum.

MARIA Metropolis DEI quibus de causis.

Probatur Scripturaliter.

Primum ius, primariasq; tabulas, pro adipiscendo summæ gloriæ gradu, producit B. V. MARIA, ipsum nimirum meritum Maternitatis DEI, quo iure superat omnes creaturas, nedum defacto Angelicas, sed etiam quascunq; possibiles, perfectiores & perfectiores. Hìc ipsa ratio meriti, manu me ducit ad illam solemnem quæstionem: Vtrum B. Virgo condignè meruerit ipsammet Maternitatem DEI? hæc agitatur solicitè inter Theologos Marianos. Communior est contra Lorcam, ita defacto meruisse: de quo latè ap Chrystoph: Vegam & Zerdam Acad: 17. qui etiam pactum DEI de hoc interceſſisse (quod essentialiter requiritur ad meritum de condigno) comprobat ex illis verbis Psal: 44. *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & concupiscet Rex decorem tuum.* Et iterum ex illo Is: 7. *Ecce Virgo concipiet &c:* ad quam opinionem me inclinatissimum profiteor, quia cedit in honorem MARIÆ: sed doctiorem Auditorem, expedit, de his, amandare ad Scholas, cùm sit mihi pro tunc res & sermocinatio, cum simplicioribus: Mihi pro tunc satis, si probavero ex Scriptura vel Patribus B. V. MARIAM, meruisse quomodocunq; Maternitatem, vel saltim per consensum in Maternitatem Filii DEI, & quidem modo excellentissimo. Pro argumento, nefas puto, S Scripturæ expungere locum illum, quo Salvator minùs molli affectu videtur prosecutus Matrẽ, dum laudatus à præcone mulierẽ de turba, regessit dicta inquiens. Luc: 11. *Quinimò: Beati qui audiunt Verbum DEI, & custodiunt illud.* Hìc placeat refricasse illud aliud, quod in accessu Matris & fratrum, prædicans populo, Salvator dixerat, Marc: 3. *Qui fecerit voluntatem DEI, hic frater meus, & soror mea, & Mater mea est,* Adverte, quomodo à merito nuncupavit Matrem, potiùs, quàm ab officio, uteriq; Mariani anticipavit munus, virtutibus: Quasi diceret non nudè

436. *Maternitatis meritum, gloria summa in B. V. M. ratio.*

MARIA meruit de condigno Maternitati Filii Dei.

Pactum ad meritum Maternitatis Dei immixtum.

Luc:

Marc:

nùdè Mater est, per turgentes à fœtu finus, viscerâq; prole gravida, sed excultiùs & subtiliùs, quia ad hanc Maternitatem, virtutum gressibus accessit, meritorum eam dotibus attigit: Matrisq; sibi proposito gaudio, elegit virginitatem, sterilitatis confusione contemptâ. Et quando MARIA magis voluntatem DEI fecisse existimatur? quàm ubi tractans cum Angelo, & ex tanto Nuntio intelligens, hanc esse voluntatem Altissimi Patris cælestis, ut Virgo progigneret Filium, humillimè consensit nuntianti. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* Adsit iam S.

Justin: Justinus in explic: quæst: 9. 113. *Non igitur* (inquit) *verbo Matrem obiurgavit, quam re honoravit: si enim is, qui verbum DEI & audit, & servat, DEI est & Frater, & Soror, & Mater, quorum utrumq; in eius Matre inerat; perspicuum est, Matrem ipsius ex hac Matris ratione, beatam dici oportuisse. Et quoniam, non quamvis mulierem Deus delegit, quæ CHRISTI Mater fieret, sed quæ cæteras virtutibus anteiret; idcircò etiam CHRISTUS, ab ea virtute Matrem suam Beatam dici volebat, ex qua digna habita est, quæ Virgo Mater fieret.* Hæc ultima preme verba, *Ex quâ, digna habita est, quæ Virgo Mater fieret:* Quid aliud significant? nisi MARIAM ex condignitate virtutum & meritorum acquisivisse Maternitatem Filii DEI. Ponderanda sunt & illa S. Bernard: Sen: verba tom: 2. ser. 61. art. 3. *Plùs meruit gloriosa Virgo in uno suo consensu, scl: Conceptionis Filii DEI, quàm omnes Creaturæ, sive Angeli, sive homines, in cunctis suis actibus, motibus, & cogitatibus.* In eundem sensum collimat illud S. Aug: ser. 83. in Assumpt: *Tu* (inquit) *Beatissima, meruisti esse Mater Redemptoris & Iudicis.* Unde ex mente S. Bernard: supra citati, *B. Virgo per illum consensum constituta fuit in tam excellenti statu; quòd melior in pura creatura non sit factibilis: ideo enim illi copiosissimum donum collatum fuit, unde tam sublimem statum mereri posset, ac sibi eligere, sicut velit.* ser. 51. art. 3. c. 1. Sive ergo B. V. MARIA meruit Maternitatem; sive solummodò attendamus meritum eius, in consensu in Maternitatem Filii DEI; utrinq; liquidò producitur ius Beatissimæ primum & speciale, quale nullum est, ullius etiam perfectissimæ creaturæ, ad excellentiam Gloriæ, quæ debebatur illi merito: & quòd ius illud simul fuit præmium virtutum ipsius: exigebatque, ut Matri Dei specialis deberetur Gloria: Pariter etenim affatur & discurrit de utroq; & respectivè adinvicem, melleum os Bernardi ser. 1. de Assump. *Nec in terris locus dignior, uteri Virginalis templo, inquo CHRISTUM MARIA suscepit; nec in cælo Regali solio, in quo Mariam, hodie MARIÆ Filius sublimavit.* Et iterum. *Quis, etiamsi hominum linguis Angelorumq; loquatur, explicare queat? quemadmodùm superveniente spiritu, obumbrante virtute Altissimi, caro factum sit VERBUM DEI: sed & illud, quis cogitare sufficiat? quàm glorioſa hodie, mundi Regina processerit.*

Bern:

MARIÆ supremæ gloria, ex Maternitate eius rimandæ.

Probatur Figuraliter.

Nihilominùs, B. V. Mariam, hoc solo titulo ac merito Maternitatis, ius METROPOLIS, seu excellentissimæ Gloriæ quæsisse, parùm censeo; sed præterea vi meritorum propriorum independentium ab hoc Maternitatis privilegio, id adeptam fuisse Beatissimam, comprobat visio Apocalyptica Joannis Apoc: 12. dum conspexit signum magnum in cœlo, mulierem amictam Sole, stellisq; coronatam. Singulari expensione dignum, quòd hæc mulier appareat vestita Sole, & Stellis coronata. Sol inter omnia astra præstantissimus, cur ergo ei præstantior non assignatur locus? qualem haberet in Capite, & quidem congruentiùs: nam ad formam transfigurati Christi, cuius facies refulserat ut Sol: ita ut mulier illa, vestiretur Stellis, Sole autem coronaretur? Respondeo cum Sylveira hìc, quòd Sol, Christum Dominum, verum justitiæ Solem designat, Stellæ verò Virginis virtutes: sic loquitur S. Bern: hìc. *Dignum planè Stellis coronari caput.* & subdit: *speciali quodam splendore in MARIA coruscant, mansuetudo pudoris, devotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, Martyrium cordis.* Ex quo ulteriùs prosequitur allegoriam Joan: Sylveira, inquiens: *Bene ergo non Sole sed Stellis præcingitur caput: quamvis etenim in Beatissima DEI Genitrice ob Maternitatem DEI, multæ & præclaræ prærogativæ ac dona refulserint, ut communiter docent SS. PP. tamen in cælis, die suæ triumphalis Assumptionis, non ei imponitur Corona præcisè, ac solummodò ob dignitatem & Maternitatem Filii sed*

437.

MARIÆ gloria, etiam ex meritis propriis.

Apoc:

Stellæ in capite mulieris, typus virtutum Mariæ.

Bern:

MARIA digna Deo Mater ob virtutes & merita.

Sen:

MARIÆ consensus in conceptum quanti meriti.

Aug:

MARIA non ex favore solo, sed ex iustitia pro meritis coronata in cælo.

Filii, sed etiam ob radiantes Stellas suarum virtutum: non enim coronatur ex favore ob Filium, sed ex iustitia, ob præclara merita. Hic locuples se offert materia, imò planè infinitè dives, de meritis Beatissimæ loquendi: sed de immenso compendiosè agendum. Tangamus speciatim virtutes Theologicas, & cæteras sacras operationes generaliùs. Prima se objicit virtus Fidei, in qua Mariam principatum, imperiumque tenere disce ex illo S. Cyrilli elogio, hom: 6. contra Nestorium, in Virginem DEIparam, dum eam vocat *rectæ Fidei sceptrum:* quia scl: veræ fidei metas & limites dilatavit, eiusq; sceptrum usq; ad barbaras nationes protendit. Hoc ipsum constat ex Evan: Luc: 1. *Beata* (ut ad Virginem Elizabeth) *quæ credidisti.* Ex quo SS. PP. unanimi suo consensu, hanc fidem Theologicam, MARIÆ deferunt. Irenæus cont: Hær: c. 33. *Quod Eva ligavit propter incredulitatem, hoc Virgo MARIA solvit per fidem.* S. Aug: l. de B. V. M. *Beatior fuit MARIA, percipiendo fidem Christi, quàm concipiendo carnem Christi. Et rursus l. 16. de Civ: c. 4. Non est Virginis diffidentia, quod ait: Quomodo fiet istud, quoniam Virum non cognosco? quòd enim futurum esset, certa erat, modum quo fieret inquirebat.* Similiter & Ambrosius. *Beata quæ credidisti: vides MARIAM non dubitasse, sed credidisse, & ideo fructum fidei consecutam.* S. Alb: M. sup. 1. Luc: B. Virginem, omnes etiam SS. Apostolos, fide suâ superasse docet, hisce verbis. *Fidem habuit in excellentissimo gradu, quæ tam immensæ rei sibi promissæ, fidè adhibuit: quæ etiam discipulis dubitantibus non dubitavit, quæ omnia possibilia esse credenti, certissima fuit.* Atq; sic, si, iuxta Theologos mysticos, visio DEI beatifica datur pro merito fidei; Beatissi: Virgo cùm in hac excelluerit cunctis, sequitur etiam visionem illius Beatificam, cæteris omnibus præstantiorem extitisse & existere.

MARIA excelluit Fide.

Cyrill:

Irenæus.

Aug:

Ambr:

Alb: M.

Visio beatifica respectivè ad fidem in via, datur.

Probatur Doctoraliter.

438. Alteram Theologicam virtutem, nimirum spem, eluxisse in vivente MARIA, etiam quoad altissimum meritum sui, constat ex testimoniis Doctorum, quorum primus sit ipse Ecclesiasticus c. 24. qui in persona Sapientiæ æternæ primùm, deinde in persona Beatissimæ, sensu Communi Patrum, ait: *Ego Mater pulchræ dilectionis, timoris & agnitionis, & sanctæ spei.* Quod intelligi debet, non modò in eo sensu, quatenus MARIA dicitur & salutatur a nobis, esse spes nostra: sicut allocutus est eam Bernardus, supra Salve. *Tu es* (inquit) *spes nostra: sperent ergo in te, qui noverunt nomen tuum, quoniam non derelinquis quærentes te Domina. Quis non sperabit in Te? quæ etiam adiuvas desperatos: in Te ergo speret, qui desperat: qui deficit, ad te currat.* Sed præterea, dicitur MARIA, Mater sanctæ spei, ob actus internos ferventissimorum desideriorum, quibus apud Deum multa expetebat & obtinebat. Præcipuum & primum actum spei MARIÆ, notavit Richard: à S. Laur: in Incarnatione Filii Dei, dum scl: respondisset nuntianti Angelo: *Ecce ancilla Domini &c: nisi enim* (inquit ille) *veraciter credidisset, firmiter sperasset, ferventer desiderasset, posse fieri, & futurum esse, quod Angelus promittebat; nequaquam respondisset: Fiat mihi. Ideo visa est dixisse Domino: In verbo tuo speravi. Psal: 118. scl: quod per Angelum mandaverat mihi.* Alterum actum spei MARIÆ recensent Doctores, illam tædiosissimam expectationem per triduum mortis, atq; desideria, quibus præstolabatur, & flagrabat ad Resuscitationem, seu Anastasim Filii sui, quæ tantæ intensionis fuêre; ut secundùm plures Theologos, apud Chrystoph: Vegam n. 80. Theol. Mar: meruerint accelerationem Resurrectionis Filii: *Opera autem* (inquit cit:) *quæ ad hoc meritum referebantur, ea utiq; fuêre, quæ post Filii mortem exercuit: nempe desideria, preces, obsecrationes, pluraq; alia, quæ a Deo, Filii anastasim in se, sive eiusdem accelerationem, extorserunt.* Quod pulcherrimè corroboratur verbis D. Thom: Vill. in illud Gen: 49. *Catulus Leonis Iuda:* Septuag: transcribunt, *Ex germine, fili mi ascendisti: recumbens dormivisti ut Leo, & quasi catulus Leonis, quis suscitabit eum?* Alluditur hic ad leænam, quæ non vivum partum, rugitu edito exsuscitat. Tunc sic S. Doctor cit: *Quis suscitabit eum? Hæc igitur Virgo, virtutibus suis Deum cælo deduxit, hæc iterum suis clamoribus, ab inferis revocavit.* Si ergo & Spei sua merces in Patria debetur, scl: Tentio secura; iustè sequitur ex Marianæ spei excellentia, summa in Cælestibus, eius Gloria.

MARIA Mater sanctæ spei quo sensu.

Bern:

Laur:

Justin:

MARIA desiderio suo, auxerit Anastasim seu Resurrectioni Christi.

Thom: Vill:

Spei fructus in Patria, scl: cura beatitudinis tentio.

Probatur

Probatur Miraculosè.

439. Tertia virtus Theologica nimirùm charitas, & amor, quantam augem cumulaverit meritorum MARIÆ, penitùs inassequibile est: idq; partim ratione intensionis, cùm multi Theologi doceant, in MARIA charitatis habitum, & gratiam, intensiorem fuisse in viatrice Virgine, quàm in supremo Beato; partim ratione extensionis, nam (ut probant aliqui) B. V. MARIA, nunquam cessabat a primo puncto Conceptionis, ab actu charitatis, etiam in somno. Vnde ait Suares. *Actus charitatis, quos elicuit Virgo B. in hac vita, innumerabiles fuerunt, ita; ut eorum multitudo possit fortassè, cum numero sanctorum omnium conferri: quia fuit in continuo merito, fuit etiam in iugi divinarum rerum contemplatione, & in ea ardentissimè Deum amabat, & frequentissimè actum ferventissimum in Deum repetebat.* Quod amoris incendium, adeo crevisse in anima Virginis creditur; ut multi opinentur, vehementiâ amoris excessivi, interitum subiisse: & hoc ipsum duæ miraculosæ confirmant apparitiones. Inprimis S. Birgittæ l. 6. revel. c. 62. visibilem se præbens ipsa B. Virgo, inter alia, sic eam affata legitur. *Cùm quodam die animus meus suspensus esset in admiratione Divinæ Charitatis; tunc anima mea in ipsa contemplatione, repleta fuit tantâ exultatione; quòd vix se capere poterat: & in ipsa consideratione, anima mea è corpore fuit soluta.* Similiter S. Mechtildi in l. Spirit. grat. apparens, narrasse scribitur dicens: *Cùm Seraphicus ille ardor in tantùm excresceret; ut ultrà, vires corporis non haberem, lecto decubui, omnesq; Angelorum ordines mihi ministrabant, ignem illum Divinum in me magis & magis succendentes.* Hanc opinionem tuentur gravissimi Doctores, Dionys: Carthus: Metaphras: Zerda, & præsertim S. Alb: M. Gloriabatur quondam, etsi vanè, apud Homerum, quidam Iliade 22. de insigni Deorum Matris privilegio ab ea obtento, scl: quòd ardentissimi Phæbi radiis erat occubiturus, sic aiens: *Insignem mortem mihi profata est, divini Phæbi radiis.* Permagni ducens, radiis lucidissimi planetæ vitam finire: quasi Divorum sanguine fatum hominem, solùm ea mors deceret, quæ à micantibus Solis radiis proveniret. Sic iuxta prædictos Patres, Virginem Deiparam, una illa mors decebat, non quam morbus, languor, ægritudo, & dolor aliquis infligeret; sed quam solares radii, magni illius Solis justitiæ iacularentur: atq; sic, si ad pondus Charitatis & amoris in via, datur Beatis Gloria in Patria; iam facilè venari licet, incomparabiliter cæteris majorem Gloriam Beatissimæ.

MARIA continua in actibus charitatis, sine cessatione.

Suar:

MARIA miraculosè apparens S. Birgittæ, se obiisse pra amore, revelat. similiter B. Mechtildi.

Dionys: Carth: Metaph: Alb: M.

Quidam felicitatem putavit, mori a radiis Solis.

Fruitio Beata, ad proportionem sic charitatis in via.

Probatur Historicè.

440. Jam tandem post Theologicarum virtutum merita, de meritis omnium moralium virtutum, hîc dicendum esset, utpote humilitatis, patientiæ, obedientiæ, castitatis, misericordiæ. Hîc iterum altum pelagus meritorum, quod brevi cymbâ ascendere non licet, libet tamen, vel de littore humiliter & generaliùs prospectare sanctæ eius operationis, & actuum omnigenæ virtutis, ponderando æstimationem: omnia profectò hæc, aurum erât excellentissimi meriti. Fabulabantur olim Pòëtæ (ut scribit *Pausanias*) Cheronetem quendam, a Jove accepisse virgam mirabilem, cuius attactu quæq; dum tangerentur, aurum fiebant. O quam verius dicendum id de B. V. MARIA! Hæc etenim tantam accepit gratiam à DEO, ut per singulos actus, nedum virtutum sed etiam ex obiecto ipso indifferentium, idq; singulis momentis, meritum adauxerit, adeoq; ius ad æternæ Gloriæ præmium adipisceretur. Nulla ipsi sine Deo dies, hora, vel momentum ibat, nullæ cogitationes aliorsùm velabant, nulla extra hunc scopum tela mittebantur, nunquam DEO incomitata, pedem movebat, ille claudebat latus, possidebat actus, animamq; totam. Omnia in MARIA optima, omnia ex fide sublimia, ex obiecto excellentissima, ex imperio voluntatis nobilissima, ex conatu & affectu in Deum intensissima. Hoc testatur Bernardus in Signum. *Candidissimus huius muliebris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur; ut nihil in ea, non dico tenebrosum, sed nec obscurum saltim, vel minùs lucidum, sed nec tepidum quidem aliquid, aut non ferventissimum, liceat suspicari.* Quod clariùs explicavit Canisius l. 2. Deip. c. 16. *In MARIÆ cogitationibus, desideriis, consiliis, dictis, factis, moribus, nihil fuit non nitidum, non integrum, non absc-*

Cheronetis virga mirabilis.

MARIA indifferentes actus non habuit.

Bern:

Canis:

non absolutum, non meritorium, non summè DEO gratum, non deniq, simul & Angelis & hominibus, iure suspiciendum. Atq; sic, dum Beatiss: Virgo iam quintum Cathalogum meritorum suorum sublimium, quibus supra omnem puram creaturam antecelluit, ostendit; sat locupletè iura sua produxit, ut supremâ donata beatitudine, Civitas primaria seu METROPOLIS Regis æterni nuncupetur.

Epilogus.

441. IUs Civitatis Romanæ insignis, olim fuisse privilegii & immunitatis, vel ex ipso S. Scripturæ textu, optimè constat Actor. 16. & 21. huius etenim titulo, S. Paulus semel & iterum, liber evasit in Tribunalibus. Si MARIA, Civitas primaria seu METROPOLIS Regis Cælestis dicitur, ratione supremæ Gloriæ; quis non præsumat immunitatis privilegia eius exambire, illisq; perfrui? Jam ergo feliciter ascende ad supera, perauguſta METROPOLIS Regis Cælestis, tot tantisq; suffragiis meritorum suffulta: congratulantibus felicitati tuæ, nihilominùs vota addere nobis liceat. Credimus utiq; firmiter, iura Civitatis tuæ, non deneganda illis præcipuè, qui imitatione virtutum tuarum, se dignos, illius privilegio exhibent. Itaq; ô splendida, Christo DEI filio, & titulo Maternitatis, ac insuper Fidei, Spei, Charitatis, atq; sanctæ operationis merito, Civitas Dei Magni, atq; omnibus Angelis & Archangelis grata, ut nostri quoq; meminisse digneris, quibus possumus precibus Te exoramus, quatenùs nobis ille tribuat indulgentiam, qui Tibi tuorum omnium meritorum, tradidit palmam.

A M E N.

Civitatis Romanæ im habe-

re, singulare privilegium.

Votum Authoris.

MIRACVLVM pulchritudinis.

SS. DEIPARA,

Pro Partu Virginis. seu Pro Nativitate D. N. I. CH.

Peperit filium suum primogenitum. Luc: 2.

442. EA inest pientioribus animis indoles, ac devotio, ut Nati hodie Cælestis Pusionis, primis obtutibus, nobiliora quæq: & præstantiora objciant munera & offerant, ad videndum. A. A. Hinc est, quòd perfectiores Ascetæ, sacris Adventûs feriis advenientibus, mirum ad modum, virtutum excellentiorum animum expolient exercitiis, & penè universas Charitatis suæ in Christum comportent gazas, atq; integrũ cordis sui penu in gratiam pueri JESU exhauriant, tenerrimè dilectissimo Infanti addicti. Mitto hic Bernardi, Francisci, Duns Scoti mei Doctoris, & plurium aliorum ex Seraphico ordine, ad natalem CHRISTI, exquisitas cordis præparationes, visibili parvuli JESU, cum sua dignissima Matre apparitione comprobatas. S. Rosam Limensem: Ords Prædic: hìc transire non expedit, imò iucundum est eius studia, pro expensis cunabulorum Christi recensere. Post obitum namq; huius S. Virginis, repertus est Cathalogus brevis, conscriptus ab illa huiuscemodi. Anno Domini 1616. Incipio parvulo JESU, contexere tunicellam. Expono pro subucula Infantis, 50. Litanias, 900. Rosaria, 5. dies Jejunii, 9. Stationes coram Venerabili Sacramento. Item in memoriam novem mẽsium, quibus delituit in utero MARIÆ, 9. Rosaria totidem dies Jejunii. Pro stragulo seu perizomate & linteis, offero 5. Stationes, Rosaria, & Jejuniorum dies. Pro bellariis, & dulciariis parvuli, destino, offero lacrymas, actus desideriorum & charitatis. Miram sanè industriam huius Virginis, aliorumq;

Adventûs feriæ specialiter à devotis cultæ.

S. Rosæ Limens: expensæ, pro Puero JESU.

liorumq; Sanctorum in suis præparationibus, quibus primos obtutus nati Parvuli oblectarent, præoccupando. Recens etenim natorum est innata inclinatio, quæq; obiecta demirari, stupere ad illa, & cum quadam aviditate videndi, diutiùs ea intueri. Heus tu miserabilis munde immunde! tuum est & primum, Pusionem istum cælestem, qui ad salutem tui de Regalibus sedibus venit, salutare & venerari in cunis, atq; quidquid pulchri & admirandi habes, in gratiam eius depromere. Aurum, iste Puer, gemmas, & similia, purpuras, sceptraq: Regum contemnit: in fæno solummodo & vili præsepi deliciatur: admiranda tua, Rex ipse mirabilis non mirabitur: iam quidem Hospiti diversorium negasti, stolidior vel ipsis brutis, quæ Creatorem in medio sui receperunt. Ingrate, ne propiùs ad cunas accedas! fætes utiq; & fætes improbè, ob elementa sacrificiis idolorum infecta, quibus cultum Creatori debitum, sacrilegè consecrasti nam totus planè orbis, nascente Christo, dæmonibus sacrificabat, & cunctæ creaturæ, idololatriæ fædo crimine contaminabantur. O quantum totius universi, præsertim rationalis, probrum! non habere, quod dignum obtutibus primis tanti hospitis objiciat. Sed opportunè ecce adest obiectũ pulcherrimũ, imo MIRACULUM pulchritudinis, B. V. MARIA, quæ ut probrosam nuditatem & fæditatem totius corrupti generis humani contegeret, & excusaret, en se primis conspectibus Infantis JESU objecerat, ut Natum, tantæ pulchritudinis inspectione oblectaret. Itaque, quoniam svaves JESULI ocellos, avidissimè, nedum in Matrem Virginem, sed in pauperes quoq; Pastores, vibrari observo; dum primùm probavero, Pauperes, gratum esse spectaculum DEI; MARIAM MIRACULUM *pulchritudinis*, principaliter deprædicabo.

Oculi Parvuli IESU quô oblectandi?

Mundus ingratè suscipit natum Salvatorem.

CHRIstus dum nasceretur, maxime eo tempore inualuerat Idolatriæ.

MARIA, obiectum primum Parvuli Iesu, ut Miraculũ pulchritudinis.

O stupor, o MIRACULUM
Grande pulchritudinis!
Lacta, fove hunc Parvulum
Summæ Celsitudinis.

PARS I.

Oculi DEI, in Pauperes terræ.

A Jebat olim Romanus Doctor, Seneca ep. 76. *Gladius bonus, non cui deauratus est baltheus, aut cui vagina gemmis distincta, sed cui ad secandum acies subtilis.* Persæpè etenim in putri vagina chalybeus reconditur ensis, è contra ferrugineus, ac plumbeus, in gemmea contegitur theca. Ita sanè contigit & longè excellentiùs, in penetrativissimis oculis summi DEI, ut sæpè sub sordido pallio, & lacera veste, lateat excelsa mens, & sub humili statu ingens meritorum celsitudo, in quibus Lyncæus Oculus DEI magìs complacet, quàm in illis, qui sub purpura gemmeoq; ornatu, exilem & deiectum contegunt animum, virtutis & meriti inopes. Ideo appositè dixit Divinissimus Apostolus 1. Cor: 1. *Ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ, non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret.* Plerumq; pannosos, viliq; indutos lacernâ, oculus Divinus pluris æstimat, & ponderat, quam divites.

443. Senec:

Oculi Dei, in pauperes terræ.

Pauper plerumq; Deo pretiosior, quàm dives.

Probatur Scripturaliter.

OCuli eius in pauperem respiciunt: ait Divinus Psaltes Ps: 10. Theodoretus legit. *Oculi eius respiciunt orbem terræ.* Itane in universo Orbe, ubi tot splendida, tot magnifica habentur, solus vilis, simplex, & pannosus homo, veluti totius universi microcosmus & omnis creaturæ compendium, solus inquã ipse oculos Divinos rapiat, & omnis DEI aspectus benignus ad pauperes & afflictos dirigatur adeo; ut DEUS, se toti succurrisse orbi censeat, cùm subvenit pauperi. Dionys: Carth: hìc, duos Oculos dat DEO, nempe misericordiam & providentiam eius. *Hi sunt Oculi, Columbæ, quæ sedent super aquas, quæ sunt afflictiones pauperum, ut in iis formam suam imprimant, & sui memoria dolores, ærumnas paupertatis emolliant, & opem afferant:* Cant: 5. ait Sponsa ad Sponsum. *Oculi tui sicut Columbæ, super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ,* hoc est, quæ sunt candidissimæ, purissimæ, acsi essent ablutæ lacte, & lacteum imbibissent candorem: Hoc

444. Psal:

Oculi Dei, misericordia & Providẽtia.

totum exprimit tenerrimum, quem gerit DEUS affectum in pauperes: quorum paupertas, etsi penuriosa, lucrosa nihilominus est. Pauper censu, optimè potest esse dives DEO, si simul studeat pietati, etiam ex necessitate faciendo virtutem, atq; gratanter paupertatis suæ toleret ærumnas, insuper si cælestis oculi suspiciat providentiam, necessitatum suarum & ægestatis sine omni trepidatione præstolando abundantiam. Grande spectaculum oculorum DEI: Justus, cui pabulum fidès, etiam dum egenus, abundat; Improbus, parùm sibi confidit, adhuc in fortunæ magnitudine trepidat: Indigere se putat, cùm plenior est, timetq; in satietate defectum. Justus, quia sibi sufficit, secum portat optima segetûm supplementa: nec quid cras, cogitat, accidendum, cum sibi quotidie sit idem. Alter, quia casuris inhiat, semper in præcipiti est; alter, quia stabili, (nam cælestis providentiæ innixus oculo) in quiete delectabili solidatur, mireq; per hoc ipsum Divinos exhilarat oculos. Vnde rectè dictum: *Oculi eius in pauperem respiciunt:* Vbi addit Propheta pro speciali consolatione pauperum, DEI nimirum oculos ita pauperum intuitu oblectari, ut simul oppressores illorum terreat arceatq;. *Palpebræ eius, interrogant omnes filios hominum:* Divitum etenim *oculi respiciunt* quidem *in pauperem* (ut observavit idem Psalmista) *sed ut insidientur in abscondito, quasi Leo in spelunca sua*, Ps. 9. ut rapiant, opprimant eum, sed subitò dexter adest Deus, ut suos tueatur, inquit Blanc: in hunc Psalmum) *Dominus in templo sancto suo, nempe in cælo, ibiq; toti orbi dominans sedet in throno regio, non solùm rebus cælestibus, sed etiam terrenis intentus, & abiectissimos quosq; ac ope destitutos aspicit, ut illos adjuvet: itaq; nihil est, cur timeant arcus, & sagitas, & pharetras ac alia arma hostium suorum.* Imo tanta DEO inest ad iustos pauperes, animi inclinatio; ut nedum Divinissimos suos intendat oculos in illos; sed præterea magnificam in ipsis complacuerit sibi erigere sedem, & maiestatem, quod observavit Antiquus Origenes versans illa verba Psalmistæ Ps. 88. *Educens nubes ab extremo terræ*, ubi nubes, vocat pauperes, viles, abiectos apud sæculum, qui veluti nubes exigua & tenuissima portio terrenæ exhalationis sunt, & quasi fucus quidam oculi, vix apparere cernuntur. Cæterùm si volant ut nubes in altum, nimirum si pietatis exercitiis elevantur ad DEUM, ad cælestia, atq; Christiano modo forte suæ paupertatis noverunt uri; adeo sublimantur meritis, evehuntur in virtutibus, ut sedem suam in ipsis ponat Altissimus. De quo sic Origenes hom: 5. in Jerem: *Si quis ergò Sanctus custodierit præcepta Salvatoris, & factus fuerit in hac vita novissimus, fiet nubes: propterea si volumus nubes fieri, ad quas veniat veritas* DEI, *novissimi omnium fiamus.*

Iustus in paupertate non timet, impius in divitiis metuit egestatem.

Psal:

Deus pauperes defendit, contra divites.

Deus in pauperibus habitat, ut in Throno.

Origen:

Probatur Figuraliter.

Rem videamus in Figuris: quomodo nimirum, ubi apta anima invenitur; vilitas fortunæ nihil obest, quin oculis cælestibus perplaceat magis cæteris. Multæ proceræ & pulchræ arbores erant in deserto Sin, Divini tamen ignis splendor, in rubo sedit. Exod: 3. *Apparuitq; ei Dominus in flamma ignis, de medio rubi, & videbat, quòd rubus arderet, & non comburebatur.* Non Cedrus, non palma eligitur, quæ Divinum sustineat ignem, sed vilis rubus: quando enim rubus is est, qui virere possit inter ignes; minimè Dominus eius vilitatem excludit. Vnde ait, D. Basil: Seleuc: orat' 9. *Ecce ignem monstrat in rubo ardentem, ignis effectu sepositio: quippe flos igne coronatur, viliq; planta succensa flammæ obstitit.* Dimissis pretiosis lignis, vilis rubus assumitur, qui thronum præbet, inter flammas apparenti Maiestati: dum enim gratia invenit indolem, inqua sese ostendere possit; non respuit, ab humanis iudiciis proiectam vilitatem. Abiectus erat & vilis inter suos fratres David puer, & adeo abiectus; ut dum fratres gloriam militarem ostentarent, ipse pro se ait: 1. Reg: 17. *Pascebat servus tuus, patris sui gregem, & veniebat leo & ursus, & tollebat Arietem de medio gregis, & persequebat &c: &c.* Pugnabat David non pro Civitate obtinenda, non pro principatu, non pro regno, sed pro Ove, ut solet vilis Pastor pugnare: & strenuos pugnatores dimittens Dominus, hunc adiegabat, & dignabatur suâ gratiâ, ut iam fortis fieret. Quare non magis auratos equites allicit, ducesq; decantatissimos? quare mavult rudem & obscurum Pastorem

445.

Rubus deserti typus pauperis pii, Exod:

Basil: Seleuc:

Reg:

DEUS *non est acceptator Personarum.*

florem pugnantem cum lupo in Sylvis? Pulchrè idem D. Basil: Seleu: orat. 19. *Tales animas legere novit Divina gratia: quare & curâ gregis distentum vocavit ad regnum. Nam cognitâ animi mente, minimè erubescit artem. Placet sibi Deus, abstrusum in despecto corpore margaritum conspicatus.* Non vilis ars, non abjectio personæ obest, quominùs a Divina eligaris gratia, quando hæc non erubescit artem, nec vilitatem personæ a fortuna ortam, quando indolis ingeniiq; animadvertit præstantiam. Attendit Deus non ad extrinsecum splendorem, aut vilitatem, sed ad internum aurum: ubi autem aurum & margaritum, hoc est, pretiosa anima, in despecto corpore, etiam inter viles artes invenitur, tota hæc fortunæ externæ vilitas, & despectio non obest eligenti gratiæ *Placet enim sibi Deus abstrusum in despecto corpore margaritum conspicatus.* Non conspicit ille in electis suis ad gratiam, quòd habeant fortunas, non quòd pecunias, nec pulchritudinem, nec nobilitatem, sed quòd habeant mentem & genium ad munera aptum, cætera parvi facit. Sed ut propiùs ad Mysterium, quod hodie celebratur, accedamus, de fortunatissimo hoc adventu CHRISTI in tempore, sic prophetasse David legitur: *Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum a facie Domini, quoniam venit iudicare terram* Ps: 95. Insignis Romanus Orator, & Pontificibus summ: a verbo DEI P. Oliva Soc: Generalis, egregiam, & ad nostrum propositum opportunam subtexuit commentationem, dum sic ait: *Agrestia aliquando ligna exultabunt*, quibus domesticæ, cultæq; arbores quotidie insultant, & nunc quidem Cedrus, vitis, Cerasus, aliæq; arbores huiusmodi, ad delicias oculorum nutriuntur in hortis, quas hyeme munimus, æstate potamus, colimus vere, fovemus autumno: cùm interim, Abies, Robur, Nux, cæteræq; agrestes stirpes securibus truncentur, & in ignem mittantur; verùm adveniente CHRISTO, exultabunt ligna sylvarum, quia ut ait Theodoretus, ex eis, fuit lignum, cui Christus suffixus est. Quodsi libet, non de arboribus, sed de hominibus interpretari Psalmum, planè ligna sylvarum exultant præ lignis paradisi, quia nimirum, spretis opulentis, pauperibus nasci parentibus elegit Dominus. Non ex omni ligno frondoso Deus, verum ex virga Virgine & flore nudata opûm, inopiæq; vestita cortice. Demum si de secundo Adventu Domini, Prophetam loqui credimus; quis futurum non videt, ut ligna sylvarum exultent, quando piscatores sedebunt laturi sententiam contra opulentos: quando Crux, non sceptrum emicabit in Cœlo. Argutè satis hic Orator complexus est, quomodo semper, sed præsertim, post natum Christum, ligna sylvarum, agrestes, scl: viles, abiecti apud sæculum homines, in oculis & conspectu DEI, teneant principatum:

Basil: Seleuc:

Deus ad internum non ad externũ attendit splendorẽ.

Pauperes ligna sylvarum exultantia Christo.

Oliua.

Probatur Historicè.

Quid vilius, quid abiectius mancipio, & præterea nondum fideli? cuius parvulus JESUS, adeo obtutibus delectabatur; ut illud ad cunas invitaret. *Stengiel: de iudiciis apud Engiel: Pantheon in Natt: Domini* rem sic enarrat. Anno 1641. Turcicum mancipium Neapoli, curiositate populi allectum, cum reliqua turba ædem sacram subiit, in qua, natalibus Christi festis, rarissimi Artificii elegantiæq; præsepe visebatur: hic à longe stans, oculos ignotâ pietate pascebat, & ecce, procul consistente Turcâ, effictus cereus Infans, cæpit è præsepio eum respicere, protensâ manu annuere, & ad se vocare, quin vocem claram addidit, cunctis qui aderant, stupore defixis: stupens & attonitum mancipium accedit propiùs. Fuer ille elementa fidei eundem docuit, monuitq; ut baptisma quantocius reciperet: fore enim brevi, ut secum in cælis esset. Imò ipsa hodierni Evangelii satis clarè propositum nostrum, illustrat historia. Non priùs ad cunas Infantis invitantur cum auro Reges coronati; quàm cum vili munusculo pastores plebei & ignobiles, ut primi adorarent infantilia membra: per quod DEUS declaravit, singularem suam in devotos pauperes, inclinationem. *Non sapientes* (inquit Alvarez:) *huius mundi superbos, non divites avaros, non nobiles otiosos, & in lectu eburneis stertentes, sed pastores humiles, pauperes, proprium munus obeuntes.* Non minùs pulchrè annotavit super hanc historiam Euangelicam Mellifluus, dum ait: *Non consolatur Christi Infantia garrulos, non*

446.

Miraculosè conversum Turcicum mancipium, ad cunas IESU.

Alvar:

Bern:

consolatur cachinantes: non consolantur panni Christi, ambitiosè ambulantes in stolis: non consolatur præsepe & stabulum, amantes primas Cathedras, sed aquanimiter universam hanc consolationem, expectantibus in silentio Dominum, lugentibus, pannosis, pauperibus cedere videtur. Ergo deponite cristas divites: divitiæ vestræ in oculis parvuli JESU computruerunt: honores, & vani tituli, ac purpura cum sceptris, viluêre ad eius conspectum, *Oculi eius in pauperem respiciunt.* En quanto bono pauperes mundo! qui interdum a paupere avertit oculum, ne miseriam eius videat, eiq: compatiatur: nunc iam dum salutandus est Infans DEUS, de sua nuditate mundus erubescens, illam prædivite pauperum nuditate contegit, & abscondit, dum primis obtutibus eius, abiectos fistit pastores, gratissimum nihilominùs oculorum eius spectaculum.

Divitum superborum exhortatio in Natali Christi.

PARS II.

SS DEIPARA Miraculum pulchritudinis.

447. IN Historia Barlaam legimus, quantis conatibus Rex quidam Indiarum, tenerrimum nactus filium, Iosaphat nomine, studuerit coram oculis nati quantum possibile erat, omne miseriarum huius mundi genus occultare, eum proinde solitario in loco, amæno tamen & delicioso, curavit educari: nullus pauper, cæcus, vel claudus, vel quacunq, infirmitate deformis, compareret: undiq; stipabatur florenti iuvenum coronâ: cuncta quæ sensus delectarent, submini strabantur; unius tamen, vel semel conspectus decrepiti senis, prodidit fucum: statim etenim se quoq; ad similem miseriam natum, acer iuvenis subodoratus est, & cogitavit meliora. O feliciores longè neonati Infantis Divini oculos, quis non dixerit! qui primos obtutus suos a nobilissimo obiecto, scl: Beatissima Virgine, auspicantur, quæ est compendium, imo *MIRACULUM pulchritudinis*, fucumque imo fæcem obtegit universi, suâ elegantiâ. Sic etenim in suis meditationibus alloquitur recens natum Christum devotus Alvarez. medit: 2. *Quid primùm feci sti (ô IESU) cùm istum communem æ̀rem & lucem, corporali tuâ præsentiâ nobilitare inchoasti? Ego quidem puto, in illam Virginem Puerperam, oculos conieciisse.* Cuius pulchritudinem cum Sol & Luna mirantur, & nos quoq; eam intueamur diligentiùs.

Regis cura, ut filius ignoraret, miseriam dari in mundo.

CHRistus natus, primò Matrem intuitus.

Probatur Scripturaliter.

448. Non vili notatu, sed maturâ ponderatione dignum, quòd dum æternus Sponsus Sponsæ suæ MARIÆ deprædicaret pulchritudinem, ter geminaverit, & inclamaverit Pulchram Cant: Cant: 1. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es:* & iterum Cant: 7. *Quàm pulchra es & quàm decora charissima.* Absolutam, consumatamq; alicuius rei perfectionem cùm explicare volumus, aut aliquid felix & consumatum usq; ad miraculum, fieri expectamus, aut factum gratulamur, terni numero, eiusque additione utimur, cuius subsidio immutabilem quoq; alicuius perfectionis statum explicamus, ut cùm dicimus, Ter fortunatus, ter invictus, ter felix, ter augustus &c: id est semper invictissimus, fortunatissimus, semper felicissimus, semper augustissimus. Ita terni numeri vocabulum rebus additum, absolutum perfectionis gradum enuntiat. Quin & summum Deum, etiam non attendendo ad explicitam Trium in Vnitate Personarum notitiam, ter Optimum, ter Maximum dicimus, ut additione terni numeri, sempiternam & incommutabilem illius increatam Bonitatem, indeficientem significemus, & ter Maximi nomine, infinitam eius Maiestatem, cuius magnitudo nullo creati intellectûs ambitu comprehendi potest, enuntiemus. Vnde non otiosè quoq; Marianæ pulchritudini, numerum ternarium affigimus, Ter pulchram appellando cum Sponso, hoc enim addito terni numeri supplemento, consumatissimam & absolutissimam eius pulchritudinem declaramus. Eam proinde Gregorius Nicomedien: excellentissimo huiusmodi veneratur elogio. *O pulcherrima pulchritudo pulchritudinum, Dei Genitrix, pulchrorum omnium ornamentum.* Cætera interea transeo, sed unum, ex circumstantia hodierni eius Puerperii, considerare expedit, quod est eximiæ, & usq; ad MIRACULUM pulchritudinis eius argumentum, commune enim aliarum

Ter repetitum numen, laudis argumentum suprema.

DEO T. O. M. addimus voces.

MARIA ter pulchra.

Greg: Nicom.

Matrum

Matrum parturientium est, nedum integritatis detrimentum, sed pulchritudinis innatæ diminutio: pallescunt utiq; nauseant, emaciantur, languent & gemunt parturiendo, & quod erat voluptatis in conceptu illicium, nimirum pulchritudo, solvitur in partu, iuxta æquissimi Judicis condemnationem. *In dolore paries.* Gen: 3. Hoc secùs contigit in MARIA, cuius, sicut conceptus, ita nec partus, vel minimo violavit Virginitatem. Mater fit, sed intacta, ut ei occinit Regius vates, Casimirus: *Mater facta, sed intacta, genuisti Filium.* Prodit ex Sacratissimis visceribus eius Divinissimus fœtus tanquam radius a Sole, flos e vite, sine dispendio Virginitatis, qui pulchritudinis eius etiam in vultu, non imprimit notas vel rugas: tota florida & ardens ignibus charitatis, in quibus Deum concepit, in iisdem & parit. Cælestis hic fœtus (ut ait Ecclesia) *integritatem non minuit Matri, sed sacravit:* pulchritudinem eius novis decoramentis exornando. Mirus etenim ex vultu Virginis emicabat splendor pulchritudinis, dum Deum in utero portaret, quantò magis, dum ipsum pareret lumen. Hinc est, quòd plures Doctores accuratiùs examinando illud: *Voluit occultè dimittere illam,* alias, fugam præcogitatam S. JOSEPHI Sponsi MARIÆ, causam ipsius assignent, excessivum quoddam iubar luminis, quod radiabat ex vultu Matris DEI, oculos eius perstringens. De quo sic Richardus Laur: *Ex quo Ioseph cognovit & credidit concepisse MARIAM de Spiritu S. in tanta eam habuit reverentia, quòd nunquam auderet contemplari faciem eius.* Addit Dionys: Carthus: inquiens. *Interior illa ac Divina sinceritas luminosa, evidentiùs in facie eius apparebat, atq; ut quidam etiam Magni Doctores opinantur, visibiliter radiabat.* Quod S. Vinc: Ferrar: eximiè, similitudine cuiusdam crystallinæ declaravit laternæ. Sic etenim Ser: in Vig: Natt ait: *Probatur per experientiam de laterna crystalli, quæ de se est pulchra, & clara, sed si intùs mittatur lucerna accensa, pulchrior erit & clarior. Idem de Virgine MARIA cogitate, Corpus eius pulchrum est, & mundum ad instar laternæ, sed lucerna totum irradians mundum, est Filius DEI. Nihil mirum ergo, si virgo erat clarior & pulchrior in tantùm, quod dixit textus, quòd Ioseph non cognoscebat eam, ex illo radiis splendoris, quia lux æterna erat in ea.* Liceat his Sacratissimi Viri cogitatibus, aliquid de nostro addere, ex occasione adductæ similitudinis. Si absconditum in utero lumen, tantum adaugebat decus, Virginis pulchritudini; quantò magis dum extra lucernam, scil: ex utero prodiret, incrementabat pulchritudinem parturientis. Sed MIRACULUM hoc pulchritudinis, ampliùs eluceseat in Figura.

Gen:

Casim:

MARIA in partu floret vultu & pulchritudinis elegantiâ.

MARIÆ fata Deo, vultus radiabat: & ideo S. Ioseph fugam cogitavit.

Rich:

Vincen: Ferrar:

Crystallina laterna similitudine, Virginis pulchritudo declaratur.

Probatur Figuraliter.

Et quidem MIRACULUM istud in alio suspiciamus miraculo, quod spectasse se testatur vates Apocalypticus. *Signum magnum apparuit in Cœlo, Mulier amicta Sole.* Græcus legit: *MIRACULUM magnum apparuit in Cœlo,* Et quidem in Scriptura, signum, sæpè idem est, quod miraculum, iuxta illud Act. 5. *Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe.* Visitatissimum est apud AA. hunc textum usurpari pro MARIA, præsertim parturiente: cruciabatur illa ut pareret, non quidem Christum, nam fœtus iste gaudii fuit Matri, expersq; omnis doloris parturitio; sed respectivè ad alios filios, quos Mater effecta CHRISTI MARIA, iam tunc pariebat partu illo, de quo aiebat Paulus ad Gal: 4. *Filioli mei, quos parturio, donec formetur in vobis CHRISTus.* Itaque MARIA, dicitur Signum magnum, & miraculum grande, non solùm, quia innumera perpetravit MIRACULA; sed etiam ipsa admirabile extitit miraculum, & præcipuè ratione fœtûs & partûs sui: *Nonne enim stupendum est* (ait Joannes Sylvei: hic) *Filiam esse hominis, & simul esse Matrem Dei? Creaturam, & sui Creatoris Genitricem? aluisse cum suo lacte eum, qui alit in terris omnia animantia, & in cælo Angelos? quem cæli capere non poterant, suo gremio contulisse? genuisse suum Geniterem.* Ex quo est, quòd cùm B. Virgo in suo cantico sermonem de se instituit; ad DEI Omnipotentis operationes, scil: ad miracula, ipsum dirigit, inquiens: Luc: 1. *Quia fecit mihi magna, qui potens est.* cùm vero de nobis loquitur; ad misericordiam DEI recurrit: *Et misericordia eius a progenie in progenies.* Et cur? quia (ut ait idem) opera, quæ in nobis exercuit DEUS, ex summa misericordia processêre, ut nos a nostra miseria sub-

449.

Apoc:

MARIÆ parturientis typus in Muliere Apocalyptica.

MARIA Christum pariens nos quoq; pariebat, quomodo?

Miraculi Hominem esse & simul parare Deum.

tia ſublevaret. At quæ in Virgine facta ſunt, a manu Omnipotentis DEI veniunt, ita quòd fuerint ſummum & Cypr: prodigioſum DEI opus, ut ait D. Cyprianus. *Cumulus omnium MIRACULORUM, quæ unquam omnipotentia edidit, aut in omnem æternitatem edet: maximumq; Auguſtiſſimum, & ſacratiſſimum prodigium eſt MARIA.* Addidit circumſtantiam prodigii inſignis ornatus parturientis. *Mulier amicta Sole, & in Capite eius Corona Stellarum duodecim.* Dixi ſuperiori immediato diſcurſu, Sole deſignari Maternitatem, Stellis virtutum pulchritudinem: idē hìc iterum repetendum cenſeo, ut demonſtrem Beatiſſimam Virginem, nedum MIRACULUM fuiſſe grāde, quia Deum genuit, quaſi ob ſolam Maternitatem ſuam; ſed præterea, quia antequam concepiſſet, peperiſſetq; Vnigenitum DEI Filium; iam in ipſa emicabat omnis ſanctitatis prodigium, & grande omnigenæ virtutis MIRACULUM, per quod ipſum, ut DEI Mater idonea eſſet, aptabatur. Sic etenim eam alloquitur, S. Aug: S. Aug: 83. de Aſſumpt: *Tu (inquit) meruiſti eſſe Mater Redemptoris, & Iudicis.* De hoc ſatìs graviter S. Gregor: M. ad lib: 1. Greg: Reg: 12. auxilium præſtat Virgineo ſublimi merito, his verbis. *Incomparabilibus illuſtrata meritis, DEI Vnigenito, in quo recumberet, ſacrum præparavit uterum.* Damia: Favet & Pet. Damiani S. 1. de Aſſu: *Singularis* (inquit) *eius ſanctitas, & gratia hoc promeruit, quòd ſuſceptione DEI ſingulariter iudicata eſt digna.* Pulchrum eſt & Hugo. illud Hugonis de S. Victore in Cant: *Nec alia talem decebat, nec alius talis inveniri poterat: O digna digni! formoſa pulchri! munda incorrupti! excelſa Altiſſimi Mater DEI!* Cauſam autem MIRACULI in excellentia & pulchritudine gratiarum & virtutum, veluti a priori redBern: dit S. Bernardinus Sen: tom: 1. ſer: Sen: 61. c. 12. *Quod* (inquit) *fœmina conciperet & pareret Deum, fuit MIRACULUM MIRACULORUM: oportuit enim, ut ſic dicam, fœminam elevari ad quandam æqualitatem Divinam, per quandam quaſi infinitatem perfectionum & gratiarum, quam æqualitatem creatura nunquam experta eſt.*

MARIA Miraculorum cumulus.

MARIA adhuc ante cōceptum Filii, miraculum perfectionis.

Probatur Doctoraliter.

450. En quanto conſenſu concurrunt Patres pro titulo principali MIRACULI MARIÆ, audiamus. In primis diſci-

A pulus Apoſtolorum S. Ignatius M. ep. Ignat: ad Joan: Apoſt: non ſolùm eam appellat MIRACULUM, ſed etiam prodigium & ſpectaculum, dum ait: *Sicut nobis a fide digni narratum, in MARIA Matre IESU, humana natura Angelicæ ſanctitati copulatur, & hæc talia excitarunt viſcera noſtra, & cogunt valde deſiderare aſpectum eius, ſi fas eſt fieri participem cæleſtis MIRACULI, & Sacratiſſimi ſpectaculi.* D. Epiph: Epiphan: l. 3. adv: Hæret: *MARIA, eſt MIRACULUM, cuius excellentia ad ſtuporē perducit hominum mentem.* S. Ephrem: Ephr: Ser: de laud. V. *MIRACULUM præſtantiſſimum Vniverſæ terræ.* S. Joannes Damaſc: Damaſ: Orat: de Nat: B. V. *MARIA, eſt* B *MIRACULUM MIRACULORUM.* D. Bernard: Bern: Sen: tom: 3. Ser: 11. art. 2. *O ſtupendum MIRACULUM, & inaudita altitudinis faſtigium! ut à muliere Filius DEI, quodammodò recognoſcere videretur ſuum eſſe humanum.* Dionyſ: Carthus. Carthus: *MIRACULUM grande, quod fontem totius ſupernaturalis ac naturalis Sapientiæ ac ſcientiæ, Sapientiam increatam, Filium Patris æterni, eſſentialiter & incircumſcribiliter Sapientem, concepit & peperit, mente, & corpore tulit.* Tandem iterum, ut dicta a nobis Pagrapho præcedenti confirmet, ait ita: *MARIA prodigium eſt ſtupendum, quod Ioannes Apoc: in Cœlo vidiſſe ſcribit, dicens:* C *ſignum Magnum apparuit in Cœlo: Mulier Amicta Sole.*

Probatur Miraculoſè.

Novum fortè, & peregrinum quid videbitur, MIRACULIS MIRACULA comprobare: ſed in MARIA, quæ nova & vetera ſervavit Dilecto ſuo, non inconveniens. Petrus Courcier (ap: Sylv. in Apoc: 12. n. 129.) ut liquidiùs demonſtraret, quanti prodigii ſit MIRACULUM Virgo Beatiſſ: in lib: cui titulus *Negotium ſæculorum*, enumerat 20. millia MIRACULORUM: nam ſi omnia ſcriberentur, dici poſſet illud, D quod ait Joannes de CHRISTI operibus c. 21. *Quæ ſi omnia ſcriberentur, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.* Cùm etenim MARIA, magìs ſit grata DEO, quàm omnes Sancti ſimul ſumpti, inde eſt, quòd plura dona, pluresq; gratias & miracula propter eam ſolam DEUS operetur, quàm propter omnes Sanctos. Cæterùm ad ſingularia deſcendendo, quoad propoſitum thema, quòd

451. *MARIÆ Miraculorum* 20000. *quidam deſcripſit.*

DEUS propter MARIam plura patrat miracula, quàm

MARIA

propter omnes Sanctos.

MARIA sit MIRACULUM pulchritudinis utriusque, nimirum in anima & in corpore, ex Pexenfelder: Allocut: 143. appositè satis hæc describo. Juveni cuidam, antiquæ & columbinæ simplicitatis ac Deiparæ studiosissimo, adfuit semel missus a Virgine Angelus, & indicavit, ipsam, cuius a multo tempore videndæ tenebatur desiderio, repetitis quidem toties precibus, annuere velle, seq; illi spectabilem adfuturam; verùm indignum esse, eisdem oculis, quibus Matrem DEI vidisset, videre deinde hæc infima, & post tam sublime spectaculum, eodem aspectu dignari: Quare aut oculorum usu deinceps privari deligeret, aut à votis suis desisteret. Quid multa? Juvenis non deliberandum ratus, unum hoc oculorum delicium, quovis impendio se redempturum affirmat. Jam aderat hora, quâ pulcherrima Virgo se intuendam sisteret: eo spectaculo offusis repentè tenebris, alterius oculi iacturam accepit, alterum enim clauserat, ne simul utroq; orbaretur. Sed aspectæ Virginis formâ adeo fuit captus; ut statim pœnitentia subiret animum, quòd non alterum quoq; oculum, illis cæli deliciis impendisset. Accusare igitur temeritatem suam, & novo fervore Virginis clementiam solicitare cæpit, ut dignaretur iterum cõspectui se objicere superstiti oculo, libenter damnum passurus, modo scenæ prioris voluptas sibi redderetur. Auditæ sunt preces: Rediit Virgo adhuc se ipsa formosior, illustriorq; admirandâ specie refulsit, dum ex pacto durare illa visio debebat: sed non sustinuit Virgo, ut cùm beneficio, Alumnum suum cæcitate mulctaret: clarissimâ luce, non modò non retusus est superstes oculus; sed alteri quoq; iam ante extincto, lumen suum vitale, postliminio redditum.

Adolescẽs perdit oculos ad conspectũ Mariæ, & iterum recipit.

Probatur Historice.

452. Etiam a Pòética supellectili, liceat dictorum emendicare subsidia. *Natalis Comes Hythologiarum.* c. 6. refert Pandoram, iussu Deorum Patris formatam ita; ut quidquid in aliis Diis præclarioris haberetur, totum comportaretur in unam: atq; sic prodiit opus tantæ pulchritudinis; ut nedum homines, sed etiam Deos ipsos, in stupo-

Pandora quid antiquu.

A rem & admirationem raperet. Terris deinde data, vas quoddam omnibus malis plenum detulit, ex quo pestibus, id est variis criminibus totum mundum funestavit. Certè D. Thomas Villanus c. 2. de Annunc: Cælestem hanc Pandoram, appellat MARIAM, dum inquit. *In Pòëtarum fabulu legimus, Pandoram quandam, mirâ sui pulchritudine, etiam suis factoribus stupori fuisse. Hæc nostra Pandora, DEO suo stupori, sed & Amori fuit. Placuit Virginitate, placuit puritate, placuit humilitate, placuit deniq; omnigenâ morum virtute.* Hæc cælestis Pandora, ut notat S. Gregor: Thaum: ser: 1. de Annunt: *Non solùm admirationem parit, quoad Corporis Sanctissimam pulchritudinem; sed & quoad virtutes animæ ipsius.* Et quare dicit Doctor, Sanctissimam in corpore pulchritudinem? quia scl: ex internæ sanctitatis promanabat excellentia: fuit enim vas electum, omnis creatæ sanctitatis plenum: atq; sic sanctitas illa, etiam in ipsum redundabat vas, ut sanctissima eius pulchritudo diceretur, ut si ad intima eius non possit corporis oculus penetrare, in pulchritudinis corporeæ colligat ornamenta sanctitatis, & formam virtutis. Et quod D. Hieron: scripsit de vultu CHRISTI in c. 9. Matt: *Certè fulgor ipse, & maiestas Divinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu: Si enim in magnete lapide & succino, hæc esse vis dicitur, ut annulos, & stipulas & festucas sibi copulent; quanto magis Dominus omnium Creaturarum, ad se trahere poterat, quos vocabat;* hoc idem, cæteris paribus, & respectivè ad sanctitatem internam, de MARIA censet intelligendum cum pluribus Dion: Carth: l. 2. de laudibus Virg: c. 36. dum sic ait: *Interior illa Virginis sanctitas & puritas, in eius facie visibiliter radiabat, tantaq; fuit, ut opus fuerit huiusmodi radiationem divinitùs temperari, quo posset cum hominibus conversari.*

Th: Vil: *MARIA Pandora cur?*

Greg:

MARIÆ interna sanctitas derivabatur in corpus in quo emicabat.

Dion:

Epilogus.

HOc ergo MIRACULUM grande, gratissimumq; omnis pulchritudinis spectaculum, Tibi amantissime Pusio, tuisq; primis obtutibus, præsentat mundus, in se satis miser & egenus. *O felicem* (ait Alvarez) *humanam naturam, quæ talem veluti primam ostensionem*

453.

Alvar:

onem sui, huic cœlesti obtulisti mercatori. Aiebant olim mutuò adinvicem, visâ Judithæ pulchritudine, Assyrii. *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras habent Mulieres, ut non pro his contra eos pugnare debeamus.* Judith: 10. Quid simile, sed plusquam castissimo modo cogitare liceat de Filio DEI Infante: hic etenim pro intuenda sola Virgine, si cætera secundaria motiva adventûs Christi spectes, venisse censetur, eximiâ eius pulchritudine allectus, luctatur ideo cum elementis, rigidam brumam subit, flantibus objicitur Boreis, & ad quæq; dura subeunda paratus est, modò tantùm, pulchritudinem naturæ & gratiæ, prodigiosum spectaculum, Matrem suam intueatur. Vnde sic sub CHRISTI Persona S. Ambros: in Act: 1. alloquitur MARIAM. *Te unam contemplans, tantum perfectionum cumulum, tantam gratiæ ac reliquorum cœlestium donorum abyssum intueor; ut Tu sola sis mihi pro omnibus, Teq; solâ dives, ut parùm absit, ut reliquas omnes pro derelictu habeam.* Fruere igitur amantissime Pusio concupitis tantæ pulchritudinis obtutibus: averte oculos tuos a miserabilis mundi miseriis, ne videant vanitatem eius, nisi fortè velis misereri fatuitati non ipsius sibi licet miserenti, ut avertas ab eo vanitatem. Tibi verò ô MIRACULUM MIRACULORUM MARIA, quæ dum hodie ipsum MIRACULUM, nam Deum omnis MIRACULI Authorem, gignis intemerata Virgo! Nos humillimi Clientes festivè aggratulamur, precamurq; impetra nobis gratiam apud eum, ut ille in nostris nascatur cordibus, & tandē Gloriæ Cælestis nos participes efficiat.

A M E N.

Judith: Ambr: Votum Authoris.

MONILE pretiosissimum.

SS. DEIPARA.

Pro Festo S. Mariæ de Portiuncula.

Beatus Venter, qui Te portavit, & vbera quæ suxisti. Luc: 11.

454 EXiguâ licet, humili pauperq; in Portiuncula, nam de Portiuncula, sat diminutivè appellatâ; prænobilis tamen instituitur scena, apparatusq; instruitur superbus, ad quem comparet etiam Glorioſsima Regina Cœli, & Spōsa Agni Cœlestis, B. V. MARIA: & quidem non viliter, quia pretiosis exornata MONILIBUS. A A. Nec aliud confiteri videtur Ecclesia Christi, in hodiernæ solemnitatis Evangelio, dum pendulum ab ubere dulcissimæ Matris JESUM suspiciens, Maternitatem eius deprædicare videtur, illis pientissimæ olim Mulieris verbis. *& Beata Vbera, quæ suxisti.* Pendulus etenim ab Vbere vel collo Matris JESUS, quid aliud, nisi pretiosum Matris suæ MONILE est, & ornamentum. Quod ipsum Spiritus Sanctus profiteri videtur Cant. 1. sub similitudine Sponsæ Salomonis, colli eius ornamenta explicando, de Beatissima Virgine, dum ita ait: *Collum tuum sicut Monilia.* Quorum verborum sensum perpendens Mich: Gischlerus ait: *CHRISTUS pendens ex collo MARIÆ, pretiosum* (ipsi) *extitit monile.* Nec ego diffiteor, quòd nobilissima, ac principalis hæc Sponsa JESU, MARIA, nedum insigni suâ & Angelicâ formâ, cæterisq; pretiosissimis virtutū decoramentis emicet plurimùm; sed præterea, & quidem specialiter, huius pretiosi Monilis sui, penduli ab ubere, aut collo, (Filium eius intelligo) effulget eximiè: quidquid etenim decoris, quidquid excellentiæ, quibus illa superat omnem creaturam sive in terra, sive in cælis, habet MARIA; totum pendet & originatur, ceu à fonte, à Filio,

MARIÆ Monile in pectore, pendens ab Vbere JESUS.

Cant: Gischl:

MARIÆ privilegia omnia fluunt ex maternitate Dei.

à Filio, seu a Maternitate MARIÆ. Nihilominùs, quoniam in hodierna Portiunculæ festivitate, & in solemni actu hospitantium ad Portiunculam, nimirum Salvatore nostro JESU, cum Matre sua MARIA, inducitur ille, non in Persona parvuli penduli a Collo vel ubere Matris, sed in Persona sedentis in Throno; alia sit nobis cura in investigando MONILI, quod hodie in pectore Sponsæ MARIÆ, dum ad Portiunculam hospitatur, effulsisse creditur, & hoc ipsum erit MONILE *duplicatæ seu confirmatæ misericordiæ.* Universa quidem donorum, gratiarum, seu prærogativarum specimina, quæ a primo instanti Immaculatæ Conceptionis suæ, participavit a DEO MARIA, pretiosa merentur dici MONILIA, nam cuncta in excellenti gradu; omnes iterum beneficentiæ, & gratiæ, quæ ex thesauris Bonitatis Divinæ, ope interceſſionum MARIÆ in nos derivantur, iustè non minùs, Divinæ bonitatis MONILIA esse censentur; nihilominùs, cæteris paribus, hodiernæ Indulgentiæ Privilegium, (ubi homini cuilibet pœnitenti & confesso, qui Ecclesiam illam devotè visitaverit, sine ullis aliis præstandis operibus, scil: Jejuniis, eleemosynis, quoad Culpam & pœnam remissio peccatorum conceditur,) iure meritò Privilegium hoc, ob excellentiam sui exigit, MONILE duplicatæ seu confirmatæ misericordiæ appellari. Et quoniam ex inexhaustis thesauris misericordiæ DEI, hoc speciale munus accepit MARIA, expostulata a Seraphico meo Patre; iustè proindè hodie, hæc Sponsa Cœlestis, tanquam pretiosissimo gloriatur MONILI, nimirum Portiunculæ Indulgentiâ. Quod ipsum ampliori pertractaturus sermone, primò audebo sacratiori temeritate thesauros misericordiæ DEI perscrutari, nonnulla misericordiæ DEI, & varia observando MONILIA: Brevi rythmo interim applaudamus MARIÆ.

MARIÆ Monile, misericordia.

Portiunculæ Indulgentia, singulare Mariana misericordia Monile quare?

O MONILE Pietatis,
Nobile Clenodium!
Iustificans a peccatis,
DEI pellis odium.

A

PARS I.

Variæ Misericordiæ DEI, in peccatores.

B

THesaurum infinitum, esse DEUM, nemo est, qui ambigat: tot enim thesauros alios recondidit in se; quot numerat attributa: non alio etenim nomine ausus est Apostolus, attributum solius Sapientiæ eius venerati, nisi thesauri, dum ait: Rom. 11. *O altitudo Sapientiæ & scientiæ DEI.* Idem ex consequenti sentiendum est, de aliis Attributis eius, inter quæ tamen, divitiarum copia, specialiter Attributo misericordiæ DEI adscribitur, ex hoc etenim solo, divitias immensas DEUS habere dignoscitur, etiam teste eodem Apostolo. Rom: 2. *DEUS, dives in misericordia:* ubi simul misericordiam, DEI, thesaurum appellat dicens: *An divitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?* quorum verborum sensum sic explicuit Hugo: *Divitias dicit bonitatis, id est, thesaurum misericordiæ.* Duo tamen præcipua huius Cœlestis thesauri observo privilegia, antequam ad supremum deveniam: nimirum, quòd variorum MONILIUM, seu generum misericordiæ plenus habeatur, alterùm, quòd cuiq; etiam maximo peccatori, sit apertus.

C

455.

DEUS thesaurus thesaurorum.

Misericordiâ Dives Deus.

Hugo.

Probatur Scripturaliter.

D

Diversitatem, adeoq; magnitudinem misericordiarum DEI, quis enarrabit? aiebat, in liberalitate excellenti Spiritûs positus, Gasp. Druzbiccius Soc: JESU Polonus: ut si DEO placeret, in felici æternitate, pro accidentalis gloriæ cumulo indulgere; duos milliones annorum se destinaturum sibi, ad investigandos Divinæ Providentiæ modulos, quibus quemq; prædestinatum, ad finem deduxerit ultimum: hic etenim adeò diversus est unius ab altero; quemadmodum vultus vnius a cæteris omnibus differt. Hoc idem ego, (si optio similis daretur peccatrici animæ meæ) exoptarem, in perscrutandis illis modis acquirere privilegium, quibus DEUS indulget misericordiam suam, & ad pœnitentiæ deducit remedia: alios enim per adversa, alios per beneficia, alios quærentes, alios

456.

Druzbiccii singulare desiderium.

In eius vita.

tes, alios fugientes, aliis ipse occurrit, alios trahit, & quasi compellit adeo; ut penè cuiusvis peccatoris conversio, & misericordia DEI exhibita ipsi, quoad circumstantias diversa esse ab aliis cognoscatur. Non caret Mysterio, quòd Regius Vates, dum pœnitens de adulterio & similibus, deprecaretur DEUM pro misericordia; orabat sibi misereri Deum, non quacunq; sed ingenti, magnâque misericordiâ. *Miserere mei DEUS, secundùm magnam misericordiam tuam.* Torquet non modicum iste locus sacros Expositores: mihi primus occurrit Mellifluus Doctor (apud Blanc:) qui Doctor Sanctus scripsit integrum sermonem de triplici misericordia, ubi ait: *Sicut sunt peccata minima, sunt mediocria, sunt & magna. Magnus ergo peccator magnâ misericordiâ opus habet, ut ubi abundavit delictum; superabundet & gratia.* Hinc Sanctus Augustinus, Theodorus. Dydimus, Gregorius, dicunt implicitè moneri hic pœnitentes gravioribus involutos peccatis, uti sunt adulteri, homicidæ, quatenus ad hanc magnam obtinendam misericordiam, se per magnam quoq; disponant pœnitentiam: aliàs noverint, magnam se non obtenturos misericordiam. Inquit Theodoret: *Magna vulnera, magnis indigent remediis: & qui in gravem ac periculosum morbum incidit, majori opera curari debet: & qui maximis criminibus obnoxius est, maximâ indiget benignitate.* Vnde adultero, plura sunt decoquenda ieiunia, acriores carnis assumendæ mortificationes, frequentior & prolixior oratio, ut magni peccati magnam assequatur misericordiam. Vrbanus Papa IV. aliter id explicat, dum sic diversitatem misericordiarum DEI exponit. *Misericordia parva est, cùm Deus statim peccantem non punit, sed expectat ad pœnitentiam. Mediocris est, cùm quis respondet huic expectationi. Magna per quam deinceps cavet gravia peccata.* Cæterùm placet & illa explicatio, iuxta dimensiones misericordiæ DEI, quales olim adhibuit S. Paulus in dimetiendo Sapientiæ Divinæ attributo. Ephes. 3. 18. *Vt possitis* (inquit) *comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo. & sublimitas & profundum.* Has dimensiones invenire est pariter, in Misericordiæ DEI attributo. Imprimis Longitudo, quia ab æterno & usq; in æternum misericordia eius. Psal: 102. *Misericordia DEI ab æterno, & usq; in æternum, super timentes eum.* Latitudo quoq; eius immensa, nam extenditur a polo usq; ad polum, ab extremo terræ usq; ad aliud. *Misericordia Domini plena est terra.* S. Ambr: hoc pulchrè prosequitur. *Plena est terra misericordiâ, quia omnibus data est remissio peccatorum: Super omnes Sol oriri iubetur. Et hic quidem Sol quotidie oritur, Mysticus autem Sol ille iustitiæ, omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus est, & omnibus resurrexit.* Videat (inquit quidam) lascivus Magdalenam, blasphemus Petrum, Paulum persecutor, inobediens Jonam, Vsurarius Zachæum & Matthæum publicanos, fur pendentem in Cruce latronem, Davidem adulter & homicida. Tertiò sublimitas seu altitudo misericordiæ consistit in hoc, quia superexaltatur iustitiæ, ut dicitur Jacob 2. *Superexaltat misericordia, iudicium,* & Psal: 144. *Miseratio eius, super omnia opera eius.* Ac tandem profunditas misericordiæ, penetrat usq; ad inferos, nedum animas piacularibus flammis purgantes se, solando misericorditer, sed ipsos etiam damnatos æternaliter, mitiùs quàm meruerunt (ut dicunt Theologi) id est citra condignum, puniendo. Ecce quàm copiosi & immensi thesauri misericordiæ Dei? optandum sanè, ut ex illis quisque suum Monile teneat.

Misericordia Dei varia discrimina, seu gradus.

August: Theod: Dydim: Greg:

Pœnitentia magna, magnis debetur peccatis.

Vrba: P.

Misericordiæ parvæ, mediocris, magnæ gradus, explicātur.

Ephes:

Misericordiæ DEI Longitudo, sublimitas & profundū, explicatur.

Ambr:

Peccatorum ad pœnitentiam invitatio.

Psal:

Probatur Figuraliter.

457.

Ingens ergo felicitas nostra est, quòd nedum immensus habeatur thesaurus misericordiæ DEI; sed quòd simul cuiq; pateat, cuiq; explicet sua pretiosa monilia adeo; ut nullus sit tam perditus peccator, qui MONILE misericordiæ, seu gratiam remissionis paratam sibi in illo non inveniat. Id intelligere licet, per similitudinem, quâ usus est Deus apud Prophetam, a Matre diligente filium uteri sui, desumptâ. Ait autem Isa: 49, *Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur Filio uteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui.* Antequam hic locus Scripturæ fiat noster per applicationem, meritò reflexio facienda, quòd diligenti Matri fætum uteri sui, idem sit filius, ac monile: id ipsum patet ex responso illo Corneliæ Romanæ Senatorii ordinis, quæ dum requireretur ab aliis

Misericordiæ DEI thesaurus semper cuiq; patet.

Isai:

Corneliæ Rom: filii clenodia pretiosa.

aliis fœminis superbientibus ex pretioso ornatu, ut sua quoq; eis explicaret videnda clenodia, prospiciens è fenestra, cernendoq; duos filios suos redeuntes ex Scholis, eos indigitans protata est: *Hi* (inquit) *sunt monilia mea pretiosa, excellensq; ornatus.* Itaq; quemadmodum mundanæ, mundiq; muliebris peramantes domicellæ, nunquam obliviscì possunt pretiosi sui monilis, aliàs fasciæ pectoralis suæ, sed omni studio & curâ invigilant eiusdem conservationi, ut ait Propheta Jer: 2. *numquid obliviscetur Virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ*; ita similiter, & Mater quælibet, innatâ quâdam affectum inclinatione, filio suo, etiamsi perditissimis sit moribus, etiam quamvis latro, sic tamen compatitur, & omnem exerit suam solicitudinem, ut desperatum ab omnibus aliis, ipsa sola non desistat inducere ad meliorem frugem: Vnde est, quòd dum Dominus Deus in supra citato loco, misericordiam suam, quâ afficitur ad quosvis peccatores, similitudine Matris diligentis filium uteri sui, declarat: imo adhuc maiorem & excellentiorem habere se protestatur, nam addit: *Et si illa oblita fuerit, ego non obliviscar tui*; eo ipso demonstrat, quòd in inexhaustis thesauris misericordiæ eius, nullus tam sit enormis peccator, qui suum monile non reperiat, modò quærat, nimirum, si pœniteat. Quã illimitatissimam misericordiam DEI, respectivè ad quemlibet peccatorem, hisce verbis expressit S. Vincen: Ferar: *Si aliquis* (inquit) *interfecisset omnes Apostolos, & peccasset cum omnibus mulieribus, & crucifixisset Christum, si post, cum dolore cordis venisset ad Christum, & peteret veniam, statim indulgeret ei.* Imò ad majorem cumulum infinitæ suæ misericordiæ, addidit per Psalmistam DEUS, quòd ipse, cum his MONILIBUS bonitatis suæ, non modo occurrat, eaq; offerat; sed etiam renuentes & fugientes insequatur, & quodammodo, ut accipiant, cogat. *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non convertar, donec deficiant.* Speraſſes forsitan ex tam gravi comminatione, ultimum excidium peccatoribus intimari; sed perperam, cogitavit insignis Expositor Scripturæ Vega in Jud: c. 17. v. 10. qui ex hoc ipso rimatus est magnam peccatorum felicitatem: ait etenim *Quasi insequitur peccatores, & quodammodo fatigat cursu concitato, ut eos comprehendat vocationibus congruis, illustrationibus opportunis, ita disponens auxilia, ut non tam necessitate coactionis, quàm amore, cogi videantur ad accipiendum beneficium* DEI.

Vinc: Ferar:

Deus occurrit peccatoribus cum misericordia, imò insequitur.

Probatur Historice.

458. Eluxit huius excessivæ super peccatores misericordiæ speciale monile, id est privilegium, in quodam Gallo iuvene, de quo testatur Pater Barri, & Lobettius, ac ex ipsis Concion: Histor: 60. Histor: Hoc contigit Tolosæ, civitate Galliæ, celebri & perampla, Provinciæ Languedociæ capite. Adolescens non infimæ sortis, cùm incidisset in socios plùs æquo liberiores, ac propè atheos, ex frequenti eorum congressu ac sermonibus, non procul ipse quoq; ab atheismo abfuit: (hæc est, perditissimorum secta hominum, DEUM esse negantium.) Priùs tamen, quàm eò devolveretur amentiæ, ut negaret aliquod cœlo Numen inesse & mentem altiorem, quæ rebus humanis invigilaret; experiri voluit sensu, quod credere noluit fide. Adultâ ætate, socioq; iam ad vesperum inclinante, Tolosâ egreditur, & solus sine teste, sine arbitro, in campi planitie pileum deponit, chlamydem exuit, gladium stringit, nudatq; ferrum, quasi singulari certamine hostem petiturus, quem nec ille, nec ullus alius videbat. Horret animus cogitare, hæret lingua ne proferat, stupent comæ. DEUS DEUS est, qui sacrilego ore in pugnam vocatur. Age (inquit ille) si quod es, siue in inferis, siue in supremis Numen? erumpe in campum, te mihi fiste, mecum congredere, tum verò ego, te esse credam & fatebor lubens. Aut tolle me si potes, aut divinitatem tibi tolli a me patiaris. Hæc fuerunt vota impiæ, sacrilegæ, & insanæ linguæ. Dum nemo comparet, Juvenis cum furia, easdem indignabundus ingeminat blasphemias. Credidisses è cœlo fulminari ignes, terram sub pedibus dehiscere, & omnem creaturam armari contra sceleſtissimũ, pro suo Creatore. Ita quidem factum oportuit, si atrocitatem sceleris attendas, sed aliter, si misericordiæ DEI naturam consideres. Aperitur etenim illicò Cælum, & ex eo delabi visum

Adolescẽs Gallus dũ ipsi DEO *duellum indixit; miraculosè misericordiã eius consequitur.*

folium candentis papyri, pretiosum ex thesauris misericordiæ MONILE, sic dictum a monendo, monens, & invitans eundem ad pœnitentiam: nam dum præstolatur ex iam aperto cœlo venire desuper antagonistam; ecce in conspectum incurrit charta, miri candoris, quam ille avidè prensat manu, tollit, evolvit, legit, & ecce provocanti homini, pacem offert provocatus Deus: erant enim in ea charta, cælestibus typis, aureo charactere, Divina manu impressæ hæ voces. *Miserere mei DEUS.* Juvenis, ubi scripturam legit; illicò intimis præcordiis non tam moveri, quàm vrgeri se sensit, ad Deum agnoscendum, qui humana omnia sapienter disponit, qui iustis præmia, peccatoribus decernit pœnas: tandem totus cœpit a semetipso, totusq; in DEUM suum ferri: Cælestes illas literas, ori suo apponit, osculatur, genua ponit, in lachrymas funditur, dolenti animo, intimatum sibi cælitùs ingeminat *Miserere mei DEUS.* ac nocte in lacrymis dolorosis consumptâ, summo manè ad Collegium Societatis accurrit, rem totam Confessario explicat, peractâ totius vitæ exomologesi, longè alius esse cœpit. Ex cuius Historiæ contextu liquet, perditissimis quibusve peccatoribus, quibus iustè hic iuvenis accensendus venit, thesauros Magnæ misericordiæ DEI patere.

PARS II.

SS. DEIPARA Monile pretiosum, ratione Indulgentiæ de Portiuncula.

459. IAm spectare licuit, imò & perscrutari diversa thesaurorum misericordiæ DEI elenodia, admirandas videlicet conversiones peccatorum, in quibus insueta & magna effulsit misericordia DEI: si majora cupimus, etiam maximæ misericordiæ invenire pretiosius MONILE; illud in sinu & manibus MARIÆ, utpotè Reginæ totius misericordiæ inquirendum est, & hoc ipsum erit Indulgentia hodierna de Portiuncula, per quam peccator sine ulla satisfactionum obligatione, (quæ communiter apponi solet quibusvis aliis, etiam magni Jubilei indulgentiis) modò verè pœniteat, & confiteatur, visitando pauperis Francisci Ecclesiam, ab omni culpa & pœna liberatur.

Probatur Scripturaliter.

460. *Portiuncula Indulgentia maxima misericordia.*

Adest in suffragium asserti, Sacra Scriptura, quæ variis operibus misericordiæ DEI, singularia attribuit epitheta, quod accuratè observavit Seraphicus Doctor Bonavent: in Ps: 118. & cuiq; observanda consulit. *Nota* (inquit) *quòd misericordia legitur in Scriptura, magna, Ps. 50. legitur & speciosa, Eccli: 35. speciosa misericordia DEI in tempore tribulationis, quasi nubes pluviæ in tempore siccitatis: legitur & benigna Ps. 68. Quoniam benigna est misericordia eius.* Quæ epitheta misericordiæ DEI, taliter ille tanquam per gradus explicare intendit, ita, ut primus gradus misericordiæ DEI sit, & habeatur, *Magna* misericordia DEI, quando homo virtute Baptismi liberatur a peccato originali. Secundus gradus est *speciosæ* misericordiæ, dum ab omni fæditate personalis mortalis peccati, anima hominis per pœnitentiam emundatur, & in pulchritudine sua conservatur. Tertius tandem gradus est *benignæ* misericordiæ, quando nimirùm, benignissimus DEUS, peccatorem ab utroq; reatu, scl: culpæ & pœnæ, seu obligationis ad miserias, sive huius, sive alterius vitæ, immunem declarat. Verba Doctoris pono: *Quare* magna *misericordia? quia liberat a* magna *miseria culpæ originalis: quare* speciosa? *quia præservat à fœda miseria culpæ Actualis: quare* benigna? *quia separat a maligna miseria molestiæ temporalis.* Et hoc ipsum contingit in pura condonatione, seu aliàs in remissione peccati, quoad omnem pœnam. Cui *maximæ* misericordiæ, plurimùm quadrat, & penè idem esse videtur, illa specialis Misericordia DEI, quam appellavit David, *Confirmata*, seu *duplicata* misericordiæ. De qua singulariter censuit glorificandum DEUM, à cunctis nationibus, Ps: 116. *Laudate Dominũ omnes gentes, laudate eum omnes populi, quoniã confirmata est, super nos Misericordia eius.* Tunc autem Deus duplicare seu confirmare videtur misericordiam super peccatorem; quando pœnitenti de peccatis, nedum indulget culpam; sed etiam absolutissimè condonat temporalem

Misericordia DEI speciosa, magna, benigna qua explicatur.

S. Bern.

Misericordia maxima, remissio culpæ & pœnæ.

Psal:

Misericordia confirmata,

poralem pœnam. Et quoniam hoc cõtinetur in hodiernæ Indulgentiæ de Portiuncula Privilegio, ubi gratiosam utriusq; accipit peccator condonationem; rectè prædicta Epitheta benignæ, maximæ, confirmatæ Misericordiæ, eidem attribuuntur: nec aliud pretiosiùs in thesauris Misericordiæ DEI reperibile est clenodium, quod, quia ad solicitas, instante Seraphico Patre, Beatiss: Virginis preces, concessum scimus à Salvatore; iuremeritò MONILE MARIÆ illud appellamus. Pro quo suffragantur plura alia: nam iuxta Rich: Laurent: & Bern: Bust: s. 2. de Assimil: Ex tribus commendatur MONILE, nimirum, quòd ornet exteriora, celet interiora, uniat disiuncta, quàm autem appositè hæc serviant MARIÆ, videamus primùm, *Ornat exteriora.* Nam B Virgo huius indulgentiæ Privilegio, tanquam excellenti gloriatur exornari titulo. Gaudet etenim plurimùm illa appellari *Regina Misericordiæ:* propterea Dyonis: Areop: eodem titulo ipsam veneratus est, dicendo: *MARIA est Regina Misericordiæ, cui data est omnis misericordia.* Hic etenim titulus excedere videtur illum alium, dum nominatur *Mater Misericordiæ,* in hymno, Salue &c: & cur? Cogitate quæso Matrem diligentem, quamvis petulantem filium: dum C enim eam deprecatur placando; maternè utiq; illa culpam condonat petenti, tamen ferulam minatur, & quandoq; uno & altero verbere corrigit delinquentem: Cæterùm Imperatrix & Regina dum vult absolutæ suæ potestatis uti privilegio, utrumq; simul, tam culpam quàm pœnam dimittit, ut tantò sublimiùs clementia sua innotescat. Non dissimili proinde modo, Beatissima Virgo, omni licet tempore pœnitentibus, se Matrem Misericordiæ contestatur, dum veniam culpæ eis impetrat, vel alia ad pœnitendum conciliat auxilia, quamvis ferulam maternam non auferat, sed relinquat eam in manu Filii, scl: satisfactionis temporalis non urgendo condonationem; hodie nihilominùs in Indulgentiæ de Portiũcula promulgatione *Clementissimã Reginã misericordiæ* se exhibet, dum tam perfectè Justi Judicis Virgam mitigat, imò absolutè suis intercessionibus tollit, ut nunquam ampliùs peccata, quæ virtute huius indulgentiæ dimittuntur, maneant castiganda. Rectè proinde titulum *Reginæ Confirmatæ misericordiæ* hodie promeretur, & tanquam pretioso MONILI immensæ clementiæ in peccatores emicat, & exornatur. Ad huius sacræ indulgentiæ commendationem usurpare licebit illa Melliflui Doctoris de misericordia MARIÆ verba, scr: de aquæ ductu. *Magnificata est super cælos misericordia tua, ô MARIA! melior est misericordia tua, ô MARIA! super vitas a progenie in generationem: confirmata est super nos misericordia MARIÆ.* En iam primam MONILIS MARIÆ proprietatem, nimirum, quòd tanta misericordia exornet & commendet MARIAM.

Probatur Figuraliter.

Alterum, quod ex citatis Authoribus habet MONILE, est, ut celet vel muniat interiora, unde dicitur *Monile a muniendo:* & hoc ipsum quàm appositè adaptari possit hodiernæ Indulgentiæ de Portiuncula, mox constabit. Hinc primò quærendum est, quænam censeantur esse interiora seu viscera MARIÆ, quibus pro munimine, huius Indulgentiæ MONILE deserviat? Porrò in sacra Scriptura (quod diligenter observavit adnotavitq; Pintus in Spicilegio T. 1. c. 11.) Viscerum maternorum nomine veniunt Filii: quos ergo filios, viscera appellabimus MARIÆ? Dabit veniam benigna Mater, quòd præter Vnigenitum DEI Filium, præter adoptivos ex Justis filios, sinus eius Maternus, etiam peccatores com D plectetur. Hoc etenim titulo ap. S. Birgittæ revel: l. 4. c. 138. ab Angelo celebrata legitur. *MARIA est Mater omnium peccatorum, emendare se volentium.* Hæc itaq, viscera MARIÆ, nimirum peccatores, tanquam pretioso muniuntur MONILI, dum pœnitentes iam, hodiernæ Indulgentiæ perfruuntur Privilegio, tutanturq; etiam contra temporales pœnas, speciali immunitate. Huic fortè videntur alludere Figuraliter illa Sponsæ MONILIA, ex quorum pretiositate, collum ipsius, Sponsus suus eximiè deprædicasse auditur. Cant. 1. *Collum tuum, sicut monilia,* Hebræa legit: *cum monilibus.* Ex sensu D. Hieron: super illa verba. Isai: *Solve vincula colli tui, filia Sion:* Collum hoc designabat illos Ecclesiæ DEI Filios, qui excusso è cervicibus suis iugo, munda-

461.

Bern:

Monile a muniendo quasi a celando.

MARIÆ viscera, sunt peccatores.

Partiuncula, in Monilibus colli Spõsæ figuræ 14.

mundanarum vanitatum, tantò magis peccatorum, obedientiæ Legi DEI subdidêre colla sua. Quod idem applicabile omninò facilè existimo, etiam converſis per pœnitentiam peccatoribus, quorum enormitas criminum, a misericordia MARIÆ contegitur & celatur, dum eisdem perfecta remissio culpæ & pœnæ, precibus Beatiſſ: Matris conciliatur. Contingit utique, quòd mundiales fæmellæ, pustulas & similia vitia cutis suæ, aut colli, celent MONILIBUS: quærere eas aliquando putares ex pretioso clenodio ornamentum, re ipsâ autem, infirmitatem vitiumq; contegunt. Idipsum vel omninò simile, agere hodie videtur Beatiſſ: Virgo, cum collo mystico Ecclesiæ, videlicet, cum peccatoribus. Parùm etenim ducit, eos per absolutionis Sacramentalis beneficium, ad pristinæ pulchritudinis restitui venustatem; parùm quoq; reputat, iustificantis gratiæ de novo videre in illis promicantem fornam; sed præterea, ne in ipsis, obligationis ad temporalem pœnam appareant reſiduæ pustulæ, solicitè curat, ut eas celet, contegat, imo totaliter emundet, & abstergat: cùm etenim ipsa, sit suprema Præfecta thesaurorum misericordiæ DEI, ut scripsit de ea noster Jacob. de Vorag: Ser. 5. *MARIA, est thesauraria DEI, cui Pater commisit thesaurum suæ potentiæ, Filius thesaurum Sapientiæ suæ, & Spiritus S. thesaurum suæ misericordiæ*; proinde ad contegendas perfectè, & abstergendas maculas peccatorum, eorumq; obligationes, de absoluta super thesauros misericordiæ DEI, potestatis suæ plenitudine, insigne deprompsit MONILE, plenariam Portiunculæ Indulgentiam, remissionis scl: utriusque, sine omni alia ieiuniorum, aut eleemosynarum, (quod adjicere consuetum est Ecclesiæ, in cæteris indulgentiis ac Jubileis) obligatione, unicâ tantum adiunctâ, eaq; levissimâ conditione, nimirum visitationis Ecclesiæ illius, quæ dicitur de Portiuncula, estq; in Italia propè Assysium: quo etiam Privilegio gaudent & aliæ omnes per totum orbem Ecclesiæ FF. Minorum, ex Bulla Gregorii XV. 1622. Item Innoc: XI. 1687. ac tandem Innocentii XII. 1698.

Collum, peccatores exprimit.

Fæmellarum astus in monilibus.

MARIA thesauraria DEI.

A

B

C

D

Probatur Doctoraliter.

Hinc est, quòd plurimi SS. Doctorum, nedum ob impetratæ a CHRISTO Indulgentiæ privilegium; sed ob alias quoq; rationes, similesq; prærogativas, Beatiſſ: Virginem nomine pretiosi MONILIS, dignati fuerint: quod varii variè, in unam tamen laudem MARIÆ collimantes, explicarunt. D. Epiph: Ser: de laud: V. *MARIA est inexplicabile Paradisi monile.* S. Andreas Cret. orat: 1. de Dormit: *MARIA MONILE pretiosum Virginitatis.* Nicetas David: hom: de Nat: V. *Est MONILE Sanctissimi Spiritus.* S. Joan: Damascen: Orat: de Ass: 2. *MARIA est pretiosum MONILE, quod vitam suscipit.* Quod alii recentiores clariùs explicant. Richard: Laur: l. 5. de laud: V. sic ait: *MARIA MONILE, quia, si monilia fabricari solent ex auro, argento & gemmis; MARIA ex auro Cælestis sapientiæ, ex argento tinnulæ & perfectæ eloquentiæ, & ex gemmis totius operationis bonæ, fabricata a manu Artificis Cælestis, id est, operatione Spiritus Sancti, vel Sapientia DEI.* Vnde dicitur a Filio. Cant: 7. *Iunctura femorum tuorum sicut Monilia, quæ fabricata sunt manu Artificis.* Idem iterum. *MARIA dicitur MONILE a Monade, id est, ab unitate, quia morsu quodam stringit & unit utramq; capitis partem, & sic munit sinum mulieris, ne adulter mittat manum, habet enim monile tria officia, exteriora ornat, interiora celat, corruptores propulsat. Nam Beatiſſ: V. MARIA dexteram partem & sinistram tunicæ Domini inconsutilis, quæ designat Ecclesiam, unit, id est, Contemplativos & Activos, vel Iudæos & gentiles ad fidem conversos, ornatu virtutum suos venustat, eorum peccata, ne coram DEO appareant ad vindictam, pallio charitatis velat, corruptores animarum, id est Dæmones, ab eis exterret & elongat. MARIA est MONILE nos ornans suis exemplis, pectus nostrum muniens præsidiis suis, ne dæmones illuc intrare possint, divisos ac separatos a DEO coniungens, & unitas animas nostras signans, per quod Dæmones admonentur, ne eas tangant, cùm sint Sponsæ DEI.*

462.

Epiph:

Cret:

Nicet:

Damasc:

Rich:

Probatur Miraculosè.

Ex dictis immediatè Patrum sententiis constat, ad rationem MONILIS cui assimilatur Beatiſſ: V. MARIA, spectare & illud, ut nedum exornet, nedum contegat; sed ut quoq; disiuncta uniat: & hoc ipsum me trahit,

463.

ad aliud

ad aliud tertium Indulgentiæ de Portiuncula privilegium. Porrò animæ quæ inter flammas piaculares purgantur, singulariter, & plusquàm exprimi valet, acriter excruciantur pœnâ damni, & desiderio ingenti uniendi se DEO per amorem Beatificum: cæterùm ex superabundantia privilegii hodiernæ Indulgentiæ de Portiuncula, hæc adeo disiuncta, veluti pretioso conniuntur MONILI, dũ animæ virtute Indulgentiæ ad perfectam perducuntur unionem cum DEO, a pœnis illis clementissimè eliberatæ. Quod plurimis iisq; miraculosis constitit apparitionibus, & testimoniis defunctorum, partim deprecantium amicos suos pro huiusce modi Indulgentiæ sibi ipsis applicatione, partim gratias referentium, pro iam facta. De quibus consule Chronicon nostrum & priores tres discursus nostros pro eadem solemnitate. Vnum novissimum repetere liceat ex Apolog: pro Scoto *P. Basil: Rychlewicz Poloni, Ordinis Conven:* excerptum de vita, sanctimoniâ perspicuæ Monialis S. Claræ, dictæ Joanna Roderica in Hispaniis circa Annum 1650. mortua. Hæc cùm in festo Indulgentiæ de Portiuncula, ferventiùs exoraret Dominum, & specialiter fortè pro animabus purgatorii deprecaretur, in extasim rapta, vidit Seraphicum Patrem nostrum Franciscum, cum comite Vñbli, Joanne Duns Scoto, quem nos Doctorem subtilem appellamus, acerrimo Immac: Conceptionis Beatiss: Virginis propugnatore, qui propterea videbatur pretiosum quoddam in manibus vexillum tenere, in cuius una parte spectabatur Imago Crucifixi, ex altera, Imago Immac: Conceptionis MARIÆ, quos ambos descendentes in Purgatorium, etiam Sancta illa Virgo Monialis, comitata est, ubi vidit plurimas Animas e flammis illis liberari, propter interceſſionem Beatiss: Virginis, virtute huius Indulgentiæ de Portiuncula.

Miraculosa apparitio S. Francisci descendẽtis in Purgatorium. Festo Portiunculæ.

Probatur Historicè.

Valer: Pierius lib: 41. Hierogl: c. 2. 3. 4. & 5. profitetur, priscis olim Romanis in usu fuisse, quãdam speciem MONILIS, aliàs Bullam cum torque aureo, cordis effigie pendente itidem aureâ. Hâc primùm donabantur pueri etiam parvuli, aut adolescentes, vel ideo, ut admonerentur consilii in agendis semper maturi: vel in præmium, atq; testimonium alicuius singularis in ætate nondum matura dexteritatis, ut contigit in puero Papyrio, qui in servandis Senatus secretis consiliis, scivit eludere importunitatem scicitantis Matris: similiter in Tarquinii Prisci filio, qui quatuordecim Annos natus, hostem in acie cæcidit. Dabatur quoq; & Triumphatoribus simile huic MONILE, quod gestarent in triumpho, nedum ad honorem, sed præterea pro tutamine quodam contra hostium invidiam: includebantur enim propendenti bullæ, quædam amuleta seu remedia, quibus inesse vis quædam contra hominum invidiam, credebatur. Hinc a potiori, tandem ultimò crescit pretiosi MONILIS Mariani scl: Indulgentiæ de Portiuncula æstimatio. Dabatur illud Monile, ut dixi, pueris & parvulis, in testimonium latentis in pectore ingenuitatis: Donatur hoc MONILI cum toto suo Ordine, primùm parvulus ille Evangelicus, quia minimus, humillimus, abiectissimus in oculis suis Franciscus, cuius eximia sanctitas, honorata est non modicùm, tanti privilegii, ad eius enixas deprecationes, communicatione: vocatus enim ab Angelis ex loco orationis in sua cella, ductusq; ad proximam Ecclesiolam de Portiuncula, ad perauguſtum illud Senaculum CHRISTI, & MARIÆ, sedentium in Altari cum gloria Angelica, init humiliter, & supplex consilium pro salute peccatorum aggreditur, longè feliciori ausu, quàm ille Papyrius astu, suam Misericordiæ Matrem, non ad eludendum, sed ad deprecandum suum Filium pro peccatoribus, invitans: succesſit industria & conatus, atq; sic Bullâ aureâ pro remissione peccatorum, decoratur parvulus iste, simulq; contra hostium invidiam, sacri huius MONILIS, Christianus populus insigni hoc præmunitur privilegio. Vlulat enim de anno in annum Avernus, ringitur Sathanas, tot ex unguibus suis videns eripi sibi prædas, tot converti, & ad plenum iustificari peccatores, sub huius Sacræ Indulgentiæ beneficio.

Adolescẽs Papyrius Monili donatus pro dexteritate.

Monile triumphãtium, amuletum contra invidiam.

Portiuncula, monile datũ parvulo humili Francisco

Epilogus

Epilogus.

465. EX his ergo constat, quòd quamvis pluribus de causis, Beatiss: Virgo MARIA, dici possit pretiosum MONILE; specialiter nihilominùs, ob sacræ huius Indulgentiæ impetrationẽ, hodie appellandâ esse, *MONILE confirmatæ misericordiæ DEI.* Applaudamus ergo læti tantis oppignorati MONILIBUS. Donatrici nostræ MARIÆ: congratulemur Reginæ Misericordiæ, quæ ex thesauris misericordiæ DEI, in salutem generis humani, tam nobile deprompsit, & tam amplæ Indulgentiæ clenodium, idq; verbis Seraphici Bonaventuræ in Psalt. MARIÆ ps. 116. *Laudate Dominam nostram omnes gentes, glorificate eam omnes populi: quoniam confirmata est super nos gratia, & misericordia eius.* A M E N.

A

MVRVS inexpugnabilis fidelium.

Pro SS. Scapulari B.V. Mariæ

SS. DEIPARA.

Ego Murus & Vbera mea sicut turris. Cant: 8.

466. ADmirandam Sponsus ille Cælestis, Salvator noster, Sponsæ suæ, scl: Ecclesiæ delineando pulchritudinem, inexpugnabilis cuiusdam munitionis assumpsit similitudinem. A. A. Et quidem Salomon insignem contemplatus suæ Solymeæ Sponsæ apparatum, ac totius muliebris mundi varietatem, dum collum eius, tot coronis monilibusq; tumens, Turrim appellavit: *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis;* Turrim hanc statim notavit esse armatam, *mille Clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Addidit præterea ipsis uberibus & alias turres. *Vbera mea, sicut turres,* quod Spõsa ipsa de se fatetur. Tandem & propugnacula, *Ædificemus super illum propugnacula.* Vltimò tandem, (quod summa rei erat,) ipsamet Sponsa, diviniori penetrans considerans̃q, oculo, quòd pro more usitato aliarum Sponsarum, quæ ut testis est D. Hieron: clypeatis, seu in quibus Phrygiato opere, clypei depingebantur vestibus non minùs speciosè, quàm pretiosè undequaq; in circum, mirâ varietate, situq; plicarum, pretiosis lapidibus & auro, quasi solidè fuso, ac veluti vallo circumdaretur; se murum ideo appellavit, suæ aggratulando felicitati, de tanta Sponsi sui providentia. *Ego murus & Vbera mea turres:* Porrò ex mente Patrum effigiabatur hìc, veluti in Typo, Ecclesia Christi fidelium, in qua exornanda simulq; communienda, mirum elucet Sponsi sui ingenium & industria, per quam fit, quòd dum in fundamento infinitorum meritorum CHRISTI, Sanctorum animæ vario apparatu virtutum exornantur; ut eo ipso in altas turres, ad muniendam Ecclesiam DEI contra malignantes hostes exurgant, & sic in dies erigantur nova propugnacula. Atq; ita ex communi sensu Patrum, SS. Apostoli & alii Doctores, turres munitissimæ dicuntur, ex quibus non iam mille clypeos accipit Ecclesia Dei, sed tot, quot intaminatæ fidei, & morum, ab illis participat dogmata. Ait enim Apponius. *Securus ergo in his turribus Divinæ scientiæ, armis circumdatus consistit, qui in eorum fide immobilis permanet.* Nec desunt propugnacula defensionis, tot scl: millia Martyrum, Cõfessorum, & Virginum, qui succrescentes virtutum meritis, bella Domini intrepidè præliantur: sed præterea, ut Divinus iste Sponsus ad perfectæ munitionis Ideam efformasset suam Ecclesiam, oportuit omninò, muro inexpugnabili eam circumdasse: & hoc

Cant:

Clypeatæ vestes Sponsarum.

B

C

Vbera Sponsæ, Ecclesiæ typus.

Turres Ecclesiæ, Apostoli, Doctores &c:

quidem

quidem sapientissimè providit, dum dilectissimæ Matris suæ MARIÆ, munivit illam protectione, de quo ipsamet gloriatur dicens. *Ego murus & ubera mea turris &c:* Quæ dum ad Solymeæ Sponsæ normam, suæ Sacratissimæ Scapularianæ vestis, hodiernâ die explicat ornamenta; etsi semper, specialiter tamen in præsenti, MURUS inexpugnabilis cunctorum fidelium, dici promeretur, cuius sit antemurale, cultus ipse, & devotio Scapulariana. Quod ego latiùs pertracturus, præmittam brevem discursum, de diligenti custodia sensuum. Interim breviter salutemus MARIAM.

Fac ô forte præsidium,
MURUS, atq́, mœnia,
Vt per tuum subsidium
Muniamur in via.

PARS I.

Custodia sensuum etiã perfectissimis necessaria.

467. *Muri Ciuitatum, ipsi Cives armati.*

Murus, pro mulieribus nõ pro viru.

Sensuum custodia, etiam perfectissimis necessaria.

AJebat olim Agesilaus de Sparta: *Spartam propterea MURIS carere, quòd eorum loco, cives haberentur armati, & quia urbes, non lapidibus & ligno, sed virtutibus inhabitantium, muniendas esse dicebat.* Theopompus, Lisander, & Agis, dicere solebant, *MUROS externos, non esse necessarios virũ, sed mulieribus.* Hæc sanè vera in Politicorum Ethica generosiori, non item autem in Ethica virtutis, & in sensu mystico etiam etenim viri perfectissimi virtus, murorum circumambiri exigit munimine, scl: indiget custodiâ vigili sensuum externorum, adeo; ut si (quod contigerat cuidam apud Psaltem D.) *appareat super muros eius iniquitas*, vel aliqua commissura; ob negligentiam, aut ob imprudentem, nimiamq́; confidentiam, cuncta diripiat hostis. Felicitatis verò matrix est, & omen, seriosa super muros suos vigilantia.

Probatur Scripturaliter.

468. Primum huius rei, à primo omnis veritatis Magistro emendico suffragium, nimirùm a Spiritu S. qui per os Sapientis tradidisse creditur sanctioris Ethicæ dogmata, inter quæ tale legitur Prov: 28. *Qui derelinquunt legem, laudant impiam: qui custodiunt, succenduntur contra eum.* Septuag: Ex præcedenti versu paulo ante accersentes *pluviam* nectunt, & sic opportunè ad nostrum propositum vertunt. *Tanquam pluvia vehemens & inutilis, sic qui derelinquentes legem, laudant impietatem: qui autem diligunt legem, circumdant sibi MURUM.* Auctor Catenæ Græcæ ita vertit: Impii, qui desertâ lege DEI impietatem laudant, & iunctis viribus propagant, sunt similes noxio impetuosoq́; imbri, qui instar torrentis, omnia secum rapit: sic enim impii pios ad suam impietatem rapere satagunt. At pii, qui legem diligunt, valido se muro cingunt, ut contra hæc omnia pericula tuti maneant. Porro Murus hic, duplex est, diligens videlicet custodia, & obfirmatus animinus ad legem DEI servandam, qui tum maximè elucet; dum sensus omnes vigilantissimè custodiuntur, arcetur oculus ab omni curioso & illecebroso conspectu, auris sepitur spinis, ne quid, illimem animi quietitudinem, perturbet, ponitur custodia ori suo & ostium circumstantiæ labiis, ne verbo labantur, imò totus homo ad gratissimam quandam harmoniam modestiæ & morum compositus, stat continuò veluti in specula, ad quæq́; prospectans pericula. Hinc iuxta eundem authorem fit, quòd dum huic ipse studiosè invigilat; muro alio iterum potentiori scl: protectionis Divinæ fortiùs circumvalletur. Qui etenim tam exquisitè custodire legem DEI adnititur, is quodammodo impatibilitatem, DEIq́; amorem sibi conciliat & parit, qui deinde illum custodit, tutumq́; ab hostibus reddit. Et hoc ipsum est, quod novæ Jerusalem, id est Ecclesiæ, & cuilibet fideli pioq́; promittitur, Zachariæ 2. *Ego ero ei, ait Dominus, MURUS ignis in circuitu, & in gloria ero, in medio eius.* De hac vigili custodia nedum cordis, sed etiam sensuum, iterùm idem Salomon, Gnomam pulcherrimam reliquit. Prov: 4. *Fili, omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit,* Et ut cordis firmaret custodiam, paulò infra subdit de custodia aliorum sensuum, præsertim oculorum & linguæ, dum hisce monet verbis: *Remove à te os pravum, & detrahentia labia procul sint a te, oculi tui recta videant, & palpebræ*

Prov:

Murus, custodia sensuum.

Custodiẽtem sensus suos, Deus etiã custodit.

Zach:

Prov:

& pálpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. Satis perpulchrè id explicavit Melleus Doctor Bernardus S. 48. in Cant: dum iuſtum ſub ſpecie lilii inter ſpinas de periculis monet, ne nimis ſecurus, torpeat dormiterq́; in cuſtodia ſenſuum, hiſce verbis: O *candens lilium! o tener & delicate flos! increduli, & ſubverſores ſunt tecum: vide quomodo cautè ambules inter ſpinas, plenus utiq́; mundus ſpinis: in terra ſunt, in àere ſunt, in carne tua ſunt: verſari in his, & minimè lædi, Divinæ providentiæ eſt, non virtutis tuæ.* Vbi ſimul non modicùm demiratus Sponſæ exquiſitam diligentiam, quæ cautiſſimè lumen internæ Charitatis præcuſtodire volens, ne quam per rimam ventus intraſſet & lumen extinxiſſet, oſtium ſuum cedrinis tabulis compingendum decrevit, demiratus inquam, ſeriosè quemq́; alloquitur, dum ſic S. 3. Vigil: Nativ: ait. *Iam autem ſic ardens & lucens, nondum in domo ſe eſſe confidat, ubi ſine omni timore ventorum accenſum lumen ſoleat deportari, ſed meminerit ſe eſſe ſub dio, & ſub utraq; manu, ſtudeat operire quod portat, nec credat àëri etiamſi tranquillum videat: repentè enim, & horâ, quâ non putaverit mutabitur, etſi vel ad modicùm manus remiſerit, lumen extinguetur. Si eſſemus in domo illa non manufacta, æterna in cælo, ubi nullus inimicus intrat, nullus exit amicus, nihil timendum; Nunc vero tribus malignìſſimis & validiſſimis ventis expoſiti ſumus, carni, diabolo, & mundo, qui cõſcientiam illuminatam moliuntur extinguere, inſufflantes in cordibus noſtris deſideria mala, motus illicitos, ideo utriq́; manibus & cordis & corporis, Anima eſt tegenda, ne forte, quæ tam illuminata fuerat, extinguatur.*

Bern: Vigilantia cauta Bernardi. Sponſa cauta cõtra rimas tabulata adhibet. Lumen internum utraq; manu, ne extinguatur, cuſtodiendum.

Probatur Figuraliter.

469. Hoc omnigenæ cuſtodiæ ſenſuum MURO, etiam præſtantiſſimam circumvallari deberi virtutem, niſi citò periclitari velit, vel ille Aaronicus baltheus edocet non inconcinnè. Exod: 28. Circumſpiciamus ſummi illius Moyſaicæ legis, Pontificis amictum, glorioſiſſimum planè indumentum, quomodo ubiq́; exquiſitè vinctum: tot enim in Rationali, quod gerebatur in pectore, catenæ, tot annuli, quibus connectebatur Humerali, & ſuper his omnibus baltheus apponitur, qui omnia ſtrictè comprimebat. *Indues Aaron veſtimenta ſua, id eſt lineâ, & tunicâ ſuperhumerali & rationali, quod conſtringes baltheo.* Exod: 29. Hæc quidem omnia non aliud myſticè denotant, niſi diligentiſſimam curam ſalutis ſuæ habendam, nullamq́; nimiam putandam eſſe reſtrictionem, nec aliam eſſe legem incipientium aut proficentium, & aliud conſumatorum in virtute privilegium, ut laxare liceat, quod antè vigili ſtringebatur in cuſtodia. En Sacerdos maximus, perfectos in Eccleſia DEI viros adumbrat. Num etiam & hos, toties ligari neceſſum fuerit? an non ætati, laxationis concedendum aliquid? an non merentur Triumphis de hoſte plurimis, vinculis tantis exſolvi? fateor: cæterùm, ſi verè Sapientiſſimi ſunt, ut cenſentur, evinculari ſe minimè permittunt, ſed gaudent catenati manere Norũt quippe longâ experientiâ meliùs, quàm alius quiſpiam, fragilem eſſe humanæ mentis conſtantiam, nihilq́; tutum eſſe ſub indulgentia? ergo non fibulæ, non catenulæ, non annuli ſufficiant, neq́; Rationalis & Humeralis innexio, ſed complicentur præterea baltheo omnia, ut nullus evagandi locus habeatur, ſed ſint ſub rigore & diſciplina ſint omnia. Arnold: Carnot. de 7. verbis Dom: egregiè quidem in illud: *Conſumatum eſt &c.* ait: *Aderat præter has ligaturas baltheus, tam ipſam tunicam hyacinthinam, quàm ſuperhumerale & rationale ſupernè conſtringens, tantâ firmitate; ut trium indumentorum, una ſpecies eſſe videretur, & omnia ſtrictè ſibi cohærerent, ut daretur intelligi, quantâ ſit diligentiâ ſanctitas obſervanda, cui etiam poſt tantæ excellentiæ gloriam, poſt dona virtutum, poſt agones & colluctationes & victorias innumerabiles, reſtant plerùmq́; circa noviſſima, etiam carnis pericula, & neceſſe eſt, ut ſemper huiuſmodi ſolicitudo, & intùs & extra invigilet, ut actionum & meditationum, in finem gloria illibata perſeveret. Etiam feriunt ſummos fulmina montes.* Hinc conſiderare licet deplorandam nonullorum deſipientiam, qui ubi aliquantulùm in caſtris virtutum militaverint, & aſceticæ vitæ vix primis (ut aiunt) labiis ſacrorum exercitiorum libaverint rudimenta; MUROS modeſtiæ & diſciplinæ disjiciunt, aut improviſi & deſides, proſequi vix ſtudent, illorum more, quos Propheta MURUM brevi caſurum extruentes obſervavit: *Dic ad eos qui liniunt*

Cuſtodia ſenſuum figurata in veſtibus Aaron. Exod: Perfectiſſimi etiã indigent cuſtodiâ ſenſuum. Arnold:

Paries sine temperatura litus, virtus sine custodia sensuum.

qui liniunt parietem absq; temperatura, quòd casurus sit, Ezech: 13. Hæc porrò ex mente M. Gregorii, significabant adulatores, & vana peccatorum blandimenta: & bene illos quoq; exprimunt, qui sub vario prætextu, aut cutiositatis, aut probatæ tot annis virtutis, aut provectæ ætatis, adblandiuntur sibi de perfectione, & ideo temperaturam, aliàs temperamentum modestiæ dissolvunt in oculis, auribus, cæterisq; sensibus, liberiùs iam per obvia vagando obiecta: fit etenim, ut ibidem Propheta, *Imber inundans: & dabit DEUS, lapides prægrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem:* hoc est, sæpè contingit huiusce modi improvidos, imò malè securos, subitâ, eâq; vehementi tentatione percuti, & plerumq; rupto tam debilis custodiæ MURO, miserè eos corruere. Plena enim securitas & inexpugnabilitas hominis, non venit, nisi de universis sensibus custoditis. Proinde D. Laur: Justinian: l. de humil: propositâ illa turri inexpugnabili Davidicâ, sic ad propositum ait: *Meritò tanquam turris David perhibetur esse mens eorum, qui introrsum intra mentis secreta residentes, etiam ad sensuum corporalium ianuas, spirituales excubias ponunt, pro ipsius tuitione ac defensione, neminem adversariorum introire patientes, qui valeat perniciosas ac voluptuosas cogitationes ingerere.*

Ezec:

Laur:

Probatur Historicè.

470.

Alexandri M. continentia oculorum. similiter Scipionis.

Admiranda planè habentur nedum inter orthodoxos, sed etiam inter Ethnicos, de custodia sensuum, præsertim visûs, exempla. Vt illud Alexandri M. qui dum Darium vicisset; vxorem eius, & filias omnes captivas, præcellentisq; formæ, inconspectum sui venire prohibuit, suæ non confidendo virtuti: Victor in acie, MURUM domestico objecit hosti, sc: concupiscentiæ, muniens custodiâ oculi, ne vinceretur. Non minor Alexandro, Scipio, qui expugnatâ Carthagine, Virginis eximiæ formâ florem, nec visu delibare voluit. Inter Orthodoxos verò præcipuus in custodia oculorum legitur, S. Petrus de Alcantara, qui fratres etiam, nunquam ex facie, sed ex voce cognoscebat, qui ignorabat quæ materia cellæ, ligneave, an ex calce, qualia laquearia, quæ forma capellæ. Arborem prægrandem proximam cellæ, quam per quatuor inhabitavit annos, non vidit. Similia narrantur de Alphonso Rodriques Soc: JESU: de B. Aloysio Gonzaga. Imo *S. Cyrill: Ieroſol: ap: Lobbet:* de Castit: tradit, primitivæ Ecclesiæ Christianis (dum adhuc sub utraq; specie sumendi SS. Eucharistiam vigebat consuetudo) pro singulari custodia sensuum, scl: visûs & linguæ, invaluisse morem, ut cùm CHRISTI Corpus sumpsissent, ac deinde etiam sanguinem, udâ adhuc manu, seu madente quasi sanguine, labra tegebant, eamq; deinde ad oculos admovebant, tum ut eam rem cariorem sibi, oculis esse demonstrarent, tum vel maximè, ut eo sacro contactu, Eucharistiæ vis, & præsentis Numinis sanctimonia, oculos expiaret, & decore pudicitiæ consecraret, atq; firmaret cælesti illâ firmaq; custodiâ, veluti inexpugnabili MURO, derivata à Corpore Sacratissimo CHRISTI, sanctitas.

Cyril:

Oculos post communionē sumptam udâ manu tangere, mos antiquorum Christianorū.

PARS II.

SS. DEIPARA Murus inexpugnabilis fidelium.

ETiam in structura mæniorum, olim antiquitas, nedum munimen, sed etiam nominis sui quæritabat celebrationem, & emortui penè tot iam ignibus elementi, argillæ & calcis, vivere voluit famæ suæ perennitatem. Prætereo Semiramidis MUROS: taceo Carthaginensium mænia, nam multa, Pœticis narrationibus subesse falsa compertum est: certius habetur ex Sacra Scriptura in lib: Judith: de Ecbatanis Civitate, quam Rex Medorum Arphaxad, post subiugatas multas gentes, ædificaverat, circumcingens eandem MURO inauditæ magnitudinis: *Ex lapidibus quadris & sectis fecit MUROS eius in latitudinem cubitorum 70. & in Altitudinem cubitorum 30. turres verò posuit in altitudinem cubitorum.* 100. Judith: Imo. Porrò Evangelicus Propheta Isaias, futuri Messiæ CHRISTI describens œconomiam, dum Ecclesiam eius, urbem fortitudinis nominasset; MURUM & antemurale eius observavit, &

471.

Muri famosi.

Judith:

vavit, & vaticinatus est, videlicet Beatiss: V. MARIAM, ut infra patebit ex

Isai: SS. PP. *Vrbs* (inquit) *fortitudinis nostræ Salvator, ponetur in ea MURUS & antemurale.* c. 26, idq; partim, ad celebrandam potentiæ suæ magnitudinem in tam præclari operis ædificatione, partim, ut simul esset Ecclesiæ suæ munimen & protectio.

Probatur Scripturaliter.

472. Id ipsum paulò ante de plano fateri audita est, imò & gloriari SS. Virgo, dicens: *Ego MURUS, & ubera mea turres.* Cur autem sic dicatur, & quæ huius MURI excellentia? ut pateat, altitudinem eius ac eminentiam utriusq; vitæ, latitudinem & quadraturam sic metiamur cum PP. Quoad altitudinem: hanc metitur Rich: Laur: ex profundissimæ eius humilitatis proportione: quasi etenim de lapidibus rudibus & impolitis, struebatur excelsa altitudo meriti Virginei, dum sicut fundamentum latet in terra, nec quærit in superficie apparatum; sic Beatissima Virgo, excellentissima dona gratiæ abscondens in corde, simulq; adiungens nitidissimæ Virginitatis calcem, aut bitumen elevatissimæ fidei, ad tanta, ex imo & humili, exaltata est fastigia meritorum; ut Mater Domini, ob solius humilitatis prærogativam, effici mereretur, quòd expressè uisitando Elizabeth fateri in Cantico suo non omisit, dicens: *Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius, & Quia respexit humilitatem Ancillæ suæ.* Vnde Marsilius ait: *Inter omnes homines post Christum, MARIA fuit humillima, quia nũquam super omnes cælicolas ascendisset; nisi mentis humilitate, prius sub omnibus descendisset.* Eminentiam quoq; MURI huius considera, propter vitæ contemplativæ actiones. Quia in cælis continuè conversabatur cum Angelis, longè excelentiori modo, quàm Paulus, qui de se ait ad Philip: 3. *Nostra autem conversatio, in Cælis est:* Cælos etenim attingebat, dum staret in terra: imo in ipso Dignissimæ suæ Matris Annæ utero, sublimissimæ contemplationis ad Deum elevata actu, totius vitæ suæ curriculo ab ipso non destitit, adeo; ut vel dormiens contemplaretur DEUM & Divina. De quo eximius servus Mariæ S. Bernardin: Sen: T. 2. s. 51. art:

MARIA Murus Ecclesiæ, mensuratus in lõgitudinẽ.

Rich:

Humilitas Mariæ profunditas.

MARIÆ contemplatio quàm sublimis & continua.

A 1. c. 2. sic testatur *Et licet in utero Matris suæ, sicut cæteri infantes dormiret, attamen somnus, qui abyssat, & sepelit in nobis rationis, & liberi arbitrii actus, & per consequens actum merendi, non credo, quòd talia in Virgine fuerit operatus, sed anima sua liberè ac meritoriè tendebat in* DEUM. *Vnde illo tempore, erat perfectior contemplatrix, quàm nunquam alius, dum vigilavit. Hinc illud Cant: 5. ego dormio & cor meum vigilat: scl: in contemplatione perfecta, & nullâ actione debilitata.* Latitudinem autem si spectes, hæc, quia immensæ est misericordiæ, & cuiq; patentis, penè investigabilis habetur Nã D. Bernard: de Aff: s. 4. & S. Bonaventura in B Psalt. illum locum S. Script. *Misericordia Domini plena est terra,* omninò etiam Beatiss: Virgini adstruunt: *Latitudo* (inquit S. Bernard:) *misericordia tua, ô benedicta! replet orbem terrarum, ut tua quoq; misericordiâ plena sit omnis terra.* Seraphicus autem Doctor sic ait: *Benedicite illam in toto corde vestro, misericordia enim illius plena est terra.* Deinde MARIA, MURUS est fortissimus & inexpugnabilis, ideo: partim, quia non super arenam, sed super lapidem ac firmissimam Petram, quæ est CHRISTUS fundatus, partim, quia tuetur C interiora Civitatis, scl: Ecclesiæ fideles, ne ab hostibus diripiantur, (ut ait Rich: Laur: l. 11.) videlicet a dæmonibus & vitiis, & ne fideles Ecclesiæ ducantur a diabolo captivi in peccatum vel in infernum, aut ne spolientur armis & vestimentis virtutum. *Si MURUS est, ædificemus super eum propugnacula argentea.* Cant: 8. Paulò superiùs dixerat Sponsus de Sponsa. Et quænam quæso propugnacula huius MURI? non aberrabo forsitan, si per hæc propugnacula, interpretabor, varios cultus, modos, praxesq; devotionum, uti Rosaria, Coronas, Confraternitates, Jeiunia, Cantus, & his similia, quibus D quantò studiosiùs colitur Beatissima Virgo à fidelibus; tantò magis cultores suos defensat, & tutatur, contra quosq; hostium malignorum insultus. Quod ingeniosè indagatus est ex Tilmano Justin: Miechou: D. 144. dum sic ait: *Et quoniam argentum, reliquis metallis, tinnitu suo dulci resonat; ideo hæc propugnácula argentea, preces Virginis bene sonantes, ad hostes repellendos significare possunt.* Quod ipsum devotioni Scapularianæ

Bern: Sen:

MARIA etiam dormiẽs, meretur.

MARIÆ misericordia latitudo immensa.

Bern:

Bonav:

MARIA Murus inexpugnabilis.

Rich:

MARIÆ Cultus varius in modo, propugnacula fidelium.

Scapulare novum propugnaculũ Ecclesiæ, & antemurale.

rianæ specialiter competere quisq; fatebitur: imò Sacratiss: hanc vestem significatam apud Prophetam superiùs allegatum, per illud antemurale MURORUM Sion, facilè assentietur quilibet, qui huius cælestis vestimenti præstantissima privilegia, maximè contra potentiam dæmonum, debitè perpenderit. Daturum se olim DEUS promisit Ecclesiæ MURUM igneum. Zach: Zach: 2. *Ego ero murus igneus, in circuitu Hierusalem.* Doctus Idiota part: 14. Contemplat: 38. hunc locum in laudem Matris Diviniss̃imæ trahens, ita ait: Idiot: *Ignis appellatur B Virgo, illuminans cæcos, calefaciens frigidos, incurvans duros, desiccans humidos in terrenis, & restringens fluidos ad peccandum. MURUS igneus nos protegens contra diabolum, & contra vitia, meritò appellanda est.* Hos Marianos ignes, quia Scapulariana vestis, in illuminandis peccatoribus ut convertantur, in calefaciendis frigidis ut ferveant, terrendisq; dæmonibus, mirè participat & præstat, & præterea ad id flammei Eliæ, primi Institutoris Carmelitani ritûs, accedit non importunè circumstantia; ideo per huius ignei MURI circumdantis Ecclesiam, dum sacram vestem Scapularianam intelligo, temeritatis spero crimen non incurram.

Probatur Figuraliter.

473. Obstupuisse olim legitur Inclytus Domini Vates, ad nimis pretiosam cuiusdam MURI exstructionem, ipso Cœli Domino, Magistro fabricæ, vigilantissimè attendente cum trulla, tam insignis machinæ exædificationi: De quo Amos. Amos 7. adnotatum legitur sic: *Hæc ostendit mihi Dominus, & ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cementarii.* Huius textûs, varia in linguis expositio, variæ quoq; interpretationis suggessit Patribus occasionem, & perspicaciter, non in postremam MURI nostri mystici, scl Beatiss: Virginis, deflexit commendationem: Symmachus etenim, Syrus, & Septuag: sic prænominatum legunt textum. *Et stabat super MURUM adamantinum, & in manu eius adamas. Et dixit Dominus ad me: Ecce ego impono Adamantem in medio populi mei Israel.* Adamas hic, qui pretiosissimus & cæteris durior, ac inexpugnabilis lapis esse asseritur, duo significat, & excellentiam pretiositatis, & fortitudinem inexpugnabilitatis. Hunc itaq; textum lego apud S. Erneſt: Episcopum Pragensem in MARIALI c. 91. miro ingenii ac devotionis acumine, Beatiss: Virgini, sic applicari: Ait etenim Sanctus Præsul, *MARIA MURUS est Ecclesiæ fortissimus, quia adamantinus & glutino charitatis indissolubilis, à DEO ædificatus & litus: unde Amos 7. ait: Vidi, & ecce Dominus stans super murum litum, sive adamantinum, & pulcherrimum, quia ex lapide candido & mundo, & pretiosum, quia ex Iaspide & omni lapide pretioso ornatus.* Apoc: 21. Hìc iterum in laudem MARIÆ dogmatizat Rich: Laur: l. 11. Per pretiosos lapides intelligendo, universitatem virtutum in gradu excellentissimo, quos habuit MARIA, respectivè ad omnem puram creaturam etiam Angelicam, quæ illam reddidit sine pretio pretiosam: ait ille, *Lapides porrò isti pretiosi, simul & quadrati erant, quia ad normam perfectissimæ Iustitiæ creatæ efformati, omni ablatâ etiam Originalis peccati deformitate, quæ præterea ipsam stabilem reddiderunt contra quosve impetus inimici.* Adhibuisse olim Salomon legitur, ad pretiosos lapides, ut quadrarentur, & dolarentur, cæmentarios suos, iunctos cæmentariis Hiram Regis Sydoniorum. Paral. 29. per quos iuxta eundem Richar: designari possunt charismata Spiritûs S., quæ MARIAM spiritualiter dolaverunt & totius peccati scrupulum ab ea separaverunt in Conceptione: vel etiam Cæmentarii Salomonis, sunt Patres veteris testamenti, qui figuris & ænigmatibus, ipsam talem futuram præviderunt; & præsignaverunt. Per Cæmentarios verò Hiram, Apostoli S. intelliguntur, qui qualem Prophetæ prævideruut; talem fuisse illimet prædicaverunt. Quod autem MURUS ille in visione Prophetæ dicatur *Adamantinus*, hoc iterum cedit in commendationem inexpugnabilis protectionis eius, quam præstat Beatiss: Virgo suis devotis, quos nedum exornat; sed simul præmunit contra quæq; adversa, hostiumq; malignitatem, & penè ipsos adamantinos facit. Quod privilegium specialiter derivari poterit, ad genus Scapularianæ vestis, quæ simul nedum pretiosum fidelium censetur ornamentum; sed contra quæq; pericula animæ, imò & corporis, certum & infallibile exhibere munimen

Erneſt:

Rich:

Paral:

MARIÆ muri ædificatores qui?

MARIA Murus adamantinus cur?

MARIA figurata in Muro, super quẽ stabat Dominus cũ trulla.

munimen ac præsidium probatur, ali bi *Tit: Custodia* ex illo loco Apoc: 15. *Exierunt septem Angeli habentes septem Phialas, vestitilino mundo & candido.* S. Amb: & Vatabl: legit *Vestiti lapide.* Haymo ampliat ad plurale *Vestiti lapidibus mundis.* Non violenter nimis Joan: Sylv: huius sacri textûs detorsit ad S. Scapulare significationem, dum ait: *Quamvis Sacratissimum Scapulare Carmelitanum, contextum ex lana videatur; tamen ad suos devotos & fideles custodiendos, est tanquam rupes fortissima ex multis lapidibus fabricata.* Hoc ideo dictum noveris, ut insigne sacræ huius vestis cunctis innotescat privilegium, & excellens prærogativa, quòd nimirum illis, qui ut decet, & debetur tam pretiosæ vesti, eam devotè deportant, muniaq; Almæ Confraternitatis in Jeiuniis servandis, recitandisq; precibus observant, Beatiss: Virgo MARIA, in cunctis animæ periculis, & quandoq; Corporis, MURUM objicit, eosque innoxios tuetur.

SS. Scapulare; lapideus Murus & pretiosus.

Probatur Doctoraliter.

473. *Super MUROS tuos constitui custodes,* dicebat, olim Dominus per Prophetam Is: 62. ad Civitatem Jerusalem: hoc meliori iure, mysticæ nostræ Jerusalem, videlicet Ecclesiæ, competere quis pernegabit? quæ inexpugnabili protectionis Marianæ circumdata MVRO, tot custodes eius numerat; quot Doctores recenset, qui MVRI istius variis ex circumstantiis deprædicant firmitudinem, simulq; materiæ præstantiam. Et quidem quoad hoc secundum, sic illud explicavit Henricus Clarevall: de Civ: P. 12. *MARIA MURUS dicitur Cant:* 8. *in persona Angelorum: si murus est ædificemus super eum propugnacula argentea. MURUS siquidem fuit, quamdiu per humilitatem, sua celavit excellentiam sanctitatis: sed quia humilitas vera, nunquam novit esse otiosa, habuit etiam hic MURUS propugnacula argentea, cùm se ipsam per charitatem exercuit in operibus pietatis, & claritate enituit Castitatis.* S. Sab: S. Andreas Creten: S. Gregorius Nicomed: S. Germanus ap: Polyant: Mar: vocant *MARIAM MURUM nullis arietibus rumpendum: MURUM inexpugnabilem, firmissimum, inconvulsum: MURUM fortissimum Christianorum: Murum totius mundi.* Idiota Part: 14. contemp: 38. comparat Beatissimam, cum illo MURO aqueo, propter abundantiam gratiarum, quando filiis Israel transeuntibus mare rubrum, aquæ erant pro muris, à dextris & à sinistris. Exod: 14. *Per has etenim aquas, significantur gratiæ, quas habemus per Beatiss: V. MARIAM, quæ veros Israelitas, id est, veros Christianos, videntes benedictum filium eius, & eos fide & dilectione, tanquam duplici MURO custodit contra Ægyptios, id est dæmones, & peccata, & ipsos Ægyptios interficit & submergit.*

Is: Henric: Sabb: Cret: Greg: Germ:

Probatur Miraculosè.

Hic tenere volo sensum immediatè citati Patris, & propositum, quod ille assumpsit, vel in sola devotione Scapulariana, MURUM sc: esse MARIAM, comprobare prodigiosis effectibus, ob virtutem illam, quam præstantissima hæc vestis exercuit in elementum aquæ, dum intra vortices undarum nedum ipsa intacta & sicca permansit: sed etiam eâ indutos, ex aquis in terram incolumes stitit. Sic refert Raynaudus ap. Engielg: pro S. Elia, virum perillustrem de Vallerieu: hâc sacrâ veste succinctum, ex undis incolumem evasisse: homo erat crasso & admodum obeso Corpore, ac cum viva morte (ut Cassiodorus Podagram vocat) miserè conflictans: qui casu inopino decidit in profundum fluvium, ac in eo diutiùs hærens, ne guttam quidem aquæ sive ore, sive auribus hausit, acsi ab eo aquæ fugerent, aut divisæ essent, incolumis evasit: quodq; omnem admirationem in stuporem vertit, Scapulare siccum & nullis aquis perfusum eduxit, ut tantò evidentiùs pateret miraculi illius causa & ratio. Simile contigit recentissimè nam Anno 1633 prodigium in Domino de Montigni, viro clari generis nobilitate: hic Tolonem urbem maritimam, vectorio lembo contendens, cortâ subitò grandi tempestate, non paucis vectoribus absorptis, rudis planè natandi, interpellatâ Deiparâ, cuius tutelæ tesseram, Scapulare gestabat, vivus ac valens littori sistitur. Consimile beneficium hoc Sacro Carmelitano pallio accinctus, consecutus est Dominus de Mesnil: qui dum vadosum amnem trajiceret, in altam voraginem cum equo præceps, dum quartam horæ partem in ea hæsisset, momento in littus evasit nullâ aquâ gravis vel

474.

Miracula Scapularia in aqua facta tanguntur.

vis vel madidus, ſtupenſque, quâ viâ, quôve modo emerſiſſet, niſi quod ſuccurrit animo, affuiſſe præſidium Deiparæ, quod, ſacro inſtructus Scapulario, in ſummo illo & extremo vitæ periculo expetierat, implorans MARIAM. Oquàm bellè quam iuſtè citt: Pater comparavit MARIAM MURO aqueo, quæ intra profunda vorticum illæſo & ſicco veſtigio clientes Scapularianos tranſire facit. Nec minor MURI huius, nimirum Mariæ vis, quatenus S. Scapularis inſignitur veſte, etiam contra pericula ignis, & ideo ſupra ab Idiota, MURUS igneus, appellatam audivimus: nam idem Raynaudus plura eaq; ſtupenda enarrat exempla, quæ probant in medio ignis non fuiſſe æſtuatos, qui ſacro Scapulari muniti erant, ipſumq; a flammis intactum extitiſſe. Illud paucis præſtrinxiſſe ſufficiat, quod in Parthenone haud procul Lutetiâ ſub Ann: 1639. contigit: cùm enim omnimoda cænobii deflagratio, a flammis tam latè graſſantibus, immineret: repreſſæ ſunt in momento, coniecto in eas Scapulari, quod deinde abſq; nota læſionis, integrum repertum eſt. Aliàs, pia mulier ſacro inſtructa Scapulari, cùm iam inter flammas domum depaſcentes hæſiſſet, per horam dimidiam ſolo operta induſio, exempta inde eſt, ne capillo quidem violato, ac induſio, cui Scapulare adnexum erat, prorſus intacto. Hic ſi libet & vacat, adiungere poteris non incommodè illud ſpeciale, contra flammas piaculares, Sabbathivum S. Scapularis privilegium. De quo Pontifices Max: Joannes XXII. & Alexander V. *Die quo a ſæculo purgatorium acceſſerint*, (nimirum animæ, ſacri Scapularis Confratrum) *ipſa Virgo Deipara Sabbatho ſequenti, poſt illorum obitum, viſitando Purgatorium, a pœnis huiuſmodi animas liberat*, Sed de hoc locupletiora habes in ſuperioribus Titulis, amplioraq; invenies in ſequentibus.

SS. Scapularis vis contra ignē.

Probatur Hiſtoricè.

475. Legiſſe me memini, (Authoris interea reminiſci non occurrit) de quodam potentiſſimo Rege, qui vicini Regis, inferioris potentiæ, regnum exambiens, ut qualemcunq; (nam nullam veram habebat) iniuſti belli contra illum cauſam prætexeret, finxit ſe quēdam MVRVM & Arcem velle exſtruere in àére, poſtulatumq; miſit nuntios ad illum Regem, ut huiuſmodi mitterentur ſibi artifices, ac Murarii, qui tanti operis molirentur Machinā in àére, aliàs ſibi indicendum noſſet bellum: ſed iniuſtam vexam Rex ille innocuus ſic eluſiſſe traditur, nam dū determinato tempore opifices mittere appromiſiſſet, interea maioris generis Aquilas ex nido auferi mandat, educat, & dum volātui idoneæ eſſent, atq; ponderi, iuvenes aliquot advocans, unumquemq; ſuæ imponit Aquilæ, quæ ſucceſſivè aſſuetæ ſeſſoribus, eos per àéra volitando elevabant, regiq; ab illis, quo vellent, permittebāt, atq; ſic bene inſtructos, ſtato tempore remittit iuvenes cum aquilis Rex Regi importuno, qui ſe paratos expeditoſq; declarant, modò neceſſaria Calx, lapides, & ſimilia ſub miniſtrentur: experientiam facturi dum elevantur pro ſolito more ab aquilis, trullas manibus tenentes, inclamant de alto ut calx ſibi, & alia neceſſaria ſubminiſtrentur, ſe promiſſa impleturos circa fabricam illam ſpondentes: quo ingenio importuna petitio Regis, omninò eluſa eſt. Paradoxum ſit ſanè, in àére ſtruere MVROS & arces, ſed ſingularis hæc perſpicuaq; veritas, in cultoribus MARIÆ elucet, præſertim in Confratribus Scapularianis. Elevantur hi in ſublime pietatis, iſtius Aquilæ ſingularis miniſterio, imo auxilio, ſiquidem MARIAM Aquilam vocavit Bernardus ſ. 3. de Aſcens: dum videlicet Confraternitatis ſacræ, incumbunt competenter exercitiis, ſimulq; tot lapides ſecum comportant, quot recitant Coronas, quas dum conſueti Confratribus ieiunii quartis feriis iungunt; calce vel bitumine, veluti in ſublimi, cœleſtem hunc MVRVM, MARIAM ſcl: aut potiùs Marianæ devotionis cultum, ædificant atq; mirificè promovet.

Aquilæ Miniſtræ Murariorum, ad opus in aere fabricandū.

Scapulariani Fratres, ædificant cæleſtem murum quomodo?

Epilogus.

476. Conſtat ex veterum traditionibus, in uſu apud illos fuiſſe, Coronas MVRALES, quæ dabantur illis, qui primi Civitatis MVROS conſcendendo, erexiſſent triumphale vexillum. O dilectiſſimi Confratres Scapulariani! ſub hac

Coronæ Murales.

sub hac tutela sacræ vestis agite fortia, agite pro simili corona. Si MVRVS MARIA est, quotidianis eum coronate precibus, corollis vestris exornate, expandite Scapularianæ vestis vexillum, coronam illam & præmium ampliſſimum præstolando à MARIA. Tu vero, ô MVRVS inconcussus, & munitissimus, MARIA! *MURO Tuo inexpugnabili circumcinge nos*, o Domina: nam, ut cum D. Damasc: s. de annunt: *Votum Authoris.*

A unus nomine omnium alloquar Te. *Spem Tuam habens servabor, defensionem Tuam possidens, non timebo: persequar inimicos meos & in fugam vertam, Te solam habens, ut thoracem* (ut MURUM & antemurale salutis) *protectionem Tuam scl: & præsens auxilium Tuum.* Tu mea mænia, Tu MVRVS, Tu primum post DEVM, præsidium. Cui Gloria in sæcula. A M E N.

DECAS

DECAS V.

NAVIS INSTITORIS

SS. DEIPARA

Pro Festo S. Mariæ de Portiuncula.

Facta est quasi navis Institoris. Proverb: 31.

477. Eò Crevit, nullis circumscripta terminis, mundialis superbiæ arrogantia; ut non tantùm in solidiori elemento evanidæ suæ gloriæ, struat Pegmata; sed in mediis quoq; sali fluctibus, & super fluxi Elementi spumas, fastûs sui monumenta erigat. A. A. Assurgunt etenim & videntur in mari, stupendæ navigiorum machinæ, deauratâ puppi, rudentibus sericis, & nobilissimis paragris exultæ, turgentibusq; velis superbæ, quasi animatæ quædam munitiones & Castella, quæ dum per vastas Oceani plagas huc illucq; circumferuntur, nedum pretiosas merces; sed nomina quoq; & gloriam hominum quærunt aut deportant. Vnde illæ memorandæ Pompei & Xerxis classes, famosissimæ Ptolomæi Hieronis, Archimedis, & Cleopatræ, Argonaves. Sed ab his Pòëtarum Priscorum scenis evocat mentem illa nobilissima ex Italia veniens classis, quam Propheta Balaam instructissimam vaticinatus est, adventum describens futuri Messiæ, Matrisq; eius Sanctissimæ. *Orietur Stella ex Iacob, & consurget virga de Israel.* Num: 24. ubi paucos post versus, triumphos venturi Messiæ prædicens, victoriosæ cuiusdam Classis ex Italia venientis descripsit potentiam, inquiens: *Heu, quis victurus est? quando hæc faciet Deus, venient in trieribus (seu triremibus) de Italia, superabunt Assyrios.* Hoc penè iterum prædictum lego apud Danielem Prophetam, Dan: 11. Quoad Literam, fateor id significasse Classes Romanorum, quos ultimò ad devastandam Jerusalem venturos comminabatur Propheta cæterum in sensu mystico nil impedit, quin suo modo intelligatur in hoc prædicta esse, hodiernæ Diei Indulgentia de Portiuncula. NAVIS porrò a SS. Patribus, ut infra patebit, nominatur Beatissima: appulit hæc primùm in Italiam, gloriosè de Assur, scilicét, de peccatoribus triumphatura, dum Assisinati Ecclesiæ, huius Indulgentiæ ad supplicationem humilis Francisci, impetravit Privilegium: venit tandem hæc victoriosa Triremis ex Italia in Poloniam, imo in omnes partes Vniversi, dum Bullarum Pontificiarum beneficio, omnibus Ecclesiis Ordinis nostri, eiusdem consequendæ Indulgentiæ communicatur privilegium: cuius robore & vi, detriumphatur infernalis Assur, quando tot peccatores plenissimè iustificantur. Justum proinde videtur, ut die hodiernâ, Beata Virgo MARIA, ARGONAVIS nomine, præcipuè ex ratione Indulgentiæ

Naves famosæ Archimedis, Cleopatræ, Hieronis Xerxis.

Num:

MARIA Navis.

Portiunculæ Indulgentia venit ad nos ex Italia.

dulgentiæ de Portiuncula, per quam cuncti peccatores ad portum plenæ remissionis peccatorum, feliciter adnavigant, deprædicetur. De quo ego dicendi subibo provinciam, priùs aliquorum pœnitentium in mari misericordiæ Dei prospectando ad naufragia. Nunc breviter salutemus hanc cælestem ad nos venientem NAVIM.

Salve NAVIS, quæ de cælo
Sub Spiritûs solvis velo:
Tu nec semel naufragaris,
O Regina potens maris?

PARS I.

Quinam naufragantur in mari misericordiæ Dei.

478. IMmensum & abyssale mare, esse misericordiam Dei, quamvis S. Scriptura non innueret; ipsa tamen quotidiana experientia liquidè edocet, in continua & quotidiana peccatorum per pœnitentiam conversione: nunquam etenim potest in tantùm progredi malignitas flagitiosa; ut in tergo defessam Domini relinquat pietatem, quæ & post extremam peccati metam, veniæ largitatē, motuumq; seu fluctuum bonitatis suæ, ad cor peccatoris reflectit. Inundent quantumvis peccatorum enormitates & crimina, adhuc tamen mare misericordiæ non redundabit. Imò etiam tum, dum orbis a diluvio deperiret, & contumulari videbatur etiam ipse Oceanus, majoribus coopertus aquis, quas malitia ex cataractis evocaverat supernis; immēsæ tamen clementiæ DEI Mare, etiam tum eminebat, saxea quæq, pectora pereuntium peccatorum, ut converterentur, adlambens, ut pœnitentiæ inderet illicem: ait etenim Dominus: *Adhuc post dies septem, ego pluam super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Gen 7. expectans misericors, & invitans tanti temporis morâ ad pœnitentiam. Venustè de hoc scripsit Seleu: *Hominum amore nequit DEUS expleri. Adhuc & post dies septem, sufficit vel breve tempus ad peccatorum salutem, tantùm ad pœnitentiam inclinentur: & sententiam retracto, minas abjicio, si eos ex animo consilia priora retractare video.* Hoc ergo, immensum misericordiæ Divinæ Mare de navigatur a peccatoribus, in ratibus pœnitentiæ, quoties confessionis adminiculo, quæ prima tabula naufragii dicitur, remedia salutis quæruntur. Pluribus tamen in hoc mari misericordiæ iterum naufragari contingit, nimirum, quod illam non consequantur, imo profundiùs absorbeantur, idq; ex carinæ suæ vitio, seu ex veræ pœnitētiæ defectu: maximè Doloris & Propositi.

Misericordia Dei mare quàm immensum.

Gen:

Seleu:

Pœnitentia, insufficiens: quare?

Probatur Scripturaliter.

Infausta olim maledicta vaticinari, imo imprecari etiam, legitur Prophetа Isaias, cuidam terræ, quam cymbalum appellaverat vocale, quæ tinnitu verborum glorioſa, & promissorum vano sonitu superbiens, classem insignem instruere vidēbatur, NAVES ex papyro levi & fragili, licet picturata & fucatâ præparando. Etsi etenim noverim ex commentat: Papyrum esse quendam fruticem aptissimum formandis navigiis; cæterùm præterea (ut videre est apud Cornel:) iste locus Scripturæ, ad papyrum vulgo dictam, ex qua epistolæ conficiuntur, ob alias versiones, declinasse videtur. Sic enim agit Propheta. *Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ. Qui mittit in mare legatos & in vasis papyri super aquas.* Sept: legunt: *Qui mittit Epistolas biblinas.* Ad literam, notatur hic per Prophetam & arguitur vana spes & confidentia terræ Judæorum, quam ab Æthyopibus, alias Ægyptiis expetebant & præstolabantur. In sensu vero mystico, commodissimè potest tangi per hunc locum, quorundam fucata pœnitentia: eorum nimirùm, qui tanquam Cymbala tinniunt, solâ vocalis confessionis contenti enumeratione, & plerumq; sub Cymbalo alarum, prætervolant numerum & speciem peccatorum, perfunctoriæ confessionis, & non integræ ex defectu: dolor illis de peccatis & attritio penè nulla, & nonnisi in verbis sonitus: vel si dolent, dolor eorum non est salutaris, partim ob motivi supernaturalis defectum; partim, & præcipuè ac frequentissimè, ob carentiam Propositi firmi, ampliùs non peccandi. Papyraceis equidem huiuscemodi, per mare misericordiæ DEI, innavigant ratibus, nam cæteris prioribus peccatis, novum

479. Isai:

Papyrea pœnitentia quæ?

novum, idq; summum sacrilegii adiungentes crimen, a mari hoc tanquam fætidissima ejiciuntur cadavera, in abysso tartarearum flammarum demergenda. *Væ terræ Cymbalo alarum, qui mittit legatos in papyrũ* Hinc S. Paulus doloris & pœnitentiæ veræ & non fucatæ sed salutaris, ut demonstraret Hebræ: pœnitentibus discrimen Hebr: 12. adducit planctum lachrymasq; Esau deprecantis cum lachrymis pro benedictione, quæ tamen omnia in cassum, & omninò irrita fuêre apud Deum. Esau pœnitentia & Antiochi, cur non valuêre. *Scitote* (inquit) *quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est, quanquam cum lachrymis inquisivisset eam.* Scio plerosq; arbitrari, non de pœnitentia scelerum sermocinari Paulum; verùm ex antiquis Patribus fuêre, qui peccatorum detestationem intelligerent. Quorsum igitur hæreditatem Regni non consecutus, indulgentiâ criminum propter lachrymas? Quoniam de peccato, ut oportet, salutariter non contristabatur, nisi quia humanum ei damnum intulit seu temporale. Adest Chrys: Chrysostomus orat. 31. in Hæbr: *Quid hoc est? expellitne* (Deus) *pœnitentiam? Nã si seipsum condemnavit, si valdè eiulavit, cur non invenit locum pœnitentiæ? quoniam non quomodo oportuit, egit pœnitentiam.* Non autem, sicut oportuit, quia de fratris prosperitate dolebat tantùm, neq; peccato, nisi huius gratiâ, indignabatur. Ita censet præter Chrysostomum Theodoretus, Sedulius, Primasius, Remigius, Bruno Carthus. Tale Machab: illud aliud de Antiocho Machab: 2. cap. 9. *Orabat autem hic sceleſtus Dominum, a quo misericordiam non esset consecuturus.* Causam eandem regerit S. Th: 3. p. q. 86. art: 1. *Dolebat enim de culpa præterita, non propter offensam Dei, sed propter pœnam, quam patiebatur.* Quâ de occasione, Magnus Theologus Abb: Abb: Ticin: acutè assignat discrimen inter Ticin: falsam & veram attritionem dicens: *Ille namq; solummodò tenor pœnitentiæ ad salutem perducit, cùm idcirco quis pœnitentiam agit, quiâ Iudicium Vniversale & Cœlorum Regnum futurum esse credit, a quo excludendi sunt, & in gehennam mittendi peccatores. Est alia pœnitentia sive pœnitendi intentio, cùm quis idcirco pœnitentiã agit, ut præsentia tantùm, sive præsentis sæculi mala effugiat, bona retineat, fidem aut curam non habens futurorum sive bonorum*

Attritionis veræ & falsæ, discrimẽ.

A *sive malorum: si exempla requiras talis pœnitentia fuit Achab* De altera pœnitentia subjungit. *Cùm ergo quis pœnitentiam ideo facit, ut mala æterna evadat, & bona consequatur sempiterna, fidelis indicatur & per fidem agendo, salvatur.* Papyraceæ penè & fragili innatat NAVI, qui temporalis damni vel lucri gratiâ, lachrymatur aut tristatur de peccatis. Ille verò, qui (ut quandoq; contingit) aut solis conscientiæ adactus intolerabilibus remorsibus, aut ex consuetudinis occasione, aut conservandæ famæ gratiâ nonnisi accedit ad Confessionem, nullo præmisso dolore & aversione B propter Deum, a peccatis suis, aut fine firmissimo proposito ampliùs non peccandi, Monstrum nonnisi, & fatalis umbra, flammis Infernalibus exurenda dicendus est & non pœnitens.

Probatur Figuraliter.

Hunc discursum de navigantibus in fucatæ pœnitentiæ cymba, libeat convenustare, egregiâ S. Scripturæ Figurâ, in illis, quorum recordatus est patientissimus Job, NAVIBUS, poma portantibus. Job. 9. *Dies mei pertransierunt,* Job. *quasi Naves, poma portantes* Reflectit se D. Job. (ut observat noster Lyranus) ad poma paradisi, & fortè iam post C peccatum primorum parentum, intoxicata lethali mortis veneno, atq; evanida, pulchra licet & venusta satis, quæ propterea representabant benè *Poma paradisi, imperfectæ Pœnitentiæ symbolũ.* primorum Parentum, dum nondum Paradiso exturbati essent, fucatam de commisso tam grandi peccato pœnitentiam & dolorem, quem præseferebant. Postquam etenim primi Numinis mandatum transgressi, de vetito gustarunt fructu, nuditatem suam erubescentes, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Hic quæritur: Quamobrem de ficu magis, quàm de alterius ligni foliis? scilicet, quoniam D luctibus & pœnitentiæ aptiores illius frondes, nam dolebant super commissis: & satisfacturi, videbantur eligere de ficubus, quòd horridiora, quia hispida, aspera, & punctiua eius folia essent, ut pungerent magis. Disce id ab Irenæo lib. 3. c. 30. *Per succinctorium, quod sibi Adamus circumdedit, ipso facto ostendit suam pœnitentiam, foliis ficulneis se contegens, existentibus, & aliis foliis multis, quæ minùs corpus eius vexare possent.* Iren:

480.

Protopatrentum in Paradiso Pœnitentia nondum vera.

Condignum tamen inobedientiæ amictum fecit conterritus timore DEI & retundens petulantem carnis impetum, & velat tale quid significans. Quoniam quam habui a spiritu sanctitatis stolam, amisi per inobedientiam, & nunc cognosco, quoniam sim dignus tali tegamento, quod delectationem nullam præstat & pungit corpus. Quâ oratione planè significat S. Doctor, Paradisi primos Incolas, ad fletum & satisfactionem post commissam noxam citò conversos. Sed ecce adest subitò Creator irarum plenus, & increpans rebelles, hoc enim illud eodem capite. *Vocavitq; Dominus DEUS Adam & dixit ei, ubi es?*

Gen: Amb:

Gen: 3. Quam interrogationem S. Ambrosius expendens l. de Parad: asserit ipsam esse increpationem Adæ, ut adhuc peccatoris, necdum verè pœnitentis. *Non ergo est* (inquit) *interrogatio, sed increpatio: ubi ergo es? hoc est, non in quo loco quaro, sed in quo statu? Quo te deduxerunt peccata tua, ut fugias DEUM tuum, quem ante quærebas?* At quomodo verus fuerit Ambrosii sermo? si enim antequam Deus ad auram post meridiem deambulasset, Adam iam detestatus fuit peccata sua, cilicium induit ex pungentibus foliis, cur non sic dolentem, Creator blandè excipit ad amplexus? ad basia vocat? ut postea Pater ille fecit prodigo filio, a longinqua venienti Regione: sed intuere primi hominis perversam malitiam. Volebat Adam apparere cum insignibus dolentium, & habere nomen famamq; compunctionis, quâ adhuc tum carebat: pungentia, aspera assumpsit folia, volens cum honore simul coniungere peccatum, atq; celare: videri voluit pœnitens, esse tamen peccator, ideo iussè a Domino increpatus. Bene ergo Irenæus adstruxit, sub pœnitentûm ornatu occurrisse Numini Adamum: sed simul etiam vera Ambrosii sententia ajentis, voces Creatoris ad illum, increpatorias fuisse, quoniam nundinaria tantùm illa erat pœnitentia, & gloriæ aucupium: Tali certè innavigant NAVI, Paradisiacos Adæ deportanti fructus, qui speciosæ pœnitentiæ præseferunt faciem, dum ad Confessarios humiliter accedunt, quandoq; & lachrymantur, præsertim fœmellæ, sed ex mera consuetudine, & sine ullo dolore, aut proposito non peccandi, vel deserendi peccati occasiones. Vnde fit, quod sicuti (quod observavit Lyranus) *naves poma portantes*, ob levitatem, huc illucq; iactantur fluctibus, & periclitantur; sic pariter talium ficta pœnitentia, non est ad salutem, sed ad exitium.

Protopatrentum Pœnitentia ad apparentiam.

Probatur Historicè.

Lugubre placuit ex Pædag: Christiano P. 2. c. 14. exscribere contingens in recenti. Graves nuper Cordubæ in Hispania, inter duos nobiles viros intercesserant inimiticiæ, interea unus illorum, lapsus in morbum, Sacerdotem Soc: JESU evocat, peccata sua confessurus. Confessarius publicæ offensæ inter nobiles non ignarus, impertiri beneficium absolutionis denegat, donec priùs mutuò reconcilientur sibi, publicisq; testibus & tabulis id firmaretur. Consentit æger, fiunt omnia, ut debent, proinde absolvitur, & sacro reficitur epulo: mox moritur & solemni pompâ sepelitur nobilis in Ecclesia: nocte sequenti, adsunt cum facibus duo Juvenes, (Angeli erant) facibus instructi: Patrem illum evocant ex Collegio, ducuntq; rectâ ad templum, ubi Corpus viri conditum erat, claviculâq; ad ciborium traditâ Sacerdoti, Pyxidem sumi, & seipsos sequi mandant. Fecit omnia Pater, pendens in animo, quò tandem sit res exitura: tandem deducitur ad locum sepulturæ, interea unus, sic Patrem affatur: Ille nobilis, qui dudum est visus, positis inimicitiis, in gratiam redire, fecit fictè: sacra hostia in ore eius hæret illæsa, tu eam tolles, & in theca repones. Ita fati, sepulchrum pede unius pulsatum aperitur, erecto cadaveri os aperiunt, unde sacerdos integram educit hostiam, pyxidi reverenter imponit: cadaver absorberi terrâ visum, Sacerdote ad aram reducto, deinde ad Collegium: cælestes autem evanûere ephebi. Miser iste, quia tantùm, ne sepulturæ privaretur pompâ, fucatæ pœnitentiæ præsetulit signa, pictæ innavigavit NAVI, & ideò in mari misericordiæ Dei portum veniæ non invenit.

481.

Hostia S. cadaveri ex ore extracta, ob simulatâ in vita confessionem.

PARS

PARS II.

SS. DEIPARA, Navis Portitoris.

482. APpianus lib: 2. bell: civil: notavit hæc de Cæsare, quòd cùm turbato mari vellet ad exercitum trãsfretare, nauclerus autem metuendo naufragium, nonnihil tergiversaretur, ne periculo pateret vita Principis; id advertens Cæsar, animando titubantem sic affatus est. *Alacri animo & forti esto adversùs fluctus, naufragium non metue: Cæsarem quippe & fortunam eius vehis.* O miram felicitatem pœnitentium peccatorum? mirabilem dignationem MARIÆ? Hæc etenim cùm effecta sit NAVIS supremi Imperatoris, scilicet Dei, quem utero virginali concluserit; facta est proinde privilegiata, nullisq; naufragiis subest, nullis quatitur fluctibus. En hodie, periclitantibus in mari misericordiæ peccatoribus ob imperfectæ pœnitentiæ defectum, ipsa venit & occurrit de longè, nam ex Italia, deportans panem, merces q; alias gratiarum, præcipuè Indulgentiæ de Portiuncula Privilegium. Sed primò structuram NAVIS huius, & universum eius apparatum diligentiùs perscrutemur.

MARIA Navis summi Regis.

Probatur Scripturaliter.

483. Sapientissimus hominum Salomon, a longè prospectans in vasto viventium Oceano innumeras navigantium Machinas, unam tandem lætus respexit ad ratem, quæ, dum cæteræ maris absorberentur vorticibus, seipsam & quotquot in illa erant, salvam perduxit ad portum, Sap: 14. *Transeuntes mare per ratem liberati sunt.* Ratem hanc Rich: Laur: l. 11. interpretatus est MARIAM. *Ipsa etenim nostra susceptio est: nam in mari submerguntur omnes illi, quos non suscipit NAVIS ista, & quos non sublevat a naufragio peccatorum.* Ideo idemmet putat ad eandem dictum illud Isaiæ 43. *Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ, & omnem qui invocat nomen meum.* NAVIS hæc commendabilis primùm ab Artifice. De ipsa etenim scripsit Idiota cont. 39. *MARIA est NAVIS a Divina TRINITATE facta, compaginata omni virtutum firmitate ac plenitudine omnium gratiarum.* Quod explicatiùs descripsit Jacob de Vorag: dicens: *In ea etenim Pater posuit suam potentiam, inquantùm ei potentiam receptivam Deitatis contulit. Filius suam sapientiam, inquantùm in ea sigillum integritatis intactum servavit. Spiritus S. gratiam, inquantùm plenitudinem gratiæ dedit ei.* Secundò commendabilis redditur NAVIS hæc, à mira virtutum eius compage: quia cùm sit specialissimum DEI opus, compaginata est, virtutum omnium firmitate, ipsa etenim velut Arca Noe, & velut Arca testamenti, ad præceptum DEI, facta est quasi de Lignis Setim, quæ fortia sunt & imputribilia, propter hoc dicitur Isaiæ 40. *Forte lignum & imputribile, elegit sibi Artifex sapiens.* scilicet CHRISTUS, Sapientia Patris, qui Mariam sibi ædificavit in domum & NAVIM, ait idem Richardus. Commendabilis tertiò, a præstantia materiæ: vel quia membra eius tam animæ, quàm Corporis, quæ sunt materia huius NAVIS, desiccata fuerunt ab omni humore nociuo, calore Spiritûs S, quo ad corpus: dolota etiam prudentiâ summi artificis, & quasi complanata, ut esset sine pondere peccati mortalis, & sine scopulo seu nævo tam venialis quam originalis: propter hoc dictum est Nòé. Gen: 6. *Fac tibi arcam de lignis levigatis.* Possunt ergo dici (ex mente citati Doctoris) ligna ista, Cor humile, spiritus mansuetus, mens tranquilla, verecunda frons, demissa supercilia, oculi columbini, auditus obediens, discretus olfactus, os taciturnum, dentes absconsi, labia sine risu, lingua veridica, gustus moderatus & abstinens, velata facies capitegio, tactus promptus ad bona opera, modestus incessus, lumbi accincti fortitudine, pedes prohibiti ab omni via mala, sensualitas ex toto subiecta rationi. Membra etiam spiritualia B. V. MARIÆ, id est, virtutum omnium congeries, quasi materia fuerunt huius NAVIS. Quartò commendabilis dicenda hæc NAVIS a figura seu Forma, cuius quatuor partes, quæ notantur his versibus.

Prora, prior navis pars est, pars ultima, puppis.
Dic latus esse ratem, ventrem dic esse carinã.

Ubi pulchrè prosequitur idem cit: Author, harum partium explicationem in Maria.

Idiot: MARIA navis, cuius faber Trinitas.

Jacob de Vorag:

Isa: Gen:

Mariana navis structura, variè declaratur.

Navis Mariana Forma seu Figura explicatur.

in MARIA. Ita ut *Prora* significet prudentiam Virginis: aut etiam per eam signetur principalis virtus, nimirum Fides, quæ prima petit campum, & signifera est aliarum virtutum, & quâ mediante Virgo cœlestia concepit mysteria. *Ratâ* etiam dicitur, quasi fortis, quia ratum idem est, quod firmum. Hæc sunt latera nostræ NAVIS, nam tunc præcipuè eluxit eius fortitudo, quando sola sub Cruce Filio astitit patienti, cùm fugerent universi. *Carina*, quæ est venter NAVIS, signat temperantiam. Et dicitur carina, quasi carens rima, seu currina, illa enim pars, currit in aqua: unde necesse est, quòd maximè integra sit, & rimâ careat, ne subintrantibus aquis, NAVIS submergatur. Per hanc enim virtutem gloriosissima virgo caruit omni rimâ, quia nunquam in ipsam ingredi potuit, vel gutta unica carnalis illecebræ, seu mundanæ voluptatis. *Puppa* tandem, ultima pars NAVIS, in qua nauclerus explorat ventos, prævidet pericula, & tempestates, & ibi est regimen totius NAVIS ac gubernaculum, alludit ad
Ambr: Justitiam MARIÆ. Vnde D. Ambr. l. de Virg: ult. ait: *Iustitia, in alto quodam excessu locata, videt, exploratq; omnia, quæ alii potiùs nata, quàm sibi, non tam suas utilitates, quàm publicas, & emolumenta omnia rimatur.* Vnde per hoc notatur in Deipara virtus Justitiæ, quâ illa omnes puras creaturas longè antecelluit, ut latè probat Vega Theo: Mar:
Prov: Palæs: 17. cert: 5. iuxta illud Prov: 8. *Meum est consilium & aquitas.* His superadde *Malum*, excellentissimæ humilitatis, cuius altitudo ascendit in summum cælum, & attraxit inde Filium Dei: cui impendens *velum*, cogita esse eius virgineæ castitatis prærogativam, vel potentias eius rationales, scilicet intellectum & voluntatem, quæ semper turgida vento Spiritûs Sancti, in altum contemplationis ferebantur. *Nauticam* tandem seu magneticam huius ARGONAVIS si requiris pixidem, Magnes quidem, per quem homines ad cælum reducuntur, MARIA dicitur
Birgitt: in Revel: S. Birg: lib: 3. cap. 22, sed hic accomodatiùs denotet admirandam conformitatis virtutem, quâ cæteris effulsit, sive in prosperis, sive in adversis. Jam habes structuram huius NAVIS, merces ergo quas deportat, inquire.

A *Probatur* Figuraliter.

Est præcipuum, quod observetur in illa celebri & famosa Institoris NAVI, apud Proverbialistam, quòd, etsi non dubium sit, onustam fuisse pretiosis spoliis, ex quibus & sibi & viro, Mulier illa stragulatam vestem, & domesticis atq; ancillis suis, nedum de cibariis, sed de duplicibus quoq; providit vestimentis; totum nihilominùs mercationis suæ & lucri pondus, posuit in unius panis conquisitione. *Facta est quasi NAVIS Institoris, de longè portans panem suum.* Prov: 31. Si illa fortis Prov:
B mulier, quæ huic assimilata est NAVI, ut in confesso est apud Patres, fuit MARIA *in mulier re forti, figurata.* Beatissima Virgo, Panis verò, quem portavit de longè, scilicet e Cœlo, fuit CHRISTUS, Filius eius, De quo ait Rich: Laur: *Hoc adimpletum est ad literam, quando Christus, qui vivus panis est, in utero, quasi in navigio virginali de Nazareth, venit in Bethlehem domum panis*; non adeo proinde demiror, quòd propter excellentiam, panis hic vivus, ex quo habetur omne pretium, de MARIA, *Navis panem portans.*
eoq; cætera participant, cunctis anteponatur, ut a solius huius panis deportatione, NAVIS istius excellentia
C deprædicetur. Cæterùm, quia significatione panis, venit etiam pœnitentia pro peccatis, iuxta illud Psal: 35. Psal: *Cinerem, tanquam panem manducabam*, Quod mysticè cum ingenio exponit D. Gregor: hom: 9. in Ezech: dicens, Pœnitentia, *panis anima.* *Cinis ergo sicut panis comeditur, quando Auctori suo peccator per pœnitentiam, sicut innocens revocatur.* Hunc quoq; panem Greg: pœnitentiæ, NAVIS hæc Institoris, B. V. MARIA, deportare dicitur, dum peccatoribus ritè pœnitendi gratiam impetrat, facitq; eos Deo reconciliari. Adeo ergo cordi est MARIÆ, conversio peccatorum, ut nihil pretiosius MARIÆ *Panis, conversio peccatorum.*
D reputet ex his, quæ deportat, quàm panem pœnitentium, nimirùm, plenam eorum conversionem & perfectam justificationem. Mittit hæc *crystallum sicut buccellas*, quoties perfectæ contritionis auxilia, apud Deum peccatoribus conciliat, crystallus verò in buccellas vertitur, dum profusæ amarè lachrymæ, dolentis animam reficiunt, & recreant, fiuntq; cibus animæ. Sed præcipuum est, quod hodie præstasse cognoscitur peccatoribus, hæc cœlestis Institoris

484.

nobilissi-

Portiunculæ Indulgentia Panis singularis MARIÆ.

nobilissima NAVIS: Novæ enim remissionis, seu Indulgentiæ deportat illis panem, sine omni furfure remanentis satisfactionis seu obligationis ad pœnam temporalem. Hodie tandem quodammodo impleri videtur illud Abrahæ ad Saram dictum: *Accelera tria sata similæ, commisce, & fac subcinericios panes.* Gen: 18. Scio enim a Mellifluo, id interpretatum de MARIA, inquantùm in eius vtero Virginali, ex consensu ipsius, tria sata scil: VERBUM, anima, & caro, commixta (& ut explicatiùs S. Doctore, loquar) unita sunt, per Incarnationem. Cæterùm nil obest, quin cogitare liceat, per hæc tria sata, de signari primùm, merita infinita Passionis Christi, deinde merita ipsius Beatissimæ & preces eius, tandem humillimi Francisci viscerosam pro peccatorum salute deprecationem. Acceleravit ergo Beatissima Virgo, accepit tria hæc sata, commiscuit in unum, dum horum trium allegatione, supplex facta Filio, fecit subcinericium Panem, impetrans Indulgentiæ, seu remissionis quoad culpam, & omnem absolutè pœnam, Privilegium, & quidē æternum: in cuius fortitudine cibi, ambulant ambulabuntq; fidelium animæ, usq; ad montem Horeb, scil: visionis Dei, seu usq; ad diem Judicii vltimi.

Bern:

Sara Maria, tria sata cōmiscuit pro pane Portiunculæ Indulg:

Probatur Doctoraliter.

485. Sed iterum de principalis Tituli elogio, inquirenda sunt sensa Patrum: Jam se hìc absolvit supra Richard: Laur: Adest ex antiquioribus S. Proclus orat: 6. de Laud: V. *MARIA, est NAVIS Regia, quæ de Tharso divitias portat, e Gentilium Regione, offerens Regi cælesti Ierusalem, conversionem Gentium.* Albert: M. sup. 1. Prov. *NAVIS refertissima Institoris, id est CHRISTI, de longè portans panem suum, scilicet nobis: Panem Angelorum manducavit homo.* S. Ernest. Prag: cap. 106. *MARIA, NAVIS Institoris currens & recurrens a nundinis mundi, ad nundinas cæli, deferens secum nostras miserias, quas ei committimus, & referens nobis aurum, id est mansuetudinem cordis, argentum, id est dulcedinem oris: Ebur, id est firmam castitatem corporis: simias, id est jucunditatem mentis: pavos, id est honestatem conversationis.* Dion: Carthus: in cap. 31. Prover: *MARIA, NAVIS, quia sicut NAVIS defert contenta in se, ad loca remota; sic B. Virgo exuberantiam suorum charismatum, undiq; longissimè ac latissimè diffudit, dispersis communicavit, ita quòd de plenitudine eius omnes accepimus.* Tandem Bernard: Bustens: latissimè hunc Titulum & erudite pertractans, inter cætera hæc habet. *MARIA, NAVIS, quam omnes debent conscendere, qui ad portum salutis æternæ volunt prosperè & feliciter pervenire, quâ mediante vadimus securi & liberi, ab omnibus periculis maris & fluminum.*

Proclus.

Alb: M.

Ernest:

Dion: Carth:

Bustens:

Probatur Miraculosè.

486. Thesim nostram, multa etiam comprobant miracula, quibus constat huius mysticæ NAVIS beneficio, complures, naufragia, mortemq; temporalem euasisse, ut tantò liquidius constaret, a naufragio salutis longè abesse, qui huic innavigant NAVI, scil: qui confidunt in protectione Beatissimæ: præcipuum illud est ex circumstantia Indulgentiæ de Portiuncula, de nonnullis laborantibus in mari Adriatico, quos invisere & consolari dignata est Beatissima per manes cuiusdam fœminæ: quod in Chronic: nostris sic refertur. Brevi post publicationem huius Indulgentiæ, per proximas Christianitatis Regiones, 120. Peregrini ex Sclauonia ivêre versus Assyrium, lucrandi ergo, prædictam Jubilei gratiam, primumq; veniunt Anconam, ubi nobiliores visitando Ecclesias, suasu cuiusdam Sacristæ, (qui certiores haberi in illo suo Templo asseverabat Indulgentias, quàm illa esset noviter publicata, longi etiam itineris,) ob magnos æstus nonnihil pertæsi, non prosequi ulteriùs iter illud, domumq; redire decreverunt, unâ muliere firmiter in proposito permanente: hæc abeuntibus cæteris, remansit sola, sed quasi errabundæ, occurrit interim honorandus quidam senex, religioso coopertus vestimento, & ait: ne dubites Filia: rectam in anima tua tenes viam: brevi & socii tui, hìc comparebunt. Vix circumspicit, & ecce venientes iam adstant, quos ille in unum, hisce adhortatus est verbis: Bonum (inquit) est, quòd iterum cogitastis, etsi antea malè persuasi de prosequendo itinere ad Portiunculam: est enim ibidem verissima Indulgentia: adfui etenim præsens, dum concederetur seu approbaretur a Summo Pontifice

Portiunculæ Indulg: miraculo confirmata, in periclitantibus in mari.

tificè Honorio, quinimò optimè novi, eã esse a Christo confirmatam: Pergite infallibiliter eam lucraturi. Hisce dictis, senecio evanuit. Illi proinde mirè consolati in spiritu, iter tantò alacriùs prosequuntur: veniunt Assisium, ubi factum evulgant, & acceptâ ibidem Indulgentiâ, ad propria repetituri iter arripiunt, illâ solâ fœminâ ob infirmitatem, quæ illi supervenerat, Assisii relictâ, quæ etiam intra aliquot dies vi morbi occubuit, & brevi, dum iam socii Anconâ solventes, navigarent per mare Adriaticum, (quod cæteris turbulentiùs esse dicitur,) visibiliter eis comparet inter fluctus demortua fœmina, eosq; hisce affatur: Nolite timere, ego etenim illa fœmina sum, quam infirmam Assisii deseruistis: ultrò me ad vos ablegavit nuntiam, Beatissima Virgo. Ego etenim iam è vivis decessi, ut tantò certiores vos reddam de ipsius patrocinio, & præsertim de Indulgentiæ illius veritate ac valore super cæteras alias: maximo enim ipsius beneficio, vix e vivis migravi, ilicò sine ulla alia pœna, Regnum Cœlorum felix possedi.

Probatur Historicè.

487. *Navis salutis apud Athenienses, quæ Privilegia?*

Scribit Valer. Pierius, Hierogl: 45. cap. 4. Athenienſibus fuisse quandam NAVIM celeberrimam, quæ dicebatur NAVIS *salutis*. Huius erat, singulis Annis solvere in Mare, ut navigaret in Delphos ob cultum Apollinis: hæc NAVIS coronabatur in puppi a Sacerdote, cautumq; fuit lege, antequã emensо pelago NAVIS illa rediret Athenas, ne ullus reorum, qui ad multam carceribus tenebantur, capite plecteretur, & hâc ratione ab Athenienſibus, Socrati, qui condemnatus capite tenebatur in carceribus, prorogata fuit ob NAVIM in Delon euntem, pœna capitis. Magnæ felicitatis porrò fuit, privilegiatæ illius NAVIS, vel ad modicum tempus, salutis suæ gaudere beneficio. Longè æquiori Jure Beatissimam Virginem ratione hodiernæ Indulgentiæ, cur non appellemus NAVEM *salutis*? Modicè illa, protractæ vitæ reis auspicium erat; hæc æternæ salutis, perditissimo cuiq;, modò pœniteat, offert privilegia. Ibat coronata illa a Sacerdote in Delphum, ficti Dei Apollinis Delubrũ, tripodem eius, oraculorum sedem, adoratura; descendit nostra, meritorũ redimita a Filio, florentibus ac superabundantissimis Coronis, *Veni, veni, coronaberis de vertice Sanir & Hermon. Cant:* 4. de quorum affluentia, simulq; ex Meritorum Filii sui infinito thesauro, a Tripode, alias a SSS. TRINITATE, vivæ vocis Christi oraculo, impracticatam, nullisq; ante sæculis auditam, quia sine ullis satisfactionibus, solâ nonnisi visitationis Ecclesiæ appositâ conditione, obtinet, & quotannis deportat peccatoribus salutarem Indulgentiam de Portiuncula. Quis ergo ampliùs perneget, verè & propriè dici Beatissimam, NAVIM salutis, NAVIM Institoris, quæ universo orbi tam præstantis & perpetuæ Indulgentiæ, deportavit panem seu Privilegium.

MARIA, Navis salutis, ob Portiunculæ Indulg:

Epilogus.

488. *Portiuncula Indulg: Angelorum multitudine & cantu celebrata.*

VSu iam consueto Gentium venit, adventantes, etiam a longè prospiciendo NAVES, boatu tormentorum, ignibusq; ac facibus accensis consalutare. Testatur Chronicon Ordinis, Christum cum Matre sua ad Templum ubi concessurus erat benignissimè præfatam Indulgentiam, cum tanta descendisse Angelorum multitudine, ut S. P. N. Francisco, ab infimo usq; ad summum, cælestibus illis spiritibus videretur esse impletus aer, qui solemnissimo cantu, & mirè modulatis vocibus, recedenti in Cœlestia, Regi & Reginæ, de peccatorum salute gaudentes, triumphale occinebant canticum. *Te Deum laudamus.* Jungamus proinde vocibus voces, cantica Canticis, & huic cælesti NAVI, humiles peragentes gratias, quæ tam pretiosas merces & spolia, universis deportavit e Cœlo peccatoribus, verè facta Navis, Institoris. Imò, ut hæc inclyta ac victoriosa ARGONAVIS, classem integram pœnitentium ducat, reparatis per pœnitentiam carinis nostris, sequamur eandem alacres, & devoti, cum Seraphico Doctore eiusdem imploremus subsidia.

Aue Virgo spes humana
Prome ventos, fluctus plana:
Vt euecti mundi undis,
Emergamus de profundis.
A M E N.

NEGOTIUM

NEGOTIVM SECVLORVM
SS. DEIPARA.

De qua natus est Iesus. Matth: 1.

489. ADest iam Dilectissimi Auditores, a tot seculis mille expetita votis ac desideriis, auspicatissima Nativitatis Beatiss: V. MARIÆ dies, in qua post horridissimam infidelitatis brumam, dum universa terræ, (quæ speciosa erant) idololatriæ cõsumpsit pruina; affulgere iam incipit amænissimum ver, & in brevi Orthodoxæ fidei approximat æstas, Juxta illud æterni Sponsi evocantis in hunc mundum, ex utero materno, Sponsam suam MARIAM, *Surge, propera amica mea, Columba mea, formosa mea, Iam enim hyems transiit, Imber abiit & recessit,* Cant: 2. Quod sic exponit Matthæus Catacuzenus ap: Scherlog. *Velut ex Vnigeniti Filii Dei (inquit) persona exponat & dicat, Exurge, veni propinqua mea, hoc est, Tempus est, ô Mater! ut tu nascaris in terra, ut sis domicilium mihi ex te nascituro mortali: tempus enim hyemis, nimirum infidelitatis præteriit, & imber abiit, videlicet idololatriæ, illuvies, cum pravis pariter desiit operationibus.* Grande nimis NEGOTIUM, MARIA, ideoq; Filio Dei unigenito nimis expectabile, vel ab ipsius mundi creatione: Hæc enim in illis adhuc æternis Decretis simul condebatur cum Christo, de quo latiùs inferiùs dicetur. Nec mirum, tam arduè expeti a Christo, Nativitatem Mariæ, quoniam paradisi gloria, quàm tristis tentationis hyems decoxerat, non aliter restauranda erat, quàm per eum, qui de illa nasciturus erat, Filium. Introducitur ergo Filius ipse, qui ob charitatem erga genus humanum, Genitricem suam, quasi morarum incuset, neq; ampliùs differri remedium velit, sed ut properet & festinet, per cuius sobolem orbi salus adventura erat, postulat. Tantæ porrò molis erat unius Creatio MARIÆ, & Nativitas, nedum summi opificis artificio; sed etiam cunctorum sæculorum desiderio, adeo; ut D. Damasceno omnes ætates depræliari inter se viderentur de MARIÆ Nativitate, sic enim alloquitur hodie neonatam *Certabant inter se sæcula, quodnam ortu tuo gloriaretur.* Cùm namq; sublimiùs nihil concipi valeat, quàm Virginem nasci, quæ Mater futura absq; detrimento castitatis, quæ Deum, hominem factum paritura esset: hinc ad nobilitatem temporum, quodnam, tanti syderis illustrandum esset splendoribus, cõtentio ætatum. Propterea a S. Bernardo serm: 2. Pent: appellata fuit *Negotium sæculorum.* Tenebo proinde melleum hoc acumen Doctoris, atq; hanc sæculorum concertationem pro ortu MARIÆ exponam, clariusq; deprædicabo: vanorum NEGOTIORUM, quibus plerumq; immorantur mortales, priùs stultitiam admiratus: breviter interim salutemus MARIAM.

Virgo Mater tu cunctorum
NEGOTIUM sæculorum
Tu solve vana otia:
Ne desinant in vitia,

Cant: Catacu: MARIA grande negotiũ Dei. Filii Dei desideria veniendi in mundum ad redemptionem. Damasc. MARIÆ de ortu, certant sæcula. Bern: MARIA negotium sæculorũ.

PARS I.

Quàm vana sint plurimorum Negotia vitæ.

490. MIrari satis nequeo, naufragantium in mari cum Jona Propheta naturarum ingenium, dum enim mare plùs solitò fureret fluctibus contrariis, navis proximè demergenda, continuò quateretur, cunctisq; iam desperarâ salute, sola nonnisi cum aqua sorbenda mors manebat; in profundo Navis bene dormientem Prophetam excitant, & seriosiùs, de conditionis statûsq; ratione examinantes, non priùs de

ùs de Patria, de Genere, de Patre, de Agnatis interrogant, quàm de negotii sui, seu operis conditione. Dixerunt ad eum, *Quod est opus tuum. Ion:* 1. Tādem subiungentes dicunt. *Quæ terra tua? quo vadis? vel ex quo populo es tu?* Qualitatem & conditionem hominis, non ex Patria & Genere, sed primùm ex negotii venantur ratione. Nec incongruè, nam negotii ratio, indolem & patriam ostendit. Hoc nautarum interrogatorio si sæculi moderni Christiani, examinandi forent. *Quod est opus tuum? quæ terra, vel ex quo populo es?* vtcunq; possent secundi & tertii solvere quæstionem. Quod autem opus eorum sit? non tam facilè: cùm penè plurimi reperiantur adeò vani; ut quamvis sint multi in operibus ac studiis; nullius tamen negotii videantur esse homines, eò quòd salutaria negligentes, totos se vendicent sectandæ vanitati.

Jonæ.

Probatur Scripturaliter.

491. *Hominum occupationes, quā vanæ.*

Nimis dolenti olim entheo indoluisse legitur sacer Psalmographus, simulq; delirantes inclamasse mortales, qui immemores sui, & seipsos minimè cognoscentes (quod, summa scientia est) in perscrutandis naturæ arcanis, antiquitatum indagandis curiositatibus, terram rimantur, centri eius distantiam investigant, parùm vel nihil soliciti, quantùm distent a DEO: fastigia etiam cælorum, syderaq; conscendunt; infirmitatem autem suam minimè norunt, nec inquirere student, quâ viâ ad cælum eundum: Ingenti sumptu, & sæpè cum iactura virtutis, Regna diversa peragrant, linguas, mores diversarum nationum condiscunt; cùm tamen linguam Christianam probè non calleant: DEO loqui in oratione, & seipsos intelligere nesciunt Tales inquam nominatus Dauid Psalm: 4. inclamasse vehementiùs & zelosiùs auditus est. *Filii hominum, usquequo gravi corde: ut quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?* In his verbis, *Filii hominum*, non modicum latere mysterium arbitrantur nonnulli apud Blanc: hìc, præsertim D, Chrysostomus censet hic allusisse Psaltem ad illum locū Scripturæ. *Videntes autem filii Dei, filias hominum.* Gen: 6. per quod notabantur homines scelesti, & ad vitia valdè procliues: imò Vūb: Beda aduri hìc putat turpissimâ notâ, sectantes vanitatem tanquam Christiani non essent: dum ait. *O vos filii non unius hominis, id est Christi, quem imitari debetis; sed qui hactenus fuistis filii hominum, vel terrennorum parentum, portando scil: imaginem illorum, & faciendo mala opera eorum.* Tantùm distat vanitatem sectari; ut meritò, vel saltim in proximò censearis peccator: citò etenim a vanitate transitur in offensam, dum enim vana sequitur homo; studia salutis vel absolutè negligit, vel confusè pertractat: atq; sic sensim voluptate sensuum irretitus, in scelera rapitur: prodigus ad profana, fit pauper, vel potiùs parcus, in pauperes: & si solùm appreties tempus, quod vanitatibus insumit, rem ingentis æstimationis, nunquam aliàs recuperandam, deperdit. Miratur sanè Seneca lib: 2. epist: imò & indolet, antiquorum, in inquirendis, sectandisq; vanis scientiis studiositatem, quorum ille integram inducit Classem, Dydimum primum Grammaticum, qui ab assiduitate laboris, ferreis visceribus esse dictus est: hic quatuor millia librorum scripsisse dicitur. Miser si tam multa supervacanea tantùm legisset. In his libris de Patria Homeri quæritur, de Æneæ vera matre: in his, an libidinosior Anacreon, an ebriosior vixerit? & similia potiùs dediscenda, quàm addiscenda. Consimile fuit studium Tyberii Imperatoris, qui continuè laboriosè sciscitabatur quæstiones: Quæ Mater esset Hecubæ? quid Syrenes cantare consuevissent. Socrates, quàm operoso studio, saltum pulicis, ex pede, ceræ impresso, metiri consectatus est, ut ter millies quadragesies quinies saltu uno, molem corporis sui hunc excedere asseruerit: sed longè dolentiùs quis non censuerit? videre Christianos, plures implere theatra quàm Ecclesias, frequentiores in aulis ubi in iocis, ludis, spectaculis, sermocinationibus, choreis, & similibus vanitatibus, (utinam plùs mali non adesset) dies & noctes, vanè consumunt, græcantur, qui nec horulam pietati, Concioni, Missæ audiendæ condonant Deo, negotium salutis animæ suæ penitùs negligentes. Hanc meditationem vanitatis, adeo esse utilem censebat S. August: lib: 9. Confess: cap: 4.

Psal:

Chryso:

Beda.

Negotia vana, damnosa, Christianos dedecent.

Seneca.

Negotia vana circa vilia nonnullorum.

Pulicis saltûs, mensura curiosa.

Ambr: cap: 4. ut dixerit se optare hunc locum Psalmi, ut recitetur toto orbe terrarum. Imo & S. Chrysost: sic ait:

Chrys: *Equidem vellem invenire sublimem quandam speculam, quæ omnia mihi hominum genera subjecta monstraret: vellem etiam dari mihi vocem eiusmodi, quæ ab ultimis usq; totius orbis terrarum finibus exaudiri, & ad omnium aures, qui vivunt, pervenire posset, ut gemens & vociferans Davidicum illud, summâ contentione vocis, ederem: Filii hominum usqueqno gravi corde? utquid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?*

Vanitas hominum deploratur.

Probatur Figuraliter.

492. Michæ: Inclytus Propheta Domini Michæas, admiratus abominandam prostitutionem filiæ Sion, principium & originem omnis mali investigavit, fuisse quandam urbem Gethæorum (*Mareſa* aliàs vocabatur) in qua exponebantur venales merces mendaces, scil: speciem quidem pulchritudinis & pretiositatis præseferentes, fucato labore & industriâ Artificis; in re tamen & in substantia viles valde, & ementitæ speciositatis, ait enim: *Principium peccati filiæ Sion, quia in te inventa sunt scelera Israël. Propterea dabit emissaries super hæreditatem Geth, domus mendacii in deceptionem Regibus Israel.* Syriaca legit. *Domus vanitatis.* Tropologice (ex Interpretatione Blanc:) Reges Israel significant eos, qui cupiditatibus suis dominantur, qui contemplatione rerum cælestium fæpiùs occupantur, & propterea dicuntur, DEUM videntes, quales debent esse omnes Christiani. Geth: bene exprimit dæmonem, qui ædificat Domum seu urbem mendacii & vanitatis, dum Christianis, (vt eos à cura salutis sensim abstrahat, & a Divinarum rerum contemplatione,) primùm objicit vanitatem, & mendacia, penè omnium sensuum. Fascinat oculos diversis spectaculis: auribus illudit cantibus, gratâq; variorum Musicorum harmoniâ: fallit gustum, potuum, ciborumq; diversorum oblectamentis: decipit odoratum fragrantiâ vestium: tactum tandem dementat, cultu Corporis & indumentorum exquisitâ pretiositate, lusibus & choreis: verumtamen merces hæ, sunt merces mendacii & vanitatis: euanescunt enim, breuiq; transeunt, ad modicùm parent, sensim autem pertrahunt hominem a vanitate in peccatum. Vnde est illud Isai: c. 5. *Væ qui trahitis iniquitatem in vinculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri, peccatum.* Tam duram contorquet restim vanitas, non enim moraliter possibile videtur, ut is qui se voluntariè vanis huius mundi occupationibus implicat, ipsisq; diutiùs immoratur, a casu sit liber. Propterea & Michæas citatus supra, ut mala è vanitate pullulantia exprimeret, suum inde orditus est sermonem. *Principium peccati Filiæ Sion &c:* Hoc vanitatis paradigma videri potest in illis Judæis, qui in obitu Lazari venerant consolaturi sorores eius, Martham & Mariam: *Ioann:* 11. ubi etenim *Vidissent Mariam, quia citò surrexit & exiit,* ignari rerum, quòd in occursum Christi properaret, putantes eam ad sepulchrum Lazari, ut ploraret, currere, secuti sunt eam, non pietatis, sed vanitatis motivo, adeo; ut si sciretur Maria ad Christum ire, ab omnibus esset derelicta. Accinit huic Cyrillus dicens: *Si audissent Iudæi, eam vocatam a IESU, non ipsam forte sequerentur.* Sequuntur homines auidissimè vanitatem & amant mendacia. Videas vanitatum aras frequentissimas, fumosas hominum imagines plenas populo, Dei autem templa deserta. Metuendum plurimùm, ne his temporibus repetat Dominus, illam apud Jerem: cap: 2. querelam fatus. *Quid invenerunt in me Patres vestri iniquitatu, quia elongaverunt se a me, & ambulaverunt post vanitatem, & vani facti sunt.* Hæc est invisceratа malitia hominum intimis prorsùs imbibita medullis, ut ad vanissimæ novitatis gloriolam & fulgorem prosiliant, currantq; siue per syrtes, siue per inhospitalem Caucasum, ad verum autem gloriæ lumen, Deum, nec gradum faciant. Pulchrè D. Clem: Alex: 2. pædag: c. 12. ait ad propositum: *Ecce totum Cælum apertum est, & Deum non quæritis: absconsum autem aurum & lapides, hi scrutantur apud eos, qui sunt capitis damnati.* Concurritur populatim ad mundialia bona, etsi abstrusa, patentissima Dei bona contemnuntur, Deus ipse omnium bonorum artifex, ut suspectus cauetur. Adeò hæc vanitas præoccupasse mentes mortalium conspicitur, & per omnes, hæc lues grassari, ut Rex Psaltes dixerit in universum. *Dominus de cælo prospexit*

Venales merces mendaces, ruina Filiæ Sion.

Vanitatum typus, Vrbs Gethæorum.

Joan:

Cyrill:

Jerem:

Clem: Alex:

Vanæ, trahunt ad illicita

Isai:

Psal: *Respexit super Filios hominum, ut videat, si est intelligens aut requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usq; ad unũ,* Psalm: 13. Vsq; ad unum (inquit) vix enim unus & alter inveniri potest, qui Deum sincere requirat: hominum autem frequentia, non sequitur, nisi vanitatem, vanas nimirum occupationes: aut ad summùm, si recta & honesta agere videantur; in re tamen sua vanam quærunt gloriam, adeò; ut Apostolus, uno excepto Timotheo, de omnibus, qui suum addextrabant Apostolatum, dolenter querulatus fuerit, omnes currere post vanitatem dicens.

Vanitatem, qui nõ sequantur, valde pauci.

Philip: Philip: 2. *Spero autem in Domino IESU, Tymotheum me citò mittere ad vos, neminem enim mecum habeo tam unanimem, qui sinceră affectione pro vobis solicitus sit. Omnes enim quærunt, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi.* Vnde est, quòd tales vanorum negotiorum sectatores, nomen etiam Christiani apud antiquos demererentur.

Probatur Historicè.

493. Quod ipsum præclarè probat illud inter primæuos Christianos exemplum. *Surius* in vita S. Sebastiani scribit, eo tempore, quo sanctus iste & inclytus Martyr passus est, fuisse inter Christianos quendam nomine Torquatum, fidelem quidem, sed fidei operibus non correspondentem, cuti suæ & cultui Corporis valdè addictum, cui plurimùm placebant vanitates mundanæ: Hic cum à Judice propter fidei professionem comprehensus teneretur in carcere, & iam proximè ad tormẽta deducendus esset, atq; hoc cùm conspexisset Tiburtius, verè Christianus, profiliit ex turba, rogavitq; Præsidem, ut desisteret a tortura: quòdsi tamen hominem quæstioni subdere statuisset; propter alia delicta ab eo commissa hoc faceret. Verùm quidem esse (aiebat Tiburtius) quod Christiani nomine sit insignitus; nullum tamen Christiani hominis indicium vnquam posuit. Credisne vir Illustrissime, (inquiebat idem) hunc esse Christianum, qui in suo lenocinio moliendo, capitis fimbrias admittit, qui tonsorem diligit, qui scapulis molliter gestit, qui fluxum gressum improbo nisu distendit, qui pavonis instar, tumido & superbo incedit pede, qui fœminas curiosiùs intuetur? nunquam tales pestes dignatus est CHRISTUS habere seruos. Non Christiani meretur dignitatem, qui talem vitam ducit: mentitur, qui tàm sordidis moribus Christianum se iactat. Ex his itaq; liquidò collige, ex negotii & occupationum ratione, Christianum & fidelem esse metiendum.

Christiani qui amabant vanitates non habebantur pro fidelibus veris.

PARS II.

SS. DEIPARA Negotium sæculorum.

VVlgò dicitur. *Non decet Reges captare muscas.* Turpi proinde adustus fuit ab omni antiquitate, notâ, Domitianus Imperator, cui quotidianum cum hoc alato verme fuerat bellum: aliquot enim horis, abdebat se in cubiculum, quasi de magnis consulturus, cùm vero Ministri per rimam, quid Imperator intùs ageret, curiosiùs indagarent; viderunt Imperatorem, muscas acuto telo configentem. Simile quid notatum fuit in Hircaniæ Rege Hartabo, & in Biia Rege Lydiæ. Primus ille capiebat talpas, alter ranas colligabat filo. Magna porro, Magnos decent molimina: vilescit dignitas ex negotii exilitate: dextera sceptro assueta filuam rudem attrectare non debet. Si seruire MARIÆ (ut quidam dixit) regnare est, dum cultûs MARIANI devotionem assumis, regale prorsùs pertractas NEGOTIUM, cuius tanta est excellentia & dignitas, ut pro ipsa, & de ipsa a primo mundi principio usq; adhuc, pia animorum præliatione, certauerint vniversa sæcula & ætates. Justè proinde NEGOTIUM sæculorum appellata. Quod certantium sæculorum spectaculum, eò vobis A. A. erit jucundius visu, nisi sit facilius relatu, si cogitatione vestrâ Virginem necdum natam adueniisse fingatis, sed nascituram, ab hominibus expectari vobis persuadeatis, idq; per singulas ætates.

494. *Domitianus captãs muscas illustris.*

Magna, Magnos decent.

Probatur Scripturaliter.

Prima itaq; mundi ætas, quæ initium sumpsit ab Adamo, quamvis ob lapsum eius deploratissima, in qua unius ca-

495. *MARIA a prima*

tate mũli culta. nius calamitas, facta est omnium hæreditas, cæterùm Figuris MARIÆ illuminatissima, quibus releuabatur Adamus cum posteris, in suis, quas per peccatum incurrerat, ærumnis. De hoc

Eccle: clarissimè habetur *Eccle:* 24. ubi, in secundario sensu intelligitur de MARIA illud: *Ab initio & ante secula creata sunt.* De quo satis fusè Salazar in Prov: sufficiat interim Rupert: in capit: 2. Cant: qui sic loquentem inducit Virginem. *Priusquam nascerer, Deo præsens aderam: antequam fierem, bene illi cognita fueram. Elegit me ante mundi constitutionem, ut essem sancta & immaculata in conspectu eius in charitate.* Eloquentissimè

Rupert: *Adam dũ creabatur, Christus formabatur.* Tertullianus describens molitionem primi hominis l. de resur: carnis, asserit in formatione eius, figuratum fuisse Seruatorem CHRISTUM, ait enim sic: *Recogita totum illic Deum occupatum, ac deditum manu, opere, consilio, sapientiâ, providentiâ, & ipsa imprimis adfectione, quæ lineamenta ductabat, quodcunq; enim limus exprimebatur, CHRISTUS cogitabatur futurus.* Si itaq; ibi formabatur, iuxta

Tertul: *Christus nunquam sine Matre.* Doctorem, CHRISTUS, oportuit formari & MARIAM, nullibi enim Filius fine Matre, præsertim tali, quæ ab æterno, Mater prædestinata dicitur dicente D. Anton: 4. p. tit: 15. c. 4.

Anton: *Ipsa etenim ante secula prædestinata est, ut esset principium, ex quo recreandum fuit omne creatum.* Hinc sicut Christus cogitabatur, quoties limus exprimebatur; sic pariter dum formaretur Eua; formatam cogitare incumbit & MARIAM. Ergo suscipe constructionem Primigeniæ Euæ. *Immisit* (inquit) *Dominus soporem in Adam:* Vtquid soporatur vir, obtusisq; sensibus amouetur? Juxta

MARIA in creatione Euæ prefigurata. Sept: & Ss. Doctores Aug: Hier: Bernard: sopor iste Adæ, extasis quædam, seu syncope sensuum fuit, & sublimis quidam apex contemplationis, quo

Rupert: Adæ plurima sunt reuelata. Asserit Rupertus. *Obturatis quinq; sensibus corporis, sensum mentis liberum reliquit, ut scire posset, quid ergá se ageret omnium artifex sapientia Dei.* Cur ergo sic rapitur Adamus, cùm costa auellitur, & fœmina ædificatur? Illustrissimus Zerda respondet. Quia constructio, typus erat conjunctionis Christi & Ecclesiæ, ut sentit S. Aug: Hier: & Leo. Quomodo autem Adam CHRISTUM præuideret? nisi eius ex Virgine præcauisset ortum, atq; in ipso typo agnouisset, virum ex fœmina constituendũ esse, absq; viro gravida, sicut fœmina ex eius latere efformabatur, nullo illecebræ pungente pruritu: Ecce in formatione Euæ formatur MARIA. Quod iterum exhibuisse videtur non inobscurè DEUS, dum Paradisum cõderet. Sanè primum Adam, cùm impensè dilexisset conditor, orbis terrarum vastâ habitatione non contentus, singularem fabricatus est hortum cum omni amœnitate, quo intimum illud pignus, hominem creatum collocaret. *Neq; Donatoru desiderium* (ait Basil: Seleu:

Basil: Seleuc: orat: 2. *Vniuersa terra, & concessum mare satiavit, sed extructum manu suâ Paradisum, deliciosam sedem, Dilecto concessit.* Hoc in ipso, figurabatur novus novi futuri Adæ Paradisus, MARIA, cultissimum omni genere florum, nimirùm virtutum, & voluptuosum viridarium, CHRISTO DEI Filio, in cuius secretis visceribus habitaret, ab æterno præparatum. Vnde ex hoc solo nomine

MARIÆ Paradisus salutata est a Crysippo Presbytero Jerosolim: *Aue, quæ es hortus Patris: Aue quæ es pratum totius fragrantiæ Spiritûs S.*

Chrysip: Ad extremum nullibi aliàs clarius innotuit Adæ, adventus futurus MARIÆ, quàm ex illis verbis creatoris comminatoriis ad serpentem: *Inimicitias ponã inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum:* Plurimorum etenim Patrum sensus est,

MARIÆ revelatæ Protoparentibus, ad leuamen ærumnarum. DEUM, illa verba direxisse, non ad illam primam Euam, (hæc enim sub maledicto, caput serpentis, contrivit nunquam,) sed ad secundam Euam scl: MARIAM, quæ tum specialiter reuelabatur primis Parentibus, ut haberet illa prima ætas, quo suam leniret tristitiam, mitigaret luctum, ac mœrorem moderaretur, tam gratiosi syderis, futuro quandoq; exortu: Imò iam tum sentiret influentias gratiarum deriuatas in se a MARIA, quòd enim post peccatum primum, Parentes nostri funditus, cum tota futura propagine, non perierint, id totum intuitu MARIÆ contigisse, liquidò asseruit

Bern: Sen: noster Bernard: Sen: Tom: 1. l. 6. a 1. c. 2. *Adam* (inquit) *& Eua, ex propria transgressione, non solùm mortis, sed annihilationis exterminium meruerant, sed propter præcipuam reverentiam, & singularissimam dilectionem, quam habebat DEUS ad*

virginem

Protoparentes ob MARIAM *præseruati ab vltimo exterminio.*

virginem, præseruauit eos: quia eam ab æterno super omnes Creaturas DEO *non unigendas, quæ creandæ erant, superexcessiuè dilexit: propterea præseruati Protoplasti, nec ut merebantur, in nihilum sunt redacti. Quia hæc benedicta puella in lumbis erat Adæ, secundùm seminalem rationem.* En ætatis primæ certamen & NEGOTIUM cum MARIA.

Probatur Figuraliter.

496. *MARIA a secunda ætate culta.*

Interim primâ mundi exspirante ætate, aspirare visa est secunda ætas, ad tam secundum Virginis promissæ adventum. Huius ætatis Auspex Nòémus, duplicis mundi spectator. Hæc fuit ætas omnium, quæ unquam fuerunt ætatum sordidissima & iniquissima, quâ nimirum Gygantes illi, corporum proceritate vastissimi, virium magnitudine validissimi, membrorum firmitate robustissimi, fractis humanarum diuinarumq; legum repagulis, in quævis scelera præcipites ferebantur, & in omnium turpitudinum colluvie, pecudum ritu, volutabantur. Hæc quidem ætas, cùm in omnia mala, tum potissimum in Luxuriam fluens, tantum beneficium, quantum erat, Virginis promissæ divinitus ortu gaudere, non tantùm non sperare, sed nec optare quidem audebat. Quid etenim tantæ Virginitatis prodigio, cum hominibus illis, quibus nullum cum castitate comercium? nihilominus ausa fuit & illa ætas pro Virginis nativitate contendere, non quòd digna esset tanto beneficio, sed quòd non indigna videretur MARIÆ patrocinio, ut ibi esset propior MARIÆ misericordia; ubi major haberetur miseria. Affulsit etenim hoc benignitatis præclarum sydus, primum in Figura illius Nòémicæ Arcæ, in qua saluatum fuit, in octo hominibus, seminarium generis humani, idq; plurimorum Patrum

Andr: Cret: consensione. Imprimis S. Andr: Cret: *MARIA est Arca, in qua noster Nòé, CHRISTUS, humanitatem seruavit.* In quo sensu est S. Method: Gregor: Thau: &

Metho: Greg: plures alii citati apud Polyanth: M- sed speciatim explicasse videtur fabricam præstantissimam huius fabricæ Isychius serm: 2. de laud: V. *MARIA* (inquit) *Arca Nòé latior, longior, illustrior: illa etenim erat animalium Arca; hæc autem Arca vitæ: illa corruptibilium animalium; ista*

MARIA in Arca Nòé figurata.

verò vitæ incorruptibilis: illa ipsum Nòé; hæc verò ipsius Nòé Auctorem portavit: illa duas & tres contignationes & mansiones habebat: hæc autem universum TRINITATIS *complementum: quandoquidem & Spiritus Sanctus adueniebat, atq; hospitabatur, & Pater obumbrabat, & Filius gestatus utero inhabitabat.* Accedit his & alius Typus, videlicet Columbæ, quæ ex Arcæ fenestra euolans, cum virentis olivæ foliis (quæ est pacis symbolum) ramo, ad Arcam demuo aduolavit. Hæc etenim columba, de qua Divinus Sponsus. Cant: 6. *Una est columba mea,* non adumbrata, sed expressa fuit Figura Virginis, quæ quia Principem pacis progenitura erat, ramum olivæ afflicto Nòé attulit, ut spe futuræ liberationis, eundem consolaretur. Vnde cit: sup: noster Bernard: ausus est universaliter asseruisse. *Omnes Liberationes & indulgentiæ factæ in veteri Testamento, non ambigo* DEUM *fecisse solùm propter huius benedictæ puellæ reverentiam, & amorem, quibus eam* DEUS *in suam prædestinationem prahonorandam, cunctis operibus suis ab æterno præordinavit.* Illa itaq; ætas quia nedum elui debebat, ac purgari sordibus per diluvium, ad saluandum iustum Nòé cum sua progenie, MARIAM in Arca accepit; sed præterea quia virtutum Nòé exornari debebat floribus, ætas illa; viridantem, Columba MARIA, ramum, cum foliis tulit. Inde etenim enituit omnis perfectio Nòé ut ait Eccii: 44. *Nòé inuentus est perfectus.* Effulsit non minùs & fide, ex sensu Apostoli Hebr: 11. Atq; inter illam crassissimam vitiorum caliginem, justitiæ leges sub umbra edoctus MARIÆ omnis justitiæ præco vocaliter vniverso intonuit Orbi ut vertex Apostolorum Petrus 2. 2. testatus est in sua Epistola illis verbis: *Et originali mundo non pepercit, sed octavum Nòé justitiæ præconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens.*

MARIÆ *columba Nòé, typus.* Cant: Ber: Sē: *MARIA causa indulgentiarum in veteri testamento.* Eccli: Pet:

Probatur Doctpraliter.

497. *MARIA a tertia ætate, culta.*

Adhuc densissimæ tenebræ mortalium in animis erant effusæ, & passim homines in latè patentes errores, cæcas precationes spargebant, inania falsorum deorum simulacra colentes, cum ecce grato & iucundo intuitu Tertia mundi ætas illabitur, clarissimorum Heroum (quos Patriarchas appellant) splendo-

MARIA in Sara Rebeca, Rachele Maria Sorore Moysis figurata.

splendore conspicua, & in omnem partem commendanda; quæ ut fuit virtutibus, quibus Virginis nascentis merebatur aduentum, fertilis; ita Virginis nascituræ, Typis atq; Figuris, nequaquam fuit sterilis in quatuor præstantissimis virtutumq; præcipuarũ fœminis, quæ veluti in speculo representabant B. V. MARIAM, Sara videlicet uxore Abrahæ, Rebeca Isaac, Rachele Jacob, & MARIA Moysis sorore. Quod ex consensu plurimorum SS. Patrum liquet. Evidenter S. Bernerd: Sen: tom: 3. ser: 3. de nomine M. inquit: *MARIA, est Sara Princeps, quæ verum genuit Isaac, id est Filium DEI, in cuius semine benedicentur omnes gentes, per quam omnis Creatura principatum habuit.* Eodem sensu loquitur S. Bonaventura in spec: & S. Albert: M. in Postil: sup: Luc: 11. atq; S. Ernestus Prag: cap: 104. Rebecam item appellant MARIAM S. Aelredus s. in Annuc: similiter Bonav: tom: 2. de Beata & Alb: M. qui inter alia, ait: *MARIA, est Rebeca in veritate, puella nimis decora, Virgo pulcherrima, & viro incognita, quæ implevit hydriam cordis, gratiâ, veniâ & gloria, quæ multùm accepit a Domino, in cuius aures servus summi Patriarchæ, sermo scl: Propheticus, suspendit inaures aureas, ut nullum delectaret audire, præter solum dilectum* Rachelem tandem, eiusdem præsetulisse Figuram, asserunt iterum S. Ernest: Prag: c. 80. Bernard: de Bustis l. 1. de nom: B. V. & specialiter S. Aelredus s. de Ann: *MARIA, Rachel, mater nostri veri Ioseph, id est CHRISTI: si enim Rachel mater Ioseph, interpretatur Ovis multò meliùs potest MARIA appellari Ovis, in cuius vellus illa pluvia descendit, sicut dicit S. David: Descendit sicut pluvia in vellus, & de qua ortus est agnus ille cælestis.* Quarta demum, nimirùm MARIA soror Moysis, quàm egregium Typum pluries gesserit nostræ MARIÆ, fatetur S. Ambrosius l. 2. de Virg: illis verbis. S. Chrysol: s. 146. & præcipuè Albert: M. in Postil: ad Luc: *Hæc est Soror Moysis, quæ prima inter mulieres, mare rubrum sæculi huius siccis pedibus ab humore carnalium voluptatum, transire potuit, & ideo choros Virginum ducens, prima cantare meruit. Cantemus Domino.* Exod: 16.

Bernar: Seuen: Bonav: Ernest: Albert: Aelred: Albert: Ernest: Bernar: Busten: Aelred: Ambr: Chryso: Alb: M.

498. *Probatur* Miraculosè.

Jam deinde, quarta se euoluit Mundi ætas, quam nobilissimi Principes, sanguinis claritate, præstantissimi Duces rerum gestarum magnitudine, sanctissimi vates oraculorum certitudine, condecorant. Quid hæc ætas non egit, ut sacram quam expetebat, veneraretur Virginem? Quoties Dauid sacrâ applaudebat lyrâ, mira in Psalmis de illa prophetando? non minùs deuotè filius eius Salomon, extructo Orbis ad miraculum templo, eandem invitabat, tot holocaustomatum oblationibus repetens illud: *Surge Domine in requiem tuam: Tu & Arca sanctificationis tuæ.* Quid dicam de Iosaphat? quid de votis Josiæ? quid de Ezechiæ lachrymis? quibus tamen iam proximè ventura, clariùs quàm ante illucescebat, triplicis miraculi manifestatione. *Primum* erat in illo glorioso triumpho Arcæ 1. Reg: 5 quem, collocata ab Azotiis in delubro Dagon obtinuit. *Ecce Dagon jacebat pronus in terra ante Arcam Domini.* & rursus. *Caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius, abscissæ erant super limen.* Cuius miraculi contestatione, ex sensu PP. significabatur, quàm victoriosa futura esset in aduentu suo MARIA, Luciferum & assectas eius, etiam in primo exortu suo detriumphatura. Alterum miraculum spectavit illa ætas in horologio Achaz, ubi decem lineis retrogrado sole, umbra minor, habuit prognosticon certum vitæ infirmantis iam ad mortem Regis Ezechiæ. In illa etenim umbra iam MARIA legebatur. Vnde de ipsa scripsit S. Anton: in summ: P. 4. *MARIA, est Horologium, ad cuius decimam lineam, reversus est Sol Iustitiæ, Filius Altissimi, ut sanaretur homo.* Tertium autem fuit non iam miraculum, sed (quod maius est) oraculum, quod manifestissimè loquebatur MARIAM, non iam a tripode Apollinis, vel a Pythio ex cortina, vel à Sybilla ex antro; sed a Spiritu S. suggestum, a veritate prolatum, ab Isaia denuntiatum Isa: 7. *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Quod in tantùm cerebra fatigarât Judæorum; ut ipse ille justus Simeon (quod referunt nonnulli Authores) nondum rei capiens mysterium, multoties ex Bibliis eraderet, ly virgo, aliam pro illo substituens, quasi ad æquivalentiam, voculam, sed dum erasam toties quoties au-

MARIA a quarta ætate multi di cultæ.

Miraculum triplex in veteri lege, in cõmendationem Mariæ.

Anton:

ties, aureis literis inscriptam reperit, & præterea lumen quoddam erumpens ex charta oculos illius perstringeret: credidit verbis, & tanti miraculi usq; ad profundissimam senectam præstolabatur adimpletionem, quòd nedum videre meruit, sed ulnis etiam propriis gestavit Salvatorem.

Probatur Historicè.

499. *MARIA a quinta ætate mũdi culta.*

Quinta tandem & iam proxima ultimæ, affulsit ætas, ferrea, ob bella dicta, quibus universus concutiebatur orbis, tamen inter strepitus armorum, & inter arma emicuit MARIA, nedũ in Figura Insignium Heroinarum Estheris, & Judithæ; (quod suæ edisserunt historiæ) sed, quod magis admirandũ ad validiùs convincendum Paganismum, ex vaticiniis Sybillarum, ut quas Ethnicismus ille tanquam Magistras, divinitùs illustratas, venerabatur, NEGOTIUM sæculorum, MARIAM scil: vel insciùs coleret: Breviora quorundam recenseo testimonia. Phrygia sybilla ita canit.

MARIA à Sybillis prædicta.

Virginis in corpus, voluit demittere ab Alto
Ipse DEUS, prolem cum nuntiat Angelus Almæ
Matri, qua miseros contracta sorde leuabit.

Sybilla Samia ita vaticinata est.

Hunc poterunt clarum virorum tangere Regẽ
Humano quem Virgo sinu inviolata fouebit.

Erythræa apud D. Aug: *l.* 18. *de civ:* 23 ita

Cerno Dei Matrem, qui se demisit ab Alto,
Vltima felices referent cum tempora soles,
Hebræa quem virgo feret de stirpe decora.

Similia vaticinia Sybillarum aliarum, uti Persicæ, Cumeæ, Lybicæ, Delphicæ, & Tiburtinæ, facilè inuenies apud Justin: Miechou: in Lit: D. 153.

Epilogus.

500. ETiam epilogisat hoc operosum sæculorum NEGOTIUM ultima ætas, eaq; felicior cæteris, quæ tandem emergens ex tenebris & Figurarum umbra, non umbram sed rem ipsam, natam hodie Virginem adorat & colit. O ter felicem ætatem nostram, quæ ad illam gloriam, cui nulla unquam ætas, est finem allatura, aditum patefacis! O lucem! quæ omnium sæculorum luci, caliginem inducis, dum illam, quæ mundi paritura est lucem, in mundum adducis? O diem pretiosissimâ gemmâ consignandam! quæ mortalibus omnibus, non unius diei congratulationem; sed æternitatem, immortalitatemq; impertiris! O diem tot expectatam sæculis, tot adumbratam Typis, tot expetitam votis! quâ dum nascitur Virgo, nascitur simul & perenne NEGOTIUM fidelium, cuiq; commendatum, dum commendaretur de Cruce Joanni, cùm ex illa hora accepit eam Discipulus in suam. In quẽ sensum, ita NEGOTII huius commendat nobilitatem Ernaldus apud Chrystophorum Vegam Theol: Mart: n. 1433. *Petro* (inquit) *commendatur Ecclesia, illi, sc: Ioanni, MARIA: illi tumultuosa negotia, huic NEGOTIA, sed quieta.* Agere ergo nos oportet, quàm solertissimè, in hoc quietissimo, lucrosissimoq; simul NEGOTIO: cultus etenim huius Virginis habet, quòd quantò studiosiùs exercetur; tantò magis in cordibus fidelium accrescit, nouasq; & admirandas subministrat colendi eam industrias ac inuentiones. Negotiamini itaq; A. A. donec veniat MARIA, lucra ex hoc NEGOTIO quærite, tum precibus, Rosariis, Coronis, jejuniis, peregrinationibus, aliisq; id genus pietatis Marianæ exercitiis. Veniet illa utiq; brevi, & non diu, Negotiationisq; reportabit, dabitq; præmia, ac coronas.

MARIÆ cultus negotium lucrosum.

AMEN.

NIDVS Cæleſtis Aquilæ.

SS. DEIPARA.

Ecce concipies & paries Filium. Luc: 1.

Pro Expectatione Partûs B. M. V. vel Pro Feſto Nativitat: D.N.I.C.

501.

Feſti Expectationis Partûs B. V. M. origo.

HOdiernæ Feſtivitatis celebritatem ab Hiſpanis, devotiſſimis MARIÆ populis, ſumpſiſſe ortum ſub A. Dñi 656. cõpertũ eſt. Porrò ad tantò honorabiliùs excipiendum Cæleſtem partum Virginis Almæ, iſte ritus cedebat, reipſâ verò in honorem Nativitatis CHRISTI. A. A. Hanc S. Ildephonſus Toletanus Epiſcopus inſtituit ſub nomine Expectationis partûs Beatiſſimæ, eamq; confirmavit Greg: XIII. idq; octo diebus ante Nativitatem Domini, quibus fideliores & dilectiores Deo animæ, præcipuè meditantur ac recogitant, extaticas illas contemplationes, feruentiſſima Beatiſſimæ Virginis, amoris deſideria, quibus ad cæleſtem partum diſponebat ſe & aptabat MARIA. Ita planè decebat præparari tantis myſteriis Virginem, quæ in utero magnam illam portabat Aquilam, de qua vaticinatus eſt Propheta Ezech: 17. *Aquila grandis magnarum alarum,* CHRISTUM JESUM videlicet. *Ecce concipies & paries Filium, & vocabis nomen eius IEsus.* Hic etenim (ut ait Richard Laur:) qui in Paſſione ſua, cùm Diabolus raperet humanum genus, expandit brachia ſua in Cruce, veluti alas, ut inde peccata relinquentes, altitudinem crucis aſcendant, acie oculorum, ſcl: acumine viſûs omnes exceſſit, quia adhuc in utero Matris, ut homo, fruebatur viſione intuitiuâ Patris. Nidificat in arduis Auis illa: unde dicitur Job: 39. *Nunquid ad præceptum tuum elauabitur Aquila, & in arduis ponet nidum ſuum.* Similiter & CHRISTUS in arduis, aliàs, in altiſſimis, nidum ſibi elegit, dum uterum caſtiſſimum inhabitavit Virginis illius, quæ in ſublimibus omnium virtutum commorabatur, atq; meritorum ſuorum celſitudine, ipſis etiam altior Angelis, ad præceptum Domini, Angeli oraculo ſibi annuntiatum, conſentiens humiliter, ſupra omnem puram Creaturam eleuata eſt, Mater Filii Dei facta: unde a D. Germ: orat: 1. in Dorm: B. V. NIDUS DEI appellata eſt. De huius ſublimitate NIDULI delicioſiſſimi diſcurrens Fulbert: Carnot: ſerm: de nativit: V. ait: *Cunctam illa ſuperexcellit, in præeminendo creaturas, Eccleſiaſticam dignitatem. Et ubi uſq; inveniri poterat locus, qui infra ſe concluderet Maieſtatem coæqualem Patri, niſi uterus MARIÆ, ante ſecula præſcitus? In hoc ſiquidem, tota Divinitas cum humanitate verſata eſt, & qui in coæqualitate, cuncta diſponebat cæleſtia & terreſtria, in virgineæ peranguſta ſepta, venturam & promiſſam præparabat carni ſuæ redemptionem.* Et quia iam fætus feſtinè properabat ad partum, nec eum, quem bene ore dicerat Angelico ad ſalutem totius generis ſuſcepiſſe, ſibi diutiùs retinere licuit, per octo dierum curriculum ante partum, virgo illa Diviniſſima, antequam auelleretur ab eius utero filius, heroicis variarum virtutum actibus tota potentiarum ſuarum *omnitudine* nitebatur, ut Aquila hæc cæleſtis, ex utero ſuo prodiret, tanquam ex delicioſiſſimo NIDULO, cuius præſtantiam, ex aliis quoq; circumſtantiis commendandam hodie, lætus ſuſcipio: Priùs tamen naſcituro, Saluatori, etiam in cordibus noſtris, in quo placidè reponatur, providebo NIDULUM. Breviter nunc ſaluto MARIAM.

Iam iam Virgo faue piis
Clientium deſideriis
Profer de tuo NIDULO,
Deſideratum ſæculo.

Germ:

Fulbert:

MARIA nidus Aquilæ Chriſti.

Ezech:

Rich:

Chriſtus Aquila cur?

PARS I.

Cor ardens amore, nidus Chriſti.

502.

NOtanda ſunt attentiùs illa Pſal-

Bonav: mographi verba, qui iuxta S. Bonav: expositionem, *in majori Psalt: B. V. Quinq:* 3. nidificantem sibi Christum describens, assumptâ a passere allegoriâ, subiunxit protinùs altaria: quasi non alibi gratiùs nidificaturus esset, nisi in ara, utpotè tenerrimus pullus ad aram iam Crucis destinatus: inquit etenim Propheta. *Etenim passer inuenit sibi domũ, & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos* Psal: *Altaria tua Domine virtutum.* ubi Psaltes alludere videtur (quod etiam hìc obseruauit Blanc:) ad illud Altare Moysaicum in tabernaculo, quod erat aureum, aliàs ad Altare thymiamatis, inquo quotidie manè & vesperi, thymiama incendebatur Domino, & ignis perpetuus ardebat, lignis a sacerdote Leu: subministratis nutriendus. Leu: 6. Ex quo colligere licet, non posse gratiorem nascituro Christo provideri NI- *CHRisti* DULUM, nisi animam, flammis charinidus, a- tatis in voluntate ardentem magìs, nima ar- quàm in intellectu notitiis altissimis dens cha- colluceſcentem, ut ille, qui in ardentissiritate. mo amorosorum desideriorum, quibus olim efferuebat parturiens virgo, cubabat intra Matris suæ viscera NIDO, simili quoq́; etsi satìs exili, fidelium animarum, exciperetur NIDULO. In talibus pro hoc statu magìs sibi complacere CHRISTUM, constat primùm per scripturam.

Probatur Scripturaliter.

503. Ex illo nimirum loco Ioan: 14. ubi cùm modum, qui perdifficillimus est intellectû, circuminsessionis Divinarum Joan: inter se Personarum, concupiviſſent nosse Apostoli, scisciteturq́; de illo Philippus, *Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis*; Saluator, ubi iam nonnulla, quæ facilitare poterant mysterium, interseruisset, plenam tamen cognitionem eius, ad innominatam, distulit diem, dicens: *In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo.* Ingerens potiùs curiosorum animis, gratiorem sibi fore in actibus Dilectionis eorum commorationem: subiunxit etenim mox doctrinam de illa dicens: *Si quis diligit me sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Sed quisnam est dies, ad quem remittit Saluator, ut nouerint, quemadmo- Laur: dum ille in Patre existat. S. Laur: Justin: de alterius vitæ intuitiua cognitione exponit, *Tract: quem fasciculum amoris appellauit c. 6. inquiens. In illo inquam die: in quo? Dic Domine apertiùs? dic euidentiùs? in quo die id fiet? quatenus illum expectare, illumq́; obseruare valeamus? Dies quippe ille, de quo nunc agitur, temporalis non est, nec horarum decursu tenditur, nec dierum anni numero computatur: est autem æternus, unicus, stabilis, verissimi Solis luce coruscus, nullâ noctis opacus caligine.* Verùm nonne & sub huius vitæ decursu, Theologis innotescit abstractiua notitia, quomodo in Patre Filius maneat, *per circuminsessionem?* nam licet in Personis sit distinctio, in natura tamen est unitas: erant autem Theologorum supremi Antistites, Apostoli Domini, a quibus Præceptoribus ad nos deriuata est lux: poterant igitur in sæculo isto adhuc degentes nosse, quomodo Filius in Genitore resideat, quorsum itaq́; differtur in æternitatem cognitio? sed aduertamus (ait Paul: Scherlog: in Cant: 5.) subtilitatem. *In illo* (inquit) *die cognoscetis*, tanquam diceret, profundum mysterium est, alta satis scientia, relinquite abstrusa hæc indagare, sapite cum sobrietate: nunc amori vacandum est, nunc accendenda charitas: hæc tempora dilectionis, hi voluntatis amorosè exercendæ, dies sunt. Venient alia tempora, cùm abducto velo, intellectus illustrabitur a claritate in claritatem: modo ardere præstat. *In illo die cognoscetis, quia ego sum in Patre.* Itaq́; scientiæ desiderium non proscribitur, sed indicatur, magìs expedire, ut in hac vita, charitatis potior habenda sit ratio: voluntatem amantis feruentiùs, non intellectum perspicaciùs intelligentis, expetiit CHRISTUS, in mansionem. *Si quis diligit me, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus.* Nec vanum est illud, quòd Dauid (dum ageret de VERBO, non ut manente apud Patrem, apudq́; Angelos solùm, verùm & descensuro ad homines, nam statim de eodem cum mortalitatis indumento aduenient Psal: 44. *Speciosus forma præ filiis hominũ*) Psal: cordis priùs, (quod amoris est domicilium,) mentionem subiunxit. *Eructavit cor meum Verbum bonum, dico ego opera mea Regi*, indicare volens, quòd dum æternum VERBUM similitudinem carnis indu-

CHRistus magis complacet in anima ardente charitate quàm scientiâ coruscante.

nis indutum, sermocinaturum esset inter homines, oportuit dictione uti, Cor appellando, quod dicitur officina amoris, ut vocula ipsa, amorem insinuaret & doceret, utiliùs esse hominibus diligere, quàm scire: doctrinâ enim malè utuntur sæpè, charitas verò nunquam peccat, imò operit multitudinem peccatorum. Quod acumine Paschas: suo attigit D. Paschas: Abb: in dictum Psalm: dicens: *Hoc in loco vera Filii essentia, ex Patris natura commendatur, sed quia dilectum & amantissimum eum dixerat, ut diligatur, & plena dilectio credentibus commendetur, insinuat, eò quod ex intimis vitalibusq; sui cordis visceribus, Verbum suum, quod in se semper erat, se adstruit eructasse.* Vide ex his, quomodo Cælestis Genitor, non alio, quàm amorosi cordis neonatum in humanis Filium exambiat recipi NIDULO.

Probatur Figuraliter.

504. Id ipsum edoceat nos sub Figura & ænigmate, nobilis illa Isaiæ Prophetæ visio, qui contemplatus Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, Maiestatem eius ex assistentia sic circumscripsit. *Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, sex alæ alteri.* Isa: *6.* Isa: ubi unus & alter nominatur, duo intelliguntur, sed quinam illi? S. Bernardus altero cælestem creaturam supremæ Hierarchiæ, altero hominem intelligit eum, qui secundùm CHRISTUM innovatus est in justitia & sanctitate: quod genus Seraphinorum condidisse VERBUM memorat S. Doctor tùm, quango mortalem induit Figuram, Homo factus, positus in præsepio. *Et ego quidem* (ait S. 3. de Verb: Isa:) *si licet in* Bern: *hac parte unicuiq; abundare suo sensu, in duobus Seraphim, duplicem arbitror intelligi Creaturam rationalem, Angelicam videlicet* Iusti, sunt novi Seraphini. *& humanam: nec mireris, hominem Seraphim factum, memento, quia, Creator Dominus, factus est homo, ad contumeliam tuam o superbe, qui creatus inter Angelos flare non meruisti: ecce Rex noster, nouos in terrâ Angelos fabricaturus aduenit, atq; ut tabescas amplius, & liuore proprio torquearis, non qualescunq; nec inferioris Ordinis alicuius Angelos, sed Seraphim.* Verùm quãdo novum facturus super terram, Angelos privilegio & imitatione creare placuit, cur Seraphim potiùs, quàm Cherubim, moliri voluit? nempè Cherubim, in quo est plenitudo scientiæ, doctos representat: Seraphim, quorum est ardere & diligere, amore & charitate flagrantes innuit, quoniam ita potissimum interest pro huius vitæ curriculo diligere (nam sapere, nisi ad sobrietatem fiat, nocumentum est) ideo mutaturus hominem in Angelum, Seraphim, hoc est, amantem eum, creare voluit. Ita veritate testante apud Lucam c. 12. *Ignem veni mittere in terram,* Luc: *& quid volo, nisi ut accendatur.* Animadvertis in hoc venisse, ut arderent homines? ardor autem ad Seraphim pertinet, lux ad Cherubim: sed fortè opponeS, ignem non tantùm comburere, sed pariter splendescere, ergo qui ignem allaturus descenderat, etiam Cherubim simul cum Seraphim conditurus venerat, fulgorem utiq; daturus, una cum calore. At obserua vim sententiæ. *Et quid volo, nisi ut ardeat?* nihil hìc de coruscatione dictum, & utiq; non ignorabat, flammis adiunctam claritatem: monere autem voluit, parciùs indulgendum scientiæ, & Luci: finum expandendum esse ad amoris combustionem, quia non omnes docti esse queunt, cuncti autem cum DEI gratia, quæ nemini denegatur, amare & saluari diligendo, possunt. Idem Bernardus de hoc, plusquam venustè in præfato loco, ita ait: Audi enim quid ipse loquatur. *Ignem (inquit) veni* Bern: *mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur? vult ergo Seraphim fabricari: Seraphim quippe ardens vel incendens interpretatur: Dices fortasse, in igne, ut feruorem sic & splendorem esse non contendo, licet feruor ei quodammodo substantialior videatur, ipsum potiùs audiamus, quid magis commendet, in igne. Ignem (ait) veni mittere in terram, & quid volo? nisi ut accendatur.* Atq; in eundem scopum collimasse videtur Rich: de S. Victore tract: de grad: chart: c. 4. dum sic ait: *Adhuc nubes & caligo in circuitu eius, adhuc thronus eius in columna nubis: nondum namq; apparet in lumine, & quamvis apparet in igne, magis tamen in igne accendente, quàm illuminante: accendit namq; affectum, sed nondum illuminat intellectum.* Pusio Cælestis noster Pusio DEUS, qui fænum vile non abhorruit pro NIDULO, in præsepio reclinatus, imo inter duo animalia positus, tam vili jucundè delectabatur assistentiâ, adhuc tamen cor-

DEUS plus amari cupit quàm sciri.

Pusio Cælestis, terrestres Seraphinos amat.

men cordis humani ardentis charitate excipi NIDULO percupit, & ideo flammantes amorosis ignibus, nouos sibi in terris conscivit Seraphinos.

Probatur Historicè.

505. Innumeros penè Infans hic Bethleemicus, variis in Ordinibus & statibus numerat huiusmodi Seraphinos, qui veluti Phœnices, ardentissimæ charitatis odoriferos colligentes ramos, sacrum ad præsepe, delicioſum ipſi in cordibus suis adaptabant nidulum, ut Phœnix iste cælestis, qui ingentis dilectionis in genus humanum flammis succensus, in tenerrimum desiit vermiculum, (*Ego autem sum vermis, & non homo* ait per Psaltem,) iterum in cordibus eorum, nouâ spirituali generatione, renascereturin Phœnicem, multiplicibus redilectionis deuotorum fotus actibus. Mitto, imò taceo, etiam ex Regio, Ducaliq; statu, admirandas nonnullorum, in præparando huic Divino Pumilioni cordis sui NIDULO, industrias, quas tamen recensere hìc expedit saltim compendiosè. Elizabeth Regina Lusitaniæ, S. Cunegundis, S. Elzearius, Ludovicus Galliarũ Rex, aduentum totum jejunabant. Heduigis Poloniæ Ducissa, etiam in pane & aqua. B. Catharina Adornai, Regis Neapolitani filia, & coniugata, viginti tres Aduentus, sola D. Eucharistiâ victitavit. S. Radegundis, quæ obiit 1590. Regina Franciæ, non solùm Adventum jeiunio venerabatur; sed præterea, præuidebat, in quem diem v.g. Lunæ vel Matris, Natalis Christi, illo anno incideret, eum toto anno, ut Festum, singulis hebdomadis celebrabat, singulariter orationi, aliisq; bonis operibus intenta. Sed præcipuum memorari licet, quòd in Ordine Seraphico, talium Seraphinorum, veluti in amoris officina, maxima effulserit copia, quibus antesignanum egit Seraphicus ipse Pater, qui Divinum Pusionem, pluries in Natali Domini, amorosissimis ulnis amplecti meruit. Similiter minimè degener fuit Filius Patris sui, Venerab: Joannes Duns Scotus, Doctor subtilis dictus, qui vexillum tulit primus tuendæ immac: Conceptionis MARIÆ, hic imminente natali CHRISTI, clausâ scholasticarum speculationum schola, aliam nimirum Amoris aperiebat, vacans orationi, atq; sic, dum dignationem illam DEI, ad puluerem nostrum abiecti, gratissimâ meditatione prosequeretur, Dominus JESUS, quem animo voluebat, etiam ulnis eius illapsus est, bellissimi & amabilissimi infantis specie: insinuabatq; se pectori eius, appendebat collo, & amplexibus implicabat. *Monolog: Franc:* His adiunge Philippum Æsculanum, S. Felicem ex Concregatione Capucinorum, S. Catharinam Bononien: quos similibus visionibus, dignatus est Natali suo die Salvator Infans. Singulare illud de B. Margaretha a Castello, & Angela de Fulgino, in quorum cordibus, tam ardentes eluxerant in natum Infantem amoris faces, ut in corculo unius arcanâ celaturâ sculptus, (dum post mortem exenterarentur) apparuerit JESUS. O Christiane! non aliud à te, nascituru Saluator præsepe, seu NIDULUM expetit, nisi cordis & amoris: hisce Seraphinis te adjunge: nonnisi ama super omnia illum, & NIDULUM Infanti Cælesti construxisti.

Pſal: Iuſioni Cæleſti naſcituro piorum præparationes.

Natiuitatem Chriſti præuenie-bant deuoti, ſingulari pietate, ubi nonnullorum exẽpla.

Scotus Doctor ſubtilis Nativitati D. N. I. C. deuotus, nisi eundem recipere meruit.

PARS II.

SS. DEIPARA Nidulus Cælestis Aquilæ.

506. NOtandus occurrit sensus illorum verborum, quibus nascens è Matre Filius æternus, Patrem suum cælestem allocutus est apud Prophetam. Psal: 118. *Quia tu possedisti renes meos, suscepisti me de utero Matris meæ.* Quem textum paulò aliter legit Tertulianus de Carne CHRISTI c. 20. *Quia tu es, qui avulsisti me, de utero Matris meæ.* Hoc loco, citatus Doctor castigare voluit Hæreticum, qui à MARIA genitum esse Dominum, inficiabatur: avulsio enim illa denotabat verè & non fictè MARIÆ eum adhæsisse, & unum penè fuisse cum eius viscеribus, ut quodammodo violenter conjunctio illa naturalis, dilacerari deberet, sed aduertit Illustriss: Zerda Acad: 13. n. 11. iam hic Tertulianum exorsum fuisse abnegare Virginitatem MARIÆ in puerperio, Idq; ob lacerationem quãdam, quæ contingere solet in avulsione. Quare saniori paraphrasi hic do-

Pſal: Tertul:

nandus

CHRIſtus ut avulſus dicatur a viſceribus Matris ſuæ.

nandus eſt locus, nimirùm quòd præcitatis verbis ad Patrem, conteſtari voluit Filius, quanta & quàm gratiſſima eius cum utero virginis fuerit unitio, quàm pacata, & ſuauiſſima ſedes, quam nullæ premerent anguſtiæ, quàm delicatiſſimus NIDULVS, viſcera eius Matris, & plurimùm ex variis commendabilis circumſtantiis.

Probatur Scripturaliter.

507. Primùm, quod cedit in præcipuam huius NIDULI commendationem, quòd fuerit capaciſſimus & omni ſpatioſior loco: quippe qui DEUM & hominem concluſit. Hoc ipſum adeò ſignatè explicuit annuntians Angelus Virgini. *Concipies* (inquit) *in utero*, confeſtim repetens adiecit. *Hic erit magnus* ut hoc ordine verborum exprimeret, quòd quæ ob plenitudinis gratiæ ſalutationem, præ humilitate, ſe turbauerat, agnoſceret, quali capacitate, protenſum etiam carneum ſinum haberet, ſiquidem ille, qui magnus ubiq; eſt, iam iam in eius utero pararet includi. Benè quidem coniungitur magnitudo Filii cum utero matris, ad probandam Virginis amplitudinem ſpatioſam, quam plenitudo gratiæ complevit, & ad Filium DEI capeſſendum expanſam reliquit & vacuam. Quidquid porrò ad Incarnationem ſpectat, ſub inuenti novitate ſolet efferri. ſic dicitur. Philip: 2. *Habitu inventus ut homo.* ſic Heb: 9. *Æterna redemptione inuentâ* ſic Luc: 1. *Inueniſti gratiam apud DEUM. Ecce concipies & paries* Inuentum quidem, ſeu Inuentio, ſolet accipi pro artificioſa quadam ſtructura & molitione, quâ aduerſæ ſibi res, per volubilis alicuius ingenii artem, colligantur, & coadunantur, atq; ſic aliquid novum oculis objiciunt. O quale inuentum! quòd incomprehenſus comprehendatur, ſimulq; incomprehenſus maneat! quòd incaptibilis capiatur a curto fœminæ ſinu, & tamen adhuc nullis poſſit præpediri & circumſcribi cancellis. Id noſtri amans DEUS, & eius effecit ſapientia: ſibi carnem præmeditata eſt: ſibi gremium fabricavit Virgineum, ut dum ſub carne tegeretur, a Divinitate non diminutus, ſimul caperetur ut homo, & omne littus ſuâ immenſitate emarginaret, ut DEUS. Ecce inuentum diu quæſitum.

Luc:

MARIÆ uterus capaciſſimus, qui infinitum concluſit.

Philip:

Hebr:

DEUS inuentioſus in Incarnatione.

A Ecce locus diu abſconditus, ut immenſum caperet, & omnibus creatis latior exiſteret. Quod totum ingenioſè Coſmas Hieroſ: hym: 4. dum utrumq; iunxit, & quòd incaptibilis fuerit æternus Filius, & quòd captus, dum ita gratulatur MARIÆ. *Incaptibili DEO in ventre capto, & latitiâ mundi parta, te laudamus Deipara Virgo.* Neruoſiùs adhuc locutus eſt S. Damaſcen: dum ſpatioſitatem uteri Mariani ſic circumſcripſit: cùm enim cælis ſuperiorem dixiſſet, cauſam aſſerti, talem adſtruxit. *Etenim is* (inquit) *qui cœlorum architectus & conſeruator eſt, qui rerum omnium conditarum, tam mundanarum, quàm mundo ſublimiorum, tam in aſpectum cadentium, quàm ab oculorum ſenſu remotiorum, artifex eſt, in ea à ſeipſo ſine ſemine effectus eſt, eamq; latum ſua Omnipotentiæ complectentis, ac ſolius DEI promptuarium reddidit, totus nempe citra perpeſſionem ullã, in ea collectus, ac totus intùs manens, locumq; qui comprehendi nequeat, ſibi ipſi habens.* In tam ergo capacioſiſſimo NIDULO, dum VERBUM DEI commoraretur, tantùm ſibi gloriabatur & cõplacebat, ut ſe iam natum putaret, quod indicant illa verba Angeli ad Joſeph. Matth: 1. *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu S. eſt.* Intra pudoris adhuc ſinum, iam ſibi nativitatem nuncupabat, cùm cæteri Infantes ſordibus & extis involuti fœtidum percupiunt relinquere ſitum, naſciq; in lucem, ubi & maculas abſtergant, & incipiant degere, id quod ſunt. Filius DEI longè aliter, adhuc in utero eſt, & natus dicitur, quia ſibi Mater, mundiſſimus ſpatioſiſſimuſq; locus & NIDUS videbatur, in quo cum tota & immenſurabili Potentiæ ſuæ ac Dignitatum ſuarum Maieſtate, claudebatur, quod edixit Bernard: ſer: de Beata. *In hac habitavit Pater & Filius, ut Creator in mũdo, Imperator in Regno, Paterfamilias in domo, Pontifex in templo, ſponſus in thalamo: priùs enim Altiſſimus ſibi eam, mundum ſpecialiſſimum creauit.* Sapienter & myſterioſè S. Doctor omnes ſtatus & dignitates, quæ in mundo ſunt, & ad quæ naſcitur homo, enumerauit, intra uterum Virginis, ut credideris, ſcitè dici Filium DEI natum in ea: adhuc enim in utero, totum habuiſſet, quod & extra. Si ſe amabat Sponſum eſſe, ecce thalamus: ſi Regem, inibi virgineo mu-

Coſmas.

Damaſc:

Matth:

Infantes properãt ex utero Matrum cur?

MARIÆ uterus, Chriſto locus ſpatioſiſſimus

Bern:

CHRIſtus in utero Matris a-

omnia quæ voluit habuit.

neo murice rubescens trabea, si sacerdotem, inibi altare, si se Patrem familias, inibi Domus, si se Creatorem, inibi Domus. O Infinitæ capacitatis NIDULUM! o incircumscriptũ Virginis uterum! qui tot maiestatibus suffecisti.

Probatur Figuraliter.

508. Commendabilem iterùm censeo hũc NIDUM Mariani uteri, ex sublimi eius situatione: iuxta illud, quod vaticinatus est de Aquila CHRISTO, Job-

Job. tes. Job: 39. *In arduis* scl: in altissimis, in sublimibus *ponet* NIDUM suum: quod aliâ ratione expeditiùs intelligi nequit, quàm ratione Virginitatis MARIANÆ, excellentissimi privilegii, quæ nec in conceptu, nec in partu violata est, sed integra mansit, imò aucta est. Quid sublimiùs nube, præsertim leui, quæ etiam altissimis supervolitat montibus? Virginitatem verò MARIÆ Euangelicus Propheta Isaias, non sub

Isa: alia descripsit Figura, nisi nubis. *Ecce Dominus* (inquit) *ascendet super nubem leuem.* Solemne Patribus est vaticinium hoc, nubisq; vocem usurpare, vel de Virginitate Matris, vel de CHRISTI corpore, ex Virginis portione compacto: sed primum teneamus, cum S.

Ambr: Ambrosio, qui ita ait l. de vidu: p. 2. *MARIA nubes levis, quia carnem gerebat leuem, quia Virgo erat, nullis oneribus grauata conjugii.* Ast cur ascendere dicitur Dominus nubem, dum in Virginalem eius descendit uterum? potiùs eum descendisse, dixisse Vati oportebat, sed minimè. Tantùm etenim creuit & in sublime erecta est, Virginitas MARIÆ per conceptum Filii, ut ipse quodammodo satis in se excelsus DEUS, sublimari & ascendere videretur, per hoc, quòd ex Matre Virgine nasceretur. Insolita profectò Virginitatis indoles, quam conceptio non inquinat. Parùm est non comburi ab igne, plùs est solidari: parùm non lædi, plùs juuari: parùm non minui, plùs augeri. Disce prodigium in MARIA, non pallet à conceptu pudor, sed a Regali Dignitatis ostro rubet. Difficilis porro huius dicti explicatio: nam Virginitas, si semel est, tota est, in integritate consistit, cui si decerpas portionem, eam discindis, si addas, mutilam supponis: nec minui potest, nec auge-

MARIA Nidus sublimissimus ob Virginitatis priuilegiũ.

MARIA nubes levis.

MARIÆ virginitas, Christi sublimato.

MARIÆ Virginitas per partum crevit ampliùs: quomodo?

A ri, quæ numero gaudet constanti, signaculoq; indiuisibili sigillatur. Cæterùm pro facilitando negotio, sese priùs in animum obiectat, quòd MARIÆ Virginitas, per conceptum & partum, suos fines transgressa est, utpotè quæ in fæcunditatem propagata, se laxavit in prolem, & Matris munere functa est, novumq; defacto sibi genus acquisiuit, prosiliens in tam dissitum spatium, quod extra Virginitatis inerat metas, per quod creuit Virginitas, quæ sese in maternitatem extendit: Dequo S. Fulgent: de laud: Virg: sic: *Crevit partu integritas corporis, potius, quàm decrevit,*

B *& Virginitas ampliata est potiùs quam fugata.* Ideo ampliata, quia in alterius generis transiit officia. Accinit Ildeph: c. 11. *Nunquam Mater, nisi quando & Virgo, & postquam Mater, nobilior & Virgo.* Quod autem ex maternitate creuit Virginitas, id probat, quia non solùm Virgo simul flore virente, mater effecta est, sed ipsamet castitas, sinus suos propagauit pudicos, & in maternitatis insignia, suæ perfectionis latitudine se projecit. Audi iterum Ildephons: 2. de Virg: *Alternat in generan-*

C *te Virginitas, alternat in Virgine generandi facultas, & neutrum cedit uni, & utrumq; in alterutrum deriuatur, utrumq; transit in alterum.* Et mox subdit: *Sic ergo accidit, ut si matrem quæram, Virgo est, si Virginẽ quæram, Mater est, si prolem quæram Virginis est, si pudorem quæram, Matris omninò est.* Sed vide Alme Præsul, fortè mutasti terminos. Et si una fæmina Mater & Virgo sit, dum Matrem quærebas, matrem opus fuit inuenisse. Vt quid tibi Virginitas, se inopino dedit prospectui? Si Virginem reperire satagebas; cur præripuit cursum maternitas, seq; oculis objecit, Virgineum

D candorem vestigantibus? O belle! o acute? Doctor S. prolocutus est. Non differt utrumq; in MARIA, sed indiuisâ dote utrumq; Virginitas sclt & maternitas, beatam ditant fæminam. Ideò ingeniosâ usurpatione primatûs, quærenti pudorem, maternitas se præsentat, quærenti maternitatem occurrit Virginitas. Concludat partem discursûs, venustum illud S. Chrysol: ser: 142, sic alloquentis Virginem. *In tuo conceptu, in tuo partu crevit pudor, aucta est castitas, integritas roborata est, solidata virginitas, omnes perseuerauêre virtutes. Ille quo*

Fulg:

Ildeph:

Ildeph:

le, quo tibi aucta sunt omnia, nihil minuit Virgo.

Probatur Doctoraliter.

509. Germ: Bonau: Rich: MARIA nidus ex omnibus circumstantiis commendatissimus. deph: deph:

Tertiam huius spatiosi & sublimis NIDI ab ore Doctorum desumo commendationem. Jam supra recensui S. Hermani sensum orat: 1. de Dorm: B. V. Imò & S. Bonaventuræ. Pro aliis loquatur Richard: Laur: qui aliorum sententias in unum congessisse videtur l. 10. *MARIA NIDUS concavus, ob humilitatem interiorem, sphæricus, per æternorum inquisitionem, asper exterius, scilicet in carne, per abstinentiam & macerationem, mollis & suavis interius, per mentis benignitatem, suspensus per contemplationem, clausus inferius, per amorem paupertatis quoad terrena, apertus superius, per desiderium supremæ beatitudinis.* Item. *MARIA NIDUS est ille, inquo quieuit avis, id est Christus, unde ipsa dicit Eccl: 24. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. NIDUS idem est columbæ, quia receptaculum Spiritûs S. qui sicut columba descendit in Christum, unde ei dictum est, Spiritus S. superueniet in te: aut etiam illius columbæ, quæ dicitur CHRISTUS, iuxta Ierem: 23 facta est tunc in desolationem a facie, id est, ab instantia, iræ columbæ id est CHRISTI, qui etiam quãdo punit, tranquillus est in se, & qui non continet in ira sua misericordias suas. NIDUS tandem, quem CHRISTUS, signatus per Aquilam, eleuatus in Cœlum ad præceptum Patris. Iob: 39. posuit in arduis, cùm Matrem suam in Assumptione eius etiam super Angelos collocauit.*

Probatur Miraculosè.

510. MARIA Nidus pretiosissimus. Auicula nidum inuisibilem

Quartum, quod commendat huius NIDULI excellentiam, desumitur ex ipsius pretiositate, idq; ob excellentiam aliarum virtutum, quibus veluti pretiosissimis lapidibus in tantùm enituit virgo, ut illarum mirâ varietate allectus Filius DEI, non alium, nisi Virgineum uterum sibi destinârit in NIDULUM. Miraculum planè, modò verum sit, quod scribunt naturalistæ de quadam Auicula, dicta Acanthis, quæ ex minimo genere volucrum censetur: hæc dum nidificat, ut pullis suis de securitate prouideat, mirâ solertiâ talem, huc & illuc volando, conquirit lapidem, qui impositus NIDULO eum inuisibilem omnibus reddat, non tam (credo) vi naturali lapidis, quæ ad talem effectum inuisibilitatis, (secluså superstitione,) quòd non possit se extendere, probaret facilè Philosophia, sed solius supremi Prouisoris opitulatione, cui fortè complacuit, etiam mirando, imbelli auiculæ, potentiæ suæ assistere officio. Lapis hic inuisibilitatis artifex, meretur esse symbolum immensæ humilitatis MARIÆ, quæ inter cæteras virtutum pretiosas gemmas, gratiùs enituit, ut quamuis Filius DEI, in omnigenarum virtutum splendore ipsius, mirè sibi complaceret; unico tamen humilitatis studio, quâ sibi Virgo invisibilis facta, nihil in se videbat, nisi vile, ut in eius uteri descenderet NIDULUM Filius Dei, effecit. Ait enim Bern: hom: 4. super Missus. *Etiamsi MARIA ex virginitate placuit, tamen ex humilitate concepit.* Quod & ipsa innuit in Cantico suo. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Aquilam multi notarunt & tradunt nedum firmissimis & solidis NIDUM suum contra turbines ventorum, firmare lapidibus; sed præterea pretioso etiam exornare amethysto. Apud Joann: a Gen: Amethystus, partim ob rubicunditatem, partim ob violacei coloris intermixturam, partim ob intraneas multas alias qualitates, contras venena, ebrietatem, libidinem, denotat varias virtutes, quibus quoq; B. V. MARIA, cæteris amplius effulsit, sed præcipuè significat, fidem ipsius suffultam charitate: de primo sic habet Rich: Laur: lib: 12. *MARIA in Nido suo, id est in corde, posuit Amethystum, videlicet fidem, quâ concepit Filium DEI: vel ditissimum facit suum NIDULUM virtutibus & bonis operibus.* Pro secundo, scl: pro Charitate fauet Bern: Bustens: qui MARIAM appellat *Amethystum purpureum, ob charitatem.* quæ in tantùm iam in corde virgineo continuis desideriorum incendiis exarserat; ut qui tot suspiriis eximiorum Patriarcharum attrahi non poterat; ipsius MARIÆ desideriis violenter quodammodo, ut descenderet in uterum eius, adigebatur. Quod ipsum pulchrè obseruauit Rich: Laur: c. 5. sic inquiens *Tracta est sapientia, quæ est Filius Dei, de sinu Patris, de illis occultis, ad quæ nulli creaturæ patebat accessus, quasi quibusdam funibus, vel intimis desideriis & suspiriis Sanctorum antiquorum &c: sed MARIA quæ magis*

oculis reddens, ope cuiusdam lapidis.

MARIÆ humilitas lapis pretiosus.

Bern:

Aquilæ nidum, amethystus tuetur.

Gen:

Amethystus symbolum Fidei & charitatis

Rich: *MARIA Amethystus.*

MARIA traxit Filium Dei de cœlo.

magis dilexit, profundius ſuſpirauit, uehementius deſiderauit. ipſa fortius traxit. En quam pretioſus ob tã inæſtimabiles virtutes NIDULUS, uterus MARIÆ.

Probatur Hiſtoricè.

§ II. *MARIA Nidus Regius.*

Et tandem ultimò prænobilis huius NIDULI videamus commendationem, nimirum, quòd ille non vulgaris ſed Regius ſit. *Martinus Cromerus lib: 2. de reb: Pol:* ſcribit: Lecho primo Polonorum Principi, ſui dominatûs auſpicium fuiſſe, NIDUM Aquilarum, quem fortuitò inuenerat, & propterea, ibidem ubi eum reperit, Ducatûs & gentis ſuæ præſidium, ac quaſi arcem conſtruxit, & Patrio ſermone Gneznam a NIDO, quod Polonicè ſonat Gniazdo appellari voluit. Inde inſigne boni Auſpicii, & ſtemma ſucceſſoribus eius manſit, ut uſq; in hunc diem Regis & Regni Poloniæ ſtemma, ſit alba Aquila coronata erecta, expanſis alis, hiante roſtro, ſceptrum uno, altero Regium aureum Pomum, pede, ceu manu prehẽdẽs. Id ipſũ longè excellẽtiori modo CHRISTO ſæculorum REGI, è NIDO, utero ſcl: MARIÆ contigiſſe compertum eſt: non alibi etenim Regiâ redimitus coronâ humanitatis, quã in NIDULO caſtiſſimorum viſcerum Virginis. Pro quo egregiè loquitur Thomas Villanus ſer: 2. de nat: in illud Cant: 3. *Egredimini Filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua.* Sic ait. *Hunc ergo magnum Salomonem videte in Diademate, quo coronauit eum mater ſua, mater Beata, ſuper omnes faminas benedicta, Diademate (inquam) non aureo, nec argenteo, ſed carneo, ex viſceribus ſuis, artifice, Spiritu S. fabricante.* Non alibi item ſceptrum potentiæ ſuæ erexit, quàm in utero Matris. De ipſa etenim vaticinatus eſt Propheta num: 24. *Orietur Stella ex Iacob & conſurget virga, (Symmachus legit) Et conſurget ſceptrum ex Iſrael.* Tandem regiam indutus eſt trabeam Filius DEI, non alibi, quàm in ardenti ſanguinis materni cocco. Hinc a S. Damaſceno hoc ſpeciale, MARIA elogium accepit orat: 4. de nat: V. *MARIA, purpura Regia, quæ ex Virginali ſuo ſanguine purpureum ſtragulum texuit, dicenti in Canticis, Plexus, ſeu Comæ capitis tui, ſicut purpura Regis.*

Lechus Polonorũ a nido Aquilæ Principatum ſumpſit.

Polonorũ ſtemma, Aquila, quâ de cauſa.

Thom: Villan:

Chriſtus Rex a MARIÆ utero.

Damaſc:

Epilogus.

§ I2.

EN iam habes Auditor beneuolè, Cœleſtis Aquilæ, nimirum Chriſti NIDUM, Beatiſſimam eius Matrem. NIDUM inquam ſpatioſiſſimum, ſublimiſſimum, commendatiſſimum, pretioſiſſimum, ſimulq; Regium. Eſt quod aggratulemur admiranda, felicitati tuæ, nec minùs & noſtræ, o MARIA! quòd tam nobilem, Cæleſti Aquilæ, Filio Dei venturo in ſalutem hominum, tot tantiſq; deſideriorum, charitatis, aliarũq; excellentiſſimarum virtutum, conſtrauiſti adaptaſtiq; NIDULVM. Tibi etenim pro eo debet omnis Creatura. Et quoniam exceſſiuam nouimus bonitatem Tibi ineſſe, ut etiam alienos non reſpuas pullos, De Te etenim adnotauit Rich: Laur: *MARIA NIDUS eſt, in quo juſtus quilibet, a mundi preſſuris, inuenit quietem & pacem. In quo vir juſtus, inſtar auis reponit oua ſua & fouet pullos, id eſt opera & bonos motus.* Tibi proinde univerſus Orthodoxus ſupplicat humiliter populus, qui cordis ſui NIDVLO præſtolatur naſciturum excipere Saluatorem, variiſq; deſideriorum ac virtutum exercitiis ſatagit venturo hoſpiti præparare receptaculum. Tu exiles noſtros conatus, patrocinii Tui gratiâ, benignè ſuſcipe, promoue & confoue. Et quod olim patientiſſimus Jobtes, ærumnarum undiq; circumdatus farragine, auidiſſimè expetierat, dicens: c. 29. *In Nidulo moriar*; non aliud Clientum tuorum minimo, ineſt deſiderium, niſi, ut quæ naſcituro DEI Filio, gratioſiſſimum præbuiſti in viſceribus tuis NIDVLVM, mihi indigniſſimo peccatori, Tuiq; Honoris mancipio, dum cum æternitate luctari veniet, & inter mortis anguſtias, protectionis atq; auxilii Tui exhibeas præſidium. Vtinam in *NIDULO TUO moriar*! o MARIA. Amen.

Rich:

MARIÆ nidum pullos etiam alienos recipit.

Votum Auctoris.

Job:

NOBILITAS Nobilitatum.

SS. DEIPARA.

Pro Purificatione B. V. MARIÆ

Postquam impleti sunt dies purgationis eius. Luc: 22.

513. Quanti ponderis sit, Principes etiam legibus suis subjici, illisq; obtemperare, ut subditos suos alliciant ad eorum obseruationem, & quòd nec minimùm per hoc lædatur Dignitas, vel Personæ nobilitas, imò eos ampliorem per hoc, quod obsequentiores se legi exhibeant, elucrari famam, hodierni Mysterij arcanum, quo intemeratissima Virgo, peccatricum deuotissimè ac humilimè exhibet impletq; obligationem, affabrè exprimit. A. A. Rectè satis dixit Isidor. lib: 2. c. 52. *Iustorum esse Principum, legibus etiam suis obtemperare. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet Prælatus, quando & ipse reuerentiam eis præbet.* Hoc longè excellentiùs enituisse hodie patet in Virgine Beatissima, quam aliàs prius figuratam fuisse in Arca illa Testamenti, obseruavit Naxera in Josue in App: S. 22. Mandat Dux Josue, fluctus Jordanis omnes transcurrere, arcamq; per medios deferri fluctus. *Tollite Arcam fœderis, & præcedite populum.* Jos: 3. Non parùm videbatur detrahere honori & nobilitati Arcæ, quæ erat habitaculum Altissimi, hoc imperium: nam iuxta originem, intrare undas Jordanis, erat subire Baptismum, necessitatemq; purificationis fateri. Ingrediantur cæteri undas, omnes etenim Adami Filii sordidi, ut Jordanis abluantur fluentis, At arca DEI, Matrem MARIAM adumbrans, cùm sit candoris elogium, puritatis candor, luminis jubar, & ipsius Solis splendor, atq; excellenter præsentiâ DEI nobilitata, cur aquas intret? quandoquidem ablui, erit ad speciem impuritatis & ingenuitatis, notam subire? O mira! Arca Josue præceptis obtemperans, externam maculæ offensam non exhorruit, ast ubi præcepti obsequentior, ibi resplenduit nobilior & plausibus honoratior: nam ipsi vertices in se contra se obnixi, illam curuatis adorarunt fluctibus, eiq; approximare reueriti, eximiam eius, facto ipso confessi sunt puritatem & nobilitatem. *Steterunt aquæ descendentes in loco uno.* Ecce ibi Arca adepta est famam, ubi obsequens, nobilitatis suæ despexit notam: utq; imaginem exemplari adaptemus, Ecce Maria, ut præcepto communi obediat, templum petit, ad speciem purificanda, verùm ibi obsequens legi, famæ suæ & nobilitatis adinuenit lucra. Vbi legi obtemperans, despexerat detrimenta; ibi a Simeone elatis vocibus, Mater luminis extollitur: ibi a longæua Anna repetitis acclamationibus deprædicatur. O Vesanam mortalium insipientiam! qui plerumq; dum legi & pietati seruiendum est, hominum verentur vultus, & vano nobilitatis suæ prætextu subinflati, de virtutum Christianarum erubescentes exercitiis, ab illis retrahuntur. En nobilitas MARIÆ, obseruantiâ legis de purificatione, minimè obfuscatur, imò tantò magis inclarescit, quam ideo S. Bruno Carthus ferm: de Ann: *Nobilitatem totius generis Dauid* appellauit. Ego verò, ut Purificantis se Virginis tantò ampliùs adaugeam nomen, eandem, *nobilitatum* NOBILITATEM, videlicet celsissimam, cui omnia stemmata cedunt, deprædicabo. Priùs mundanarum mentium prouidēs de medela, Pietatem, præcipuum esse NOBILITATIS ornamentum demonstrabo, nunc breuiter saluto Mariam.

Principē legibus subjacere decet.

Isid:

Naxer.

Joſ:

Nobilitas submissione non laditur.

Bruno.

Tu nobili prosapiâ
Orta nobis virgo piâ!
Doce nos humilitatem:
Et adauge pietatem.

PARS I.

Pietas Nobilitatis ornamentum.

514. *Prosapiarum genera.*

TRia prosapiarum genera habere mundum, dixit S. *Gregor: Nazianz:* Primum, è cœlo per creationem venit. Secundum a sanguine habet, unde ab aliis discernatur. Tertium virtus tribuit, unde ab aliis differat. In primo (inquit Doctor) omnes pares sumus, omnes eiusdem speciei, ac naturæ corruptibilis, omnes occasui obnoxii, caduci, mortales. De secundo, quod à sanguine venit, affirmat quidem magnus iste Theologus, nescire, an quidquam æstimari debeat, eò, quòd tam debili & infirmo fundamento nitatur, quàm est miseria & corruptio. Cæterùm, si ei tertium accedat genus, quòd ex virtute nascitur, magnam meretur æstimationem. Orat: 28. Solidiorem quippe, (si cætera paria sint,) plurimi censent virtutem in nobili, quam in ignobili homine. Ait enim Bern: Bustен: s. 2. de natiu: Virginis. *Nobilitas carnis, est radix & innatum fundamentum virtuosæ operationis, ita; ut illud habens, difficiliùs a virtute remoueatur.* Gemma est pretiosa, NOBILITAS, induta pietatem & virtutem.

Greg: Nanz:

Nobilitas radix quædam virtutis.

Probatur Scripturaliter.

515. Sap:

Ait Solimæorum Sapiens Sap: 8. *Generositatem illius glorificat, contubernium habens DEI, sed & omnium Dominus dilexit illam.* Hic locus Scripturæ directè currit de Sapientia cælesti, indirectè tamen, seu secundariò usurpatur a quibusdam, de NOBILITATE sanguinis: unde Bibliot: Loner: *Sub tit: Nobilitas* sic istum textum legit. *NOBILITATEM eius glorificat &c: &c:* & rectè quidem, usu enim iam sibi hoc epithetum vendicauit nobilitas, quòd nobiles Generosi a generositate appellentur. *Contubernium habens DEI.* Parùm est, nobilem inclytorum Proavorum nexi sanguinibus, nisi conjungatur simul & DEO per deuotionem, virtutisq; sit contubernalis. Hinc Theodoricus, ipse etiam Rex apud Cassiodor: l. 5. ep. 12. aiebat: *Hæc etenim indubitata NOBILITAS, quæ moribus comprobatur.* NOBILIS est, qui nobilem, honestam, laudabilemq; vitam ducit: qui secùs facit, nobilitatem suam, quâ gloriatur, turpi maculâ notat. Addidit tertiò Sapiens, piis virtuosisq; NOBILIBUS tesseram, nimirum Dilectionem DEI, *Sed & omnium Dominus dilexit illam*; Vt innuat, quòd si quis, licetsi stemmatum enitescat splẽdoribus, (ubi tamen agendum cum DEO, & pro DEO,) pro virtute, non expallescit: vanos rumores, & austeriores vultus hominum non curat: nec inani mortalium opinione mouetur: v. g. si quid abiectiùs agendum, si injuria donanda, si hosti parcendum, a virtutis exercitio abstrahi se non finit, huiuscemodi singularem apud DEUM promereri dilectionem. *Sed & omnium Dominus dilexit illam.* Hinc Sidonius l. 3. ep. 6. ad Eutropium Senatorij ordinis virum, (qui, cum pius esset & virtuosus, insignium titulorum, Abavorum suorum NOBILITATEM adaugebat ornamentis, tanquam pro speciali DEI dono, gratias se agere DEO contestatus est, dum ita scribit. *Gratias agimus uberes Christo, qui statum celsitudinis vestræ, ut hactenus Patrum nobilitate decorabat, etiam nunc Titulorum paritate fastigiat.* Audiamus & Bernard: qui epist: 13. ad quandam nobilem, simulq; deuotam Virginem Sophiam scribens, de benedictione singulari eam extollit. *Deniq; non multi NOBILES, sed ignobilia mundi elegit Deus. Proinde benedicta tu, quæ pro gloria certantibus cæteris, de contemptu gloriæ glorioſiùs sublimaris, & sublimiùs gloriaris. Insignior planè, atq; illustrior, quòd de paucis facta es, quàm quod orta de magnis.* Non nocet itaq. nobilitas virtuti & pietati, nec unum postliminio habet aliud: facilè in unum conueniunt hæc decoramenta, si adsit animus. Hinc meritò redarguendi illi, quibus nobilitas sanguinis laxat ad vitia habenas: fulgent stemmatibus Patrum, mox damnationis tenebris inuoluendi. Et ut S. Propheta ait de quodam Psal: 48. *Introibit* (per enumerationem Genealogiarum) *usq; in Progenies Patrum suorum, & usq; in æternum non videbit lumen.* O Genus! o Ataui! & quæ non fecerunt ipsi? quantùm obestis posteris! lux vestra excæcat illos. En qui scrutaturus Prosapiam suam, investigat Patrum suorum progeniem, a Patre Luminum excidit. Vnicum formemus paradigma in illo, qui seculi, & vanæ gloriæ hydropisi ægrotat: si nimirum talis

Sidon:

Nobilitas est donũ Dei.

Bern:

Nobilitas non nocet virtuti, sed eam promouet.

Psal:

Nobilitas multos excecat & perdit.

Nobilitati, virtus iungenda

injuriam

injuriam accipiat, quomodo plerumq; NOBILITATIS eius generosa purpura exardescit ad vindictam: quomodo resilit iratus, retundit, reuerberat fœvus, pro verbo vulnus, pro vulnere leui, mortalem rependens pugionem. O Dæmonis malesuada disciplina! Alapam patitur nobilis eques, ad frontem sanguis euocatus prosilit, suadet ille non aliter stigma verecundum NOBILITATIS abradi, nisi vel aperto Marte Monomachiæ, vel promptâ repercussione ulciscatur, iniquâ lance plùs æstimans NOBILITATIS suæ detrimentum, quàm de non ulciscendo mandatum. Cùm S. Ambr: doceat *Non est ultio necessaria: videant potuisse vindicare, sed noluisse.* O quantum pondus adæquet, si remittis! Christianâ trutinâ, non sæculi, rem appendas rogo, si magis Christianus sis. Dum plùs ignoscis, magis NOBILIS inter tuos eris, siquidem a veteri Christiano, sanguine & immaculato calle, te descendere probas. Agnoscitur NOBILITATIS robur, quæ ad injuriam, quasi marpesia cautes, stabilis stetit. Vitrea NOBILITAS est, quam putas a leuis injuriæ infringi lapillo.

Duella reprobãtur pro tuitione honoris.

Nobilitatur genus per vindictæ cõdonationem.

Probatur Figuraliter.

Delegat DEUS Jonam in Niniue Civitatem, delectis copiis opulentam, quæ cæteris terminos supergressa, naturæ sceleribus exundabat, non dum tamẽ Diuinam misericordiam criminibus euincebat Prophetam Dominus amandat, ut terribilibus minis morbo mederetur, & sententiæ metu obuiaret ad pœnitentiam: clamabat proinde Propheta per plateas, totâ die incedens. *Adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur.* Jon: 3. Tantùm illius verba incolas permouerunt; ut magnam illam Ciuitatem conuerterit ad pœnitentiam, & ipse Rex habitum induerit pœnitentis, coronamq; cinere, purpuram rudi sacco, & sceptrum flagris commutauerit. *Surrexit de solio suo Rex, & abjecit vestimentum suum à se, & indutus sacco, sedit in cinere.* D. Ambr: istum hactenùs non arbitrabatur Regem, at nunc verum Regem agnoscit cùm sacco & cilicio vestitum, taliq; pœnitentis amictu indutum confiderat, eò, quòd felicissimâ commutatione indumentorum, tantò ampliori NOBILITATEM suam ue-

516. Jonæ.

Ambr:

Rex Niniue, tũc rex, dum humilis in sacco.

A stierit ornamento. *Mira res* (ait S. Antistes) *dum se Regem hominibus esse non meminit, Rex incipit esse iustitiæ. Religiosus ergo Rex, non perdidit Imperium, sed mutauit.* Sic ille Enarr: in Jon: t. 2. Tunc enim falsus Rex erat, & verus seruus; nunc verò, verus est Rex in oculis Dei, qui purpuræ & Nobilitati, pietatem adiunxit. Dicit enim Philo: l. de verbo. *Solus hic Patricius est, qui potest Patrem ciere DEUM, quem amat & omni pietate colit.* Notate verò illud. *Solus hic Patricius est.* Videtur enim Philo alludere ad legem Romanorum, apud quos tametsi multi essent nobiles; soli tamen B erant Patricii Romani, eosq; solos veros NOBILES æstimabant, *Ita hic, solus Patricius est* (inquit Philo) *qui ita induitur NOBILITATIS trabeâ, ut simul pullã Timoris Dei non exuat,* & si speciali obsequio, quod mundi oculis displicet, seruiendum est Deo, eiusq; sacrosanctis mandatis; quibusue respectuum remotis obstaculis, promptè obsecundat & deuotè exequitur. His addere licet, quòd nobilioribus & magis ingenuis, ad pietatem & humilitatem major quædam insit promptitudo: quod ipsum patuit, ubi DEI Filius natus est nobis. Veniunt Pastores in Bethleem ad præsepe, ut viderent Infantem cum Matre. C *Transeamus* (inquiunt) *usq; Bethleem, & videamus verbum hoc, quod factum est: videntes autem cognouerunt de verbo,* nil ampliùs memorat sacer Lucas Euangelista: veniunt quoq; Sereniſſimi & sapientissimi Reges, duce Stellâ usq; in Bethleem, Matt: 2. ait. *Intrantes domum, inuenerunt puerum & matrem eius, & procidentes adorauerunt eum.* Compone modo Pastores cum Regibus: utriq; natum puerulum quærunt, utriq; inueniunt Puerum cum MARIA matre eius, sed Reges, ubi Puerum vident, humi procidunt, sese usq; ad terram demittentes, & humiliantes coram DEO. D Pastores autem non dicuntur procubuisse, non dicuntur se humiliasse coram puero. Et cur Pastores, non ita se humiliant, quando se humiliant Reges coram vitæ Verbo? sanè Pastores, ut serviliter vivebant; ita seruilis erant mentis (ait Baez: de Figur: lib: 7 c.15.) non adeo promptè humilitatem percipiebant. Reges autem ut nobiliores, ut magis ingenui, sic auidiùs IESU humilitatem arripiebant, in illaq; excellebant, ut

Philo:

Deo dum seruiendum, omnes respectus mundani contemnendi.

Nobilibus innata quædam inest inclinatio ad Pietatem.

Luc:

Matt:

Reges tres pientiores Pastoribus in Bethleem.

bant, ut dixerit S. Auguſt: ſer: 64. de diuerſis. *Vtriq́, ſanè, tanquam initia duorum parietum de diuerſo viuentium, circumciſionis & præputii, ad angularem lapidem cucurrerunt. Verùmtamen, illi Deum, ex iis quæ viderunt, laudauerunt; iſti autem viſum Chriſtum etiam adorauerunt. In illis gratia prior, in iſtis humilitas amplior.* Et meritò in Regibus humilitas, & tota pietas amplior, multùm etenim pietas agnata eſſe videtur Regio ſanguini & NOBILITATI: & quaſi ſignatura eſt naturalis virtutis, NOBILITAS.

Aug:

Probatur Hiſtoricè.

517. Enituit porrò hoc ſingulare NOBILITATIS & Purpurarum ornamentum, in tot, Sanctorum Regum, Reginarumq́; Ducum, & Principiſſarum Perſonis, quorum longam ne reproducam ſeriem, cæteris admirabilius in hac virtute ſpecimen exhibeo, in Eduardo III. Rege Angliæ, ob vitæ ſanctitatem, inter vivos relatum. Fortè ſub oculos venerat mendiculus, membris omnibus paralyſi tactis adeo; ut quadrupedis inſtar humi ſerperet. Hic ab Apoſtolo Petro in ſomnis ſe accepiſſe reſponſum aſſerebat, ſanitate ſe potiturum, ſi Rege baiulo ad templum, eidem Apoſtolo Londini ſactum, uteretur. Audax & ſuper mendicabuli fortunam petitio. Poterat fidem non habere humuncioni Rex: poterat hoc negotium pietatis, exoticum ſuæ conditioni, alteri committere: Sed vicit inſita virtus & pietas. Quid ergo? Lubens ſupponit regios humeros ſordido oneri, & illud, non ſine ſpectantium, præſertim Aulicorum ſibilo, ad Diui Petri ædem defert. Hinc ante ipſam Aram poſitus, erigitur in pedes claudus, & ipſe quidem miraculum propagaturus, Romam expeditus bajulat. Eduardus verò, Majores uſq́; progreſſus, ex hac claudi hominis curatione, in dies ſeipſo major, in virtute faciens, poſt metam ſanctitatis, uſq́; ad aſtra promouit. *Surius 5. Ian:* Huic valdè affine habetur aliud de Alphonſo Aragonum Rege apud *Panorm:* l. 1. Is miræ promptitudinis ad Chriſtianæ pietatis opera. Semel contigit dum per Campaniam iter faceret, incidiſſe in agozonem, cuius jumentum farinâ onuſtum in luto hærebat, nec inde vel clamore vel verberibus, vel adminiculo manuum expediri poterat. Rex miſeratus hominem, ſeſe ex equo, quo vehebatur demittit, manum ſuam quoq́; admouet, iumentum erigit, & è cæno propellit. Quo facinore pietatis, Purpura eius, nedum coram DEO illuſtre meriti decus accepit; ſed etiam coram hominibus, nimiùm aucta eſt: ſiquidem facti famâ percrebeſcente, benevolentiam ſibi Procerum ac Populorum ita conciliauit; ut tria Regna, Aragonum, Neapolitanum, Siculum, in magna pace & tranquillitate poſſederit. En iam liquidò patet, quàm amplis decoramentis, NOBILITAS a Pietate exornetur.

Eduardi III. Reg: Angliæ actus humilitatis ſupererogatorius.

Alphonſus Aragonũ Rex, de-

miſſione humili, tria Regna lucratus.

PARS II.

SS. DEIPARA, Nobilitas nobilitatum.

518. Dixerit licet Doctiſſimus Bleſenſis, plùs placuiſſe MARIAM humilitatis merito, quàm Nobilitatis ſuæ faſtigio: Verba eius ſunt. epiſt: 3. *DEI Filius in B. Virgine, licet ipſa de ſacerdotali ac Regio ſtemmate traxiſſet originem, non nobilitatem, ſed humilitatem quæſiuit;* Cæterùm ſciendum eſt, quòd ita creuerit humilitatis in MARIA celſitudo; ut nequaquam in illa obfuſcaretur præcellentia nobilitatis, imò ex umbra vilis conditionis & negotiorum abjectione, tacitis ſe prodebat luminibus, latens NOBILITAS, & NOBILISSIMÆ Genealogiæ eius, cui nulla par vel in terris, vel in cælis, haberi, imò nec concipi poteſt, excellentia, aliàs NOBILITAS NOBILITATUM, quod in hodiernæ Devotionis præcipuè enitet myſterio.

Probatur Scripturaliter.

519. Primum ergo, propter quod, excellentia NOBILITATIS & Genealogiæ Marianæ, omnem & quamcunq́; ſiue in terris ſiue in cælis creatam Nobilitatem ſupergreditur, eſt, quod in quantùm MARIA electa fuit ad generationem Filii DEI, per hoc, tam proximè ad ipſius Diuinæ Genealogiæ culmina acceſſerit; ut nulla alia creatura propiùs valeat, adeò; ut DEUS condens MARIAM, nouam quandam Familiam ſibi condere videretur, & in ſingulari veluti Hierarchia ſeu ordine, aut ſtatu

MARIÆ Nobilitas omnem

neatam niam ossibilem supergreditur.

aut statu, eandem collocare. Hoc ipsum plusquàm euidenter insinuat ille locus Scripturæ. Prou: 9. *Sapientia ædificauit sibi domum.* Quæ verba ex SS. Patrum censione plusculùm attingere, inanis calamus niteretur, cùm satis cõpertum sit ex *S. Aug: l. 5. de Ciuitate* 20. *Athan: orat: cont: Arios. Hieron: in epist: de Virg: assump:* & aliis quàm pluribus. Fateor, communis acceptio est, quòd Filius DEI, hic intelligitur, qui ex suapte natura & origine, Sapientia est, qui MARIAM sibi construxerit, ut aurea uteri eius laquearia incoleret, cameratumq; Virginitatis fornicẽ inhabitaret: aut etiam, quòd domum sibi fabrefecit, corpus scl: Spiritu S. opifice, quod illa vox sibi innuere videtur: Sapientia ædificauit sibi domum. Verùm non ineptè, (ex obseruatione Illust: Zerdæ ad Divinum Patrem hæc verba referri judico, siquidem huic plurima ex SS. Patribus fauent, qui videntur in hanc acceptionem conspirasse, quod Patri æterno, appingant structuram MARIÆ, ut Filio suo Aulam præpararet. Obuia est acceptio Domûs, pro Familia, etiam in Scriptura dicitur 2. Reg: 3. *Vnxit Domus* scl: Familia) *Iudæ, in Regem* Item c. 3. *Super omnem Domum Patris tui.* Item *Non deficiet Domus Ioab.* Imò adnotarunt periti, quòd in prædicto Prouerb: textu pro *ædificauit*, Hebræum vocabulum ponitur, quod *filiare*, potest verti, siue pro filio, aut filia constituere, ut noueris idem fuisse, ædificasse MARIAM, & sibi adsciuisse in Filiam, Familiamq; specialem comparauisse ut per huius sanctæ Filiæ uterum hereditas Domini, filii merces, fructus ventris, nobis obtingeret, & quod summum est, ut per adnumerationem illi Diuinæ Familiæ, non æstimatione solâ, sed re ipsâ & defacto, Maria proximiùs cæteris omnib9 Creaturis, ad Diuinitatis pertingeret Lineam. Si etenim Act. 17. Diuinissimus Apostolus, quemq; Familiæ DEI adscribit dicens: *Genus ergo cùm simus DEI*; longè excellentiori modo id attribuendum MARIÆ, non iam ratione aliculus impropriæ assimilationis; sed ratione suæ naturæ, verè & realiter eleuatæ ad generationem Filii Dei. Elucidet hoc magni ponderis authoritas, nimirum S. Andreæ Hierosol: lib: 2. de Annunt. *Hæc est* (inquit) *mulier quæ cœlorum superauit naturam, Virgo ipsorum Seraphim, ipsam vincens naturam, miraculo Dei generationis prima natura, accedens ad Deum, opificem omnium generationum.* Quid est quod insolito ausu, primam naturam, quasi nouam S. Doctor, vocet MARIAM, cùm tamen in natura paulominùs minorata sit ab Angelis? sed satis bellè & Theologicè locutus est S. Doctor, nam secundùm D. Thomam c. 1. de Ente. Natura, differt ab Essentia, in eo, quòd dicatur in ordine ad operationes & proprietates, quæ ab ipsa tanquam à radice pullulant. Cùm igitur tota sit MARIA condita, in ordine ad generationem Filii DEI, quæ super omnes operationes primatum tenet; jure prima excellensq; natura nuncupatur, cui subjiciuntur Cherubim & Seraphim. Quare seriò subjunxit S. Præsul illa verba: *Proximè accedens ad Deum, opificem generationum.* His etenim quasi scholiat, quod dixerat *Prima Natura.* Non omnes etenim Generationes, a tota SSS. TRINITATE sunt, qualis est Generatio Filii sui competens Patri, in qua suo modo Beatissima communicat cum Patre, verè etenim dicitur Mater Dei. Accedit igitur natura hæc MARIÆ, ad Deum proximè, ut ad opificem generationum, quatenus Pater est, nec solùm ex communi omnipotentia in creatas generationes, in quas influit; sed speciali attributione, quatenus generationis increatæ fons est, & origo. Quod aduertit subtilissimè in verbis S. Præsulis *Illustris: Zerda.* Hinc est, quòd Beatissima Virgo, ratione Divinæ generationis Filii Dei in carne, in Familiam a Patre æterno adscita, variæ cognationis ad Personas SSS. TRINITATIS titulos adipiscatur: nam dum Filia Patris dicitur, eò quòd similitudinis ad Patrem in ea legatur typus, eo ipso fit germana ipsiusmet Filii Dei, dumq; Mater Filii Dei, sponsa Patris Dei existit, & non solùm cum Patrefamilias, quasi materfamilias contoralis, censeatur; sed & illa sola, omnem sibi Familiæ respectu Patris vendicet cognationem. Meritò Aldhelmus l. de laud: V. c. 22. *Beata MARIA Virgo perpetua, nurus Patris, Genitrix & germana Filii, simulq; sponsa.*

ratione naturæ.

MARIÆ communicat cum Patre æterno, in ratione generationu Filii Dei aliquomodo.

MARIÆ relationes ad quamlibet Personam SSS. Trinitatis.

Pater æternus ob Filium suum in terris, nouam Aulam, Familiam condidit in Maria.

MARIA proximè appropinquauit Deo, etiam in

Probatur

Probatur Figuraliter.

520. Alterum NOBILITATIS MARIANÆ Genus eſt, quod illa trahit temporaliter à generoſitate ſanguinis, utpotè Patriarcharum, Prophetarum, Sacerdotum, & Regum Proſapiâ, orta, a quibus illa per rectiſſimam lineam, tam reſpectu puriſſimi ſui Sponſi Joſeph, qui de eadem tribu erat; quàm reſpectu genitorum ſuorum Joachim & Annæ, directiſſimo producebatur ductu: Quod S. Euangeliſta graphicè expreſſit in Genealogia CHRISTI, ubi recenſentur 14. Patriarchæ, & totidem Reges aut Duces, qui plerumq; ſimul Sacerdotii munere fungebantur: ſed huic meliorem dabit lucem meridianus ille Sol, B. Virginem in Apoc: 12. ſplendoribus ſuis amiciens, prementem lunam, ac ſtellarum duodecim redimimitam coronâ. Equidem non potuit aptiùs nec lucidiùs MARIANÆ NOBILITATIS ſymbolum excogitari, ex utroq; ſanguine propagatæ & Regum & Sacerdotum, qui omnes aptiſſimè, per Solem, Lunam, & Stellas adumbrabantur, quod traditione multâ, ſacrâ ac profanâ comprobari poſſet. Noſtris igitur obtutibus objicit D. Joannes Solis & Lunæ ac Stellarum ſtemmata, ut Marianæ NOBILITATIS ſplendor, per eoſdem tractus, per quos Sol & ſydera ſuos ejaculantur radios, peruaderet, ac per univerſum terrarum orbem propalaretur. Siquidem Hebræi, ſtellarum ſcintillatione, Nobilitatem adumbrare conſueuerant, forſan, quia Abrahamo Deus prodidit, inſtar Stellarum, Abrahamidum ſobolem adauctam iri. *Multiplicabo* (inquit Deus) *ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli*: Apud Ægyptios verò, pyramides erigebantur, quæ Solem referebant in ſepulchris Nobilium, ut ſignificaretur illorum interitu & occaſu, Solis radios, quibus fulgebat Reſpublica, aut Familia, occidiſſe. Romani Nobilitatem expreſſêre per Lunam in ſandaliis effigiatam, fortè quia in benefaciendo aliis, velox promptitudo, pulchrum eſt ſignum animi ingenui. Hinc nata paræmia. *Tu in ſtragulis, Nobilitatem geſtas*, de viro NOBILI nomine, non re ipſâ. Item a Plutarcho ediſces, viros NOBILES, Lunas in calceis geſtaſſe, ut inde animadverterent NOBILES ac potentes, rerum humanarum inconſtantiam adũbratam per Lunam. Addit D. Th: in verba illa Iſa: 3. *In illa die auferet* DEus *ornamenta calceamentorum, & Lunas & torques Lunulas*, id eſt quaſdam picturas factas in calceamentis, de corio deaurato. Quod forſan innuit ſponſus Cant: 7. dum inquit. *Quàm pulchri ſunt greſſi ſunt in calceamentis, Filia Principis.* Meritò ergo virgo Deipara dicitur primatum tenere in omni populo, & in omni gente. Habet enim ſplendorem Nobilitatis, apud Hebræos ſtellis, apud Græcos & Ægyptios, Sole, apud Romanos & Turcas, Lunâ delineatum. Idcirco dicitur *amicta Sole, Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona Stellarum duodecim*, ut meritò dicat S. Ildeph: ſ. 3. in Aſſ: *Quia* (inquit) *de progenie carnu, nulla* NOBILIOR *Dei Matre refulſit, nulla ſplendidior proceſſit, quam ſplẽdor gloriæ paternæ ineffabiliter diuinitùs illuſtrauit. Cuius caro & ſanguis, origo fuit benigniſſimi Saluatoris.* Et S. Ambr: lib: 2. de Virg: *Quid nobiliùs* DEI *Matre, quid ſplendidiùs eâ, quam ſplendor elegit.* Maneat ergo tanquam omninò compertum, Deiparæ individuum, omnium Creaturarum Nobiliſſimum extitiſſe, quod innuit Joannes, cùm eam Sole circumdatam, Stellis redimitam, ac Lunâ calceatam proſpectauit: quæ omnia, totius ſplendoris ac NOBILITATIS inſignia & ſtemmata apud varias nationes cõperiuntur. De quo videndus Pierius. Et hæc NOBILITAS jure ſucceſſionis throni Dauidici, deſcendiſſe a MARIA in JESUM cenſetur, qui aliàs Rex naturalis & ſucceſſor ſceptri Dauidici non rectè audiſſet, niſi MARIA mater eius vera, Regum proſapiâ, prognata fuiſſet. Addit S. Bern: Senen: *quòd B. Virgo adhuc viuens, futura eſſet ſucceſſor legitima Regni Dauid, niſi ab Herode & aliis alienigenis fuiſſet uſurpatus.* Et ne muſſites cum Caluino, & quopiam Mariomagiſte, dignitatem Regiam ac NOBILITATIS priuilegium, deperdidiſſe Mariam per jus ciuile, partim propter fabrile exercitium Joſephi, partim propter lanificium, quod ipſa exercebat, illoq; viſitabat, ac nutriebat Filium JESUM. Hoc enim utrumq; apud Hebræos exercebatur, nulla notâ nobilitatis, nec ignobilia hæc apud Judæos cenſebantur opera: quod ipſũ multis tam ſacris quàm profanis comprobat

MARIA etiam ſecundùm carnem, nobiliſſimâ Proſapiâ nata.

Apoc:

Stellæ ſymbolũ nobilitatis Hebræis.

Sol Ægyptiis ſymbolum nobilitatis.

Luna, Romanis, ſymbolũ nobilitatis.

Iſai:

Cant:

Ildeph:

Ambro:

CHRiſtus *Rex, per Mariam.*

Bern:

Sen:

MARIA non amiſit ius Regni, per vilitatem ſtatus ſui conditionem.

probat inductionibus Chryſtoph: Vega Palæſtr: 10. n. 917. Ego id tranſeo, ut properem ad aliorum, pro MARIÆ Nobilitate, ſuffragia Patrum.

Probatur Doctoraliter.

21. Proauorum ſanguine, & utriùſq; Parentis Nobilitate claram ac illuſtrem B. V. MARIAM profitetur primùm S. Thom: Vill Conc: de Nat: dum ait. Thom: Vill: *Licet pauperem & humilem matrem elegerit DEUS; ſed tamen genere illuſtriſſimam, generoſiſſimamq;, multò amplius ſecundùm carnem; quàm ſit modò quæcunq; illuſtris famina, nam ab antiquo, multis ſeculis, longâ progenie, a Patriarchis, & Regibus & Sacerdotibus orginem traxit. Recenſe nunc in toto Orbe, quæ nam ſit hæc, quæ tot Regibus & Principibus polleat in origine? Nobiliſſima igitur fuit Virgo MARIA ſecundùm progeniem, & illuſtriſſima, qualem decuit eſſe matrem DEI futuram: neq; enim decebat ruſticam eſſe & vulgarem, ne aliqua obſcuritatis & ignobilitatis redundaret nota in Filium.* S. Ambr: l. 3. in Luc: deſcribens Originem Deiparæ per viam paternam de tribu Juda, & maternam per Lineam a ſtirpe Sacerdotali per tribu Leui, ſic ait. *Quod vero per Salomonem, Matthæus generationem deriuandam putauit, Lucas verò per Nathan, alteram Regalem, alteram Sacerdotalem, CHRISTI Familiam videtur oſtendere. Fuit enim verè & ſecundùm carnem Regalis & Sacerdotalis familia, Rex e Regibus, Sacerdos ex ſacerdotibus.* S. Bernard: Senen: tit: 1 Ser: 61. ornamenta NOBILITATIS & inſignia, ex omni circumſtantia expendens, tandem ſic fatur. Bern: Sen: *Fuit B. Virgo nobilius Indiuiduum, ſeu nobilior creatura omnibus indiuiduis, ſeu creaturis, quæ in humana natura fuerunt, aut poſſunt, aut poterunt generari. Quia igitur omnes præclaritates, ingenuitates, præfecturas, dignitates, & nobilitates, quæ poſſunt eſſe in aliquo indiuiduo humano, ſecundùm originem ſanguinis, deſcribunt Euangeliſta in hac puella; oportet nos eorum teſtimonio, eam præferre omnibus Principibus, Regibus, Imperatoribus, Reginis, Imperatricibus, omnibus Poteſtatibus, Tribubus, & linguis totius univerſi.*

Probatur Miraculosè.

22. Non modicum ad augendam excellentiam MARIANÆ NOBILITATIS accedit adminiculum, ex illa miraculoſa in Templo Jeroſolymitano, dum purificanda ſiſteret ſe Domino, A ſimul cum Filio, MARIA, Cæleſtis luminis irradiatione, quia illuſtres licet ſatis tot Patriarcharum luminibus, majorum ceræ, in una MARIA, apparuêre illuſtriſſimæ. Miraculum ſic exſcribit Miech: in Laur: Lit: ex Timothæo Jeroſolymitano ſerm: de Propheta Simeone. Iſte venerandus ſenex Spiritu S. afflatus, poſtquam venit in templum, ſuos circumduxit oculos. Cùm igitur plures Matres cum filiis ingredientes, & ad ſacrificium Purificationis peragendum properantes circumluſtraſſet; vidit inter alias, Virginem ſolam, totam circumfuſam quodã B infinito & Diuino lumine: Tunc haud ſine clamore in hanc prorupit vocem. *Ecquid, Ancillæ quæ eſtis, cum libera & Domina concertatis?* illamq; a cæteris Matribus ſeparans, ſpecialiſſimo honore ut matrem Dei veneratus eſt, & Filium ex gremio ipſius accipiens in ulnas ſuas, Deumq; ſingularibus benedictionibus dilaudans, ab illo lumine ſtylum orationis ſuæ concepit, a viſibili ad inuiſibile tranſcendens, entheo Prophetali: nam Cygnus iſte ita cecinit, *Lumen ad revelationem Gentium & gloriam plebis tuæ Iſrael:* Siquidem, ut notat Carthus: etiam in facie Pueri Carthus: C JESU, ſplendorem quendam luminoſum vidiſſe ille creditur. S. quoq; Ildephon: ſer: de Purif: aſſerit, plurimos Ildeph: e ſanctis (puto ex cognatis MARIÆ, præſertim ex ordine Sacerdotali, uti Parentes eius Joachim & Annam) qui tum morabantur Jeroſolymis, deſcendiſſe in Templum cum Puero & MARIA. Quod ipſum & S. Lucas c. 2. non obſcurè indicauit, cum de Anna Prophetiſſa verba faciens ſic ait: *Hæc ipſa horâ ſuperueniens confitebatur Domino,* Luc: *& loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Iſrael.* Vt quid ergo? & unde uni pauperculæ Virgini, fabriq; D putatiuæ Conjugi, tanta Nobilium, utpotè ſacerdotum & Diuitum aſſiſtentia? niſi ut facto conteſtarentur, eam non vulgariter, ſed Regali Proſapiâ Dauidicâ natam: & nobiliſſima Natalitia ſanguinis eius, voluntariâ eius paupertate & abiectione minimè obſcurari, quæ Diuino illo & prodigioſo lumine multorum perſtringebat oculos.

MARIA dum purificaretur viſibili lumine diſtincta eſt ab aliis.

Probatur Hiſtoricè.

Vltimum, & quaſi pro Coronide, excellentiſſimæ NOBILITATIS MA- 523.

RIÆ,

RIÆ, produco, nimirum præſtantiſſimam eius Sobolem, quam hodie in Templum deportare cernitur, pretioſum monile cordis ſui & ſignum NOBILITATIS. Conſtat ex Hiſtoricorũ connotationibus, dari ſingularem Ordinem NOBILIUM, qui dicuntur, *Equites aurei velleris*, vulgò *del Tuſon*, quorum inſigne eſt, aureæ Agni exuviæ, e torque aureo pendentes de collo. Aliqui affirmant apud Serarium, fuiſſe vellus fabuloſum Jaſonicum, ad quod profecti fuerũt Argonautæ Regio ſati ſanguine. Alii (quod verius eſt) exiſtimabant, illud fuiſſe vellus Gedeonicum, famoſum in Scriptura, quod gerebat Figuram Beatiſſimæ, ideoq; illum ordinem NOBILIUM ſeu Equitum, inſtitutum fuiſſe conteſtantur Authores, in honorem SS. Deiparæ. O quàm incomparabiliter excellentiùs æſtimanda venit MARIÆ NOBILITAS! quæ inſigne ſuum, atq; ſignaculum in teſtimonium excelſæ NOBILITATIS ſuæ in Templum deportat, non iam figuram velleris, nec ipſum vellus, ſed Agnum immaculatiſſimum Filium ſuum JESUM, qui NOBILITATEM matris, longè ampliùs, quàm cætera, incremẽtavit, & ad ſupremum deduxit gradum à nulla alia Creatura attingibilem. Ait etenim S. Petr: Damiani: *MARIA ob præclariſſimam ſobolem, omnem humani ſtemmatis excedit* NOBILITATEM: *clara Proauorum titulis, ſed incomparabiliter clarior generoſitate Prolis.* Et iterum hymn: de B. V. *Arcem* NOBILITATIS *de prolis ſtirpe trahens, filia quidem Regum, ſed Mater Regis Regum.* Tandem ſer: de Nat: V. *Beata* (inquit) MARIA, *licet ſit generoſâ Patrum ſtirpe prognata, ab illo tamen trahit excellentiſſimæ nobilitatis genus, qui de illa eſt, nouo naſcendi genere procreatus, & per clariſſimam Sobolem, omnem humani ſtemmatis* NOBILITATEM *excedit.*

Equites aurei velleris, quales,

Mariana nobilitatis decus, ipſe filius.

Damia:

Epilogus.

EN habes bone Lector inſignem MARIÆ NOBILITATEM, & attende, quomodo, dum hodie B. V. MARIA Myſterium Legalis Purificationis celebrat, Generis eius NOBILITAS & claritudo, tantæ humilitatis abjectione non hebeſcit, ſed magis de ſub umbra enitet & inclareſcit, dum in recenti Puerpera elucet, partim Generis Diuini, ſeu Generationis Paternæ quædam participatio; partim, quia ſanguine Regum ſatam ſe eſſe tot documentis demonſtrat; partim, quia Nobiliſſimi ſtemmatis gloriatur ſignaculo, Filio ſcl: ſuo, quem undiq; lumine cæleſti illuſtriſſima, in Templum deportat. Adeſte itaq; Reges, Imperatores, Monarchæ, & quotquot NOBILITATIS veſtræ ſuperbitis ſtemmatibus: criſtas deponite arrogantiæ: ad pedes unius paupercule Virginis Coronas veſtras, NOBILITATISq; Monilia, humiles abjicite, quæ omnia NOBILITATIS genera, in ſe una, ita ſpecioſè concluſit; ut meritò appellanda cenſeatur NOBILITAS NOBILITATUM. Et quia Doctore D. Anſelmo, *Inter illius*, ſcl: MARIÆ, *mancipia numerari pluſquàm Regium eſt.* Tibi celſiſſima Nobilitas, MARIA, abjecta humilitas, vel potiùs vilitas & exilitas noſtra, pedibuſq; Tuis ſanctiſſimis ſe ſubjicit, & in mancipium conſecrat. Vtere ut lubet, veluti deuotatis TIBI mancipiis: & adapta, ſuppleq; inidoneitatem noſtram, ut omni & meliori modo ac ſtudio, adlaboremus honori Tuo, & exaltandæ magis ac magis Dignitati ac Nobilitati tuæ. Fac o Regina clementiſſima, per quam Reges regnant, ut qui nunc honoris Tui mancipia nos eſſe profitemur, gratiâ Filii tui, & tuâ apud eum opitulatione, cũ eodem in æternum regnemus. Amen.

Anſelm:

Votum Authoris.

NVBES Roſea, ſeu Iris.

SS. DEIPARA.

Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum. Eccl: 43.

Pro Feſto SS. Roſarij.

525. QVàm ambitioſo luxu, argumentoſa natura, vel potiùs Opifex ſummus DEUS, in una rubicunda nube, Iride videlicet, opere vermiculato, tranſcripſerit & expreſſerit ingenium, quotidianus ſpectãtium ipſe ſtupor, utiq; liquidò docet. A. A. Et ideò illa a veteribus *Thaumantis*, id eſt *admirationis* Filia dictitabatur, cui propterea os quoddam roſeum appinxiſſe legitur Pòéta Virgilius 10. Æneid:

Iris admirationis filia.

Ad quam ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt.

Etſi etenim multicolori varietate gaudeat, unius tamen, præcipuè roſei coloris prædominium in ea cognoſcitur, ex cuius contemperatione, mira prodit aliorum varietas, uti dicit S. Greg: *Niſſ:* l. de diff: eſſen: & hypoſt: *Cùm multicolor, multiformiſq; ſit, & obſcurè variis quaſi floribus tinctus commiſcetur, diuerſorum inter ſe colorum, commixtionem oculis noſtris latenter eximens, atq; ſubducens, ut cærulei ad rutilum, vel rutili ad purpureum, vel illius ad electrinum, terminus cognoſci non poſſit.* Porrò ſacer Pſalmographus, univerſam Diviniſſimæ Majeſtatis delineando formam, non eam ex auguſtali, auro & gemmis rutilante Throno, nec ex fulgurantis haſtæ horrifico terrore, ſed ex modici ac mollis vaporis, virtute Solis a terra eleuati, depinxit ſimilitudine. *Date gloriam DEO ſuper Iſràél, magnificentia eius & virtus eius in Nubibus*, Pſal: 67. cui Maieſtati, ut ſua non deeſſet gloria, cum quadam virtutis præivit voce dicens: *Ecce dabit voci ſuæ, vocem virtutis.* Si non fallor, libertate à meo Doctore donatus, *In laudibus MARIÆ meliùs eſt abundare, quàm deficere*, audeo dicere (ſaluis nihilominus Authorum expoſitionibus, quæ variæ habentur) hoc in loco prærogativarum Beatiſſimæ Virginis, & devotionis SS. Roſarii prænobile emicare myſterium, quod quia explicatiùs infra pertractare intendo, rem hìc compendiosè ſtringo. NUBES (ex ſenſu Patrum) in quibus magnificentiam ſuam DEUS manifeſtat, ſunt Sancti, & præcipuè Apoſtoli, atq; Apoſtolici viri, qui undequaq; circumferunt gloriam Magni DEI: juxta illud Iſa: 60. *Qui ſunt iſti, qui ut NUBES volant?* Sed iſtæ adhuc craſſiores: in his ergo NUBIBUS, Divina ludit potentia, dum in eis eximia virtutum & donorum Cæleſtium exprimit Phænomena. Cæterùm, ſicut Roſea NUBES ſeu rubicunda, quæ Mater Iridis eſt, vel potiùs ipſa Iris, cunctis ſpecioſior habetur. Vnde Eccl: 43. *Vide arcum & benedic &c:* Ita, & longè glorioſiùs, Beatiſſima Virgo, quæ a S. Joſepho Hymnographo in Mariali, *NUBES Solis lucidiſſima*, a Rich: Laur: l. 7. *NUBES rubicunda ſeu Roſea* appellatur, plùs cunctis aliis exaltandæ Magnificentiæ DEI deſervit: & quatenùs Roſariana Advocata cenſetur, tantò magis Gloriæ eius famulatur: utpotè voce virtutis, nimirùm precum ac Devotionum SS. Roſarii, in ſublime eleuata. Cuius Roſeæ NUBIS præconia, & virtutem vocis huius nouæ, quæ detonant ora Roſea, explanaturus, prætermittam aliqua, in NUBE pudoris ſeu verecundiæ, ſalutariter obſeruanda. Breviter interim ſalutemus MARIAM.

Greg:

Pſal:

Scotus.

Nubes, ſunt Sancti.

Iſa:

Nubes, Maria.

MARIA Iris.

Aue, Aue VIRGO reis,
Fulgens o NUBES roſeis
Splendoribus, atq; miris
Coloribus micans Iris.

PARS II.

Nubes Roſea verecundiæ, brevi ſerenandæ conſcientiæ augurium. 526.

NUBEM quodammodo Roſeam

obduxiſſe in facie rationalis & mortalis Creaturæ, videtur natura, dum homini indidit verecundiam, quæ quaſi virtutum Regina, in genis, veluti in ſolio recumbit ſpatioſo, ut teſtis virtutis, & rectæ conſcientiæ, aut fauſtũ præſagium, ſi ſub Nubilo peccati, illa delitescit, in breui ſerenandæ. Hinc eſt, quòd in carnalibus, ſordiſq́; illecebroſæ, peccatis illis, quibus poſt culpam aliquis virtutis reſtat fomes, ad vultûs çutem, excutitur flamma pudoris, & nube verecundiæ inueſtitur facies, ut brevi affulſuræ ſerenitatis prognoſticon infallibile capias, ad modum NUBIS roſeæ ſeu Iris, quæ ut tradit Scaliger *Exerc:* 80. ſi veſpertina ſit, prænuntiat ſerenitatem.

Verecundia, poſt peccatum ſignum emendationis.

Iris veſpertina, prognoſticon ſerenitatis.

Probatur Scripturaliter.

527. Hoc ipſum ſub ænigmate edocuit Solymæus Sapiens, dum verecundiam comparans coruſcationi, pœnitentiam grandini, ita ait. Eccli: 32. *Ante grandinem præibit coruſcatio, & ante verecundiam gratia.* Latet myſterium cur gratiâ pœnitentiæ, prævenire videatur coruſcationem ſeu verecundiam, cùm non priùs potentiſſimi DEI gratia ſubveniat peccatori; quàm pœnitentia, ruboris ſanguine faciem pœnitentis obducat? Ex hoc dicendi modo colligere eſt, tàm vicinam eſſe remiſſionis gratiam rubori, tàm citò infundi cùm ſuffunditur pudor, ut quaſi æmulâ celeritate, concitâq́; alacritate præcurrens, iam imbuiſſe videatur pectus erubeſcentis, antequam verecundia tinxerit genas. Rubor ſanguinis de delicto, ſat incitatus eſt & mobilis, qui ex internis latebris velociter prorupit in vultum, ſed mobiliorem ſe, & incitatiorem exhibet gratia: quippe dum ambo pariter currere inceperint, nimirùm, a pectoris venis rubor, gratia verò a largitate divina, antequam ille perveniſſet ad genas, iam hæc cor, ſolùm ob ſpem verecundiæ proximæ tenet, & lætatur de remiſſione peccati. Ænigmati Sapientis aliud ſubtexuit Propheta, vel potiùs ipſe DEUS, per os Prophetæ: dum Iſa: 1. ita ait: *Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra, quaſi vermiculus, quaſi lana, alba erunt.* Nonne peccatum quodlibet atrum eſt, igniſq́; damnationis præludium in fulgine geſtat?

Eccli:

Verecundanti de peccato citò approximat gratia pœnitentiæ.

Iſa:

A Nonne obſcuritatis nigrorem de lucis gratiæ abſentia, contrahit? cùm lucem odiat, qui prauè agit, docente Saluatore: ſed quàm bene! Quia ſi peccata, quæ prævaricationis nigror induxit, rationiſq́; obſcuritas defædavit, coccino verecundiæ pœnitentis inficiantur, & de conſcientiæ vermiculo, ruborem exprimant in pudorem, nives ipſas albore præcedent, & de verecundiæ crocco, in lanam candidam, pacatamq́; Judicis lenitatem euadent. Jam ab ænigmate literæ tranſeamus ad planam Scripturam, quomodo Divinus Pſaltes indiſſolubili credat uniri ſibi nexu, ve-
B recundiam pœnitentis cum remiſſione peccati. Ait etenim Pſal: 82. ubi pro inimicis Deum deprecatus eſſe legitur, hiſce verbis: *Imple facies eorum ignominiâ, & quærent nomen tuum Domine.* Sciens optimè, nunquam non ſalubrem eſſe peccatori ignominiæ pudefactionem. Hinc & aliæ eiuſdem ad Dominum pro iiſdem voces. Pſal: 6. *Erubeſcant* (inquit) *& conturbentur omnes inimici mei, convertantur & erubeſcant valdè velociter.* Qui toties inimicis ſuis precatus fuit bona, nunc illis imprecatur confuſionem. Vnde mutatus es o Dauid? cur, qui toties benignus in ho-
C ſtes, nunc primùm quaſi indignabundus & imprecans eis confuſionem? Non malus in hoſtes ille eſt, qui rogat, ut erubeſcere cogantur, dum enim pudor intercedit, omni malitiæ intercluditur aditus, imò indicium eſt ſanctitatis & ſerenitatis, conſcientiæ aduenientis. Ad quæ ſic D. Greg: Niſſ: *Vt igitur in perpetuum maneat id, quod ex pœnitentia bonum ipſi acceſſit, ac vita, non alterâ rurſùs pœnitentiâ opus habeat, orat, ut inimici ſui pudore caſtigati auertantur. Nam qui ob id, quod malè facere orſus ſit, erubuit pudore, quaſi moderatore utens ad hoc, ne amplius iiſdem malis conflictetur, a tentatione ſimilium in poſterum abſtinebit.*
D Is profectò eſt pudor, qui vel ſanctitati exhibet teſtimonium, vel citam peccato præſignat medelam, quando ſcl: peccator nec ad cælum audet leuare oculos, nec Deo appropinquare præſumit, contentus, ſi vel à longè cum Publicano illo poſitus, mereatur audiri. Hanc verecundam humilitatem, imprimis DEUS felicibus peccatoribus inſpirat. Primi illi peccatores in Paradiſo. Gen: 3. *Cum audiſſent vocem Domini* DEI

Pſal:

Confuſio, occaſio converſionis ſeu pœnitentiæ.

Greg:

Pudor, ſanctitatis teſtimonium.

ni DEI deambulantis ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & Vxor eius a facie
Gen: *Domini in medio ligni paradiſi.* Cur a Deo fugiunt? cur arborum latebras quærunt? cur ſic verecundantur Deo approximare? An verecundam hanc fugam meditati ſunt, afflati iam ex aura DEI deambulantis? Reſpondet Theodoret. in Cat: Lippomani. *Per auram quandam, adventum Domini intellexerunt.*
Verecundia, Protoplaſtis initium ſalutis. *Nam poſtquam peccauerunt, ſtatim Dominus apparuit, qui & ſenſum peccati illis præſtitit, & ad pœnitentiam illos provocavit.* Itaq; Dei accedentis aura, quos afflat, imprimis verecundos facit, ut DEI acceſſum revereantur, quo ſe ad pœ
B nitentiam parent. Quod D. Ambr: l. 4. de parad: collegit etiam ex ipſis verbis Adæ Deo reſpondentis. *Timui*
Ambr: *eò, quòd nudus eſſem, & abſcondi me.* Sic etenim ait. *Nota, quòd qui abſconditur erubeſcit, qui erubeſcit convertitur.* Signum ergo proximè imminentis ſalutis, eſt pudor. Hunc tamen qualem oporteat eſſe, ex ſequenti diſces Figura.

Probatur Figuraliter.

528. De Divina Sponſa locutus Dominus, venuſtatem genarum eius ſub ſimilitudine mali punici extollit, dum ait: *Sicut fragmen mali punici, ita gena tua,*
Cant: *abſq; eo quod intrinſecùs latet.* Tota mali punici purpura in Sponſæ genis eſt,
Genæ, ſymbolũ pudibundæ conſcientiæ. quæ Deo placet, quæ Divinos allicit oculos, quæ enim in facie eſt pulchritudo, prima ſemper eſt in rapiendo ſpectantium obtutus. Nec immeritò verecundiæ rubori, primatus tribuitur ad rapiendos Divinos oculos, quando verecundia eſt, quaſi facies & ſpecies cæterarum virtutum. Ad hæc pulcherrimè Gillib: Abb: ſer: 25. in Cant. *Ipſa*
Gillib: *mala punica, gratam modeſti vultûs verecundiam, cortici rubei colore deſignant. O primum planè in* CHRISTI *ſponſa ornamentum verecundiæ! verecundia, quaſi aurora*
Pudor initium ſalutis. *quædam, omnium actorum colorat principia & virgineo virtutis, reliquæ venuſtat pudore.* Sed ex fragmine, diverſitatem diſce pudoris. Et quidem plurima naſcuntur Poma, quorum cutis æquè rubet, ac rubet malum punicum: ſic pariter pleriq; præſeferunt verecundiæ ſpeciem, ſed non quælibet ſalutaris eſt. Cruſta
Verecundiæ bona & praua illa verecundiæ exulat a medulla, & tantùm ad oculorum lenocinium proſtat in cortice, dum ob reſpectus ho-
A minum, quibus enormitas tui ſceleris innotuit, aut ob damnum famæ, aut quia linguis flagellaris alienis, erubeſcis defacto, quamvis genas tuas nulla offenſi Numinis vellicet ratio, ſola Punica, medullam nutriunt cuti concolorem, eandemq; purpuram, & in viſceribus texunt, & in cortice explicant, ideoq; præ cæteris fructibus tota naſcuntur coronata. Facilis eſt verecundiæ cortex, medulla verò, rarò admodum eſt: ille ſolùm ſalutaris pœnitentiæ pudor, qui ex cordis vera contritione erumpit, & mali deteſtatione. Pomum punicum, non primùm
B perfectè rubeſcit in cortice, quàm priùs intra matureſcat in medulla, dum prorumpunt grana, ſed cum dulci liquore. Verus pœnitens non priùs rubeſcit in facie, quàm ex offenſi DEI cogitationibus emolleſcat in corde: tum deinde in erubeſcentis facie erumpũt amara lachrymoſæ pœnitentiæ grana, ſpe tamen veniæ de Divina clementia, veluti prædulci conditâ medulla. Sed adhuc reſtat, cur Sponſæ verecundia, non modò confertur cortici mali Punici, verùm eius tantùm fragmine adumbrabatur? *Sicut fragmen mali punici, ita gena tuæ,* nec ſatis fuit Punico ma-
C lo ſic diſciſſo, ſiue quomodocunq; ducto, ſed ſpontaneè, naturæq; ſolius niſu diſtracto, Sponſæ pœnitentis exprimere pudorem! An non idem in granis rubor, ſiue ultrò pateant ſiue violenter proferantur? Color ſanè idem, ſed non eadem gratia. Parùm valet pudor, ſi ſuos tantùm explicat fructus pœnitentiæ, dum vindicis juſtiſſimi Judicis, calamitatis alicuius injuriâ, ſcinditur a manu illius tantùm grani, ſcilicet verecundi doloris, præſtantia eminet, qui bene maturatus in corde, Dignitatis Bonitatiſq; Dei à ſe offenſi, vilitatis verò offendentis conſideratione, ſtimulis ardentioris internæ
D Charitatis adactus, amoroſo & voluntario diſrumpitur vulnere, & veluti in fragmentis mali Punici, de præteriti ſtatûs ſui conditione nimium erubeſcens, profert DEO ſapidiſſimos Pœnitentiæ fructus, præeunte verecundiâ, atq; ſic contingit, ut quemadmodum Malum Punicum, ſuâ a natura redimitur coronâ; non minùs & taliter verecundi pœnitentis dolor, eximiam quandam cenſendus eſt habere celſi-

ſeu non ſalutari diſcrimẽ.

Dolor pœnitentis, qualis eſſe debeat deſcribitur.

tudinem & decus singulare. Hinc Did: A norma effecta. Præclarè de hoc scripsit Euseb: apud Damasc: l. 2. Parall: Damas:

Baez: Baez: Euang: l. 15. c. 7. §. 4. ipsius perpendens præstantiam, respectiuè ad holocaustomata veteris legis, sic ait: *Habeant Pharisæi mille victimas, litent pingues DEO vitulos, sanguinem item filiorum circumcisorum litent, tu Christiane accedens ad DEUM, sanguinem retine pudoris & verecundiæ, & exteriores illas vicisti justitias.*

Probatur Historicè.

529. Egregium sanè huiuscemodi mali Punici fragminis, seu laudatæ hactenus pœnitentium verecundiæ, exhibet schema, sacra Euangelii Historia, in famosa illa in Civitate peccatrice Magdalena, quæ prima principia pœnitentiæ B suæ, non aliàs nisi sub NUBE pudoris, exorsa esse legitur. Sacer Historicus rem refert Luc: 7. *Stans retrò secùs pedes eius, cæpit lachrymis rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat.* Hìc compara cum Juda Magdalenam: Perfidum Judam totum occupaverat peccatum, nihil de Spiritu Christi remanserat in eo, nec ulla pœnitudinis affulgebat spes, quia exutus NUBE pudoris, impudentiam, & frontositatem omnem induit, mali propositi bene sibi conscius: effrons in Cæna, non erubuit sacratiori mensæ, simul cum C CHRISTO, immittere manum. Matt 25. *Qui intingit mecum manum in paropside, ipse me traditurus est.* Quẽ ita adortus est S. Leo. Leo serm: 7. in Pasch: *Tu Iuda in trepidatione sanctorum abuteris patientiâ, & abscondi te tuâ credis audaciâ. Addis impudentiam sceleri, nec signo evidentiori tenebris.* Et iterum iam Proditor factus, faciem Saluatoris, fronte suâ extensâ aggredi non erubescit. *Et osculatus est eum.* Non mirum: exutus enim pudore, iam evidens portabat stigma impœnitentiæ finalis. Vide discrimen veræ pœnitentis Magdalenæ, quæ similiter undiq; scatebat peccatis, quàm fausta D initia pœnitudinis suæ ponit sub Nube rosea verecundiæ: accedit quidem ad Salvatorem, sed per quasdam ambages, & retrò, & conspectum faciei Magistri se indignam reputans, retrò nonnisi sacratissimis aduoluta pedibus eius, oscula figens, lachrymando & vultum operta diploide confusionis, etiam sparsis capillis verecundiam tegit, hinc brevi singularis pœnitentiæ

Pudor, initium conversionis Magdalenæ.

Iudas, inverecundus, & ideo impœnitens.

Matth:

Leo.

Iudas quia effrons, ideo impœnitens.

pfit Euseb: apud Damasc: l. 2. Parall: *O Mulieris sapientiam! O Discipuli insciti-am! meretrix pedes IESU exosculata, perditam animam recuperavit: Iudas autem eundem osculatus, de vitæ Libro ex punctus est. O fraudulentum osculum gehennæ cruciatum concilians!* Ex his collige, faustissimum Prognosticon rectæ conscientiæ, sub NUBE rosea verecundiæ, plerumq; apparere.

PARS II.

SS. DEIPARA Nubes Rosea.

PRimùm, (quod obseruare nos in Rosea oportet NUBE seu in Iride) est, duplici, cæteris quibusue NUBIBUS, eam enitere Privilegio, quorum unum habet a natura, alterum participat ab ordinatione sui Creatoris, utriusq; Solis tam creati, quam increati fauore. Primum consistit in mirifica & oculis pergrata colorum tinctura, quâ ille vapor modicus, eleuatus à terra, ex disparili opacitatis & luminis modificatione, mille Artifex Phœbus, depingit, unde illud Pòétæ: *Mille trahit varios adverso Sole colores.* Virgil: In qua tres plerumq; splendescunt colores, puniceus, ceruleus, purpureus, seu roseus ex potiori. Alterum, quod sortitur a Creatore ex singulari ipsius ordinatione, quòd sit signum fœderis & pacis inter Deum atq; hominem, idq; iuxta fidem datam a Deo Nòé, & filiis ipsius. Gen: 9. *Arcum meum (inquit Deus) ponam in Nubibus, & erit in signum fœderis.* Quæ duo satis venustè, mysticæ nostræ Roseæ NUBIS, nimirum Rosarianæ MARIÆ præstantiam, simulq; Confraternitatis eius, explicant mysteria, panduntq; gratias.

Probatur Scripturaliter.

Si penitùs, Pictoratæ NUBIS seu Iridis quis perscrutetur fabricam; inveniet totum illud spectosum machinamentum, ex lumine & rore componi. Hinc Ammian: l. 20. docet. Irim tunc fieri atq; conflari, cùm humor aliquis hæserit in aére permixtus, ac exinde dissectis vi ventorum humoris spiraminibus, dispersisq; in paruas aspergines, dum (ut obseruat Plutarchus l. 3. de

530. *Iridis duo admiranda.*

Virg:

Gen:

Iris, symbolum Mariæ, eiusq; Rosarii.

531

Placit:

Iridis fabrica qualis?

Placit: c. 5.) ex adverso solis, Nubes huiusce modi roscida apparet, visus noster, qui in guttas illas inciderat, reflectitur, atq; sic Iris fit. Jam hìc meminisse oportet ex S. Scriptura, primùm Roris illius, pro quo multis sæculis deprecabatur Limbus. Deut: *Rorate cæli desuper, & Nubes pluant iustum.* Et Deut: 32. *Fluat ut Ros, eloquium tuum.* Per quem Rorem ex communissimo sensu PP. denotabatur VERBUM æternum, Filius DEI. Deinde, ad pulchram mixturam Incarnationis, luminosus requirebatur Radius, quem ipsum indigitavit annuntians Almæ Virgini Gabriel, dum dixit. Luc: *Spiritus S. superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Quibus verbis talem phrasim adjunxit S. Amadæus hom: 3. Amad: *Superveniet in te, ut inspiret tuam gratissimam dilectionem, insinuans Tibi intimâ aspersione verbum bonum. Ignis ille, rorem luminis exhibuit, ros Luminosus unctionem præbuit, unctio semen sanctum præstitit.* En habes in luminoso rore, celebre primum Rosarianæ Devotionis mysterium Incarnationis, quod dum in castissimo Virginis consumatur vtero, MARIAM veluti speciosam representat Irim, puniceo rutilantem colore, veriùs dicam omnigenæ virtutis & gratiarum varietate, quâ Virgo effulsit tum, dum facta fuit, vera & realis Mater DEI. De quo pulchram dogmatisationem obaudi ex Joan: Sylveira in c. 4. Apocal: Joan: *Aptissimè Sacratissima Virgo velut Iris dicitur, & cum ea assimilatur: nam sicut Radius Solis subintrans Nubem concáuam, vel imbriferam, sine nubis læsione facit Iridem: sic Filius æterni Patris, Sol justitiæ, virginis vterum rore Spiritûs S. subintrans, & in ea carnem assumens, sine eius læsione factus est homo, Deus manens. Deinde species Iridis, est specularis naturâ, circularis figurâ, multiformis coloris picturâ: sic Sanctissima Virgo fuit purissima, quantùm ad naturæ conditionem, perfectissima, quantùm ad donorum perceptionem, ornatissima, quantùm ad virtutum omnium congregationem.* Alterum huius speciosæ Iridis Rosarianæ cernis colorem roseum, videlicet purpureum, dum dolentem sub Cruce, Virginem Matrem aliaq; mysteria Passionis Christi, in dolorosa Rosarii parte, amaro recogitas animo. Appositè satis Richard: Laur: l. 7. de laud: V. Richar: *MARIA NUBES rubicunda per martyrium anima, quando luna conversa est in sanguinem per compassionem, in unigeniti sui passione.* Nec deficit phrasis Iridis in Cerulei seu hyacinthini coloris repræsentatione, hoc etenim abundè præstat B. V. MARIA, in gaudiosæ partis culta devotione, ubi cælestibus exundat consolationibus, aut in cælestia assumpta, summis ipsius SSS. TRINITATIS excipitur honoribus. Et hoc ipsum est, quod ab initio sermonis huius insinuavi, Deum scilicet magnificentiam suam & virtutem collocasse in NUBIBUS, videlicet in sanctis, quarum Principē, primamq; nominavi NUBEM roseam, nimirùm SS. MARIAM, quæ plurium aliarum nubium, (Almum intelligo Ordinem Prædicatorum, Confraternitatesq; Rosarianas, qui etiam per suppedaneū Orbem in Indiis, tanquam nubes volitant) comitata vocibus, in voce virtutis, seu pia decantatione mysteriorum SS. Rosarii, dat Gloriam Deo super Israel, non modicò animarum emolumento, quæ veluti NUBES ex pia talium mysteriorum recogitatione, reflectentibus se MARIÆ & CHRISTI splendoribus & radiis, pulchris in anima tinguntur virtutum variarum coloribus. Non novum est, sub magna Iride, plures alias minores conspicere Irides, quæ in speculari Nube, per reflexam prioris seu majoris speciem repræsentantur. Hinc collige SS. Rosarianæ Devotionis præstantiam, quæ piâ rememoratione mysteriorum, virtutumq; Salvatoris & Matris eius Mariæ, dum toties in anima & potentiis eius reflectitur, speciosâ quadam & eleganti similium virtutum per imitationem intingit picturâ: ut meritò credas, Iridem ex Iride nasci, Roseæ devotionis partu, & Rosarianâ MARIA Confratribus suis, opitulante. En iam habes prænobilem ac simul speciosam Roseæ NUBIS fabricam.

Rosarii mysteria, in Iride symbolizata.

Prædicatorum ordo, nubes volãtes per Orbem.

Rosarii Fratres, virtutibus exornantur & gratiis.

Probatur Figuraliter.

532. Alterum iterum Roseæ huic NUBI seu Rosarianæ Iridi, Beatissimæ nimirum Virgini, idem omninò, quod & priori, adstruitur, quòd sit Pactum & signum fœderis inter DEUM & hominem; hôc etenim à SS. Patribus Beatissima honoratur titulo, dum mediatrix inter Deum & Hominem esse asseritur: cuius typum, nulla alia opportuniùs posse videtur

Rosarium signum fœderis inter Deum & hominem

ſe videtur explicare, quàm alia iterum Nubes, licet exigua & parua, bonorũ tamen nuntia, quæ mirabiliter apparuiſſe Eliæ perhibetur 2. Reg: 18. *Ecce NUBECVLA parva, quaſi veſtigium hominis, aſcendebat in Calum.* In hac NUBECULA vivis coloribus expreſſam DEI Genitricem exiſtimat Joan: Jeroſolim: lib: de inſtit: Monach: c. 32. cuius verba ſunt. *Revelavit DEUS Eliæ, quòd quædam juvencula, & inſtar illius NUBECULÆ, per humilitatem parua naſceretur de humana natura peccatrice, deſignata per mare.* Super hoc fundamentum, quod tritum eſt, ea quæ coram Rege Achab protulit Propheta examinanda ſunt, illa ſci: ex eodem capite, ubi placati iam Divini numinis, qui tot annis, plagâ ſiccatis, & famis, percuſſerat terram Iſrael, ſignum venturæ pluviæ in proximo adeſſe aſſeruit. *Aſcende, comede, & bibe, quia ſonus multæ pluviæ eſt.* Ex quo etenim ſuperbenedicta Infantula nata eſt, iam ſignum fœderis & placati apparebat numinis, & gratiarum fluenta ſuper homines redundare cæperunt. In hoc loco acumen Alb: M. reſpondet, ad finem c. 10. Luc: locum hunc Eliæ, & NUBEM illuminantis, dum inquit: *Statim autem clamat ſermo Propheticus, & omnis bonorum cœtus, quòd ſonus inundantis, eſt multa pluviæ, quia terreſtres* (loquitur de Deipara) *compluit in gratia & venia, cæleſtes in illuminationum gloriâ & infernales* (purgatorium denotat) *in indulgentiâ.* Vndiq; pax, undiq; fœdera, arcus conteruntur & confringuntur arma, ubi parvula exoritur NUBECULA MARIA. Acuit ad rem, novum acumen, lectio Hebræa, quæ verbum illud. *Quaſi veſtigium hominis*, aliter legit, nimirùm, *Parua NUBECULA, acſi eſſet hominis manus, aſcendit de mari:* Vatablus *Magnitudine volæ manûs.* Manibus inire fœdera gentium, vetuſta hucuſq; teſtatur conſuetudo. Ergo NUBECVLA hæc, pacis portabat ſignum, unde MARIA in NUBE præſignata, manus fœderis fuit, quæ ſtipulatam manum dedit DEO, fidem ſpondens pro homine: cui fauet S. Andr: Creten: Orat: 2. de dormit: B. M. V. *MARIA* (inquit) *fideiuſſio eſt, quæ pignore dato, ſit Divinarum reconciliationum Miniſtra.* Valde placet, hiſq; appoſitè alludit ſubtile ingenium. *Arcones in Iſ: c. 1. v. 13. d. 3.* qui acutè perpendit, quòd licet Adam in crimine unus, imò primus fatuorum extitit, quidam tamen igniculus moderationis & prudentiæ in excuſatione & confeſſione ſceleris effulſit. DEO enim ad Judicii Tribunal, & ad ſupplicium vocanti, non ſeipſum impavidus objecit, ſed Euam, tanquam munimen & tutamen Corporis & animæ oppoſuit, in quo Divinæ iræ retunderetur mucro, & primi, excandeſcentis Domini exciperentur furores. Audiens enim vocem Domini in paradiſo, contra irafcentem Dominum mulierem obiecit: Gen: 2. *Dixitq; Adam: Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi.* O ignavum militem in crimine fortem, in communione pœnarum, fugientem & abicientem arma? Totum pondus prælii, Domini minas jactantis, formidines opponentis declinavit, & irruentium periculorum turbines, in caput fæminæ injecit. Quis maritus, non ſeipſum pro tuenda vxore, periculis objicit? Pro deliciis tuis, pro Eua tua, quæ tibi charior vitâ eſſe debebat, pectus offer gladio, ſagittæ, lanceæ, ut ſeruetur incolumis: ſed (ut advertit, cit: *Arcones*) nimis prudens ſciebat Adam, tutamentum viri in fæmina præparatum. Audi S. Bernard: apud Tilman: in alleg: dicentem. *Adam quoq; indignationi Divinæ, mulierem pro qua peccauerat, objecit, quaſi poſt tergum eius volens declinare ſagittam.* Agnovit Adam in Eua, alteram viventium Matrem adumbratam, & ex ea naſcituram, ab omnis ſceleris labe irreprehenſibilem, nullo errore lapſam, quem ipſa excuſaret, videlicet MARIAM prævidens, Divinæ oppoſuit iræ, ad incolumitatem ſuam, non ad excuſationem criminis, & ad evitationem ſupplicii, quæ futura erat fœcialis fœderum inter DEUM & hominem, & bona nuntia pacis. Vnde valdè obſervandum eſt, non fuiſſe notatum a Domino, Adamum, quòd Euam in certamen & diſcrimen expoſuiſſet: adeo etenim huius Divinæ mulieris, pergratum DEO ſtatim a condito habebatur nomen, ut ſi vel umbra ipſius appareret, ſubitò juſti vindicis miteſcabant iræ, omniſq; ſopiebatur indignatio, ut etiam tum illis, quos morte ilicò, ſi peccaſſent, mulctandos prædixerat, vitam ipſis indulgentiùs, ut pœniterent, vlteriorem concederet.

Reg: Joan: Hieroſ: *MARIA nubecula de mari aſcendẽs omnis boni nũtia.* Andre: *MARIA vola, ſeu manus ſtipulata fœderis.* *Adam cur iraſcenti DEO primam objecit Euam.* *MARIA in Eua adumbrata, inde Deo ſe objicit ad placandũ.* *Protoplaſtes ob Mariam, ab inſtantanea morte, præſeruati a DEO.*

concederet. Quod expressè docuit noster Bernard: *sup. cit: Tit: Negotium* n. 495. ad finem.

Probatur Doctoraliter.

533. Vtriq; dogmatizationi nostræ præbeant testimonia Patres. S. Ernest:

Ernest: Prag: Mariał: c. 14. *MARIA est Iris: quia sicut Iridis varietates, nullus pictor expressè, perfectèq; depingere valet, sic ordinatissimas & splendidissimas MARIÆ affectiones, nullus scriba doctus, potest sufficienter describere.* Item. *MARIA, Iris est, splendoris & colorum multiplicitate, id est iucundâ virtutum &*

Rich: *gratiarum varietate, circumdata.* Rich: Laur: l. 7. *MARIA NUBES rubicunda seu Rosea, per pulchritudinem naturalem, verecundiam virginalem, ferventissimam charitatem, patientiam singularem.*

Epiph: D. Epiphan: serm: de Laud: V. M. *MARIA, NUBES lucida, quæ fulgur de cælo lucidissimum ad illuminandũ, deduxit CHRISTUM.*

Damia: S. Joan: Damianus orat: 4. de nativ: B. V. MARIA, *NUBES lucis, terrenum aut grave pondus, leue quodammodo tabernaculum sortita, acsi æreum; velutq; in altari panem vitæ operiens, in qua Dominum sedisse Isaias vaticinatus*

Joseph: *est.* c. 19. S. Joseph: Hymnog: *MARIA,*

Hymno- *NUBES Solis lucidissima, depellens animæ nostræ Nubes, intercessionibus suis, & mentem nostram illuminans, negligentiæ tenebris obductam.* Quantùm verò attinet illud, ubi Iris hæc, dicitur præseferre fœdera Pacis, adest in promptu noster Bernardinus Senen: ap: Sylveiram

Bern: Se- cit: qui ait: *Fructus Iridis est, recordatio*

nen: *Divini fœderis, ne Divino judicio disperdatur terra, & omnis anima viuens intereat: sic per Virginem gloriosam, offensa reis remittitur, fœdus stringitur, & ideo meritò, sicut Iris, Virgo scilicet benedicta, in circuitu Ecclesia constituitur.* S. Bernardinum sequitur in sensu, Cardinal: Joannes Vi-

Vital: Card: talis in speculo morali S. Scrip: tit: MARIA, dum sic ait: *Iris in Circuitu sedis, est MARIA, qua astat in Circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ, in quo ostenditur consolatio tribulationis, smaragdus enim recreat visum, sic blanda est peccatoribus consolatio Virginis, quæ mitigat DEI judicium, & sentent iam contra peccatores.*

Probatur Miraculosè.

534. Sed accedat & augeatur, huic præfulgidæ NUBI ex rosarianæ Devotionis adminiculis, seu miraculis decus, ut tantò veriùs NUBES appelletur Rosea, primùm in signum fœderis inter

A DEUM & hominem adscita. Prodigiosam auscultate factam B. Alano revelationem, quam refert Trithemius, in cathalogo scriptorum Ecclesiasticorum. Huic apparens B. V. MARIA talia enarravit: cùm glorioſissimus Pater Prædicatorum Dominicus, terras Hispaniarum, per quindecim ferè annos causa prædicationis perageret (fuit hoc sub anno 1200. nondum tamen Ordine Prædicatorum existente,) die quadã propè S. Jacobum, pyratis supervenientibus, chariſſimum meum Dominicum cum socio suo nomine Bernardo rapuerunt, & ad Galleam, seu classem

B navium suarum pertraxerunt, ad remosq; trahendos applicuerunt: tribus ferè mensibus remos assiduè tractans marinos, manibus delicatis, pustulas & ulcera dolorosa contraxit, sed ego misericordiæ mater, totis viscеribus charitatis super eum mota, contra scelestos homines, quamprimùm sum irata, idcirco me volente & mandante, Cœlum vertitur in nubilum, fulmina coruscant, ruunt fulmina cum immensa pluvia, mare feruet ac tonat, ita ut penitùs desperarent vniversi, sed in his meus Dominicus nil motus, prædicatione suâ exhortatur quosq; ad

C pœnitentiam, & ad mei invocationem, sed scelestissimi pro votis, blasphæmias reddebant, subsannantes Dominico. Cùm verò Annuntiationis meæ imminеret Festum, tantò feruentiùs urgebat Dominicus ad pœnitentiam & deuotionem, sed in cassum. Cæpit itaq; ipso Festo manè me deprecari pro illorum salute, tunc ego oranti in magna apparui luce, quòd eius amore libens parcerem inimicis, dummodo conditionem hanc admittant, videlicet omni die Rosarium recitare, & novam recipere Confraternitatem statuerint, quòdsi acceptaverint, tu v-

D niversam tempestatem signo Crucis sedabis, sin verò renuerint, tu ipse per aquas, ut per terram eundo saluaberis, cæteris in mare missis. Prædicante igitur Dominico, mox eius precibus ferrea illa pectora emollita, pœnitentiam profitentur futuram, & Confraternitatem hanc incipiendam promittunt quàm celerius, deprecanturq; Dominicum, pro venia & auxilio: Mox itaq; ille manu dextrâ contra ventum extensâ, ait. In nomine JESU CHRI-

Revelatio mira B. Alani, de S. Dominico & B. V. Maria.

Rosario, Conversi & saluati pyratæ.

STI, &

STI, & per MARIAM matrem eius piiſſimam tace, & velociùs obmuteſce. Mira res, tempeſtas ſubitò ſedata, & optata venit malacia: verùm cùm gubernaculum & prora dirupta eſſet, & navis impleretur fluctibus, egomet ſoli Dominico viſibiliter apparui, & feci nauem priſtino reſtitui ſtatui, atq; etiam ſaluatis mercibus eorum, projectis ad mare, ad littus Britannicum incolumes deduxi, quibus gratias immenſas referentibus, protinùs horribiles voces in mari auditæ ſunt *væ, væ*, dæmonũ lamentantium de præda amiſſa, virtute SS. Roſarii. Si ex aſcendentis primùm huius Roſeæ NEBULÆ, ſcl: exordientis Devotionis Roſarianæ, tanta vis & efficacia in pactis & fœdere cum irato Cœlo & DEO; quantò magis? dum illa quotidianæ pietatis exercitio, tantò altiùs in dies aſcendit, id eſt, creſcit.

Probatur Hiſtoricè.

535. Plinius l. 12. c. 24. in hiſtor: rerum naturalium, ſcribit: Quòd in quocunq; frutice curuetur Iris, ſeu Arcus Cæleſtis, eandem, quæ ſit aſpalatho (eſt hoc genus quoddam fragrantioris Roſæ) ſuavitatem odoris in ipſo relinquit. Cuius cauſam alibi, l. 17. c. 5. reddere videtur, cum ita ait: *Terra, cùm a ſiccitate immaduit imbre, & in quam arcus Cæleſtis dejecerit capita ſua, tunc emittit illum ſuum halitum Divinum, ex Sole conceptum, cui comparari ſuavitas nulla poteſt.* Hic tantus, Iridis ad Roſam odoreſq; amor, ſeu naturæ inclinatio, peruenuſtè alludere videtur ad gratias, fructus, & emolumenta ſpiritualia, quæ profluunt ex recitatione SS. Roſarii in animas devotas. Miram etenim, ex tali myſteriorum recogitatione, acquirunt virtutem, & ſpirant fragrantiam, conſolationum quoq; ſi afflicti ſunt, reficiuntur dulcedine, & magnâ cæleſtium theſaurorum, ac meritorum ſaturantur copiâ. Hanc dulcedinis ſuavitatem expertus æquè pius ac doctus auctor Beſſelius l. de Coron: Roſar: hæc ſingulari pietate protulit verba: *Coronariorum ſpirituales theſauros, utinam dignus eſſem expendere: verùm utcunq; ſit, me certè nunquam pœnitebit huius tentati muneris, quippe, ut verumfatear, multò mihi plùs voluptatis & commodi ſecum attulit, quàm laboris, dum enim ſtudioſiùs his incumbo, & ſpirituales roſas attrectare præſumo, evenit ut quamvis ſpinis earum altiùs ipſe compungerer, cæleſti fragrantiâ, ſuauiùs permulcerer. Quid igitur ſuauiùs, quid fructuoſius eſſe poteſt, quæ non foliis ſolummodo ſuis, ſed & ſpinis, beneficio nos afficiunt. Dum enim Peccatricem carnem, Divini timoris compunctione configunt; illius ſimul claritate nos vulnerant ac ſuccendunt, quorum altero inchoatur, altero perficitur ſanctioris vitæ propoſitum.*

Iris herbis & fructibus, in quos capita ſua dejicit, odorem dat roſeum.

SS. Roſarii utilitates & fructus.

Epilogus.

536. ET hæc ſunt præconia ac laudes noſtræ Roſeæ NUBIS Roſarianæ, MARIÆ, ipſiuſq; Almæ Confraternitatis commendationes, quibus Beatiſſima, quotidie in ſublime aſcendit, Alumnorum ſuorum exaltata canoris vocibus ſanctitatis & virtutis, dum in hac ſpecialiter Devotione, quæ per utriuſq; mundi latepatentes plagas, ab Illuſtri Prædicatorum Ordine circumfertur, cæteris Devotionibus glorioſiùs & ampliùs, magnificentiam Divinæ Majeſtatis glorificat atq; declarat. Gratulabatur olim Paulus 1. Cor: 10. Antiquis Patribus eos *ſub* NUBE *fuiſſe, & baptizatos* in NVBE. O quantò magis congratulandum venit vniverſæ Eccleſiæ CHRISTI, de tam ſalutaris Roſarianæ NUBIS, ſcil Devotionis, per inclytum Patriarcham Dominicum inſtitutione! ſub cuius non iam umbra ſed lumine, tot fidelium animæ, turbidum præſentis vitæ immaculato calle, tranſeunt mare, & dum Roſarianæ Devotionis adminiculis, & Beatiſſimæ Virginis freti ſuffragiis, fugiunt vitia, virtuteſq; CHRISTI & MARIÆ, quas recogitant & deprædicant in Roſario, imitantur; quodammodo in hac NUBE, baptiſari, ſeu transformari in alios homines, cenſentur, DEO propitio, & MARIA fauente. Vtrique æviterna ſit laus & Gloria. A M E N.

Roſarina Devotio, nubes magnificentiam Dei exaltans. Cor:

Roſarina nubes, transformatiua hominũ.

PARADISVS NOVI ADÆ

SS. DEIPARA.

Aue gratia plena, Dominus tecum. Luc: 2.

Pro Feſto Annuntiationis B. V. MARIÆ.

538. ANgelus a DEO ad Virginem mittitur, ut novam novi partûs lætitiam, novâ Salutatione afflaret lætanter, dum ait: *Aue gratiâ plena, Dominus tecum.* A. A. In quo verbo, adhuc ante conceptum in utero VERBUM, iam MARIA, Cœleſtis gratiæ affluentiâ, copioſiùs exundabat gaudendi materiâ. Quod advertit S. Andr: Cret: Orat: de Annun: dum ait: *Decuit* (inquit) *lætis ut præconiis Gabriel Reginam ſalutaret, quæ & lætitiæ Organum, & immenſi gaudii eſt Genitrix* Nec mirum, non alibi etenim VERBUM in terris hoſpitari debuit, quàm in loco iucunditatis, lætitiæ, omniſq; voluptatis. *Gen:* 2. Hominem primum conditurus Deus, non putavit dignum, ſi communi uteretur domo, & promiſcuè habitaret cum cætero Creaturarum vulgo: delicioſam ideo ut haberet ſedem, priùs condidit PARADISUM. *Plantauerat autem Dominus Deus PARADISUM voluptatis a principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat.* Quodſi cum Ada primo, Providentiæ Divinæ amantioris talis condeſcenſus? quid de novo opinabimur Adamo, CHRISTO JESU? Decrevit equidem Numen a Principio, quot eſſent in hoc mundo futuri ex utroq; ſexu: ſtatuit, ne plures exiſterent, niſi fortè vellet Filium ſuum ſub paſſibili indumento in Orbem terrarum deſcendere: quod ut definivit, noluit ex generali computo, Matrem Nato ſuo vendicare, ideo ſingularem, de novo Creaturam, Filio ſuo deſignavit, Virginem Beatiſſimam, quaſi vernantiſſimum & delicioſiſſimum Paradiſum, locum amæniſſimum, omnigenæ & excellentis ſuper omnem puram Creaturam, virtutis pulchritudine, temperatiſſimum omnium ſenſuum & affectionum moderatione. Concinnè Rupert: Abbas 14. Comm: in Cant:

MARIA PARADISUS novus & caleſtis, in quo non poſuit Deus hominem, quem formaverat, ſicut in PARADISO antiquo & terreſtri; ſed formavit hominem, qui apud ipſum in principio erat. Sit ergo nobis hodie in gaudioſa Annuntiatione ſui, aut potiùs ſingulari celebretur elogio PARADISUS iſte novi Adæ, MARIA: Cuius ego PARADISI voluptuoſitatem, & delicias, pro exili meo ingeniolo conabor enarrare. Et quia PARADISVS hic, novo quodam ſui privilegio, præter Filium Dei, quem hodie, annuntiante Angelo, in utero concepit, etiam eos, qui ſpecialis devotionis cultu Virginem proſequentes, quidquid operantur, totum in Nomine & in honorem ipſius operari nituntur, complectitur, ut tantò ſtudioſiores in cultura PARADISI huius eosdē reddā, priùs Officii huius miniſterium, diligentiùs examinabo: nunc breviter ſalutemus MARIAM.

Salue Hortus voluptatis
Floridis vireſcens pratis.
Servos Dignitatis tuæ
Paradiſo reſtitue.

PARS I.

Operari in Nomine Mariæ, & licet, & perquàm vtile.

539. ETiam cuicunq; Ornatiſſimo PARADISO, ſuus debetur cultor. Quibuſdam, propter conſervandam ſui amænitatem, quæ etiam ipſius Creatoris dexterâ plantata, brevi emarcuiſſet, ſi vel unus ſaltim non adfuiſſet colonus. *Poſuit eum* (ſcil: Adam) *in PARADISO voluptatis, ut operaretur eum.* Gen: 2. Quibuſdam verò, non iam ad ipſius

Gen:

Paradisus nullus, sine suo colono.

PARADISI conservationem, quia immarcescibilis habetur, (qualis PARADISUS dicitur MARIA,) suus conceditur Colonus, sed potiùs ipsorum cultorum felicitati, qui dum in huius Cælestis PARADISI cultura occupantur, quæq; in MARIA, eiusq; Augustissimo Nomine operantes, ingenti fructu meritorum ac virtutum cumulantur à Deo, ipsiusq; PARADISI, dum illum devotè excolunt, in labore suo mirificè deliciis ac voluptatibus recreantur.

Probatur Scripturaliter.

5.40. *MARIÆ in nomine operari, licitũ.*

Excitat primum bellum, & occurrit cum Scriptura, Hetærodoxorum turba, honori & cultui huius cælestis PARADISI nimiùm inimica, comprobare intendens, illicitum esse & blasphemum, in Nomine operari MARIÆ, siquidem ex mandato S. Pauli olim dato, nos Christi fideles decet, *Omne quodcunq; facimus in verbo aut in opere, omnia in Nomine Domini Iesu Christi facere, gratias agentes &c:* Et ex illo Isa: 42. *Gloriam meam alteri non dabo, Ego Dominus.* Ex his ergo asserunt, Deum, adeo Ze otem honoris sui esse; ut reatum im minutæ Divinæ Majestatis incurrat is qui in quopiam alio Nomine operatur. Juvare intendunt, malignantes in MARIAM conceptus suos, ex illo Jerem: 14. *Tu autem in nobis es Domine, & nomen Sanctum Tuum invocatum est super nos.* Cùm autem operari in nomine alterius, includere videatur protestationem dependentiæ in agendo, idemq; fit, opus in alicuius nomine auspicari; ac fateri, opus huiusmodi, sine illo nec inchoari tutè, nec perfici posse omnino, qualis dependentia soli Deo ex Textu Prophetæ adstruitur. Igitur universos Catholicos, dum audiunt, in Augustissimo Nomine MARIÆ, eiusq, invocatione, plurima operari, indeq; gestire ac gloriari, perversi mentium Orthodoxarũ, interpretes, grandis contra Deum sceleris condemnant illud, quod excellentis virtutis summa est. Vt ergo asserti nostri tantò firmiùs Scripturæ textu stabiliatur veritas, primus locus, quem adducunt incontra Adversarii, quoad sensum est enucleandus. Ad cuius declarationem notandum est, non esse in quæstione, an sic debeamus operari in Nomine MARIÆ; ut eam fateamur, ultimum finem esse operationum Nostrarum, vel ut ex ipsa opera nostra suscipiant, & suam ab ea habeant perfectionem, ac complementum, quod solius Dei est, & solùm hoc urgent adducti per Adversarios Scripturæ Textus: neq; sic operari in Nomine MARIÆ est mens Catholicorũ, sed id quæritur: an, sicut Beata Virgo MARIA, speciali privilegio conjuncta est cum Filio suo, qui multa sibi propria, Matri suæ communicavit; hoc etiam ei contulit, ut quemadmodum in suo nomine fieri voluit, quodcunq; operamur; ita nihilominùs possimus, saluâ distinctione subjecti & finis, omnia opera nostra in nomine etiam MARIÆ exhibere: sicut etenim, (quod notavit S. Bonav: in 3. d. 9. a. 1. q. 3. & plures alii,) MARIA habet a Deo, quòd sit Domina omnis Creaturæ, adeoq; & operationum eius, non quidem dominio primæ Majestatis & omnipotentiæ, sed domino, quod dicitur præsidentiæ, quatenus sola, longè efficaciùs cæteris omnibus Sanctis, potest impetrare nobis a Deo opportuna auxilia in iis, quæ operari aggredimur. Vnde nos Catholici, quoties in nomine MARIÆ quodpiam aggredimur opus, licet Deo principalissimè, tanquam Auctori primo, opera nostra attribuamus; atq; ab eodem profluere cognoscamus; a Virgine tamen, tanquam secundaria quadam scaturigine, per lineam efficatioris cæteris impetrationis, eadem auxilia gratiæ, læti lubenteq; haurimus. In quo Mellifluus Bernardus præviisse videtur, dum ait ap: Liræum Trisag: Pròémio. *Altiùs intueamini fratres, quanto devotionis affectu a nobis, voluerit DEUS, Eam honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in MARIA: ut proinde, si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea noverimus abundáre.* Si iterum ex Scriptura constat, licuisse Sanctissimis Viris, suas exorsuris actiones, aliorum Patriarcharum invocare nomina, ut patet ex illis verbis, quæ prolocutus est Jacob, in filiorum suorum benedictione, inquiens. *Angelus, qui eripuit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & invocetur super eos nomen meum: Nomina quoq; Patrum meorum Abraam & Isaac: Gen:* 48. Hugo autem Card: inquit: *Filii nostri opera nostra sunt.* Quantò magis filiis

Isa:

Jerem:

Hæreticorum error de invocatione nominis Mariæ rejutatur.

Bonav:

MARIA Domina omnis operationis: quo sensu?

MARIA scaturigo omnis gratiæ.

Gen:

gis filiis hiſce, operibus nimirum no A nard: in Caten: Lipomani, Eccleſiam, Sichimam eſſe cenſet: Sed pulchrior & noſtro propoſito accomodatior, profundiſſimi Ambroſii, alibi habetur commentatio, qui in Comm: ad Pſal: 41. Sichimam cenſet eſſe Deiparam, cuius verba attexo penè aurea. *Hæc Sichima, MARIA eſt, cuius animam gladius Dei tranſit & dividit. Hæc Sichima, eſt aſcendens, ſicut interpretatio habet. Qua ſit aſcendens? audi dicentem de Eccleſia: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata, innitens ſupra fratrem ſuum: Hæc ex Græco, dicitur actuoſa, quòd fide operibuſq; reſplendet.* Sed arctiùs teneamus hanc alteram Sichimæ interpretationem, nimirum, ut Actuoſa ſeu operoſa dicitur: & ex eo audeamus ulteriùs, a S. Doctore præconceptam in Sichima, MARIA, proſequi ad propoſitum noſtrum allegoriam; priùs tamen Nominis Joſeph, cui prædium, quod Jacob, filiorum ſuorum excoluerat manibus, venerat in poſſeſſionem, obſeruemus interpretationem, qui utiq; *filius accreſcens* appellabatur, & quodammodo portionis ſuæ, quam ſpecialem inter fratres ſuos acquiſiturus erat, præſagiebat felicitatem & abundantiam, ex cuius cultura, amplioribus, Tribus Joſeph, ditanda erat facultatibus, ſemper de proventu ſuo feliciter accreſcens. Hinc intellige, ſi iuxta S. Ambro: in Sichima adumbratur MARIA, quæ operoſa dici poteſt, nedum ex parte ſui, ſed quoq; ratione eorum, qui commorantur in eius prædii ſpeciali cultura, opera nimirùm devotionis & actionis ſacræ, in nomine eius exercendo, quantùm meriti accreſcat operantibus, quantùm accipiant proventûs ex fertiliſſimi huius Cœleſtis agelli excolitione: certè non dubito, quòd tales, meliorem ſupra fratres ſuos, cæteros fideles, nacti portionem MARIAM, meritò Joſephi, ſeu accreſcentes dicendi, utpotè quotidiano in Nomine Maria, meritorum adaucti cumulo. O Felix prædium devotorum! o nimis locuples poſſeſio, MARIA! quæ tantis ſuperabundas fructibus, ſibi in immenſum dives, cultoribus tuis ex proventu nimis opulenta. Quiſquis ex huius Cœleſtis agelli diteſcere percupis cultura, huic (ut monet Eccli: c. 6.) *Subjice humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris in vinculis eius, hoc eſt* (ut

Germ: S. Germ: Conſtan: audiamus Orat: de zona Virginis. *Quomodo Corpus noſtrum, vitalis ſignum operationis, habet reſpirationem; ita ſanctiſſimum Tuum Nomen MARIA, quod in ore ſervorum tuorum verſátur, aſſiduè in omni tempore, loco, & modo, vita, latitiæ & auxilii, non ſolùm eſt ſignum, ſed ea etiam procurat & conciliat.* Bene proinde ac ſapienter Seraphicus Bonav: eximius Virginis cultor, in hæc verba prolocutus eſt in Pſalt: *Domina, in nomine Tuo, ſalvum me fac, & magnifica nomen Tuum ſuper nos: Pax enim multa obſervantibus Nomen tuum, & non eſt ei ſcandalum:* Sed pro colophone contra hetærodoxos, ſerviat ille cæteris illuſtrior locus ſacræ Scripturæ, uſurpatiſſimus inter Doctores de MARIA, qui omne reſolvit periculum peccati operantibus in Nomine MARIÆ, imo in hoc ipſo cœleſtis vitæ, appromittit redundantiam. Eccli: 24. *Qui operantur in me, non peccabunt: qui elucidant me, vitam æternam habebunt.*

MARIÆ in nomine operantibus, vitam æternam deberi, docet S. Script:

Probatur Figuraliter.

§41. Sed clariùs elucidandæ propoſitæ a nobis theſi, affigamus Figuram S. Scripturæ. Difficili modo ſtringuntur verba Gen: 48. cùm Joſephum ſuum Pater prætulit hereditate, reliquis fratribus, & portionem optimam & ſelectam, teſtamento ipſi reliquit *Do tibi* (inquit) *partem unam, extra fratres tuos, quã tuli de manu Amorrhæi in gladio & Arcu meo:* Si literam ſectemur, facilè diſſolvitur difficultas, ſi ſcias hanc partem in partitione terræ ſanctæ eſſe Sichimam ut legunt ap. Arcones in Iſſ: 2. n. 2. d. 11. Septuag: & affirmat ſacer Evangeliſta, Joan: c. 4. *Venit ergo JESUS in Civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium, quod dedit Iacob, Ioſeph filio ſuo.* Verumtamen, ſi iuxta altiorem ſenſum curioſâ ſcruteris indagine, quæ ſit iſta portio, quæ paternâ legatione donata eſt Joſepho, magna varietas eſt ſacrorum Interpretum. Nam S. Baſil: in Pſal: 59. per Sichimam, ſignificari aſſerit Judæorum teſtamentum: S. verò Hiero: in Oſe c. 6. & S. Ambro: ait: *Hæredem ergo bonorum benedictionibus operum, S. Ioſeph præ cæteris elegit, cuius opera fratres æquare non poterant.* At S. Ber-

Gen:

Joan:

Sichima, portio Ioſeph, myſticè explicata.

Ambr:

MARIA in Sichima, figurata,

Mariani prædii cultorum felicitas opulenta.

interpretatur Rich: a S. Laur:) *Actus tuos ſuppene ſub Magiſterio eius, ſubjice per humilitatem, porta per patientiam, & ne acedieris in vinculis eius, id eſt, ne graviter & tadioſe feras, imple præcepta ſapientiæ & MARIÆ.* Hinc præſtantiſſimus iſte Author, qui miro & ſpeciali Cœleſti entheo plenus, quingentis & pluſquam annis abhinc, adeoq; ante exortas Calvini & Lutheri inimicas Nomini MARIÆ hæreſes, ſcripſit ſuos de Mariæ laudibus tractatus, eximiè doctos, & ſummè eleuatos, nimirùm circa annũ 1230. idq; magnâ ingenii ſublimitate, &non minori devotionis ſpiritu. Hic l. 2. de laudibus V. ſervitium promovens Marianum, modos quoſdam exquiſitos, & bene fundatos in Scriptura, ſervendi Mariæ, corde nimirùm, ore, Capite, manibus, humeris, imo cuiuſlibet penitùs membri miniſterio, ſubminiſtraſſe legitur. Hæc omnia longiorem exigunt explicationem, cui pro nunc locus non ſufficit, niſi fortè deinceps occurrat dicendi occaſio: ideo devotum lectorem expedit ad fontem remittere Authoris.

Richard: Laurent: quàm antiquus Author.

MARIA omnibus membris quomodo colenda.

Probatur Hiſtoricè.

542. Horum in locũ aliud ex Hiſtoriis ſubnectere placuit, quòd quamvis devotæ in MARIAM Genti meæ Polonæ, ea inſit ad nomen ſuperauguſtum Mariæ reverentia; ut in nulla fœmina, (etiamſi Regina ſit) huius nominis patiantur nomenclaturam, de quo teſtis eſt experientia, & Miechovita; cæterùm ex alio & diverſo pietatis dictamine, hoc ipſum aliis in Nationibus uſurpatũ fuiſſe legitur etiã maſculis, huius nominis cohoneſtari quaſi agnomine: quod latiùs videre eſt apud Lyræum Triſag: Mar: l. 2. hoc verò contingit ex ſpeciali in MARIAM populorum devotione: ut per hoc teſtentur, tantò evidentiùs, quòd quidquid operantur, ſe ſub nomine & in nomine operari MARIÆ, cuius illi inſigniuntur titulo. Multa ſunt quæ dictus recenſet Author, ex his præcipuum pono recentiùs, de quodam Gilberto Nicolai Ordi: Noſtri Theologo ac zelote Mariani cultûs amplificandi flagrantiſſimo. Hic ſub Leone X. Pont: Max: Divini humaniq; juris ſcientiſſimo, dum Romam veniſſet, ut Principis Joannæ Franciæ, Monialium inſtitutum, ſub titulo Virginis Annuntiatæ apud S. Sedem promoveret, ita fidem ſuam atq; ſolicitudinem pro honore MARIÆ probaſſe legitur; ut non ſolùm longè & liberaliter votorum compos factus ſit; ſed ab eodem Pontifice, ampliſſimi cuiuſdam honoris gratiâ, priori Nomini ac cognomini valeri iuſſo, Gabriel MARIA tuerit appellatus. Perſpexerat namq; Pontifex ſedulam huius viri pietatem ac Religionem planè ſingularem, quâ Virginis MARIÆ cultum proferre augereq; laborabat, ut quidquid operaretur; hoc totum ſub patrocinio MARIÆ, atq; in honorem MARIÆ, peragi ſatageret. Quod & ut teſtatum faceret Pontifex, novâ hâc Nominis Virginalis appoſitione ſignificavit: factoq; ipſo approbavit, nedum licitum eſſe, ſed & apprimè lucroſum, omnia operari poſt Deum. in MARIA, ex MARIA, & pro MARIA. Jam ergo habemus cultores PARADISI: ingredi etiã liceat & videre, ipſiusmet Cœleſtis Horti amænitates.

Nationũ aliquarũ mos, etiam maſculis agnomen MARIÆ portare.

Leo X. Patri cuidã mutum pro MARIA laboranti nomen mutavit.

PARS II.

SS. DEIPARA PARADISUS NOVI ADÆ.

543. EXtetne, vel non extet PARADISUS ille, quem creaverat DEUS ab initio, incognitum hucuſq; hominibus haberi voluit Deus. Qui vel ideo ſapientiſſimum ei præfecit Cherubinum; ut etiamſi nunc defacto in terra exiſteret Paradiſus, ille ſagacitatis ſuæ adminiculo, arcanis induſtriis redderet hominibus inviſibilem, & inacceſſibilem: quem etiam ſingularis Omnipotentiæ Divinæ interventu, ab aquarum diluvio indemnem, conſervatum fuiſſe quidam authumant. Nec etiam oppoſitæ ſententiæ, ſua probabilitas deeſt, præſertim ex Authoritate S. Chryſoſtomi, exiſtimantis eum fuiſſe ſublatum funditùs, ſub univerſali diluvio: de quo etiam S. Augu: & Ambro: ambigui ſunt. Ad Fidem utrumq; non ſpectat, niſi hoc unicum quòd Paradiſus ab initio mundi, verè & realiter creatus fuerit a Deo, contra ori-

Opinio de exiſtentia vel non exiſtentia Paradiſi, utraq; probabilis.

Auguſt: Ambro:

tra Origenem, qui omnia allegoricè intelligere voluit. His ut nimis curiosis de veteri PARADISO sepositis, ad novum novi Adæ Paradisum, MARIAM, devotiùs ac utiliùs accedamus, amœnitates ipsius ac Privilegia, cum diligentia perscrutaturi, idq; sumptâ a veteri PARADISO Allegoriâ.

Probatur Scripturaliter.

544. Primum, de quibus nobilitabatur antiqvus ille PARADISUS, (ut cætera arborum genera omittam, imò & ipsam arborem scientiæ Boni & Mali, utpotè occasionem aliquam originalis peccati) eminet Lignum Vitæ, quod *plantaverat Deus in medio PARADISI* illius: cui ligno ex ordinatione & beneplacito Creatoris, inerat vis quædam mirifica, gustantibus illud, largiendi vitam immortalem: & hoc ipsum ligni ex communi sensu Expositorum, præsertim Ruperti, typus erat Christi Dei & Hominis, qui fuit, & est Author verus & origo immortalis vitæ: ait Scriptura Prover: 11. *Fructus iusti lignum vitæ.* Et quis iste de potiori appellandus iustus? nisi ille, qui dicitur eminenter Justus Justorum & Sanctus Sanctorum, iustitiæ & sanctitatis omnis radix, atq; emanatio, JESUS Salvator, sic sentiente Beda & Richardo: qui ipse ita ait: *Lignum vitæ, CHRISTUS est, qui suis electis semetipsum participando per gratiam, vitam æternam præbet.* Huius ergo Ligni vitæ, hodie fit, in medio novi PARADISI, scil: MARIÆ, prima implantatio, dum ad Angeli cœlestia nuntia, humillimè consentiens Virgo, locum Filio DEI, in Virgineo indulsit utero, non absimili, ab illo veteris PARADISI ligno, parturigine: nam sicut illa virginea fuit, siquidem absq; semine sata, sed satis pudicè, ad vocem Creatoris erupit de terra: non sarculo fossa, non irriguo humore saginata, repentè germinavit: sic pariter, imò longè præstantiori modo, PARADISUS noster, MARIA, (extraneo omni excluso adminiculo) soliùs Spiritûs S. virtutis obumbratione, credens affatibus Cœlestis nuntii (*Spiritus S. superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit Tibi*) intra claustra Virginalis pudoris, integerrimè & superquàm castè, Arborem vitæ, Filium scil: Dei, repentè germinavit, quæ similiter repentè fructus suos produxit uberimos salutis. iam Salvator ab Angelo appellatus *priusquam in utero conciperetur.* Pulchrè nimis, & PARADISI istius encomia, & Ligni in eo consiti fructus explicuit S. Damasc: Orat: 2. de Assump: dum sic ait: *Hodierna die, Eden spiritualem Novi Adæ, PARADISUM suscipit, in quo condemnatio abrogata, in quo lignũ vitæ consitum, in quo nuditas nostrâ contecta est. Non enim nos iam nudi sumus atq; indumentis caremus, Divinæ videlicet Imaginis splendorem minimè ferentes, uberimâq; Spiritûs gratiâ spoliati: etenim ad hunc PARADISVM, serpens aditum non habuit, ubi falsâ Divinitatis cupiditate flagrãtes, iumentis comparati fuimus.* Profundè hìc satis collegit Damasc: & comparavit unum ad aliud, ut PARADISI nostri, & Arboris eius Filii, explicatiùs panderet fructus & utilitates: sed enucleatiùs adhuc descripsisse id videtur Theodotus ap. Zerdam, Acad: 3. §. 4. qui fuit Episcopus Anciranus, de nat: Dom: dum sic fatur. *O terra (MARIA) sine semine fructum germinans salutarem! O Virgo! quæ ipsum vicisti deliciarum PARADISVM! Illa namq; sine semine omne plantationis genus protulit, ex virgine terra exortis plantationibus; Hac autem Virgo, terrâ illâ melior est, non enim pomorum protulit Arborem; sed virgam Iesse, fructum salutis hominibus afferentem: & illa terra, Virgo erat, & ista Virgo: sed illius quidem Arborem nasci præcepit Deus, huius autem Virginis, ipse Creator secundùm carnem, factus est germen: nec illa terra ante, Arboris frondes suscepit; nec hæc, ex partu virginitatem læsit: Virgo glorioſior PARADISO facta est: Ille enim Dei culturâ factus est; Hæc autem secundùm Carnem, Deum coluit eligentem hominis copulari naturæ.* Adverte quæso argutiam almi Præsulis, quàm venustè transit ab una significatione verbi *colo*, quod significat culturam terræ, ad significationem alteram, proût significat adorare, & connotat cultum, qui soli litatur Deo. Hinc Virginem, glorioſiorem PARADISUM appellavit, quæ nedum genuit Deum, sed eundem, dum gigneret, adoravit & coluit: ut meritò canat Ecclesia. *Ipsum, quem genuit, adoravit.* O insigne huius Cœlestis PARADISI privilegium ac prodigium! Quem coluit fructum, & arborem uteri sui, ut Genitrix, eundē coluit, & adoravit, ut Ancilla, demonstrans

Ligni vita in paradiso virtus quæ?

Prov:

Lignum vitæ, typus Christi.

Beda. Richar:

MARIA Paradisus germinãs

Damasc:

Theod:

Zerda.

Mariani Paradisi comparatio, cum illo primo, in quo.

monſtrans ſe non agnoſcere virum illum, ſcl: Adam, nec illius originali tabe infectam eſſe, qui cùm inductus in Paradiſum fuiſſet, ut coleret illum, Deum ſuum non coluit, ſed propter eminentiæ, quam appetierat, dignitatem, Dæmoni thura dedit: Hæc autē vitalē æternæ vitæ progerminans in viſceribus ſuis Arborem, CHRISTUM ſimul cultu ſupremo, ut Deum venerata eſt.

Probatur Figuraliter.

545. Alterum fuit, quod non minùs in veteris illius Paradiſi cedebat commendationem; quàm in totius terræ ſerviebat utilitatem. Fons nimirùm, ſeu fluvius quidam, qui in quatuor capita diviſus, per varios mæandros, totam irrigaſſe terram legitur. Gen: 2. *Et fluvius egrediebatur de domo voluptatis, ad irrigandum PARADISUM, qui inde dividitur in varia capita.* Et hic ipſe fluvius ſerviat nobis pro Figura ad explicandas delicias myſtici noſtri PARADISI MARIÆ: quam etiam eodem titulo cohoneſtavit S. Anton: ſumm: PP. tit. 31. c. 3. dum ait. *MARIA fluvius PARADISI Eccleſiæ, ad irrigandum ligna fructifera Eccleſiæ.* Sed hodierni myſterii, in quo primùm MARIA efficitur naturalis Mater Dei, ſublimitas ad ampliora fert meditationes noſtras, ita ut ipſum Privilegium Maternitatis Dei, iſtius PARADISI fluvium eſſe cogitemus: omnis etenim MARIÆ gloria, ab utero ipſius metienda eſt: Ipſa etenim origo eſt, & cauſa omnium gratiarum, prærogativarum, omnium dignitatum, eminentiarum: & quidquid quomodocunq; dicitur de MARIA, totum, tanquam de Fonte emanat, ex hoc ſolo, quia ipſa eſt Mater Dei. Hinc eſt, quòd Sancti Euangeliſtæ, tam breviter de MARIÆ ſcripſêre laudibus in ſuis Euangeliis, ſolius ipſius Maternitatis tantummodo memores, totum ſatis Laconico complexi ſunt ſtylo illis ſcil: verbis. *Virum MARIÆ, de qua natus eſt IESVS. Et peperit Filium ſuum primogenitum.* Sat fuit ipſis, uteri ſpatioſi Sacramentum narraviſſe, ut gloriæ pondus abſq; interprete conjectes. Bene S. Th: Villan: ſ. 2. de nat. V. *Ita placuiſſe Spiritui S. eiuſq; providentiâ ſiluiſſe Euangeliſtas propterea, quia Virginis gloria, intùs erat, & magis cogitari poterat, quàm deſcribi: quid ampliùs quæris? quid ultrà requiris in Virgine ſufficit tibi, quod Mater Dei eſt: quænam obſecro pulchritudo, quænam virtus, quæ perfectio, quæ gloria, Matri DEI non congruit.*

MARIÆ Maternitas fluvius paradiſi cur?

Maternitas, origo omnium privilegiorum MARIÆ.

Euangeliſtæ cur pauca notarint de MARIA?

Thom: Villan:

Ab huius itaq; Maternitatis eminentia, cæteræ profluxêre MARIÆ excellentiæ, quibus illa omnem aliam Creaturam ſupergreditur, imò ad quandam infinitatem (ut mos eſt loquendi Patrum) videtur accedere, & hæ, quidem quatuor cenſentur: nimirum cultus poſt Chriſtum ſupremus, dignitas approximans Dignitati Divinæ, gratiæ ſanctitatiſq; immenſa affluentia, ac tandem gloriæ ipſius ſublimitas. Iſtas excellentias, veluti quatuor fluvios Paradiſi ab una elabi Maternitate MARIÆ, probat multiplex Authoritas Patrum: & primùm, cultum Hyperduliæ competere MARIÆ ratione Maternitatis, docet clarè S. Tho: Aquin: 3. P. q. 25. Art: 5. dicens: *Beatæ Virgini debetur veneratio Duliæ, eminentiùs, quàm reliquis Creaturis, inquantùm ipſa eſt Mater Dei: & ideo dicitur, quod debetur ei non qualiſcunq; Dulia, ſed Hyperdulia.* Similiter loquuntur Patres de dignitate ipſius. Si etenim gratia ſanctificans ſecundùm S. Petr: 2. Pet: 1. eſt quædam participatio Deitatis. *Per quem* (inquit) *maxima & pretioſa nobis donavit, ut per hæc efficiamini conſortes Divinæ naturæ;* quantò magis id attribuendum eſt MARIÆ, quà Matri Dei. Vnde Chriſtoph: Vega probat Maternitatem Dei, fuiſſe formam quandam, nobiliùs ſanctificantem, animam Beatiſſimæ, quàm ſanctificet gratia habitualis: & eminentiori modo fuiſſe participationem Deitatis, quàm ſit gratia habitualis: ad quod, illud Cajetani ſeruit: 22. q. 10. a&: 4. *Quia* (inquit) *Mater facta, ſuâ dignitate fines Divinitatis propinquiùs attigit.* Gratiarum tandem omnigenarum in Maria emanationem fuiſſe a Maternitate, clariſſimis edocuit verbis Dionì: Carthus: l. 1. de laud: V. art: 34. *Sicut* (inquit) *Chriſti Humanitatem, propter eius perſonalem cum Deo unionem, decuit omni perfectione naturæ & gratiæ in termino excellentiæ præfulgere; ita ipſius Genitricis Perſonam, poſt Vnigeniti ſui Humanitatem, oportebat ſic ornari: quoniam poſt Hypoſtaticam cum Deo unionem, non eſt alia tam vicina, ut eſt unio Matris Dei cum Filio ſuo.* Ac tandem inveſtigabilem Mariæ in gloria ſublimitatem, Maternitatis

MARIÆ qua Mater eſt, quatuor privilegia

Th: Aq:

Pet:

Maternitas DEI, forma fuit ſanctificans nobilius, quàm gratia.

Carth:

ternitatis Dei promanasse ex privilegio, quasi justam hereditatem, deducit S. Joannes Damas: Orat: 2. de Assumpt: dum ita proloquitur: *Oportebat Dei Matrem, ea, quæ Filii sui erant, possidere, quanquàm enim semper ita comparatum est, ut hereditas a Parentibus ad Filios devolvatur, nunc autem (ut eruditi cuiusdam viri verbis utar) sursum sacrorum fluminum fontes fluunt: etenim Filius Matri, res omnes in servitutem addixit.* Auxilium in sensu præstet Rupert: in c. 4. Cant: ita scribens. *Hæc in Cœlis Regina Sanctorum est, quandoquidem est Mater Regis coronati, quem constituit Dominus super omnia opera manuũ suarum, ac proinde Regina constituta, totum jure possidet Filii Regnum.*

Damas: Rupert:

Probatur Doctoraliter.

546. Jam tertium illius PARADISI veteris Adæ, scil: omnigena, ex Arborũ, virgultorum, fructuum, florumq; diversitate, amœnitas evolvit sese, & exprimit lõgè felicius in huius Novi Adæ PARADISI, MARIÆ, pulchritudine, ob admirandam illius immarcescibilem quarumcunq; virtutum diversitatem: in quibus, quantùm emicuerit PARADISUS, MARIA, aliqua Sanctorum Patrum auscultemus testimonia. Teneat primatum, ex antiquissimis, S. Ephrem: ser: de laud: V. *MARIA, PARADISUS deliciarum, totiusq; amœnitatis, atq; immortalitatis.* D. Basil: Seleuc: Orat: in Annu: V. *MARIA, PARADISUS florentissimus Virginitatis, in quo lignum vitæ satum, produxit fructus omnibus salutares: ex quo Evangeliorum Fons in quatuor oras sectus, miserationum flumina credentibus deduxit: sive, ut alii transferunt, PARADISUS castimoniâ perpetuò virens, in quo vitæ lignum plantatum, omnibus salutis fructum fundit.* S. Joan: Damasc: Orat: 2. de Assump: *PARADISUS, prædio Eden beatior, ubi virtutis planta omnis, virore germinavit, ac in quo arbor vitæ enituit, cuius commercio, ad pristinam redimus vitam.* S. Germ: Constan: Orat: 1 de Præsen: *MARIA, PARADISUS DEI amœnissimus & rationalis, ad Orientem Divinæ voluntatis plantatus, ipsi Deo floridum lilium, & immarcescibilem proferens rosam.* Cæteris explicatiùs S. Amadæus Homil: 7. de laud: V. *MARIA, PARADISUS habens mala punica, in varietate virtutum, fructus pomorum, inperfectione operum, Cyprum cum nardo, illam fertilem uvarum, hanc miri odoris herbarum aromaticam, ob sobriam ebrietatem sensuum, & suauefragrantem opinionem virtutum: quibus adduntur, crocus lætitiæ, fistula expoliationis carnis, cynamonum suavitatis, cum universis lignis Libani, per quæ virtutum universitates figurantur: Myrrha quoq; mortificationis & alòes incorruptionis, cum omnibus primis unguentis effusis in Oratione, ab illo unguento, quando consistens in capite, descendit in barbam, barbam Aaron: non illius veteris & significantis, sed novi & signati.* Jacob: de Vorag: ser: 2. *MARIA, PARADISUS deliciarum, in quo fuit Cedrus contemplationis excelsæ, Cypressus odoriferæ Famæ, Palma glorioſæ victoriæ, Rosa patientiæ, Oliua misericordiæ, & Platanus Fidei perfectæ.*

Ephrem: Basil: Damasc: Germ: Amadæ: Vorag:

Probatur Miraculosè.

547. Tantæ ergo virtutum diversarum amœnitati, suos DEUS adhibere voluit Vigiles, nec enim Hesperidum Hortis, suus deerat Draco ad tutelam, nec primævum reliquerat Deus PARADISUM, absq; custode. Ideo enim *posuit hominem in PARADISO, ut operaretur, & custodiret illum.* cui, dum ipsum invasorem PARADISI reperit, ad custodiendum lignum vitæ, Cherubinum cum flammeo substituit gladio: Nec ergo noster PARADISUS, MARIA, sine custode, non tam ad tutelam ac securitatem, quàm honoris & obsequentiæ gratiâ. Vnum pro illius PARADISI custodia, legitur Deus constituisse Cherubinum; pro istius verò Cœlestis PARADISI, dum primùm plantaretur, sc. in sua immaculatissima Conceptione, quot nam Cherubinorum adstitêre millia, audite miraculosam revelationem, quam refert Bernard: Busten: ser: 8. de Conc. Sub Bonifacio V. fuit quædam valdè devota & extatica Monialis: hæc in Festo Immacul: Concept: MARIÆ, delicioſum hoc, devotiùs dum meditaretur Mysterium, facta est in raptu, viditq; & audivit ipsam Beatissimam sibi dicentem. *Scias Filia, quòd meæ Immaculatissimæ Conceptioni, & sanctificationi, affuerunt tria Millia Cherubinorum canentium & dicentium: Mater Domini est Maria, & Tabernaculum SSS. TRINITATIS.* Si tot, & tam præstantibus PARADISUS iste, honori suo, in prima sui plantatione destinatis, gloriatur vigilibus, quid sentiendum demum, crescente MARIA, in ætate,

Cherubinorum 3. millia, astitêre immacul: Concept: B. M. V.

& in ætate, adoleſcente omniũ virtutum incrementis? Crediderim ſanè, Cœleſtes illos Spiritus, ſacrâ quâdam devotionis in Virginem zelotypiâ, inter ſe decertaſſe ita, ut per diſtinctas legiones adnumerati, ſucceſſivis horis, diebus, imo & annis, SS. huic cuſtodiæ ſuas conſecrarint vigilias, mirificè delectati PARADISI huius Divini amœnitatibus. Rectè ſcripſit Rich: Laur: l. 12. *MARIA PARADISUS terreſtris,* Rich: *quia ſi PARADISUS ille, cuſtodiâ Angelorum munitus fuit, ſicut legitur Gen: 3. ſic B. Virginem, Angeli ſolicitè cuſtodiebant: unde Cant: 3 lectulum Salomonis ſexaginta fortes circumdant.*

Probatur Hiſtoricè.

548. Quintum, ſed ſingulare ineſt, quo PARADISUS noſter MARIA, veteris illius excellit Nobilitatem, quòd cùm illi priori, (quamvis, iuxta Toſtatum, quadraginta Milliarium circumferentia eius haberetur) pro cultura, unus ſufficiebat pro tunc colonus, Adam, qui poſitus dicitur in PARADISO, ut operaretur in illo, atteſtante ſacro textu; Huic verò Mariano, etiam millia millium parum eſt deſervire pro cultu. Vafer Machometes (quod ſcribit Theat: Vit: lit: N.) ut Cœlum quodammodo in terras devocaret, & delicias Cœleſtes ad brutales transferret, PARADISUM terreſtrem, ad ſpeciem illius primævi, ipſo cacodæmone magiſtrante, propudioſè adornavit in loco amœniſſimo, in quo quidquid ad delectationem, admirationem, omniumq; ſenſuum titillationem, concurrentibus naturâ & arte, illecebræ fieri poterat, exhibebatur: cuius culturæ, ducenti lectiſſimi iuvenes præficiebantur ab anno quintodecimo ad vigeſimum, qui paſtinando, rigando, areolas, pulvillos & topiaria formando, colendoq; ad æmulationem, deſtinabantur, ac ſtipendio lauto donabantur: qui locus cinctus fuit exquiſitis palatiis, omni luxu deliciarum abundantibus. Maius quid referunt Hiſtoriæ, de Famoſis, toto orbe, Semiramidis Reginæ penſilibus in àére Hortis, in quibus extruendis trecenta millia deſudaſſe traduntur. Tantus numerus, umbra eſt ad numerum cultorum PARADISI noſtri, MARIÆ: præter hoc enim, quòd turba Millium & millium de Cœleſtibus illis ſpiritibus famulatur eidem; immenſa tot hominum, quot Orthodoxorum multitudo, ad huius vaſtiſſimi, ſimulq; amœniſſimi PARADISI, ultroneè etiam, ſeſe dedicat culturam, ſeu cultum, idq; variis ſuarum devotionum induſtriis, nulloq; habito delectu Perſonarum, Principum, Regum, Pontificumq; quibus pro regali habetur, colonum huius agere PARADISI. Quod ipſamet B. Virgo adflata Spiritu, in ſuo prædixerat Cantico Luc: 1. *Ecce enim ex hoc, Beatam me dicent omnes generationes.* Heu infelicem generationem! Heu ſynagogas Hæreticorum! exules eo ipſo a PARADISO cenſendas! quæ à cultu ipſius ſe ſubducunt, dum Beatam etiam nominare renuunt: ſi cicadæ taciturnitas, ſignum eſt, ipſam non calere; ſic illi, quia ſilent MARIAM, calere Deum non putantur. Vnde S. Bernar: l. 2. de Pent: pro nihilo reputans hãc prauã generationẽ, univerſaliter numerum cultorum huius PARADISI circumſcribens, indefinitè dixit: *Ad illam, ſicut ad negotium ſæculorum, reſpiciunt omnes, & qui in Cœlo habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & qui ſequentur.* Bern: Sen:

Engelg: in Feſto S. Dominici.

Paradiſus Machometi, artificiosè confictus.

Horti Semiramidis 300 000. hominũ labore culti.

Epilogus.

549. HUius ergo Cœleſtis PARADISI, cui hodie, annuntiante Angelo. vitæ implantatur lignum, Chriſtus, & novus hic intra Virginei alui clauſtrum introducitur Adam, Deus Incarnatus: (quantùm viatoribus licuit) deliciis & amœnitatibus delectati, tantò ſtudioſiùs, eiuſdem nos addicamus culturæ. Sint nobis areolæ eius virtutum, nedum ſui elegantiâ, Materia laudum ipſius, ſed ſimul ſeminaria exercitiorum pietatis, per imitationem eiuſdem. Nam S. Hiero: monet, utrumq; requiri ad veram PARADISI MARIANI culturam. *Tunc etenim verè & colitis & amatis MARIAM, ſi imitari velitis ex toto corde, quod amatis.* Sublimitas quidem virtutum eius inacceſſabilis eſt; nihilominùs proponitur nobis, ſi non ad aſſequendũ, ſaltùm pro poſſe naturæ ac gratiæ, ad ſectandũ: aderit illa indubiè laborantibus. Areſius in Feſto S. Martini, de illo fictitio PARADISO Machometi tradit, quòd qui unum tantùm diem & noctem in eius deliciis tranſegiſſet, dormiens ex ipſo deductus, vitam ſuam libens

MARIA colenda morũ etiam imitatione.

libens pro Machomete profunderet, & in mille pericula rueret intrepidus, ut tantùm iisdem deliciis post mortem perfrui ei liceret. O Hortos! o haras! brutorum, non hominum stabula! propter quæ miseri illi, serui spurcissimæ voluptatis, mille vulnera non reformidant. PARADISUS verò talis est MARIA, ut si quis Cœlestium deliciarum etiam ad breve tempus ingrediatur amænitatem, eiusq; fructus ac flores, vel oculis aut devotionis affectu delibet, sordescent illicò tali, quæq; deliciarum terrenarum voluptates, & penè ab odorum ipsius fragrantia, novum reformatus in hominem, generosum contra omnia virtutum obstacula induet spiritum, cuncta animosè contemnet, atq; sic PARADISI huius cultorem perpetuum & solicitum, se profitebitur, lili ad gloriam, sibi verò ad perenne meritum. A M E N.

Paradisi Machometis vis in robotando cōtra pericula.

PELAGVS MISERATIONVM SS. DEIPARA.

Pro Visitatione B. V. Maria.

Exurgens Maria abiit in montana. Luc: 1.

550. QUotidianâ remigantium compertum habetur experientiâ, Mare quò profundiùs, eò inquietiùs esse. A. A. Quamvis etenim ab extrinseco, nulli consurgant venti, nec turbidus cum fluctibus aquarum concertet Aquilo; tamen vastissimo illi elemento, ipsis in visceribus, continuarum agitationum non deest origo & causa: terreis namq; ab imo fundi ascendentibus vaporibus, abyssales illæ aquarum voragines, quantò profundius est mare; tantò altiùs elevantut, ac deinde ob gravitatem elementi dehiscentes, nunquam quietum, & in perfecta malacia consistere permittunt Mare, quæ proinde profunditates, Pelagus appellantur. Stupes forsitan, dum cernis Virginē, quæ cubiculi sui secreti tantùm conscia, penetralibus in domesticis continebatur hactenus, in subitaneos, eosq; nimis festinos, tanquam æstuans mare, erumpere motus. *Exurgens MARIA, abiit in Montana cum festinatione.* Sed mirari desine, & ab improviso stupore sic te expedi: cogita MARIAM vel ex ipso ethymo, Mare esse profundissimum & abyssale gratiarum, nedum respectu sui; sed etiam respectu aliorum superplenum, & redundans: ut ait S. Ansel: *O Fœmina plena & superplena, de cuius plenitudinis redundantia, respersa sic reviviscit omnis Creatura.* quam propterea S. Bernard: Senen ser: 61. post Pascha, quendam Oceanum Divinitatis appellare non metuit, dum dicit: *Non timeo dicere, quòd in omnium gratiarum fluxu, quandam iurisdictionem habuerit hæc Virgo, de cuius utero, quasi de quodam Divinitatis Oceano, rivi & fluenta emanabant omnium gratiarum.* Altissimum itaque istud Pelagus, quiescere nescit, dum etenim à Spiritu S. nuntiante Angelo, Cœlestem concepit Fætum, sacratissimis illicò huius Divini Pneumatis insufflatur spiraculis, motibusq; supernis mirè quàm exagitatur, ut in Montana etiam feratur, & vltra, cùm etiam ab intra causa sibi non desit: ipsa etenim propter tenerrimam super afflictos & calamitosos compassionem, a S. Joanne Damasc: Orat: 1. de Nat: B. V. *PELAGUS miserationum* dicta esse legitur, Afflictum propterea in utero Matris suæ Joannem sciens, Elizabetq; mox parituræ prænoscens pericula, Mare hoc quiescere non potuit, quin statim calamitosæ domui Zachariæ succurreret, ideo subitaneis intumescens com-

Maris profunditas, nunquam in quieto cur?

MARIA Mare redundans in alios.

Ansel: Bern: Sen:

MARIA Oceanus Divinitatis.

passionis motibus, opem citissimam datura, usq; in Montana eleuatur. *Abiit in Montana cum festinatione:* ut ibi omnem miserationum suarum redundantiam in utrumq; effunderet. Nec ego ab hoc D. Damasc: elogio discedo, sed luculentiori discursu Beatissi: Virginem. PELAGUM *miserationum* celebrabo: priùs tamen, compassionis, super tribulatos virtutem, serioſiùs sum commendaturus: breviter interim salutemus MARIAM.

MARIA *Pelagus miserationum.*

Consolatrix afflictorum
Solamen desperatorum:
O Pelagus clementiæ!
Da donum indulgentiæ.

PARS I.

Compati Proximo, stigma salutare.

551. MIserum te puto, dixit non nemo, si nunquam fuisti miser: nimis enim miser est, qui transegit vitam sine alienæ misericordiæ illice, & suæ conceptaculo: miseriæ enim propriæ experientia, est miserationis eruditio de aliena misericordia. Profectò miseria, est copia tribulationis & inopia consolationis: quando scilicet multifariè quis patitur, & à nemine relevatur, ad quod etiam accedit illud S. Pauli. *Qui non est tentatus, nihil scit.* tentatione enim dum quis in seipso probatur; quomodo in simili agendum sit cum proximo, eruditur, quam compassionis gratiam, si quis ignoret, nihil se scisse reputet. Hanc etenim scire, præstantissima est scientia, & prænobile est quoddam signaculum salutis, alienæ tribulationis miseratio.

Compati miseriæ proximi, stigma salutis.

Probatur Scripturaliter.

552. Hic sensus genuinus esse censetur ipsius S. Scripturæ, multiplicibus in locis: inter quos præcipuus, cæterisq; clarior habetur apud Ecclesiasticum c. 17. ubi de miserationum operibus discurrens Sapiens, quædam ex illis, sigillum aut signaculum hominis iusti & Cœlestis, appellat, dum ita dicit: *Eleemosina viri, quasi signaculum.* alii leguunt *quasi sacculus cum ipso.* Quod sic explicat Cornel: a lap: Sicut enim annulus signatorius, homini est charissimus, quem semper in manu habet, & præ oculis; sic est, & eleemosyna coram Deo, id est in pretio, & charissima, eiusq; oculos semper verberans. Palatius autem, premens illud: *Sacculus,* sic exponit: *Qui saccum pecuniæ secum defert, omnia emit, quæ vult: sic qui eleemosynam dat, licet abjiciat pecuniam, affert tamen eam secum: quia fauorem Dei contra mala, bonorum copiam in terra, & demum felicitatem sibi comparat in Cœlo.* Sed quoniam commiseratio plùs tenet se ex parte affectûs, quàm ex parte exhibitionis beneficii: multis etenim, largiendi misero, de proprio, facultas non adest, deesse autem etiam pauperrimo affectus non potest, quin votis compatiatur & condoleat, imò aliquando feliciùs est compati ex corde, quàm dare: quia, quisquis indigenti perfectè compatitur, minùs æstimat omne, quod tribuit, & actus ipse perfectior esse censetur, quando perfectiùs sentit dolores. Proinde *S. Ephrem:* Syrus, universaliùs de omni actu miserationis, ita ut etiam, & quidem principaliter compassionis internæ includat motus, citatum Scripturæ explicat locum (de timore Dei) dum sic fatur: *Qui proximi commiseratione, in die tribulationis ducitur, etiam ipsius semper miserebitur Dominus: misericordia enim* (iuxta Eccles:) *viri, velut sigillum cum ipso.* Sigillum porrò datur, aut ad munimen & custodiam sigillati, (& hoc iam explicuerunt de miserente viro, adductæ loci interpretationes) aut sigillum, nota est & symbolum specialis excellentiæ. Affectus ergo compassionis, dum dicitur esse sigillum viri, nimirum iusti, pii, & Deo placiti, satis quidem in nomine, excellentiæ, haberetur; verùm ad sublimitatem virtutis huius pertinet, ut etiam virum talem, ipsi Deo (cui proprium est misereri) quodammodo affinem reddat, quam *S. Greg: Niss: Tract: de Beatis,* notam Divinitatis appellat: *Si* (inquit) *misericordis appellatio Deum decet, ad quid aliud te sermo hortatur Christi? nisi ut Deus fias, tanquam insignitus notâ propriâ Divinitatis.* Ideo Clem: Alex: l. 2. strom: *Dei* (inquit) *est imago, homo benefaciens.* Clarissimè S. Leo: *Vbi Deus veram misericordiam invenit, ibi imaginem suæ pietatis agnoscit.* Roborat argumentum ab opposito: quòd illi quorum viscera velut in caucausam obrigescunt rupem, nulli proximorum miseriæ

Compassio miseratio annulus hominis iusti.

Ephre:

Compatiens proximo, ipsi Deo assimilatus.

Greg:

Clem:
Alex:
Leo.

Eccli:

seriæ compatientes, nedum humanitatis exuant signaculum, iuxta S. Antistitis Asteii judicium. *Is quem alterius inopia atq; ægritudo commiseratione non tangit, fera sanè est, rationis expers, imò feris ipsis ac belluis immanior.* Sed præterea Atheus & Gentilis, talis esse censetur: quod non obscurè innuit S. Paulus Epi: ad Rom: 1. ubi inter enormissima Gentium vitia enumerat, *quòd essent sine affectione & misericordia.* unde S. Cyrillus Alex: *Eodem numero sunt, legem charitatis in fratres conculcantes, quâ qui Deum non cognoscunt.* Memorandum est illud, quod refert Paciuchil. in Epist: 1. Rom: super hunc locum scribens. Cum quidam Sacerdos energumenum exorcisaret, immundo spiritui mandavit, ut nomen ediceret: Dæmon ad hæc: *Vocor sine affectione.* Beata Catharina de Genua, quæ his aderat, ut audivit, toto contremiscens corpore, parùm abfuit, ut exanimis fieret: colligens autem animum, luminibus in Cœlum fusis, lacrimisq; obortis, in hæc verba prorupit: Proch dolor! heu quid sentio! *Sine affectione, sine misericordia,* quid deterius? quid magis pavendum? quid hoc execrabilius? O Sponse dulcissime JESU? utinam ego tota, in affectionem resolvar: tota sim viscera charitatis, tota affluens misericordiâ atq; pietate. Sicut ergo Dæmonis nota est, carere compassionis, super miseriam sui proximi affectu; sic per oppositum, sigillum salutare portat miserationis æternæ, per quod, consequendæ salutis æternæ, spem infallibilem retinet, qui humanitatis erga afflictos afficitur visceribus. De quo Nazianz: Orat: 16. *Dicet animæ tuæ Deus, salus tua ego sum, &, Fides tua te salvum fecit: &, ecce sanus factus es, necnon omnia humanitatis verba, si solùm te dolentibus viderit humanum.*

proximo non contingit, plusquàm fera.

Rom:

Cyrill:

Dæmon, qui nomen, sine affectione.

Probatur Figuraliter.

§ 55. Vtriusq; huius veritatis schema investigare licet ex Figuris S. Scripturæ. Primam, quæ nobis duros & implicabilis cordis in proximos suos, exprimat homines, observo in illis tribus amicis Jobi, qui compassionis solummodo prætextum, non affectum præseferentes, virum undequaq; afflictissimum, venerant visitaturi: ubi pro consolatione, probra, blasphemias, criminationes, & quæq; enormium criminum mala, contra iustissimum virum simulabant, artificiosis involventes sermonibus, hominemq; ærumnosum, curiosis fatigabant quæstionibus, miseriam ipsius tantò peiùs exagitantes, cùm tamen de inopiæ ipsius, vel eius ægritudinis, subuentione, nec verbum consuluisse inter tot propositionum sermones exaudirentur. Quod advertens vir æquissimus, querulus nimium, suos ad eos exorsurus sermones, proloquium huiuscemodi præmisisse legitur. Job: 13. *Secundùm scientiam vestram, & ego novi, nec inferior vestri sum: sed tamen ad Omnipotentem loquar, priùs vos ostendens fabricatores mendacij & cultores perversorum dogmatum.* Non hìc disputare volo, an isti Jobi amici, in re fidei erraverint, perversis dogmatibus imbuti. Quid sit tamen fuisse perversorum dogmatum cultores, reliquæ ex Græcis atq; Hebræis codicibus translationes, explicatiùs ad rem edisserent. Septuag: Interpretes exscribunt. *Medici iniusti,* alii *curatores,* seu *Medici idoli:* hoc est veluti *Idola medica,* id est emortua, sine auditu, sine visu, sine ullo sensu, sine ope, sine auxilio, & ut ait *Pineda In Iob.* velut lapideus quidam Apollo, aut ligneus Æsculapius: vel quod aptiùs, veluti Idolum Adonidis, quod, ut notavit ex Rabbinis *Corn: in Ezech:* 8. arte quâdam sacrificulorum, igne occultè suppositio ad plumbi particulas, plumbeas etiam effundebat lachrymas. Talia ergo videbantur Jobti, esse Idola, amici illi, qui etsi ploraſſe, dum accederent ad illum, leguntur. *Exclamantes* (inquit) *plorauerunt;* eas tamen lacrymas non ex affectione profluxisse cordis, sed consuetudinis, aut quod peiùs, palliandæ fraudis gratiâ: nam non compassuri, sed irrisuri amicum venerant: quæ ut cognovit Job, eos propterea, Idolorum perversorum nominavit cultores. Quasi diceret: Vos amici, mihi *Medica Idola* estis, falsaq; numina: cùm enim solatium, opemq; veræ amicitiæ, polliceri mihi videamini, vestrâ præsentiâ, tamen licet me tot calamitatibus afflictatum oculis cernitis, nihil plùs a vobis, quàm a *Medico Idolo*, ligneo Æsculapio, aut Apolline lapideo sperare debeo. Cùm vos adverto, meam tantam calamitatem non videre, nec gemituum meorum

Job.

Medica Idola, quid denotent apud Iob.

Adonidis Idolum, plumbeas lacrymas fundens.

rum voces verberare auditum vestrum, vos non ampliùs reputo, quàm Idola, quæ oculos habent, & non vident, aures quoq; & non audiunt. En quàm præcipiti passu palliata compassio degeneravit usq; ad extremum scelus, nimirum Idolatriam! Ad quantam verò sublimet excellentiam, cordialis supra miserum compassio, id primùm enituit in Dauid, qui dum insidiosè interfectum Ducem belli ex corde planxisset 2 Regum 3. non inanis fuit iste fletus Regis, illo etenim sibi maximè traxit & devinxit populum Israelis: dicit enim Theodor: q. 13. *Atq; Rex quidem dolore motus luxit, & est lamentatus, lamentatione autem auxit populi benevolentiam.* Quid enim non trahat sibi & acquirat teneritudo & compassio. Suscitaturus JESUS Lazarum, venit ad eius sorores, & ait Joan: 11. *IESUS ergo, ut vidit plorantem Mariam & Iudæos, qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu & turbavit semetipsum, & dixit, ubi posuistis eum: dicunt ei: Domine veni & vide. Et lacrymatus est IESUS.* Cùm ad sepulchrum Lazari ducitur, tum lacrymatur? & cur non antea? Ratio est, quia dum ad sepulchrum, ut suscitaret mortuum iret, volebat JESUS ne remaneret domi turba Judæorum, sed magis sequeretur euntem, ut adesset præsens resuscitationi Lazari: hoc etenim miraculum præstantissimum ex multis circumstantiis erat, & Divinitatis in CHRISTO latentis, fortissimum argumentum, ex cuius miraculi publicitate, magna sequebatur utilitas: cui utilitati iuxta sensum S. Chrysost: hom: 62. in Joan: præcipuum adminiculum præbuit, compassio CHRISTI, & teneritudo illa lacrymarum. *Cùm signum magnum esset facturus, ex quo multa proventura erat utilitas, ne turba absente nil lucraretur, doloris affectu multos testes allicit, ne prædam demitteret.* Premit hæc ultima Bàéza de Christo Figur: l. 9. c. 8. *Doloris affectu, multos testes allicit.* Est enim dolorosæ compassionis affectus, efficacissimus, ad trahendum illex (inquit ille,) & plurimùm ad salutem animæ assequendam conducit.

Reg:

Compassio, Regnum Davidi conciliavit vel stabilivit.

Joan:

Compassiuis lacrymis, CHRIstus se Messiam probavit.

Probatur Historicè.

554. Ad huius veritatis comprobationē, plurima habentur exempla apud Authores, ex quibus constat, quomodo A quidam ex viliori statu, etiam qui tibicinum vel mimorum, imò & latronum exercebant professionem, unico compassionis super miseros & desolatos actu, multorum rigidissimorum Anachoretarum merita supergressi fuerint: de quo videndus Pexenfel: hist: 48. Ex his unum, sed singulare, hùc produco, de quadam Alexandrina puella, Gentilibus Parentibus nata, amplarum facultatum post obitum Parentum suorum herede. Accidit, ut in pomario suo obambulans, conspexerit virum quendam laqueum frangendæ gulæ apparentem. Accelerat & quærit, B intelligit, originem esse æs alienum, & creditorum molestiam. Virgo illa teneritudine affectûs motâ, omnem suam fortunam desperato offert. ut debitoribus satisfaciat. Acceptat ille conditionem, & illa promptissimè implet promissum. Fit egentissimus, subitò ditissimus: interea inopiâ involvitur puella, & ad extremam paupertatem redacta, improbo quæstu corporis, vitam sustentare decrevit, sed o quanta arcanorum Dei profunditas! qui fidelis utiq; nunquam obliviscitur boni? aliquanto temporis in probrosæ vitæ ratione persistens, inuaditur morbo, re C ditq; ad cor, mittit ad Episcopum rogans, ut se sacris Christianorum mysteriis initiare dignetur: fert repulsam, cùm nullum pro tunc habere posset, quem daret Episcopo, in vadem, quòd ampliùs non reditura esset ad turpis vitæ exercitium. Sed quod negarunt homines, perfêcere Cœlites: spectabilem se ei objicit Angelus, in specie illius hominis, quem à suspendio olim liberaverat, vadem se illi cum aliis duobus offert: Angeli enim, quorumdam Nobilium Civium assumpserant personas, hi igitur comitantur ad Baptismum puellam, sponsionem præ D bentes ministris Ecclesiæ pro mulierculas atq; sic abluitur lustrali aquâ, & candido vestitu amicta, omnium in se, ob nimiam pulchritudinem oculos convertit, quibus ante, infame propudium habebatur. Fit sciscitatio ab Episcopo, quo sponsore id obtinuerit: examinantur illi urbis Prætoriani viri, quorum Personas in se repræsentarant Cœlestes genii, nihil de quoquam constare sibi respondent. Agnoscit Episcopus, Diviniore consilio hæc facta, objurgat

Commiseratio multos, exaltavit, saluavit.

Puella gentilis compassione suâ, liberans hominem à suspendio, quomodo ad salutem pervenit.

jurgat ergo per sacra puellam, enarrat illa fideliter quæq; a principio, ac tandem arcana Consilia Dei admiratus Episcopus, cognovit compassionis super calamitate proximi affectionem, esse singulare salutis nostræ Antidotum.

PARS II.

SS. DEIPARA, PELAGVS MISERATIONVM.

555. MEnander Nobilis olim Ethicus, volvens secum animo, maris amaritudinem, ignis voracitatem, his & mulierem addidit, inquiens: Ignis, mare, & fœmina, sunt tria mala: quam sententiam Joan: II. hoc districho comprehendit.

Quæ mala sunt hominum, tria maxima scire Quæris! habe paucis: fœminâ flamma, fretum.

Cui consentit pridem Eccles: c. 7. dum ait: *Inveni, amariorem morte, mulierem.* ita ut mulier censeatur esse quoddam PELAGUS amaritudinum & miseriarum, quod principaliter de Eua, prima muliere & omnibus, quæ de eius vetito participarunt pomo, communiter intelligitur. Non autem de illa Mulierum Muliere, cuius *Species exhilarat faciem.* Eccles: 36. quæ benedictum fructum ventris sui, Orbi donando, facta est immensa scaturigo omnium consolationum ac miserationũ.

Eccli:

Probatur Scripturaliter.

556. Ringitur hic Lutherus, dum audit ab Orthodoxis, Beatiss: Virginem in *Salue Regina* nominari dulcedinem: *Vita, dulcedo,* aut in Litaniis Laur: decantari illud, *Consolatrix afflictorum:* quasi id directè militaret contra ea, quæ scripsit Paulus: *Deus, totius consolationis, qui solus nos consolatur in tribulatione Nostra:* Cæcutiit planè, æstro contra intaminatæ Virginis Matris honorem infascinatus, unde non vidit, immediatè sequentis textûs verba, *ut possimus (inquit) & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt.* Ex quibus habetur, quòd quamvis Deus, sit fontalis Author & prima causa omnis consolationis, admittat nihilominùs mediatos consolatores. Vnde si Paulus cæteros consolatur & mulcet, cur Misericordissima Virgo singulari (quia Mater Dei, qui & originalis Consolator omnium) non gaudeat Privilegio, ut Principalis post Deum, miseratio hominum, & consolatio afflictorum appelletur? suffragante plurimùm Scripturæ, illâ sententiâ S. Damasc: Orat: 2. de Assump: *MARIA, inexhaustum PELAGVS gaudii, unica mœroris obliteratio, pharmacum ex omni pacto propulsans dolorem,* Quod ipsum cæteris clariùs S. Scriptura declarat ab effectu, in hodiernæ festivitatis mysterio: in quo, ipso facto Beatiss: Virgo, se declaravit evidenter Consolatricem inexhaustæ miserationis, in domo Zachariæ: dum scil: post VERBI Divini in eius utero corporationem, iam Deo plena, & ante adhuc Partum, *immensi gaudii* Genitrix iuxta S. Andream Cret: confestim properat ad Elizabetham, sanguine quidem & moribus cognatam, sed partim propter imminentis, in profunda sua senecta, puerperii pericula, partim ob viri sui obmutescentiam, non modicè afflictam. Eius itaq; domum auspicatò intrat: *Et factum est, ut audivit salutationem MARIÆ Elizabeth, exultavit infans in utero eius.* Luc: 1. Notat S. Ambrosius, quòd salutationem & vocem MARIÆ, prior audivit Elizabeth, sed vim & efficaciam salutationis, prior sensit in utero Joannes, vinculis Originalis peccati adstrictus & afflictus, utpotè Matre suâ nobilior & dignior: ad hunc etenim, veluti futurum Præcursorem Christi, maximè dirigebatur hæc Virginis salutatio, imò ipsius Christi, Virgineo MARIÆ ore prolata est. Nam ut solerter advertit Theophilactus: *Vox Virginis, vox erat Incarnati in ea Filii Dei, quasi per os MARIÆ Christus loqueretur.* Cæterùm ad vocem & præsentiam MARIÆ, infans Joannes, singulari refectus consolatione, exultat: *Ecce enim* (ait Elizabeth ad MARIAM) *ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit Infans in utero meo.* Græca legit, *in gaudio meo.* Sanè gaudium magnum, & ingentem afflicto consolationem afflavit Joanni, os MARIÆ: unde Infans ille gaudium & consolationem, quo initiabatur, per justificationem a peccato originali liberatus, per MARIAM, de MARIA, & in MARIA se accepisse gestiebat, & cùm vocibus nõ posset, saltibus in utero, quantùm licebat

Damas:

Ambro:

Mariæ vox consolatio, Ioannis in utero.

Theop:

Mariam consolatricem afflictorum dici, non derogat DEO.

cebat, conteſtabatur. Et hæc prima exuberantia erat, PELAGI miſerationũ, MARIÆ, ex qua deinde, Prophetali indagine & Entheo, aucta Mater infantis Elizabeth primùm, deinde Maritus eiuſdem Zacharias, admirandas miſerationum eiuſdem PELAGI exundationes præſenſiſſe, ac prædicaſſe deprehenduntur, Mattis Elizabethæ, ſi obſerves illa verba. *Vnde mihi hoc, ut veniat ad me, Mater Domini mei:* Nonne advertis ſummum & præcipuum miſerationis Marianæ opus in genus humanum: quòd utero ſuo, quem iam tenebat, effuſura eſſet conſolationem totius univerſi, deſideratum videlicet a ſæculis Meſſiam, ſobolem illam Divinam, quæ ſicut in ſui conceptu, gaudio imbuerat Virginem; ſic ex plenitudine ipſius, jucunditas illa affluebat in Cognatam, ut iam non à puerperii imminentis timeret angoribus, non ab onere laſſeſceret ventris, nec prægnantium tormenta doleret: quod pulchrè ſubinnuit Alb: M. in c. 1. Luc: in illa verba. *Et ecce Elizabeth: Vt tanto gaudio, quod eſt in Conceptu Virginis, quando Deum concepit, Elizabeth ſicut gaudii particeps cõgratulans inveniretur, & ex hoc pondus uteri & dolores mitigarentur. Vnde in gaudio clamans dicit: vnde hoc mihi, ut veniat ad me, Mater Domini mei.* Tantis itaq; unguentis lætitiæ, in Filii Dei conceptu, madebat Virgo ſanctiſſima; ut etiam, ad leniendas cognatæ ſuæ ærumnas, ſupereſſent, atq; in illa Cœleſtium Charitum effuſione, alueos iam ſuos, latiſſimum iſtud Miſerationum PELAGUS, aperiebat, quibus in vniverſos afflictos, clementiæ ſuæ & conſolationum funderet effluxiones: quæ ſacratiſſima Virginis miſerationum effluvia, præſenſit non diu poſthàc Zacharias, Pater Ioannis, qui, adhùc in domo ſua hoſpitante MARIA, dum naſceretur Joannes, ad præſentiam ipſius, deperditæ linguæ miniſteria recuperavit: quod totum, ſtudioſè expendit *Guerric: Abb:* apud Tilmanum dicens: *O ineffabilis Divinæ virtutis potentia! vox MARIÆ, dum auribus Elizabeth inſonat, ad Cor Ioannis penetrat, ſpiritum eius animat: verè flumina de ventre MARIÆ fluebant aquæ vivæ, & fons vitæ & gratiæ oriebatur de medio Paradiſi, ad irrigandа ligna Paradiſi: proxima erat fonti Cedrus iſta Nobilis, Ioannem loquor & Matrem.*

MARIA conſolatrix Elizabeth & Zachariam, ærumnoſos.

Alb: M.

Guerr:

A

B

C

D

Probatur Figuraliter.

Ex hac ultima ſententia Doctoris, ipſe Paradiſi fons novam illuſtrandæ Theſi noſtræ ſuggerit Figuram: hic etenim egrediens de Paradiſo Gen: 2. in quandam aquarum mutatus abyſſum, univerſam, quæ tunc aridiſſima habebatur, (Non enim adhuc pluerat Dominus Deus ſuper terram & homo non erat qui operaretur Terram) ſed *Fons aſcendebat è terra, irrigans univerſam ſuperficiem Terræ.* Gen: 2. unde illud commune S. Ambroſii. *Primus uſus mundi a jejunio cœpit,* quando lux clara reſplenduit, ap: Zerdam in Judit: c. 4. ſect: 9. Porrò, in ipſo Creationis ſuæ limine, credidiſſes univerſæ Terræ imminere luctum, cui areſcenti nec ſtilla aderat ad conſolationem, niſi illius abyſſi eruptione conſolationem ſuam accepiſſet: cui optimè illud applicari poſſet Prophetæ Oſe: 4. *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur, omnis qui inhabitat in ea, in beſtia agri, & in volucre Cæli: & piſces maris congregabuntur.* Tanti luctûs prævisam cauſam inveſtigare licet ex priori Textu Prophetæ, ubi ait: *Non eſt ſcientia Dei in terra ſcientiarum, & ſapientiæ abyſſus.* Deus nondum cogitabatur edixiſſe verbo, ut fons ille Paradiſi, abyſſales aquarum aperuiſſet ſcaturigines interea, antequam ille de Cœlo pluiſſet in terram. Et quænam myſticè eſt hæc ſcientia Dei? qui fons tam profundas conſolationum fundens abyſſos? quæ mœſtiſſimi luctûs offerat leuamen & ſolatium, lachrymaſq; abſtergat? niſi SS. MARIA: quod notavit ingenioſè Celad: in Ruth: §. 3. 20. cui plurimùm fauet doctiſſimus Idiota. Contemp: 24. P. 14. dum ait: *MARIA fons eſt, qui aſcendebat de terra, irrigans univerſam ſuperficiem eius: ſicut etenim fons ille fuit abyſſus aquarum multarum, ex quo fontes & flumina oriuntur; ſic Beniginiſſima Virgo, eſt abyſſus multarum gratiarum, ex qua peccatores gratiam hauriunt inceſſanter.* Hanc ergo abyſſum, Clementiſſimus Deus, immenſâ ſcientiæ ſuæ abyſſo invocavit, iuxta illud: *Abyſſus, Abyſſum invocat,* ideſt, produxit, ut univerſam Creaturam, præſertim Eccleſiam fidelium, in ſuis quibuſvis tribulationibus ſolaretur. Dignum obſervatu Matth: 9. dum acceſſiſſent ad Jeſum diſcipuli Joannis dicentes. *Quare nos &*

557.

Gen:

Terra in creatione arida fuit.

MARIA fons conſolationis, irrigans terram.

Idiot:

Matth:

nos & Phariſæi, ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui, non jejunant? ait illis JESUS: *Nunquid poſſunt Filii ſponſi lugere, quamdiu cum illis ſponſus eſt? veniet autem dies, cùm auferetur ab eis ſponſus, & tunc jejunabunt.* Sponſus porrò eſt CHRISTUS, quia humanam naturam, & per eam, Eccleſiam ſibi deſponſavit in Incarnatione, & coniugii vinculo copulavit: quamdiu ſponſus adeſt, triſtitiæ nullus locus, omnia ſunt felicia, iucunda, amœna, & delicias hilariter ſpirantia. Quando autem venerit dies, ut Sponſus auferatur, tunc luctus adeſt funeſtus, & anxia mœſtitudo atq; triſtitia, miſerabiliter tragica. Porrò S. Chriſo: in Luc: 1. fortè ad hanc alludens ſententiam, ita Deiparam ſalutat. *Aue, quæ mundo in Viduitate ſedenti, immaculata Sponſa paris.* O miram amantiſſimi in Eccleſiam ſuam Sponſi clementiam! mirabiliorem adhuc circa illam providentiam! nempe tota Eccleſia, naturaq; hominum univerſa, recedente Sponſo ad Cœleſtia, irremediabilibus lugebat lachrymis, tãquam vidua & deſolata, inde lugubris mœror, anxia animi conſternatio, ex potioris ſuæ partis ſpoliatione, ſolitudo ineluctabilis, orbitas, ſterilitas, egeſtas, mœſtitudo, & reliquæ viduitatis appendices. Ergo, ne filii Sponſi, ſic viduati Sponſo lugerent, providit ille Eccleſiæ fidelium, Sponſam ſuam MARIAM, ut per eam, redivivâ feliciter gratiâ, proſpera quæq; ac læta omnia auſpicatò reſtauraret. Exploremus diligentiùs ultima illa verba S. Doctoris ad Deiparam *Immaculata ſponſa paris:* & quid adhuc & quidem continuè, parere dicitur MARIA, quæ ſemel tantùm peperiſſe invenitur primogenitum? Jam ſuprà dixi ex S. Andrea Crete: MARIAM dici *immenſi gaudii genitricem.* Jacob: etiam Monachus Orat: de Nativ: eandem vocat *Sempiterni gaudii exordium & initiantionem:* ac tandem *univerſæ Creaturæ delectamentum:* Hoc ergo gaudium, continuò Sponſa MARIA parere dicitur, dum miſerata tribulatorum ſiue in anima, ſiue in Corpore, piè& ab ipſis invocata, abyſſum conſolationum ſuarum aperit in omnium arumnarum remedium. Quaſi univerſa rerum natura, accurrere debeat ad MARIAM, tanquam ad lachrymarum ſpongiam, calamitatum Aſylum, quietis centrum, & inexhauſtum miſerationum omnium, PELAGUS.

Chriſo: MARIA Sponſa, relicta a ſponſo ad conſolationem in luctu.

MARIA Sponſa pariens continuò gaudia.

Probatur Doctoraliter.

Innumera planè habentur teſtimonia PP. quæ SS. MARIAM, ut Conſolatricem, & lætitiam univerſorum, deprædicant: quoſdam gradatim per particularia primùm recenſeo. S. Ephrem ſer. de laud: Vir: *MARIA, Conſolatrix Noſtra, quæ mœrores ſedavit & oppreſſorum moleſtias lenivit, cunctaſq; oppreſſiones ſuſtulit.* Conſolatricem peccatorum, & eorum qui ſunt in ruina, appellavit eandem, Innocen: III. & S. Bonav: ſup: Salue. Conſolatricem deſperatorum cecinit Regius juvenis Caſimirus *Reparatrix, Conſolatrix, deſperantis animæ. Conſolatricem pientiſſimam infirmorum & pauperum.* dixit Tritem: Mauritius verò de Villa. *Conſolatricem viduarum* nominavit. Tandem univerſaliùs hunc perſtringendo Titulum Deiparæ, ſub variis id expreſſêre PP. aſſimilationibus: Hinc S. Andre: Cret: in Annunc: Virg: ſub typo inſtrumenti muſici, illam depinxit, dum ita ait: *MARIA organum gaudii, per quam ſoluta eſt diuarum condemnatio, einſq; loco inducta eſt gaudii iuſtificatio.* Plurimi eam compararunt Reginæ Eſther, quæ in extremæ calamitatis periculo, populo ſuo, cuius capitis pretium, iam in urna Regia repoſuerat hoſtis gentis Aman, prudentiâ Conſiliorum ſuorum ita ſuccurrerat, ut nedum, calamitate illa liberaretur populus; ſed etiam ultione ſumptâ de inimicis, in plenâ lætitia cordis, feſtos perageret dies, ait S. Bonav: *MARIA, Eſther noſtra eſt, quæ tantam gratiam coram Rege æterno impetravit, quòd per hanc, non ſolum ipſa ad Coronam pervenit, ſed etiam generi humano morti addicto, ſubvenit.* Alii tandem, ut S. Ant: Pad: Alb: Magnus, typum eiuſdem agnoverunt in illa Victoriosa Judith, quæ inauditâ animi generoſitate, Holofernem aggreſſa eſt, tribulatiſq; & iam extremè deſperatis, ſolatia tulit, jubilante poſtea & applaudente ei populo, illis verbis: *Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri.* Judith: 15. Quàm exultantis populi Panegyrim, ſic elucidat de MARIA Rich: Laur: *Primum,* ſcil: *Tu gloria Ieruſalem, Vox eſt Angelorum, quorum ruina per*

Ephre: Innoce: Bonav: Caſimi: Tritem: Andr: Creten: Bonav: Ant: Pa: Alb: M. Richar:

eam

eam reparata est. Secundum, scil: Tu latisia Israel, vox est hominum, quorum tristitia per eam latificata est. Tertium scil: Tu honorificentia populi nostri: vox est mulierum, quarum infamia per eam deleta est.

Probatur Miraculosè.

558. Hactenus dicta de Consolatione MARIÆ, vel uno, ex plurimis liceat comprobare miraculis, quod ex S. Antonin: 4. P. Tit: 15. c. 32. & Jacob de Vorag descriptũ lego ap: Carthag: Tit: 3. Mir: §. 21. Miles quidam opibus ac divitiis pollens, cui uxor erat pudica ac Deiparæ obsequiis impensè addicta, cum bona sua prodegisset, eò redactus est inopiæ; ut egere cœperit. Cùmq; solemnis quidam immineret dies, quo multa dona aliis elargiri consueverat, præ pudore & verecundia, in syluam abiit, tantisper se in latebras abscondens, donec dicta solemnitas præteriret: sed ecce Tibi terrimi oris eques obvius, scisciatus tristitiæ causam ex homine, cùm omnia ab eo didicisset, promittit, si imperata faciat, se divitias multò plures illi daturum: acceptat miles promissionem, domum pergere iubetur, in certo loco magnam copiam auri, argentiue, ac lapidum pretiosorum reperturus, modò coniugem suam, taliter & tali loco, equiti sisteret. Repetit domum miles, pecuniam in assignato invenit loco, mox redimit fundos, emit domos, seruos comparat, & cùm præstita dies appropinquaret, coniugem accersit suam, & monet, ut equum ascendat, secùm iter aliò facturа: Illa infausti aliquid pertimescens, detrectare iter non audebat, Deiparæ proinde se devotè commendavit, & post virum abire cœpit. Jam longiùs processerant, cùm quandam Ecclesiam offendens in via, ex equo repentè desiliit, templum ingreditur, viro ad fores præstolante. Dum verò Beatissimæ Virgini se mulier commendaret, somno ibidem subitò corripitur. Interim Deipara Virgo, specie, habitu, cæteris deniq; omninò Matronæ illi consopitæ similis, foras exit de templo, equum conscendit, dat in viam sese cum milite, qui suam ratus vxorem, ad condictum cum ea locum pervenit. Hìc ecce impostor diabolus, tametsi primò præproperè eò festinaret,

MARIA pro uxore cuiusdam militis, seipsam dæmoni objecit.

A mox tamen appropinquans infremuit, ac propiùs accedere præ timore non ausus, militi dixit: Hominum infidelissime, quid mihi sic illusisti? hæccine pro tantis meis in te beneficiis rependis? tu enim in locum tuæ coniugis, quam petieram, Dei Genitricem substituisti, mihiq; adduxisti: A tua enim Cõjuge, pro illatis mihi per ipsius quotidianas devotiones injuriis, pœnas repetere cupiebam: tu verò hanc adduxisti, ut me torqueat, & me ad infernum detrudat. Tunc Deipara Sanctissima (neq; enim præ timore & admiratione loqui quidpiam poterat miles) B nequissimum spiritum objurgavit, quòd mulieri sibi devotæ nocere præsumpsisset, eumq; in infernorum carcerem abire iussit, edixitq; pro potestate sua, ne quid in posterùm nocumenti audeat inferre illis, qui sui studeant obsequio ac pietati: ille verò, cum magno ejulatu recessit. Mox militem, qui cum magno sensu doloris ex equo desiliens, ad eius pedes sese abjecerat, graviter increpans, ad suam iubet redire uxorem (quæ adhuc in Ecclesia consopita divinitùs, dormiebat) & cùm ea domum repetere, omnesq; divitias dæmonis confestim abjicere. Fecit C id, quòd est jussus: coniugi, quam de somno excitavit, ordine narravit universa: dæmonis divitias abjecit, & quoad vixerunt ambo, in SSimæ Virginis, a qua deinde innumerabilibus aucti sunt divitiis, patrocinio & clientela perstiterunt: O Clementissimam ac miserationum plenam Consolatricem MARIAM! quæ tot, tam animæ, quàm Corporis, utriq; horum coniugum involuto periculis ac ærumnis, in potenti ac magnifica dexteræ suæ manu solatia dare cognovit.

Probatur Historicè.

D Ex historiis, quas curiosi mirabilium naturæ conscripsêre indagatores, 559. constat, quosdam reperiri fontes, quorum natura est, si Tibiæ, vel alia Mufices instrumenta, in proximo pulsentur, aquas in altum sustolli, vt fluctibus, harmonicè quodammodo, tanquam saltibus adludere videantur. Si fontibus tanta vis a natura indita; quantò magis & incomparabiliter, PELAGO miserationum, MARIÆ, quæ tot continuè, in miseros, gratiarum & compassionis

Fontes ad tibiã saltantes.

compassionis suæ expromit alueos, supernaturalis quædam vis inesse credenda est, ut afflictorum, egenorum, desperatorum, scrupulosorum, carceratorum, agonizantium, & quorumcunq; in ærumnis tam animæ quàm Corporis fatiscentium, lugubribus ac lamentabilibus invocata næniis, cum consolationum Cœlestium, citissimis quasi saltibus, adproperet abundantia. Pulchrè PELAGI huius exuberantiam Richar: a S. Victore dilaudavit in MARIA, sic eam allocutus: *Replentur adeo pietate vbera tua, o Virgo! ut facta alicuius miseriæ notitiâ, lac fundant misericordiæ: adeo cor tuum tenerum est; ut non possis miseriam scire, & non subvenire: ubicunq; fuerit miseria, statim currit & succurrit tua misericordia.*

Rich: Vict:

Epilogus

60. TAndem sicut olim fabulosi Jovis fontibus suæ non defuere Nymphæ, & quodlibet PELAGUS modulantes pergratè, nutrit Syrenes; sic & miserationum PELAGUS MARIA, suis non destituitur habitatoribus, qui nimirùm in profundo calamitatum variarum demersi, in hoc consolationum omnium enatant mare, illud devotè cum filiis Euæ ingeminantes. *Ad Te clamamus exules Filii Euæ, ad Te suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum valle. Illos tuos misericordes oculos ad nos converte.* Beatos olim Isaias dixit: *qui seminant super aquas;* sed Fortunatiores A dicere licet eos, qui super hoc miserationum immensum PELAGUS, MARIAM, seminant in lachrymis tribulationum suarum, & consecrant illi ærumnas suas: nam in exultatione metent consolationes, portantes manipulos meritorum, quos in patientiæ exercitio, ope eius Patrocinii adjuti, collegerunt. Hos etenim (ut vaticinabatur Dauid) *Dominus diluvium inhabitare facit.* quod in sensu Tropologico, iuxta S. Hiero: Jansen: & Dionys: significat ubertatem gratiarum in Anima: nam qui MARIÆ patrocinio fruuntur, eiq; in profundo tribulationum positi, sese devotè commendant, etiam inter voragines ærumnarum obruti, tristari nesciunt: gaudent potiùs & exultant, mirificè diluvii huius gratiarum dulcedine delectati, faciuntq, operationes in aquis multis, atq; vident opera Domini & mirabilia eius in profundo PELAGI Mariani Psal: 106. Ergo iam, dum hodie Pelagi istius miserationes, in visitatione Elisabeth, & Joannis, in tantùm exuberant, ut de plenitudine & Mater, ac fœtus, Spiritu impleantur. Tu (ut cum S. Ephrem: loquar) mundi lætitia MARIA, Tu desolatorum spes & afflictorum consolatio, quosue sub ærumnis, animiue, corporisue, miserè fatiscentes, miserationum tuarum fluctibus allue, refice, recrea, & consolare.

A M E N.

B

C

MARIÆ qui se in ærumnis committunt, exultant in adversis & citò consolantur.

Psalm:

Votum Authoris.

Mariani Maris Nymphæ Syrenes quæ?

PIGMENTARIA SPIRITVS S.

SS. DEIPARA.

Stabat autem, iuxta Crucem Mater Iesu. Ioan: 19.

59. SS. Scapularis solemnitate.

61. NOn vile aut exiguũ latere arbitror mysterium, imò insignius illud subodoror inesse, quòd dum Ecclesia Dei solemnem è cœlo Scapularianæ vestis concelebrat traditionem; festalem pompam non alibi, quàm in D funesto Calvariæ monte, & in illo propudioso Crucis & dolorum Theatro instruat atq; exornet. A. A. *Stabat autem &c:* Equidem nuditas protoplastorum nostrorum, primâ donatur tunicâ a Creatore, Gen: 3. sed adhuc Gen:

huc, illi inter amœnitates Paradisi degentes erant. Legalis ille Sacerdos Aaron, nimis pretioso, (mandante Deo Moysen) exornatur apparatu; ast spectatore omni populo ad ostium Tabernaculi, Leu: 18: prodigiosum a Zelote Domini Elia, demittitur Eliseo pallium, sed glorioſè, nam a triumphante in flammante quadriga Patre. Cur ergo prænobile hoc & longè sacratiùs illis, Scapularianæ nimirum vestis, monumentum, complacuit Ecclesiæ, veriùs dicam, Beatissimæ Virgini, in monte Crucis & dolorum elargiri? aut eius donationem concelebrare, sub huius doloroſi Euangelii prælectione? An non ideo: ut nudo prospectante e Cruce Christo, vel hoc ipso demonstraretur, ex superabundantia meritorum passionis illius, nostræ provisum fuisse nuditati, & ex vellicata tot vulneribus, innocentissimi Agni lana, manibus, id est favoribus MARIÆ fuisse contextam, salutarem Scapularianam vestem, Christumq; ipsum tam glorioſi vestimenti esse primũ Authorẽ ut per hoc ostẽdatur. Sit, & utiq; est ista ratio: sed aliud profundiùs, (etsi priori affine) suggerit pia cogitatio arcanum. Adeo notum habetur ex S. Scriptura, & priscis veterum usibus, ut probatione non indigeat, nimirùm vestium pretium, nedum a præstantia materiæ, sed præcipuè a fragrantia unguentorum & pigmentis obsservatum fuisse. Porrò magistrante almo Patriarcha, S. Dominico in Compend: Conc: de salut: Angel: didici Beatissi MARIAM nominari, PIGMENTARIAM *Antidotalem*. Excellentissima itaq; hæc Artifex sacram nobis donatura vestem, ut vulgarem eam tradere noluit, nisi simul & fragrantissima esset pigmentorum Cœlestium varietate. Ascendit proinde Calvariæ montem, ubi feracissima unguentorum Cœlestium pendebat e Cruce, Mirtheca, Filius nimirum suus: & prostabat amplissimum, præsertim primæ & distillatæ myrrhæ dolorum, Promptuarium: quodammodo hisce salutaribus novam vestem inunctura pigmentis. Verbo dicã, B V novã institutura devotionis Scapularianæ praxim, non tantùm demõstrare intendebat, quantis hæc sacra vestis redundaret gratiis, sed præterea edocere volebat modum singularem,

SS. Scapulare Christi de vellere.

S. Dominicus Patr: testatur MARIAM Pigmentariam Celestẽ.

MARIA Pigmentaria Spiritûs S.

Christus in Cruce, Mirotheca salutis.

A quô fragrantior redderetur: nimirùm quomodo devotio hæc, per myrrham, hoc est per exercitium aliquod mortificationum carnis, perficeretur. Scopus ergo huiꝰ sermonis mei erit, Beatiss: Virginem, maximè ex myrrhæ odoribus, id est ex mortificatione carnis, quam partim in Virgineo suo exercuit corpore; partim confratribus suis per abstinẽtiam Feriæ quartæ & Sabbathi recommendavit, *PIGMENTARIAM Spiritûs S.* deprædicare. Priùs tamen tractabo, quàm grata sit Deo, oblatio devotionis, juncta cum myrrha mortificationis. Interim salutemus MARI-

B AM.

O Cœli PIGMENTARIA!
Fragrans odore MARIA!
Unge nos devotione,
Cum mortificatione.

Scapulariana vestis, pretiosè pigmentata

PARS I.

Pergrata oblatio Deo, thus orationis, commixtum myrrhæ mortificationis.

561.

C MOrem fuisse antiquis etiam Christianis, tradit *Alcyſ: Novarinus*, quòd oraturi ad Deum, ubi habebatur mare, descenderent ad illud: cuius arcani, varii varias, ut omnem superstitionis a fidelibus illis amoverent suscipionem, adinvenêre rationes: nimirùm eos id practicasse, maioris, a domesticis curis, quietis gratiâ, aut quatenus fragilitatem, vel mobilitatem suam, in fluctibus mobilis elementi, speculantes, tantò feruentiùs perfectam animæ suæ de Cœlo efflagitarent malaciam: nobis pro nunc Mare sit documentum myrrhæ seu mortificationis & afflictionis carnis, quam carni amaram D esse scimus: ad quod mare, morem veterum Christianorum secuti, accedere debemus, si fructuosiùs orare percupimus: tali etenim PIGMENTO decora oratio, quantùm valeat apud Deum, mox videbitur.

Oratio veterum Catholicorum, super mare.

Oratio cum mortificatione, gratissima DEO.

Orationis pigmentis mortificatio.

Probatur Scripturaliter.

Orationis efficacis nexum ac societatem cum jejunio, vel simili aliquo mortificationis genere, expressit primũ in Script:

561.

Scriptura D. Psaltes: dum infixus in limo profundi, & in ipsa altitudine maris, tempestatibus tentationum demersus, laboravit clamans ad Deum adeo, ut raucas fateretur fauces suas, non priùs tamen, efficaciam deprecationum suarum persensisse confessus est, nisi tùm, dum satellitio mortificationis ac jejunii, orationes suas muniisset, Ps: 68. *Operui in jejunio animam meam, posui vestimentum meum cilicium.* Et exauditionis suæ spem præseferens, tempus beneplaciti Divini adfuturum mox profitetur: dum ait: *Ego verò orationem meam ad te Domine, tempus beneplaciti Deus.* Ac tandem fructum orationis suæ dilau dans adjecit, benedicendo Dei misericordiam. *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum, cū laude. Et placebit Deo super vitulum novellum, cornua producentem & ungulas.* O gratam Deo oblationem! vitulus cornua producens, & simul ungula. Notavit S. Greg: in l. Regum 1. & S. Hiero: *ap: Sylu: Alleg:* vitulum aliquando in S. Script: designare laudes Dei, & orationes fidelium, iuxta illud Oseæ 14. *Reddemus vitulos labiorum nostrorum.* Cur ergo Deus in solo complaceat Vitulo, ungulas & simul cornua producente? ut fortè cognoscas, parùm abesse, si manus in oratione, veluti cornua ad Cœlum erigas; nisi quoq; ungulam mortificationis alicuius, carni tuæ adhibeas. Etiam ungulæ aliquæ, cum aromatibus, odore certant: iuxta illud: Eccle: 24. *Quasi myrrha electa, dedi suavitatem odoris: & quasi storax & galbanus, ungula, & gutta.* Suavissimus quoq; mortificationi carnis, suus inest suffitus: quô fit, ut odoratior reddatur orationis oblatio, Deoq; propterea acceptabilior. Nec alio satellitio, summus ille sacerdos Eliachim, universi in Bethulia populi, contra superbi Holofernis potentiam, obarmaverat orationes; nisi stricto iungendo fœdere preces, cum jejuniis: ait etenim. *Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in jejuniis, & orationibus in conspectu Domini.* Et rectè sanè: jejunium etenim, & quælibet voluntaria afflictatio corporis. sicut & oratio, in eiusdem Spiritus S. schola discuntur. Nam sermo orationis, spiritum orantis de ore depromit, quos ipsos spiritus ex mortificata per jejunium carne decoquens & transigens, quasi distillatos, oranti submiistrat. Jejunium & mortificatio, est mentium artifex: oratio Magistra loquelæ: hoc Cœlestes Cives parturit, illa erudit, utraq; ars Spiritu S. docente suggeritur. Ideo utrumq; colligavit sacerdos ille dicens: *Scitote, quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in jejuniis & orationibus in conspectu Domini.* Si unum ab alio dividis, orationem scil: a mortificatione, hæc dimidiata doctrina, non est a Præceptore Divino. Ipsemet spiritus, qui linguam modulatur ad preces, a dapibus ora sequestrat, ne oratio fit ipse ructus, & ne saginatis bene faucibus, eloquentia oratoris suffocetur: rostra matutina, id est, jejuna oratio, habet hoc, quòd efficaciùs suadeat & imperet: vermiculato quasi tapete, instructa oratori fit cathedra, caro vibicibus & flagellis priùs diverberata, guttis sanguinis sub cute turgentibus, ceu gemmis subnitescens. Talis orationis Magister, est ipse Spiritus S. Non bene ad Deum graditur oratio, si altero, nimirum macerationis carnis, non fulciatur pede, nutat facilè nec attingit deprecationis suæ scopum: & ideo peritissimus in schola orationis Dauid, utrumq; hunc pedem firmo armaverat cothurno, dum oraturus dixit: *Cor meum, & Caro mea, exultaverunt in Deum vivum.* Psalm: 88. Et iterum, dum quasdam sibi mysterioras accensiones dispositisse legitur: Psalm: *Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum.* Vnde Gilliber: Abb: ait: *Quæ sunt istæ ascensiones? nisi quædam purgationes:* dum scil, ut ait Mansius *de orat: D.* 29. Mens primùm, & voluntas propria subjicitur voluntati Divinæ; deinde corpus domatur & maceratur, tandē anima sublimiorē ascendit gradū contemplationis & orationis, quarum ultimò miram experitur efficaciam: Vnde optimè scripsisse censendus est Ribadenira l. 4. in Vit: S. Borgiæ, qui simul amantissimus fuit orationis fœderatæ cum exquisita carnis mortificatione: dum ita ait: *Optimo jure respectum habuêre SS. PP. Orationem, cui soror & comes non adest continua mortificatio.*

Pſal: *Orationis robur, a mortificatione.*

Greg: *Vitulus cornua producēs & ungulas, quid denotet.*

Vngulæ ſumitur aliquando pro odorato.

Judith:

Orationis mira cōnexio cū jejunio explicatur.

Oratio nutat, ſi altero pede afflictionis carnis, nō ſtabiliatur.

Probatur Figuraliter. 563.

Fallitur planè, & quidem plurimùm

fallitur, qui, præsertim, ubi de tollendis peccatis agitur, simplici oratione manet contentus, nec curat aliquas adjicere externas pœnalitates. Parùm, aut nihil proficit oblatio thuris, scil: oratio, nisi accedat simul myrrha mortificationis, per aliquid in corpore laborioſi & molestioris obsequii: quod ipsum Cœlestis Sponsus mysterioſè edocuisse Sponsam suam voluit, dum priùs iturum se esse ad montem myrrhæ, quàm ad collem thuris eidem promisit. Cant: 4. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* Vbi ex communi sensu, thuris nomine, oratio intelligitur, ad quam anima maximè disponitur per mortificationem, quæ per myrrham denotatur: ait etenim S. Gregor: *Ad montem myrrhæ & ad collem thuris Sponsus vadit, quia eos familiariter visitat, quos per mortificationem vitiorum ad alta proficere, & per mundas & humiles orationes suaviter redolere perspicit: cùm* paulò ante iam Doctor dixisset: *Quid per montem myrrhæ? nisi altitudinem mortificationis in opere: & quid per collem thuris intelligimus? nisi altam humilitatem in oratione.* Simili quoq; modo Hugo Card. hæc verba exponit inquiens: *Ad montem myrrhæ vadunt qui carnē suam mortificant.* Vbi valdè obseruandum est, quod myrrhæ primus tribuatur locus, quia mortificatio, orationem præcedere debet. Accedit eidem mysterio, vix dissimilis Script: locus, similiter ex Cant: Vbi virgula illa fumi, Cœlum ascendens, ex aromatibus myrrhæ & incensi iuncta, Cœlites traxisse legitur in admirationem. *Quæ est ista? quæ ascendit, sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris, & universi pulveris pigmentarii.* Cant: 3. Quis autem dubitat, quin per huius virgæ rectitudinem intentio animæ, per contemplationem ad Cœlum eleuatæ, præfigurata fuerit, maximè, cùm fumus proprium sit orationis symbolum: iuxta illud Apocalypseos. *Ascendit fumus incensorum de orationibus. &c:* Ad nostrum verò propositum, obseruandum venit, quòd inter omnia aromata fragrantiam spirantia, singularis locus, myrrhæ attribuatur, dum primò dicitur: *Ex aromatibus myrrhæ:* Et postea secundo loco, incensi & thuris fit mentio, idq; ob rationem superiùs allatam: quia, ut anima bene sit disposita ad orandum & uniendum se Deo, dignaq; fiat, quæ gratias petitas obtineat, necessum est, ut priùs fundata maneat in exercitio mortificationis. *Virgula illa fumi, de qua in Canticis agitur* (inquit Viegas in Apocal: 5) *ex aromatibus myrrhæ & thuris, ascendebat: id est, ex carnis nostræ mortificatione, per quam praua animæ affectiones, ita retunduntur; ut in tenuissimum pulverem redigantur, id est, in minimum sensum & pulsum passionum.* Verbo dicam: Scriptura sub mysterio indicat, quomodo præsentissimus nobis Deus est, dum simul oratione & afflictione corporis invocatur, ad quem oratio, rarò fructuosa pervenit, nisi de adjuncto sibi mortificationis obsequio, ut sic pateat orationis inefficacia in iis, qui in nullo student, insigne mortificationis & humiliationis demonstrare. Hinc peccatoribus Israelitis dicebat Dominus. Exod: c. 33. *Iam nunc depone ornatum tuum, ut sciam, quid faciam tibi.* Orabant isti peccatores sub nullo humilitatis afflictionisq; habitu, sub splendenti vestium ornatu fulgentes: habebant quidem thura, quæ Deo litabant, myrrhæ autem insigne non habebant. Quare Deus sic se ostendit illis, quasi nesciret, quâ viâ ad eos accedat, quâ viâ ad eos misericordiæ suæ dirigat fluenta, ideo monet orantes, ut mortificationis adjungant insigne: tollant ornatum inutilem corporis, & in sacco ac cinere orent, ut aditus inde pateat Cœlestibus fluentis, ait Ruper: l. 4. in Oseam. *Quamdiu peccator ornatus incedit, quàmdiu pulchram cervicem erigit, complacendo sibi lætabundus, quòd malè fecerit, & exultans in rebus pessimis; quodammodo nescit Deus, quid faciat illi: nescit misericordia, quali aditu ad illum veniat. idcircò consilium offerens, iam nunc ait: depone ornatum tuum, ut sciam quid faciam tibi: id est, humiliare pœnitendo, ut miserear tui.* Quando etenim peccator humiliationis & afflictionis indicia non prætendit, quasi nescit Deus, unde ad illum immittat beneficiorum suorum affluentiam. Vincebat Amalec Israel, etiam orante Moyse, si manus eleuatas (quæ mortificationem designabant) paululum remisisset; languescit oratio, si mortificationis & afflictionis corporeæ sustentaculo non roboratur.

Thus orationis cū myrrha mortific: iungendū. — Greg: — Hugo. — Cant: — Apoc: — Vieg: — Virgula fumi, retundens tentationes quæ — Exod: — Oratio, splendente veste, non sacco induta, Deo dissicet, — Rupe:

Probatur Hiſtoricè.

Quantùm accedat orationi, quæ vel pediſequam, vel comitem, vel (quod meliùs) anteambulam, adhibet mortificationem aliquam carnis, ipſo id edocuiſſe facto videtur Salvator noſter, fidelem ſibi famulum, Comitem Ariani S. Elzearium tertii ordinis S.P.N. Franciſci: Hic etenim, cùm ex fragilitate humana, curioſitate quâdam, in publicis ſpectaculis, à quibus pro ſtatûs ſui conditione abeſſe non poterat, venialiter deliquiſſet, dum culpam precibus, & alio ſatisfactionum genere abolere cogitat, apparet eidem viſibiliter Chriſtus, ſcapulas ei denudare mandat, & ut oret Pſal: *Miſerere*, præcipit, ipſe verò amantiſſimus Salvator, paternâ manu ſuâ flagella Elzeario adhibet, ad quemlibet verſum trino inflicto verbere, ut acceptabiliorē redderet pœnitētis orationem Taceo illos Stilitas, & alios Ægypti Athletas, qui admirandè, dum recitarent Pſalmos, in Corpora ſua deſæviebant. Sed Aulas quoq; Gynæceaq; Regum ac Principum, ex hac aromatum thuris ac myrrhæ fragrantia commendatas comperio. Etenim de Eleonora, Ferdinandi primi Cæſaris Filia, Guilelmi Mantuani coniuge, lego *ap. Engelg: pro Feſto S. Bartholo:* eam quâlibet Hebdomadâ, tribus vicibus, dorſum ſuum dirè laceraſſe per totum *Miſerere*. Nec huic ceſſit Heduigis Poloniæ Ducisſa, quæ non contenta plagis, quas ſuis ipſa manibus, ſibi infligebat, familiares etiam ſibi fœminas adhibere ſolebat, ut ipſā crebriùs ad ſāguinem flagellarent. Proinde meritò de his, & mille aliis ſimilibus, dici poſſit illud Dauidicum, *Prævenerunt Principes coniuncti pſallentibus, in medio juvenculatum tympaniſtriarum Pſal:* 67. Hæ etenim ſimul *laudant Deum in timpano & Choro*, dum cutem ſuam extendunt per ieiunii macerationem, pulſantq; per aliam carnis afflictionem, atq; ſimul chorum tenent, per S. Orationis modulationem. Huiuſmodi ergo concentu, adeo Cœleſtis delectatur Curia; ut B. Mechtildis, dum Sorores illius, flagrorum ictibus, in ſua ſævirent corpora, ipſa verò oraret, viſa ſibi fuerit proſpectaſſe deſcendentes e Cœlo Angelos exultantes, & collætantes. Aſcēdit profectò ad Deum velociter oratio, myrrhæ mortificationis odoribus

A PIGMENTATA, qui utiq; nequit, taliter armatis, reſiſtere precibus.

re Angelos vidit.

PARS II.

SS. DEIPARA, PIGMENTARIA SPIRITVS SANCTI.

565. SEd iam PIGMENTARIÆ Noſtræ MARIÆ, Pharmacopœam confidentiùs ingrediamur, inter odores eius & aromata, iucundiùs amœnaturi. Si etenim Spiritus S., unctio eſt, iuxta illud, Hymn: *Et ſpiritalis unctio.* Si gratia & virtus, aroma pretioſum dicitur, iuxta Eccli: 24. *Quaſi Balſamum non mixtum, odor meus.* (his autem vel ipſum MARIÆ Nomen abundat, atteſtante Sponſo Cant: 1. *Oleum effuſum Nomen tuum.*) non temerè proinde Deiparam, Pharmacopœam, ſeu PIGMENTARIAM Spiritûs S. appellatam eſſe cenſeas. Et quidem non vulgare putaveris fuiſſe apud antiquos PIGMENTARIORUM miniſterium: (quod deducit ex aliis Scherlog: in Cant: *Veſt:* 26. *n.* 7.) qui admixtis cum aromatibus, coloribus, venuſtiſſimè Sponſarum depingebant vultus, ut nedum formâ; ſed ſimul odorū fragrantiâ, gratioſiores redderentur. Quod ipſum Beatiſſ: Virgo longè nobiliori, imo Diviniori modo, exhibuiſſe, tam in utriuſq; vitæ ſuæ, ſcil: actiuæ & contemplativæ, exercitiis; quàm in S. Scapularianæ veſtis privilegiis, comprobatur.

Eccli:

Cant:

Pigmentariorum officium nobile fuit veteribus.

MARIA Pigmentaria Spiritûs S.

Probatur Scripturaliter.

566. Orationis, imò contemplationis, quâ Beatiſſ: Virgo in hac vita continuè & inceſſanter ſublimabatur ſuper Cherubim & Seraphim, Eccleſiæ Primores altitudinem exprimere volentes, ſub variis ſimilitudinibus, præcipuam huius deſumunt a thuris, aut thuribuli, comparatione, conformiter ad illud: Cant: 4. *Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris:* Per quod ipſum, ingenioſiſſimè indicare videntur, admirandam, ſimulq; gratiſſimam inter orationes ac devotiones MARIÆ, ac vitæ ipſius auſteritates cōtemporationem, ita; ut unum alterius adminiculo fulciretur, dum ſimul & Anima & Corpus, ſua halarent odoramenta. Aſcendebat etenim

Cant:

MARIA iungebat

devotioni vitæ austeritatẽ.

tenim primùm è thuribulo ignitissimo virginei cordis sicut *virgula fumi ex aromatibus*, nimirum, sublimis ad Patrem Cœlestem mentis eleuatio, & superferventis anagogiæ suffitus eleuebatur per charitatis actus: de quo audiendus S.

MARIÆ cor, thuribulum.

Amadeus Hom: 6. de Beatiss: Vir: *Ergo Divinis ignita colloquiis, tota effecta est velut ignis: Tu, holocaustum Deo suavissimũ obtulisti: O Phœnix aromatizans gratiùs Cinamono & balsamo, & nardo suavius, Re-*

Amad:

gem in aspectu tuo delectans, Phœnix congregans omnes species, & igne circumfusa supersessentiali, ut Cœli Cœlorum & Cœli potestates Angelicas, mirifico repleas suavitatis incenso. Hoc incensum suavissimum est hoc thymiama bene compositum procedit de thuribulo cordis MARIÆ, & universa suaviter olentia excedit: Porrò thuribulum sequens incensum & elevatum manu Domini, ascendit usq; ad thronum præsidentis. Satis bellè, Sanctus iste sublimitatem orationis & contemplationis virgineæ iam

Rupert:

expressit: Sed acumen Ruperti, arcanorum Deiparæ perscrutatorem animũ, evocat ulteriùs: Ille etenim supra citati loci Script: perpendens sensum, docet in his verbis fieri allusionem, ad sacras fascias & tegmina, quibus in Angustissimo Bethlehemitico Præsepio, Beatiss: Virgo, parvulum in carne Deum circumdederat: quæ ipsi parvulo & cunctis Cœlitibus gratissimum præbebant suffitum. Inclytam huius Doctoris cogitationem ex verbis eiusdem intelligamus, qui in persona Filii, sic Matrem alloquitur: *Quid de Pannis dicam? quibus me involuisti & in præsepio reclinasti: nimirùm, quod verum est, quia odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris: omnium namq; vestimentorum tuorum sit il: bonorum operum tuorum, quæ in me, materna & plus quam maternâ charitate operata es, panni illi primitiua fuerunt: & quia cuncta, quæ tunc in me, vel tunc propter me operata es, de magno & valido charitatis igne cum suavitate humilitatis venerunt: Recte dixerim ergo, bene consenserunt amici. Quia odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.* Hìc iterum cogitatio trudit aliam cogitationem: cur fasciæ illæ & pallium Virginis, adeo fragrantia odorem, tenello viderentur puello? Certè non aliter, nisi quòd penè extremæ paupertatis & austeræ mortificationis, (quâ voluntariè innocentissima membra sua Virgo affligebat,) testimonia erant, quæ etiam tenello infanti, ne algeret, suffeciſſe cùm non viderentur; halitu duorum animalium, puerum calefieri tum opportuit. Pulchrè hoc advertit Vince: Ferra: *Non legitur de MARIA, quòd portasset vestes* foderatas: *propter hoc posuit, Filium suum in præsepio, ut eum animalia calefacerent cum anhelitu.* Illa etenim nunquam fuit, non carni inimica, quoad vixit, domans eam jejuniis, somno breui comprimens, veste vulgari, Cilicio, humi durâ cubatione (ut scribit S. Greg: Turon) carnem suam, acsi aufura esset contra Domini Matrem, affligebat: Quô, nihil magìs in Virgine demiratus est S. Epipha: Constan: Cypri: Epi: ser: de laud: Virg: *Quid dicam (ait) aut quid loquar, de præclara & sancta Virgine? Animus hortatur, & metus deterret: Cùm ergò ab utroq; distinear, expedit mihi, ut sermonem habeam de percelebri & sancta Virgine.* Tandem post longa exordia, post captam auditorum benevolentiam, quid dixerit? audiamus. *Dico (inquit) illam esse Cœlum, Thronum, simul & Crucem.* Itane sancte Antistes, post tam accuratam dicendorum meditationem, & diu considerata, quæ pronunciandi essent, in hæc tam discordia prorumpis? *Dico enim illam esse Cœlum, & simul Crucem.* Vide obsecro quos maritas terminos! non enim potest esse conjunctio Cœli & Crucis: Crux tormentorum seminarium est, ibi mallei & claui, & lancea perforans, crurifragium, myrrha cum felle: Cœlum, amœna est statio: ubi *Deus abstergeт omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, & mors ultra non erit, neq; luctus, neq; dolor erit ultra.* Quo pacto itaq; si Cœlum Virgo, Crux quoq; esse valeat? Verùm sapienter valde locutus est Epipha: denotat enim Virginem, ita ad sublime contemplationis eleuatam fuisse, ut penè Cœlum videretur, sic tamen ardebat amando; ut simul non contemneret mortificationis studium, imò tanto conatu sui victoriam per aspera quæq; aggressa est; ut non mortificatam vel crucifixam dixeris, sed Crucem ipsam: nominibus enim communiter abstractis utimur, quoties summum significamus: summam itaq; Virginis mortificationem denotat Epiphanius, cùm MARIAM, Crucem appellat. *Dico enim illam esse Cœlum, simul & Crucem.*

Pannis quàm odoratis involuit MARIA Christum infantem.

MARIÆ vestimenta vilia & pauperrima.

Epipha: Constã:

MARIÆ a S. Epiphanio dicitur Cœlum & Crux quare?

Probatur Figu-

Probatur Figuraliter.

567. Sed ex veſtimentorum PIGMENTARIÆ iſtius Cœleſtis fragrantia, ampliora ad huc cognoſcere poſſumus circa odorum ipſius & PIGMENTORUM artificia, quæ diverſorum aromatum contemperatione ſuos halaſſe odores traduntur a Pſalte Divino: Hic enim loquens de eximio cultu Sponſi, in quo etiam conveniſſe & Sponſa deprehenditur, ſic ait Pſal: 44. *Myrrha & Gutta & Caſia, à veſtimentis tuis, à domibus eburneis.* Hunc ipſum textum Joan: Sylveira in Apocal: c. 22. ℣. 4. accommodari poſſe aſſerit, nobiliſſimo veſtimenti generi, videlicet ſacratiſſimo Scapulari, quô non minùs Sponſus, quàm Sponſa MARIA, glorioſè ſimul ac delicioſè inveſtitur a fidelibus, dum huius devotionis praxi & exercitiis uterq; colitur, & dilaudatur. Et univerſaliter loquendo, iuxta Interpretes Caſſiod: Caſiod: Arnobium, Remigium & D. Thomam, Myrrha, gutta & caſia, quæ ſunt pretioſiſſima odoramenta, denotant omnia dona Cœleſtia, gratias, ac virtutes Spiritûs S. iuxta illud 2. Cor: 2. *Chriſti bonus odor ſumus:* hæc ergo (ait citat: Author) univerſa bona Cœleſtia manant *a Veſtimentis tuis.* id eſt, ab hoc ſacro Scapulari: ſed unde, tot ac tantis augmentis augentur & replentur *a domibus eburneis,* nempe a SS. Virgine? (ut explicat Haymo, & alii) Ipſa etenim eſt domus *pudici pectoris:* ut de ea canit Eccleſia. Et dicitur *eburnea,* ob candorem, puritatem, iuſtitiam, & ſanctitatem: in quibus Virgo ſummè enituit. Additur, *Ex quibus delectaverunt Te Filiæ Regum, in honore tuo.* Filias non Filios Regum, appellat: hæ etenim pompoſiores ex ornatu apparent, ut per hoc innuat, quomodo Sacro Scapulari, ac ſacrâ veſte, præ omnibus, animæ fideles, maximarum gratiarum dono componuntur, & condecorantur. *Delectauerunt:* dum tali indumento DEO & MARIÆ placere deſiderant: ut legit S. Paſchaſius ad hunc Pſal: *Magnum delectamentum dederant:* vel ut legit Græcus, *dilexerunt Te.* tali nimirùm veſte, amorem ſuum in MARIAM demonſtrantes. *In honore tuo* explicat S. Greg: l. 25. *Moral: c.* 25. dum tali veſte, non ſuum, ſed Dei honorem quærunt, & MARIÆ Filios, atq; Sorores, ſe eſſe profitentur. Satis bellè, ſed adhuc quodammodo in confuſo, ſeu generaliùs hic Author explicuiſſe videtur iſtius Sacræ Veſtis odoramenta; explicatiùs igitur accomodari poſſet locus iſte S. Scapulari taliter. Et primùm, quoniam Pigmentariorum eſt, odoribus admiſcere colores, pulchrè nimis triplex illud odoriferum, Myrrha ſcil: caſia, & gutta, alludere poteſt, ad triplex Myſterium, quod, a S. Scapulariana Confraternitate, (dum recitatur Beatiſſ: Corona,) recogitatur: ita, ut *gutta,* veluti niveo ſuo colore, depingat virgineum Partum MARIÆ: *Caſia* cærulea, exprimat laborioſa vitæ Ipſius, & Filii Eius exercitia: ac tandem *Myrrha,* amaræ Paſſionis coccum ſubminiſtret in ſanguine Filii, lachrymis Maternis dilutum. Quo artificioſiſſimo Pigmento inungitur anima, quoties cum mentis ſuæ applicatione ad dicta myſteria, penſum Confraternitatis abſolvit. Vel demum, hæc trina aromatum diverſitas, ſingularem ex diverſis quaſi obligationibus, quibus ſe devovent Scapulariani Confratres, indicat contemperationem, ita tamen; ut ſub nullo obligent quemq; peccato, licetſi ille qui negligit & omittit munia, gratias adpromiſſas non conſequatur. Tria illi appromittunt (de quo Silveira *in Acta Apoſt: ad Fin:*) Nimirùm devotionis praxim, in Coronæ Beatiſſimæ recitatione, & hæc bene figuratur in *Caſſiæ* odoratione. Alterum eſt, Caſtitas, iuxta cuiuſq; ſtatûs conditionem, diligenter obſeruanda, ſervatâ nihilominus fide & obligatione Matrimoniali: hæc apprimè venit nomine *Gutta,* quæ ſtilla puriſſima, ſed odoratiſſima dicitur eſſe. Tertium autem (quod ſingulariter obſeruo) in hac S. Scapulariana devotione, præter aliarum Confraternitatum praxes, nimirum ieiunium ſeu abſtinentia a carnibus feria quarta: & hoc denotatur per myrrham, commune ſymbolum mortificationis: quæ quâtùm adaugeat odoramenti, huic devotioni, ex primæ partis dogmatizatione liquidò cuiq; patuit. Et, vel ideo inter fragrantia veſtimenti huius odoramenta, imprimis nominatur. *Myrrha, & Gutta & Caſia a veſtimentis tuis, a domibus eburneis.* Imò & hoc ipſum ultimum, non incomptè deſervit ad circumſcribendam ſacratæ huius veſtis

Nobili-

Pſal:

Scapulariana veſtis encomia, a Pſalmiſta ex odoribus celebrata.

Haymo.

Scapular: Coronæ myrrha, gutta, caſia, myſteriosè applicatur.

Scapularianorum Confratrũ obligationes tres, non tamẽ obſtringũt ſub peccato.

Scapular: obligationes figuratæ apud Pſal:

Elephas, symbolum Castitatis aut Devotionis.

Nobilitatē. Elephas etenim, (ex quo est ebur,) ap: Pier: Hierogl: l. 2. devotionis & pietatis, (eò quòd flores in Cœlum jactet, quasi Diuos exoraturus,) similiter & castitatis, ac demum abstinentiæ, symbolum esse asseritur: quæ tria, sunt singularia huius Confraternitatis exercitamenta. Vnde rectè, corpora Sodalium, per abstinentiam sibi consuetam aliquatenùs mortificata, ac ad nitorem perpolita, domus eburneæ commodè intelliguntur, a quibus redditur, & venit fragrantior S. Vestis hæc, triplici illo aromate PIGMENTATA. Idq; non alicuius alterius, sed PIGMENTARIÆ Nostræ MARIÆ ope, & artificio.

Probatur Doctoraliter.

568. Cuius proinde odores, odorumq; condimenta, SS. Patres sub variis præstantissimorum aromatum expressêre similitudinibus. Et quidem quoad principalem Discursûs titulum, eum profluxisse ex sensu Doctorum, probat illud

Domin: S. Dominici loc: iam sup. cit: *MARIA* (inquit) *est PIGMENTARIA antidoti, seu unguenti, adversùs omnem lucem valentis:*

Picus. *nempe Christi.* Joannes Picus l. 3. in Cant: l. 11. MARIAM *PIGMENTARIAM*

Isid: *peritissimam appellat.* Isid: autem Tessal: orat: de assump: *PIGMENTARIAM fragrantissimorum florum omnium, MARIAM* dicit *Ipsū verò PIGMENTUM diversis virtutum aromatibus plenum* eandem nominavit Ber-

Busten: nard: Bust: l. 1. de assimil: Et Jacob

Vorag: de Vorag: in Mariali. Jam verò S. Joannes: Chrisost: Orat: 10. de Partu.

Chryso: *MARIAM dicit Myrrothecam gratiæ Divinæ.*

Damasc: Joan: Damasc: *Myrothecam Mysticam, quæ unguentum suavissimum spirans effudit,* eandem appellarunt. Idem iterum Orat: 4, de nat: MARIAM vocat. *Aroma ex spiritualis Paradisi integritate profectum.* Ja-

Jacob: cob: Monach: dicit: *MARIA, odor suavissimus virtutum aromatibus, plenitudinem terræ, suaueolentiâ profundens.* Vltimò I-

Idiot: diota, similitudine assumptâ a Myrrha, sic ait: *MARIA, Myrrha electa: quia, si illa Myrrha dicitur electa, quæ sine vulnere manat ab arbore, & ille amaram carnis mortificationem designat, quam præfert anima, nullo peccati vulnere sauciata, talem Myrrham distillavit Virgo MARIA, quæ licet peccati vulnus non haberet, semetipsam tamen, multipliciter mortificare voluit: Vel* etiam *Myrrha dicitur: quia si Myrrha con-*

A *sumit putredinem vulnerum, B. Virgo animas peccatorum putrefactas tentatione multiplici vitiorum, sanat, & in eis consumit putredinem, & fætorem, suis sanctissimis orationibus & exemplis, & à recidivis defendit.* Part: 14. Contempl. 52.

Probatur Miraculosè.

Et quia PIGMENTARIORUM industria, nedum oculis & odoratui, venustate colorum atq; fragrantiâ aromatum famulatur; sed etiam gustui, condimentorum suavitate obsequi studet, etiam PIGMENTARIÆ Nostræ MARIÆ singulare aliud quoad hoc

B agnoscamus artificium, in contingentia miraculosæ apparitionis, quam describere placuit ex Cæsario l. 7. c. 84. Fuit (inquit ille) in ordine nostro, quidam physicus magis Habitu, quàm actu Monachus, occasione medicinæ, Provincias discurrens, ut vix unquam, nisi in præcipuis festivitatibus, ad Monasterium reverteretur. In quadam igitur S. Dei Genitricis solemnitate, cum nocte staret cum aliis ad psallēdum, ipsa Virgo Beatissi: multâ claritate circumfusa, ipso vidente, Chorum intravit, psallentes circuivit, & de Pixide, quam in manu portabat, electuarium per cochlear hauriens, singulis

C in os mittebat, ad ipsum verò veniens, cùm pertransiret, dixit: *Tu de meo electuario non indiges, quia medicus es, & plurimas tibi impendis consolationes:* ille tamen tristis, oculis illam sequebatur, culpam recognoscens: ab illo verò tempore, nonnisi per obedientiam coactus de Monasterio egrediebatur, & omnes corporales consolationes tēperavit. Factum est, quòd in proxima sua solemnitate, Domina nostra, prædicto modo famulos suos visitans, postquam ad illum Medicum venit, stetit, & ait: *Quia te emendasti, tuis medicamentis mea præferens, ecce de meo e-*

D *lectuario, sicut cæteris, ita & tibi impertior.* de quo ut gustavit, mox tantùm dulcedinis & devotionis concepit; ut deinceps stabilis in congregatione permaneret, & omnia carnis commoda tanquam stercora reputaret. Similem etiam dulcedinem, non adeò pridem a S. Scapulariana sua veste stillasse comperta est Beatissi: Virgo in quendam Franciscum Senensem (ut testatur Author Trifædi Mariani) Hic etenim a primo

569.

MARIA choristas visitans, ex pixide aromatica quemq; dulciario refecit.

primo iuventutis flore, nimiùm dissolutus, vanitati voluptatiq; undequaq; vacans, Divinâ gratiâ tandem illuminatus, & conversus, ad melioris vitæ frugem redire cœpit: cæterùm in progressu, magnis difficultatibus, scrupulis, anxietatibus, nauseâ pœnitebundæ ac austeræ vitæ, adeo afflictabatur; ut penè tatisceret. Interea suasu fortè alicuius, suscipit devotè S. Scapularis vestem, alboq; Confraternitatis inscribitur, iam protunc profundæ ætatis senex, ac decrepitus. Mox, novâ per MARIÆ preces gratiâ, veluti ille prior electuario, recreatus a Deo & refectus, miram concepit in afflictionibus & mortificationibus Corporis dulcedinem ac facilitatem, adeò; ut admirandis, & memoratu ipso horrendis satis, excarnisactionibus, suum desæviret in corpus: per cuius austeritatis exercitium tantùm in virtute excrevit; ut etiam beati titulo nuncupetur.

Probatur Historicè.

Ingentem, imò insolentem Antiquitatis in sectandis odoribus luxum, in pluribus notarunt historici illorum temporum, Athenæus Possidonius & Clemens: qui nuptiale symposium describentes aiunt: Cùm iam omnes, etiam matulas delicias unguentorum olere coegissent; veniebant puellæ, unguentaria vasa portantes, unaquæq; duo, aureâ alligata fasciâ: alterum aureum, alterum argenteum, quæ nardino oleo mensam circumeuntes, accumbentium coronas irrorabant. Insuper PIGMENTARIÆ quædam habebantur columbæ, quarum quotuor emittebant in symposio, tinctas non eodem unguento, sed suo singulas, quæ in orbem circumvolitantes, hospitum irrorabant vestes & stragula, suavissimo ea imbuentes spargimine. Huic non parùm affine aucupum artificium, qui columbam domesticam odoratis balsamis inungunt ac dimittunt, & quia columbarum natura est, odoribus delectari, alienæ sequuntur domesticam, & gregem novum adornant aucupi, sic illectæ. O quam bellè in hoc luxu veterum damnabili, & in fraude aucupum, elucet Pietas & ingenium PIGMENTARIÆ Nostræ, Columbæ MARIÆ! cuius (ut ait S. Germa: Constan: Orat: 1. in Præsen:)

A *pennæ deargentatæ, & posteriora eius in pallore auri, Spiritus fulgore, radiantia.* Hæc etenim præpetibus gratiarum suarum pennis, totam, per universum Orbem circumgyrat Ecclesiam Christi, quibus sacra stragula, scil: Scapularianam vestem, & Coronas, (quas devoti eius Sodales recitant,) rore diverso & suaviffimo donorum Cœlestium, tanquam fructu pietatis suæ respergit, delectat, & reficit: eosdemq; quasi emissarias columbas, iterum emittit, ut ita sacratiori æstu, alios ad eiusdem devotionis professionem attrahant, & alliciant. Fit e- B tenim plerumq; quòd Mariani Sodales, continuo & longo devotionis huius usu, sermonum morumq; suorum tantam conquirant attemperationem, ut quandam pietatem haleret in conversatione, atq; sic alii currentes in odorem ungventorum illorum, huic PIGMENTATO Mariano gregi, facilè adnumerentur.

Germ:

MARIA columba spargens balsama gratiarũ in Scap: Sodales.

Sodales morigerati, trahunt alios odore.

Epilogus.

IAm ad finem discursûs reminiscî placeat vestimentorum PIGMENTATORUM Jacob, quorum sentiens fragrantiam, cæcutiens & senex Isaac, ius primogenituræ & largam benedi- C ctionem, ingentibus cumulatam bonis, libentissimè filio suo impendisse legitur. Quid porrò habuerunt illæ vestes, ut per modum medii servirent ad impetrandam benedictionem? Thom: Anglicus respondet, vestes illas ex manibus Rebecæ, quæ ipsas apud se habebat, ut testatur Scrip: vim talem mirificam acquisivisse. His designabatur ait Sylveira cit: id, quod modò fidelibus in lege gratiæ contigit: In domo Isaac, CHRISTI Jesu, Rebecca, MARIA, novum hoc vestimenti genus, S. Scapulare confecit, perfectissima PIGMENTARIA, mirâ gra- D tiarum, Privilegiorum fragrantiâ condidit, conditum, per sacrum Carmelitanum Ordinem, universæ tradidit Ecclesiæ. O quam gaudendum, quàm lætè congratulandum est vobis! dilectissimi Scapulariani Sodales, de Pigmentariæ huius tam industriosa in vos pietate. Odorata ipsa vestis Jacobi, secundùm multos, ius quoddam seu investituram, habebat conferendi, aliàs, designabat quempiam ad Primogenituram.

571.

Vestimẽtorum Iacob fragrantia benedictionem conciliat.

turam. Vobis ergo hæc Mariana vestis, (si cum eius fragrantia, morum quoq; & virtutum Christianarum odor non desit,) Toga æternitatis & indumentum salutis animæ appellabitur, quam piè induti ac gestantes, ab æterno Isaac præstolamini confidenter benedictionem illam: *Venite benedicti Patris mei, possidete Regnum, quod vobis est paratum, a constitutione mundi.*

AMEN.

PORTIO SINGVLARIS

SS. DEIPARÆ.

Pro Assumptione B. V. MARIÆ.

Optimam partem elegit Maria. Luc: 11.

572. MAgnificentia Principis, sunt qui dem collata in populum beneficia; sed nobilioris generositatis vena, ex prudentia distributionis comprobatur. A. A. Ipse etenim Astrorũ Rex Sol, qui a natura Typus Principum est, quamvis universo sublunari quotidie exoriatur Orbi, & cuiq; etiam minimæ, satis beneficus Creaturæ, influentias suas dispartiat omnibus; nihilominùs, acsi rationalis esset, pro cuiusq; exigentia conditionis, illas elargitur, ita tamen, ut gryseæ terræ, quæ iuxta Sapphonem Pòetriam, gleba & Filia Solis dicitur, affinitatis cuiusdam intuitu, vim fætiferam auri impertiatur, nobiliori quodammodo Filiam suam, condonans portione. Idem porrò ut Principis ingenium sit, similisq; munificentiæ Regula, omninò necessum: ut cùm cunctis portiones munificentiæ suæ distribuerit, optimam reseruet consanguineis, si cætera ex parte meritorum sint paria, multò magis, si excellentiora habeantur. Audi Cassiod: 7. Varr: 23. *Licet Magnificentiam Regis, quotidie deceat cum Sole relucere, & iugiter aliquid facere, quo possit Largitas Principis apparere; huic tamen conscientiæ debitum solvitur, quoties Parentibus sub æquitate præstatur. Absit enim, ut negemus affini, quod solemus custodire subjectis, quãdo, qui nobis sanguine coniungitur, plùs meretur.* En iam latenter emicat atq; prodit se, MARIANÆ gloriæ, ad quã illa hodie honorificentissimè per Angelos assumitur, excellentia, & singularis supra omnes Creaturas beatitudinis æternæ portio: quæ propterea optima esse innuitur in Euangelio. *Optimam partem elegit Maria.* Multis quidem titulis virtutum, ac meritorum MARIÆ, totam substantiam gloriæ ipsi fuisse collatam & credo, & iam superioribus discursibus probavi: His præterea singulare accessit, consanguineitatis cuiusdam cum Deo titulus, simulq; laborioſi officii, quod specialiter præstiterat in Vita, Filio Dei obsequium, utpote Nutricis & Gerulæ ipsius munere functa. Hodie itaq; munificentiæ & liberalitatis Regis Filii, in coronatione MARIÆ nitidiùs relucent beneficia, qui solius Filii titulo, generositatem pulsante & cogente, eidem copiosiorem elargiri voluit beatitudinem, ut singularis gloriæ PORTIONE donaretur, quæ laborioſi officii, Nutricis scilicet & Gerulæ, ministerio plus omni, aliâ Creaturâ, in vita merebatur. Hanc itaq; singularem PORTIONEM gloriæ, etsi plura alia non desint, ad augendam hodierni triumphi Pompam, ex solius Nutricis & Gerulæ Ministerio eidem collatam, deducam & prædicabo: priùs tamen perpendam præmii illius præstantiam, & portionem nobiliorem, quam non tam ex liberali donantis manu, quàm ex laboris perpensione quis adipiscitur. Nunc breviter salutemus MARIAM.

Principẽ decet munificentia specialis in propinquos.

Cassiod:

MARIA Nutrix & Gerula Filii Dei: hinc gloria eius major in Cœlis.

O Maria

O Maria altrix Christi!
Sortem bonam accepisti.
Fac in Cœlis nos donari
PORTIONE *singulari.*

PARS I.

Nobilior Portio præmij, labore acquisita.

NOn bene nundinatur in schola virtutum, vel saltim non tam fructuosè, quisquis coronam ex aliena munificentia præstolatur, quam contentioso labore in agone, promereri neglexit: Nitidiùs resplendet corona, gemmis respersa proprii sudoris: nec laurus tam pulchrè in fronte viret, quam ultrò largientis imponit manus, & quæ laborum suorum non irrigatur profluvio. Innata etenim studiosis virtutis, & honestis mortalium geniis inest mens, ut parta labore PORTIO, gratior & honoratior habeatur, quàm gratis oblata. Minuit pretium doni ipsa oblatio, quod gratis detur, quamvis in parte commendet donantem: auget verò æstimationem præmii, ipsumq; præmiatum glorioſiorem reddit, promeriti labore stipendii ratio.

Probatur Scripturaliter.

Perdifficilis sententia legitur apud S. Paulum. 2. Cor: 3. *Nos verò omnes, revelatâ facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu*; sed ex antecedentibus enodari potest difficultas hæc, in quibus designat Apostolus discrimen gloriæ Moysis, & discrimen gloriæ Christi: nam Moysis gloria, quæ splendebat in vultu, velamine tegebatur, ut Filii Israel in eum possent intendere; at Christi splendor, & gloria, sine velamine cernitur. Sed os aureum, nimirum S. Chrysostо: iure perscrutatur, quid sit speculari gloriam? *Sed quid est* (inquit Homil: 7.) *gloriam Domini speculantes, secundùm eandem Imaginem transformamur?* Ad quæ graviter & acutè respondet. *Simul enim ut baptisamur etiam ultra Solem refulget anima, Spiritu perpurgata: ac non solùm intuemur gloriam Dei, verùm inde recipimus splendorem quendam, non aliter, acsi argentum mundum ad solis radios expositum emittat & ipsum radios, licet non ex suapte natura solùm, verùmetiam ex Solis fulgore: similiter & anima repurgata & argento facta lucidior, accipit radium a gloria Spiritûs, & hinc vicissim ex se remittit.* Quasi innuere vellet S. Doctor, quòd gratia Spiritûs S. quæ datur in Baptismo, datur quidem vi Sacramenti, seu ex opere operato, sine ullo merito hominis, qui lauacro intingitur: & hæc supra splendorem Solis lucidiòr, tanquam speculum nitidissimum Divini Solis radiis ictum, regerit Dei Imaginem & splendores. Sed quarenam hæc neobaptisati gloria illustrior, quàm Moysis, dicitur ab Apostolo? cur hæc revelata ostenditur, Moysis verò splendor tegitur ac occultatur? ratio: quia Moysis splẽdores, sunt pacis ac liberalis Dei muneris testimonia; splendores verò baptizati, sunt certaminis & pugnæ imminentis symbola: non labor quispiam aut prælium intervenit, quòd prius spoponderet Moyses; solius consortii sermonis Domini ex Privilegio atq; gratia, splendor faciei habebatur, ideo Moyses, quasi pudore correptus, cum splendore latebras quærit, confugit ad velamen. At baptizatus, gloriam suam, splendores tuos, revelatâ facie, exporrectâ fronte demõstrat, quia, ex quo sacrâ immergitur undâ, seipsum, renuntians diabolo, Christianæ consignat pugnæ, militiæ Christi adscriptus tener pusio, patroni nomine hostem signat: albam vestitus nuptialem, loricam induere videtur, descensurus brevi cum ætate in aciem: feciales belli, non pacis, præfert faces, ut classicum sathanæ intonare videatur: & ideo baptizati splendor, splendores supergreditur Moysis, quamvis modoprimùm, signati laboris suffragante sibi adminiculo. Ad hanc rem plurimùm servit alter locus Scriptu: Math: 6. Vbi Christus, erigens discipulorum animos, ad spem futurorum, nimiam solicitudinem vestimentorum prædicat abrogandam, idq; similitudine liliorum agri. *Et de vestimento quid soliciti estis, considerate lilia agri, quomodo crescunt non laborant, neq; nent.* Profundus quidam circa hunc locum occurrit sensus investiganti S. Hilario, dum Canon: 5. in Matth: inquit: *Sed lilia non laborantia neq; nentia, significari intelligenda sunt, ut Angelorum Cœlestium claritates,*

Baptizatus puſio, glorioſior Moyſe, ob futuros labores.

Matth:

Hilar:

quibus extra humanæ scientiæ cõditionẽ suiq; operis mercedem, adeo candor gloriæ indultus est, ne quid ex proprio Labore aut arte existimarentur habuisse. Vbi colligere licet ex verbis, quòd S. Doctor liliorum nomine, vult intelligi cœlestes Spiritus, qui candore gratiæ, quâ formati sunt, & claritate gloriæ, quâ ornati, tanquam lilia vernantia nitent in supremo Viridario. Sed cùm audis, *Extra operis mercedem, a Deo candor gloriæ indultus est*, Ne putes gloriam in Angelis constantibus, fuisse merè gratuitam, in eis enim etiam, fuit corona iustitiæ, quam in statu viatorum, per Luciferianæ tentationis victoriam, unusquisq; promeruit Angelus: Sed hæc dicuntur a S. Doctore, in hoc sensu, quatenus in comparatione ad nos, exercitatio illorum non exstitit laboriosa: quod insinuant postrema Hilarii verba: *Ne quid ex proprio labore, aut arte existimentur habuisse.* In scientiarum enim acquisitione, in castitatis victoria, Angeli non laborant, nullas sufferunt, sicut lilia campi, fodicationes & culturas, solius Creatoris munificentiâ, candido ornantur nitore. Non sic homo, qui ut comparet illibatum pudicitiæ candorem, animæ gloriam, corpori Cœlestem splendorem, tribulis pungendus, ærumnis opprimendus, còercitione passionum macerandus, semper laborans & nens in vitæ curriculo, ut glorioſam sibi, & quandoq; glorioſiorem, præ Angelis, contexere possit beatitudinis Togam: quæ tantò pretioſior est, quantò laborioſior.

Labor major hominum pro corona quàm Angelorũ.

Probatur Figuraliter.

575. Pro cuius Thesis ulteriori comprobatione, veniamus ad illam insignem Moysis visionem Rubi ardentis, & tamen incombusti, ut à mysterio in igne latente, maius lumen accipiat veritas. Ductabat ille gregem ad interiora deserti, cùm subitò videt Deum in Rubo ardente & incombusto. Exod: 3. *Et videbat, quòd rubus arderet, & non combureretur.* Abstulit Deus, quod erat ardoris, & voracitatis in igne, reliquit autem, quod erat splendoris & lucis: gloriâ circumdatus apparebat in rubo, ut ad tolerantiam ærumnæ, populum tyrannide Pharaonis oppressum erigeret mercede æternitatis: & veluti ex rubi suggestu inclamabat ipso facto, nolite succumbere, ignominia vertetur in gloriam: corpora vestra, penso luti & lateris vexata, æstuantis clibani fumo & fuligine atrata deturpataq; cœlestibus illuminabo splẽdoribus. Hoc tacitè innuebat, lumen ignis, rubum ambientis: idque ex S. Ambrosii mente in Psal: 43. Eius verba sunt: *Revelavit ergo futurum quoddam corporei splendoris indicium, quo per resurrectionem caro ista fulgeret: quid enim significat ignis ille innoxius, nisi lumina resurgentium.* Jam ergo futuram immortalitatis speciem & formam in seipso mirabiliter exprimebat Deus, & corporeo simulacro, in quo apparebat, stolam gloriæ fulgoribus nitidam, iucundè adaptabat, ut mirabilior & speciosior conspectui se daret humano. *Vadam* (inquit Moyses) *& videbo visionem hanc magnam.* Magnitudo hæc visionis, non tantùm ex ignis incombustione, sed ex pulcherrima Imagine Dei. Optimè Philo Judæus l. 1. de vita Moysis, inquit: *E medio promicabat forma quædam pulcherrima, nulli visibili similis, Divinum simulacrum, luce fulgens clarissimâ.* Sed urget profundior quæstio: Cur non in alia virgulti specie, hanc pulcherrimam formam Deus ostentat, sed in senticoso rubo? Quia glorioſi flos candoris, & rosa splendentis ruboris, quæ inter sentium cuspides & vulnera nascitur, iucundior est: Quod innuere voluit Sponsus dum de Sponsæ pulchritudine dixit: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter Filias Adæ.* Cant: 4. Quid plura? glorioſa resurgentium lumina, in lumine ignis ostenduntur, ignis inquam repressi, refrenati, & velut emortui: ignis enim propensione naturæ, plùs amat urere, quam lucere: sed Deus divisit combustionem a luce, vt gliscentes & voraces flammas, furentis ignis cohiberet a combustione, temperaret ad splendorem, & vis ignis sic repressa, in majorem copiam lucis erumperet. Vt ex igne mortificato & cohibito circa motus naturæ, pulchrior & gratior emicans splendor, edoceret, quantùm ex labore in còércendis pravis motibus, & quantùm ex difficultatum, (quæ in via virtutis senticoſa plerumq; compungunt,) perpessione, accrescat valoris in merito, & gloriæ, in corona. Hinc est, quòd S. Augusti: *ser:* 178. diligentiùs perpendat causam

Exod:

Rubus Moysis, monitor populi ad laborum ærumnas.

Ambr:

Cant:

Splendor meriti crescit ex pugna.

Aug:

causam stuporis & admirationis Angelicarum cohortium, contemplantium venustatem & splendorem carnis Christi, in gloriosa illius Ascensione, quos attonitos in præsago conspexerat spiritu Propheta Isaias c. 69. *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus, de Bostra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ.* S. Cyril: legit: *Violenter incedens cum fortitudine.* Mirantur Angelicæ mentes in Christo ascendente, non tam Dei formam, quam habuit ab æterno apud Patrem, cuius intuitu & ipsi beatificantur; quàm humanam ascendentis, non adscititio colore, aut ementito rubore nitentem, carnis stolam purpuream & candidam, sed de effusione sanguinis & cruciamentis passionum fulgentem. Species quidem & forma, quam habebat Filius a Patre, prorsùs Divina, sed eam accepit a Genitore sine labore & discrimine, solius naturæ prolificatione genitus; At venustas & elegantia stolæ humanæ, quàm Christus in ætheream Regionem invexit, victoriâ & expugnatione hostium acquisita, tolerantiâ passionis & crucis comparata fuit, in qua violentiam & fortitudinem demonstravit, violenter detrahens spolia, hosti humani generis, violentam mortem sustinens & opprobrium: videbatur propterea, in hac festivitate Angelis iucundior. Pulchrè de hoc cit: S. Doctor: *Ascendebat etenim cruoris rubore perfusus ac trophæis victricibus laureatus: viderunt Cælites cuncti speciosum vulneribus Christum, spolia castris Tyrannicis reportata, & admirantes fulgentia Divinæ virtutis vexilla, talibus concrepant hymnis, deducuntq; lætantes.* Ipse ergo Salvator, cui iure naturali, ut Filio Dei debebatur gloria, eandem comparatam per pugnam, reddere voluit glorioſiorem, ut instrueret, fulgorem laboribus & periculis partum, Deo & Angelis iucundiorem. Juxta illud commune. *Quantùm gravaberis, tantùm lucraberis.*

Isai:

CHRIstus admirabilior Angelis in carne vulnerata, quàm in gloria Paterna, cur?

Probatur Historicè.

577. Insigniter Thesim nostram declarat, corona illa, quâ donata fuisse S. Birgitta legitur adhuc vivens. Huic famulæ Dei, quæ præcipua erat in æquanimi variarum ærumnarum perpessione, apparuit B. Agnes, Revel: c. 124. dixitq; ei: Veni Filia, & impone tibi A coronam factam ex septem lapidibus pretiosis. Et hæc est, quam tibi comparas ex probatione patientiæ. Primus lapis est Jaspis, quem tibi appositus ille, qui contumelioſè dixit, se nescire quo spiritu loquereris, & esse tibi utiliùs more mulierum, fila trahere, quàm de Scripturis disputare. Secundus lapis, est Sapphirus: hunc tibi apposuit ille, qui favorabilia loquebatur in facie tua, & clam detrahebat. Sicut ergò Sapphirus, est cœlestis coloris & servat membra in sanitate; sic hominum malitia probat iustum, ut fiat cœlestis, & servat membra animæ, ne superbiâ elevetur. Tertius lapis, est Smaragdus: hunc apposuit ille, qui dicebat, te dixisse ea, quæ nec cogitabas, nec loquebaris. Ideo sicut Smaragdus fragilis est a natura, sed tamen pulchrè viridis; sic mendacium, citiùs annihilatur, sed tamen pulchram facit animam, propter patientiæ remunerationem. Quartus lapis Margarita: hunc apposuit ille, qui amicum Dei, te præsente vituperavit, cuius tu vituperio plùs turbabaris, quàm de tuo, idq; ob candorem charitatis & alleviationem cordis per compassionem. Quintus lapis est Topazius: hunc apposuit ille, qui tibi amara loquebatur, cui tu è contrario benedixisti: ideo sicut Topazius est aurei coloris, & seruat castitatem & pulchritudinem; sic nil pulchrius & acceptius Deo, quàm lædentem se, diligere. Sextus lapis est Adamas: hunc apposuit tibi ille, qui fecit tibi corporale damnum, quod patienter toleraſti. Ideo sicut Adamas, non frangitur tunsionibus, sed hirci sanguine; sic placet Deo, hominem obliviſci corporalis damni, & cogitare semper ea, quæ Deus propter hominem fecit. Septimus lapis est Carbunculus: hunc apposuit ille, qui falsa annuntiavit tibi, id est, Filium tuum Carolum esse mortuum: quod patienter tuliſti, committens te voluntati Divinæ. Et sicut Carbunculus lucet in domo, in annulo est pulcherrimus; sic homo, qui patiens est in amissione alicuius rei sibi chariſſimæ, provocat DEUM ad dilectionem sui, & in conspectu Sanctorum lucet & placet, sicut lapis pretiosus. Ideo Filia sis stabilis, quia pro amplianda corona tua, adhuc aliqui lapides sunt necessarii,

Corona 7. lapidū pro laboribus præsentata S. Birgittæ.

B

C

D

necessarii. Ex his omnibus habes, pie lector, quomodo gratiores sint DEO partæ laboribus coronæ, quàm merâ liberalitate donatæ.

PARS II.

SS. DEIPARÆ PORTIO SINGVLARIS.

578. CVrioſè olim inquiſivit Plutarchus l. de amore Parentum. *Cùm ubera mamillaſq; ſub ventrem natura brutis demiſit, ſolis mulieribus, in ſuperiore corporis partè, nimirùm in pectore, illa collocata ſint? Ideo reſpondet, ut expeditiùs & oſculari & amplecti liberos poſſint: quaſi hâc ratione indicare & oſtendere voluerit, pariendi educandiq; finem, non ullam utilitatem, ſed ſolum amorem in liberos exiſtere.* Et quidem non diffiteor rectè dictum ex parte Parentum; ex parte tamen prolis adeſt & alia ratio, ut nimirum in facie ſtatim pareat illud Filiis, quod prolem inviter & moneat, ad ſpecialem genitorum ſuorum honorem & amorem. Hinc illa Corriolani Ducis Mater, dum vindicaturus de ſe, ſtrictè cinxiſſet Romam Filius, ab obſidibus actura de pace cum illo, dimiſſaq; ex Vrbe, ab uberibus primùm ſuum exorſa eſt ſermonem. An non cogitare meliora de CHRISTO cogit ipſa immenſa eius in Matrem ſuam Pietas? ut in eius glorioſo Aſumptionis triumpho, ſolo intuitu uberum eius, nimirùm, quia ipſius laborioſa Nutrix, & olim Gerula fuit, huius ipſius miniſterii reſpectu, eam ſpeciali gloriæ PORTIONE, donaſſe aſſeratur.

Mulieribus ubera cur dedit in pectore natura? cùm ſub ventre ea, animalia cætera gerant.

Mater Corriolani, uberibus convicit filium.

MARIA qua nutrix Filii Dei, ſpecialem in gloria recipit portionem.

Probatur Scripturaliter.

Si ad rigorem iuſtitiæ agendum eſſet pro ſingulari PORTIONE Matris,

579. quamvis cuncta cuiuſq; iuris tacerent Pandecta, & procul abeſſet Iuſtinianus, ex ipſius Filii eius ore proſtant in Codice Euangelii adnotati Canones, quibus, æterni Regni, pro potu vel hauſtu modico aquæ, in Nomine Chriſti indigenti oblato, ius decernitur. Marc: 9. *Quisquis potum dederit vobis, calicem aquæ, in Nomine meo, quia CHRISTI eſtis, Amen dico vobis non perdet mercedem ſuam.* Quod ampliùs promulgatum, atq; firmatum eſſe credimus, in Decreti, pro iuſtis in

Marc:

A die judicii pronunciandi ſententia. Vbi inter recenſita reliquorum miſecordiæ operum encomia, etiam ſingulare meritum in ſitientium potatione allegatur: *Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere.* Matth. 25. Atq; ſimul ibidem, ut merces ac præmium operis, Regnum in poſſeſionem tradendum talibus admittitur. *Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt, Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis Regnum a conſtitutione mundi.* Hic iam imaginariam ſaltim ineamus litem pro honore & iure æquo MARIÆ, non quidem ita; ut ius dicere videamur CHRISTO, nam ſi in quem, tunc ſingulariter in Matrem ſuam ſe ſemper & ubiq; liberaliſſimum ille exhibuit; ſed quia ille pias interdum Zelotum honoris MARIÆ amat obaudire ingeniorum velitationes. (Si parua magnis comparare licet.) Quid ubera Virginis, plena cœleſti nectare & exuberantiâ, ad dapes quaſue præſtantiſſimas etiam Cleopatræ Margaritis, quæ pretium totius Regni conſtabant, appretiata? Quid unus limphæ & modicus viliſq; hauſtus, in Nomine Chriſti pauperi oblatus, comparatus ad illas ſcaturigines Virginei lactis, quo madebant Virginis Matris, eburneæ, præ excellentia caſtitatis, papillæ? quæ etiam, adhuc dum viatrix eſſet MARIA, ſuos habuiſſe excellentiſſimos honores & elogia deprehenduntur, ex illa ſententia Dionyſ: Carth: ſic alloquentis Virginem. *Iam ergo nullus in Te o Inclyta, aut ſexum, aut uterum, aut ubera, immundiſſimâ mente contemnat, dum faminei ſexûs organum, incomparabili flagrantiſſimâq; caſtitate ſtipatũ eſt, eò cœlitùs gratioſiùs perornatum, quò ampliùs eguiſſe cernitur.* Imo Aloy: Novar: *in Electis ſacris*, ex antiquis Authoribus adnotavit, ubera MARIÆ turgentia cœleſti lacte, tantæ venerationi fidelibus fuiſſe, dum viveret & lactaret Filium; ut plerumq; ex longinquis etiam Regionibus plurimi famâ perciti concurrerent & perignarentur in Nazareth, devoto eadem volentes venerari oſculo. Lactationi addamus cætera Nutricis & Gerulæ obſequia, quæ B. Virgo officioſiſſimè præſtabat Deo infanti. De quo venuſta extat ſententia S. Thomæ Archiep: Valen: conc: 1. de Aſſump: *Accepit MARIA peregrinum*

Præmium in gloria certum, pro hauſtu aquæ quid & quale Matris pro lacte uberum. Matth:

Lactis Mariani pretium perpenditur. Dionyſ: Carth:

MARIA dum vivens lactares Filium, ad eius ubera, ſiebãt peregri-

regrinum, induit Chananęum, pavit quoq; famelicum, pectoris sui lacte, panem de cœlo ipsa pavit: Angelorum Panem, ipsa satiavit, ubere de Cœlo pleno. In quo obsequii genere, MARIAM plùs fecisse Deo, quàm Deus fecerit toti generi humano, in aliquo sensu accommodo ingeniosissimè evincit noster S. Bernardinus. Ego tantùm aliqua ex pluribus depromo: *Deus* (inquit) *ille fecit hominem* (ab initio) *sine passionibus famis, sitis, caumatis, frigoris & consimilium: sed sedula mater Iesu, & præ cunctis hominibus pia, omnibus necessitatibus eius occurrebat, scili: fami, siti, nuditati, frigori, calori, sicut flatus pauperrimus exigebat, & hoc cum maxima patientia sua. Nutrivit Deus hominem de fructibus Paradisi sed Beatissi: Virgo nutrivit* CHRISTUM, *de suo sacratissimo lacte, ubere de Cœlo pleno, cuius minima stilla, prævalet omnibus fructibus Paradisi terrestris ac totius mundi.* Non minùs acutè merita Nutricis ac Gerulæ MARIÆ, collata in CHRISTUM, ex aliis principiis, sua accepisse incrementa, observavit Eminent: Card: Nicolaus de Cusa l. 4. de Exercit: dum ait: *Cùm gradus habeant illa opera ex majori charitate, vel quia magis indigenti, uel magis digno indigenti, vel ex majori affectu impenso, vel ex magis necessario, & minùs superfluo. Hæc omnia in summo, in MARIA Virgine concurrebant, quia in ipsa, maxima charitas, & omnium creaturarum maximè indigenti tribuit: quia nemo inter viatores pauperior IESU: dignissimo pauperi tribuit, quia nemo dignior mendicus, quàm IESUS, maximum proinde affectum misericordiæ impendit. Non fecit de superfluo, sed de necessario, Filio suo pauperrimo & proprio, de propriis sanguinibus tunicam Polymitam fecit, in gremio uteri sui hospitio suscepit, de proprio corpore cibavit & lactavit.* Hìc iam à fortiori, pro singulari PORTIONE MARIÆ in Gloria, instaura argumentum, & facilè iure evinces, non vulgari aut quocunq; gradu cæteris eminente, fuisse Beatissi: donatam beatitudine in sui Assumptione, solius Nutricis ac Gerulæ intuitu: sed si gloria datur ad pondus meriti, ministerii verò ipsius iam immediatè audivisti excellentiam, omninò nedum singularitatem, sed immensitatem quandam ipsius gloriæ, convincenti argumento demonstrabis.

Probatur Figuraliter.

580.

Et ideo Marianæ gloriæ sublimitatem, super Angelorum etiam celsitudines coruscare, ex hoc solo, quòd virgineis uberibus lactauerit Gloriæ Authorem JESUM, pulchrè valdè in Aaronica Virga, quæ præcesserat, declarabit Figura Num: 17. Vt quærimonias Israelitici populi cohibuisset Deus, & ambitionis iurgium, disceptationemq; componeret, in tabernaculum deportari mandat Procerum virgas suis nominibus notatas, ut virga germinans, esset sacerdotalis muneris signũ, baculusq; efflorescens, velut censoria virgula Antistitem a vulgo discerneret, & tali prodigio ostenderet Deus, Sacerdotalem functionem, in Virgæ germinantis familiam incumbere: sic attestante Script: *Invenit Moyses germinasse virgam Aaron, in domo Levi, & turgentibus gemmis eruperant flores.* In hac porrò Virga ornata fronde & flore, consensus communis Patrum & Ecclesiæ, Virgam de radice Jesse MARIAM & florem campi JESUM recognoscit: de quo expressè habet S. Ildephon: ser: 6. in Assump: Cæterùm noster Seraph: Doctor: S. Bonav: in huius loci examine, acutus & elegans est, cùm in flore & fructu, Marianæ beatitudinis felicitatem adumbratam censet: sic enim habet in Speculo MARIÆ. *In Virga rectitudo MARIÆ, in flore, corporis glorificati pulchritudo, in fructu animæ eius beatitudo, potest esse signata.* MARIÆ pulchritudo quoad animam, ineffabilis prorsùs, quæ tota Deificæ suavitatis immenso pelago immergitur & in eam beatificæ gloriæ torrentes exundant: sed Corpus eius totum nitet & splendet supra Solis lumina, supra candentium florum albedinem & decorem, supra omnem hortorum aut Paradisiaci topiarii amœnitatem. Sed unde tantus inter Cœlestes rosas & albicantia lilia, MARIÆ decor? Versio Hebraica singulariter exprimit: sic enim legit Hebræa ex Vatablo: *lactavit florem,* ubi Vulgata habet *eruperant flores.* Mystica illa Aaronis virga introducitur, quæ sacrum florem ex gemmante progenuit utero, vitali succo lactavit ac nutrivit, ut in fructum adolesceret. Sicut parvulum a pectore Matris, sic tibi propone florem a Virgæ ubere

Num:

MARIA lactans, in virga Aaronis figurata

ubere pendentem, ut per hoc innuatur, Deiparam, quæ Paradisi florem JESUM portavit ad ubera, & sacri fontis lacte virgineo, nutrivit Deum omnia nutrientem, singulariter in gloria efflorvisse, non iam ad denotandã Sacerdotalem (ut in Aaron contigerat) dignitatem, sed ad exprimendam Reginæ Cœli excellentiam: ut ex lactatione Dei, Pelagus gloriæ in ipsam influeret, & quot guttulas nectarei lactis, labellis pulcherrimis suxit Deus infans; tot gratiarum stillicidia, tot gloriæ ex eius Divinitate exuberarent flumina, ut ita singularis Marianæ Gloriæ PORTIO redundanter compleretur. Stillabat illa ori Deifico album nectar, mammam porrigens parvulo, ideo fit deliciarum Cœlestium satura: præcinxit infantilia membra pauperrimis zonis; ipsa glorioso ornatur indumento: reclinavit in præsepio infantem, propterea in Cœlis invenit mensam, æternæ vitæ dapibus refertam, ita profectò pro omni nutricationis munere, Matri suæ ineffabili gloriâ Filio recompensante. Quod bene & a longè ante prælibasse MARIAM tanquam futuræ gloriæ pignora attestatur S. Augu: serm: 14. de temp: dum sic alloquitur lactentem MARIAM. *Lactas infantem proprium, Creatori succum porrigis lactis, & cibis cœlestibus satiaris.* (alludebat fortè S. Doctor probabili quorundam opinioni, de visione clara Dei Beatissimæ in via) *Pannis involvis puerum, qui tibi immortale condonavit indumentum: in præsepio ponis infantilia membra, qui cœlestem tibi præparavit mensam.* Sed clariùs hæc mysteria, & causam singularis PORTIONIS MARIÆ in gloria, alii enarrabunt Patres.

Marianæ gloriæ Portio mensuratur per proportionem.

Aug:

Probatur Doctoraliter.

581. Primùm audiri vult illuminatissimus in Mariæ laudibus Doctor, Dionys: Carth: qui cæteris explicatiùs, singulis membris glorioſi Corporis assumptæ Virginis, singulares eorundem applicuit actiones & merita; dum sic l. 4. art: 17. de laudibus V. ait: *Quò in vita hac, caro illa virginea, fuit Deo altissimo singulariùs & propinquius communicans & conjuncta; eò est nunc ab illo sublimiùs exuberantiùsq; glorificata. O quis capere queat! qualiter modò splendeant ubera illa purissima, quæ Regem gloriæ aluerunt, & ex Divini oris contactu assiduo honorabilissima erant facta: sic & venter ille castissimus, in quo tot mensibus, fons totius decoris, fons immensæ dulcedinis, Deus Majestatis & claritatis incircumscriptæ, quievit, & habitavit Incarnatus: nonne inæstimabili decore, claritate, suavitate, resplendet, & flagrat? sic & pectus Virgineum, ac Maternum, iuxta quod Vnigenitus Dei, toties requievit, & quem pudicissima, affectuosissima & honestissima Mater, toties pectori suo cum summo charitatis ardore, purissimo applicuit, & adstrinxit. Sic demum manus eius eburneæ, oculi syderei, labia eius dulcissima. Et breviter singula membra excellentissima Dominæ ac Reginæ, indicibiliter sunt glorificata, & omni suavitate & venustate exuberantissimè incomprehensibiliterq; perfusa, repleta, & superimpleta. Quod facialiter intueri, sensibiliterq; percipere, atq; experimentaliter deguſtare, iucundissimum prorsus est, & omnia gaudia mundi incomparabiliter vincens.* Guarricus Abbas ser: 1. de Assump: *Matri, cuius longè differens est meritum, nihilominus differens promittit præmium:* Deinde eandem alloquens, ita ait: *Continuisti parvulum in gremio; cõtinebis immensum in animo: fuisti diversorium peregrinantis; eris Palatium Regnantis: fuisti tabernaculum pugnaturi in mundo; eris solium triumphantis in Cœlo: fuisti thalamus Sponsi Incarnati; eris Thronus Regis coronati.*

Diony: Carth:

Guar:

Probatur Miraculosè.

582. Singularem iterum fuisse PORTIONEM MARIÆ in Gloria, evincit ipsa incorruptibilitas & immortalitas Beati illius Corporis, cum quo fuit in Cœlos assumpta: quæ promanasse ex immortalitate Corporis Christi, quatenus est sub speciebus Eucharisticis, miraculo comprobatum habetur: dum ad eleuationem consecratæ Hostiæ, quam offerebant Apostoli in memoriam MARIÆ, iam tumulatum Corpus Virginis, immortalitatis diploide splendidum resurrexisse scribitur: Factum taliter ex Gretsero refert Arcones in Isai: c. 2. & Christoph: Vega Theol: Maria: n. 1491. (Illi autem habent ex Rituali Græcorum, & notis S. Germani Constan:) Quando nimirum ex toto mundo in unum convenerunt Apostoli ducti per nubes, propter trãslationem Dei Genitricis & Dominæ: justis iam persolutis post sepulturam illius, videlicet tertiâ die sese refocillantes, & post sumptum cibum surgentes, fra-

Miraculi in resuscitatione seu Resurrectione Corporis MARIÆ, ad elevationem Hostiæ Sacræ.

gentes, fragmentum panis, quod Christo sepositum & destinatum erat, more consueto exaltârunt: cumq; illud magnum Nomen pronunciarent (*SSS. TRINITAS, & Domine IESU Christe, adiuva nos*) o inopinatum miraculum! quæ mortua fuerat, viventis instar, Nubibus & lucidissimis Angelorum Choris circumdata in sublimi apparet. *Avete* (inquiens) *Ego vobiscum sũ omnibus diebus:* hoc solatium & gaudiũ verbis Filii, illis impertiens. Discipuli autem loco eius: *Domine IESU Christe.* exclamârunt, *Panagia.* id est SS. Deipara, *adiuva nos.* Hactenus Græcum Patrum Horologium. Adverte, in huius immortalitatis Privilegio, nutricationis specialem haberi rationem, ut quæ carne suâ aluit Deum, de eiusdem Carnis derivatione, caro quoq; sua a corruptione servaretur. Tetigit hoc ipsum argutè Guilelmus in illud Cant. *Ligna domorum nostrarum Cedrina. Quia* (inquit) *non tantùm domûs IESU, sed & domûs MARIÆ hoc Privilegium commune fuit, eò quod IESUS, os ex ossibus, & Caro ex Carne MARIÆ fuit, ideo enim corpus Matris, propter corpus Filii, cum corpore Filii a lege generali corruptionis exemptum, perpetuæ imputribilitatis gratiâ conseruatum fuit.* Imò, si piè credatur probabilitati Hautini & Servii (quos citat Engelg Panth: in Assumpt:) nimirùm, quòd Beatissima Virgo sumpto intra viscera sua SS. Sacramento pro viatico, præ excessu amoris in Filium, animam subitò exhalaverit, atq; adeo SS. Eucharistia cum Corpore ipsius immortali, translata fit in Cœlum, hodieq; manet in Virgineo corpore perspicuo, tanquam in perlucida cryſtallo, ut a Beatis summa cum voluptate & gratulatione, velut fons omnis resurrectionis, totâ æternitate adoretur, hoc inquam, tantò magis roborat argumentum, pro singulari PORTIONE Gloriæ, in MARIA, quâ etiam Beati cumulantur in Gloria.

Cant:

MARIÆ Corpus incorruptũ, ob incorruptionẽ corporis Filii sui.

SS. Eucharistiã consecratam in visceribus MARIÆ tanquam in cryſtallo cõservarẽ in Cœlis, aliqui piè asserunt.

Probatur Historicè.

581. Deniq; ab humanis liceat ad Divina mutuare verba Martiani Capellæ l. 2. de Nuptiis Mercurii Philologiæ: & quæ ille de Charitibus Philologiam ornantibus, ipsiq; gratulantibus profert, (bonâ Lectoris veniâ) ad Divinæ Sapientiæ Matrem & Regis æterni Sponsam, cœlestesq; in Paradiso nuptias liceat transferre. Sic etenim inquit: *Præterea tres puellæ vultu, decoreq, parili ac venustate luculentæ, sertis religatis invicem manibus, rosarumq, speculis redimitæ ad Virginem convenire, quarum una deosculata Philologiæ frontem, alia os eius, tertia pectus apprehendit, videlicet prima, ut latos oculis afflaret honores: Secunda, gratiam eius linguæ inspirabat, animo tertia comitatem: quippe illa Charites, dicebantur, & quidquid apprehenderent, omnia venustabant, quæ quidem Virginem, postquam lumine repleuêre, Musis admixtæ, etiam gesticulationes consonas, atq, hymanea dedêre tripudia.* Tu fabulas veterum, devotè ad serias pertrahe veritates. Accipe Musarum Nomine, nouem Angelorum Choros: nomine Charitum, cœlicas Potestates, aut tres gloriæ fructus, visionem, fruitionem, & tentionem, quæ Deiparam felicitârunt, Beatis Diviniſq; repleuerunt splendoribus. Speciali nitore honestârunt illius pectus & ubera, propter Dei lactationem: os, propter suavia infixa Pueri labiis: frontem & oculos, propter suavissimum & charitate plenum intuitum, quo respiciebat natum. Subiungit Martianus, *Cum sonitu introfertur lectica interflincta syderibus. Cui, ritu mystico, crepitus præcinebant: Ante hanc quædam augusti oris vultûs Persona* (Tu Angelorum Ducem & Primatem cogita, qui cœlestes exercitus, in hac festivitate ductavit) *ac sacro lumine ætherecq, resplendens, venerabili antistitio præminebat. Quam, cùm omnes, qui affuêre, conspicerent, reveriti inclytam Majestatẽ, ut omnium custodem. Heus inquit Virgo! præcipit Deorum Pater, vt in hac Regali lectica, in Cœli Palatia subueharis.* Pompa hæc fabulosa, pulcherrimè ac affabrè descripsit Pompam Triumphalem gloriæ, & PORTIONEM illam singularem, quam Beatiss: Virgo in sui Assumptione, solo Nutricis ac Gerulæ Dei titulo recepit.

Nuptiarũ fabulasarum Põpa, devotè applicata Triumpho B. M. V.

Marianæ Assumptionis Põpa in singulis mẽbris celebrata, sub anigmate propositа.

Epilogus. §84.

DEI lamentum contra nutritios suos.

IPso sermonis sui in initio, ad suum Prophetam, lamentasse olim legitur DEUS, accusando scelera Filiorum Israel: & tanquam in Capite omnis ingratitudinis, scili: quòd Nutritii sui essent, suas exorsus est protestationes Is: 1. *Audite Cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est: Filios enutrivi*

Is:

nutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. O quàm ab oppositо gaudendum, & infinitè gaudendum Tibi tam glorioſè aſſumpta, & tantâ cumulata gloriâ, Virgo Beatiſſi:! Talem te genuiſſe & nutriſſe olim Filium, qui Rex & Dominus, & ex aſſe heres Cœleſtis Gloriæ, maternæ tuæ nutricationis non immemor, hodie Te Gerulam ſuam tenerrimis, præ affectu gratitudinis, viſcerum, cordiſq; ſui fibris, amplexatus, hac ſingulari, quæ omnis Creaturæ puræ excedit beatitudinem, cumulavit PORTIONE. Imo PORTIO tua Virgo Beata, eſt pars illa, quam Cœleſtis Pater, more veteris Jacob Gen: 48. in potenti dextera ſua acquiſivit, ut ſingulare haberet, quod Filio ſuo daret, tribuendum Nutrici ſuæ in mercedem. *Do tibi partem unam extra Fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio & arcu meo.* Sic etenim, hæc verba interpretatus eſt S. Alb: M. Bibl: in Gen: *MARIA eſt Pars una, quam Iacob, id eſt Deus Pater, in gladio & arcu tulit de manu Amorrhæi, & dedit Ioſeph, id eſt Filio ſuo Chriſto.* Et quoniam ita tua PORTIONE bearis, ut ſimul & aliorum PORTIO fias nobilior, de Te enim S. Erneſt: Prag: Marial: c. 113. ſcripſit. *MARIA, eſt ſanctior & dignior Portio, utriuſq; Eccleſiæ*; Fac, humiliter precamur terrigenæ, ut ſicut ex mente Joan: Pici l. 3. in Cant: c. 16. *In Eccleſia triumphante, Pars non modica dicenda eſt lætitiæ & exultationis Sanctorum*; ſic pariter dum hodie ſublimaris in Diſpenſatricem Cœleſtium donorum, nos ampliori gratiarum cumules PORTIONE, in cuius fortitudine adaucti viribus, ſtudioſiùs ambulantes, ad illam perueniamus, de qua S. Pſaltes Pſal: 141. *Portio mea, in terra viventium.* A M E N.

MARIÆ in gloria portio, pars quā Pater tulit in gladio & arcu, de manu Amorrhæi.

Alb:

Erneſt:

PVPILLA OCVLI DIVINI
SS. DEIPARA.

Pro Feſto Immacul: Concept: B. V. M.

Cuſtodi me Domine ut pupillam oculi. Pſal: 16.

585. ETiam centoculum Argum neceſſum eſſe, ut nihil videns, totus cæcutiat, ſi oculus ſuus, PUPILLA careat, cuiq; evidens eſſe arbitror. A. A. Totam enim, (quæ artificioſiſſima habetur) ſedulus anatomicus oculi humani perſcrutetur Machinam, nervos a Cerebro ad humorem cryſtallinum deſcendentes, diligenter obſeruet, mutet & numeret tunicas, ipſiſq; iterum reinduat oculum, humores aqueos & cryſtallinos, diſtillatoriâ examinet arte; unam ſi PUPILLAM negligat, vel non reperiat, tantæ operoſitatis negotium prorſus totum inutile, dolebit. Exiguum quid & paruum, PUPILLA eſt in oculo, & ideo (ut obſervat *Ioann: a Genim: l. 6. ſimil:*) ſic dicitur, eò, quòd parvuli, pupilli appellentur: maxima tamen virtute comprobatur, quæ cuiuſvis magnitudinis obiecta in ſe quodammodo comprehendit, dum ea videt. Inſuper, eſt magnæ dignitatis, quia (ut dicit Hali) omnia, quæ in ipſo oculo ſunt, aut ſunt pupillam adiuvantia, aut pupillæ ſervientia, ipſa verò ſedet in medio, quaſi omnium regina: imò ſanitati ac integritati ipſius, tota membrorum humani Corporis compages, famulari videtur. Siquidem ex ſenſu Medicorum, dum curandus eſt oculus, præſertim in PUPILLA, totius Corporis curam aſſumendam eſſe doceant iidem. Porrò priſcis etiam Ethnicis, Oculus, ſymbolum Supremi Numinis, receptiſſimum fuit. Fingebatur etenim apud Ægyptios, ſceptrum, in cuius ſummitate, eminebat ſimulacrum Oculi, circumquaq; reſpicientis. Alibi autem, ut ſcribit Macrob: l. 1. c. 21. pictura ſcipionis infixi, cuius in Apice, oculus

Oculi humani admiranda fabrica.

Joan. Genim:

Pupilla quanta virtus, & dignitas.

Oculus priſcis ſymbolum DEI.

cernebatur, Deumq; significabat. Hoc ipsum, quod sub umbra habebatur apud Ethnicos, iam de vero Numine, dilucidè apud fideles asseritur. Dum ad exprimendam Dei ubiq; præsentiam, Oculus universi ille appellatur. Eccli: Eccli: 17. *Posuit oculum suum super corda* Prov: *illorum.* Et Prover: 22. *Oculi Domini custodiunt scientiam.* Per quod exprimitur, Deum, nedum ubiq; esse præsentem entitatiuè, sed etiam secundùm omnia sua attributa, quæ concurrunt ad gubernationem universi. Pupillam huius Oculi, si quæris? ipsum dico Sapientiæ Eius attributum, quo cuncta prefectissimè cognoscit; & hoc in principali significatione: nam in secundaria, præeuntibus mihi non postremæ notæ Doctoribus, suo loco citandis, Beatissi: Virginem, quam quodammodo in sociam gubernationis assumpsisse creditur Deus, propter quod a Paulo de *Heredia*: *Gubernatrix Cœlorum & universi Orbis* est salutata, PUPILLAM oculi Divini, hodie præsertim, statui appellare: siquidem (ut infra patebit) præfago ore Davidico pro hodierno illius Immaculatæ Conceptionis privilegio, sic expostulantem Prophetam obaudio: *Custodi me Domine, ut pupillam oculi.* cuius non novam fuisse deprecationem, ex ipsius PUPILLÆ comprobabo similitudine. Prius tamen, quam delicatè custodienda sit Pupilla oculi nostri, nimirùm, conscientia, salutaria quædã dogmata subministrabo. Interim breviter salutemus MARIAM.

Pupilla Dei est Sapientissima Providentia eius.

MARIA pertinet, ad Gubernationem universi.

MARIA Pupilla oculi Divini in sui Conceptione.

O Delicata PUPILLA!
Te non tangit tales illa;
Quâ cæcutit Proles Euæ,
Ingeminans, suum væ, væ.

PARS I.

Flabellum contra quotidianos pulveres, conscientiæ examen.

586. EA est, præsentis conditionis humanæ ratio, ut si viam virtutis ac perfectionis prosperè ac securè decurrere percupit, oporteat hominem oculis cum Lia non lippire, sed cum formosa Rachel, quæ pulchra oculis & aspectu fuerat, exporrectâ serenâq; semper PUPILLA, per debitæ circumspectionis vigilantiam, districtumq; super acta agendaq; examen, cunctis agendis attendere, nedùm ut monstra enormium tempestiuè deuitet quis criminum, aut ut trabem gravioris noxæ ab oculo conscientiæ suæ, (iuxta mandatum Salvatoris) deponat, ne demum ut festucam venialium abjiciat; sed præterea, ut a pulveribus etiam, scilicet quibusvis imperfectionibus, pupillæ suæ bene provideat: & si fortè in pulverulenti huius seculi negotiis constitutus, pulveres huiuscemodi euitare totaliter nequit, ut fatetur S. Leo Papa ser: 4. Quadr: *Necesse est de mundano pulvere, etiam Religiosa corda, sordescere.* saltim per districti examinis flabellum, Pupillam teneræ & delicatæ conscientiæ, quàm citissimè liberare, ut satagat, id perquàm necessum est.

a pulveribus leviorum noxarũ, quali cucurâ præcustodiẽda.

Leo P.

Probatur Scripturaliter.

587. Celeberrimus totius Orbis Sapiens Salomon, quàm oculatissimam in cultu conscientiæ oporteat habere solertiam, edocere volens quemq; studiosum virtutis, non aliâ, sed oculi atq; PUPILLÆ usus est similitudine, ut eam aptiùs explicasset. Et quidem Prou: 4. Prov: in oculi primò atq; palpebrarum assimilatione, id expressit, dum dixit: *Oculi tui, recta videant, & palpebræ tua præcedant gressus tuos.* Indigitans quodammodo, (ut obseruavit S. Greg: l. Pastor: Monit: 16.) ut ex maturo consilio, non ex infrunita cupiditate, agenda maturè præmeditentur: ut sic casus gravior caueatur. *Palpebræ* (inquit) *præcedunt gressus, cùm operationem nostram recta præueniunt consilia: qui enim negligit considerando prævidere, quod facit, gressus tendit, oculos claudit, pergendo iter conficit, sed prævidendo sibimet ipsi non antecedit, atq; ideo citiùs corruit: quia quò pedem operis ponere debebat, per palpebram consilii, non attendit.* Et quia ad sublimiora perfectionis currentes, major solertia concernit, quorum interest, nedùm a casibus sibi præcavere funestis, sed etiam à pulueribus leviorum culparum aut imperfectionum non sordescere, ideo delicatissimæ ac tenerrimæ PUPILLÆ, similitudinem assumpsit: dum iterum c. 7. conscientiæ in observanda lege Dei, munia enumerans, & qualitates, ita in Persona Dei fatur. *Fili mi, serua mandata mea, & vives, & legem meam, quasi PUPILLAM oculi tui.*

Greg:

Palpebras præcedere gressus, quid significet?

Conſcientia tenerrima, cur Pupilla appellatur?

Juxta ſept: Vox PUPILLA, quaſi virgunculam ſeu tenerrimam Virginem, & quaſi Nympham denotat: huius enim imago quædam, in pupilla, (modò illa perfectè ſana ſit) apparere dicitur. Qui aſſimilationis & dicendi modus, mirum eſt, quàm appoſitè explicet, innuatque, quanta nobis incumbat cura, circa cultum conſcientiæ noſtræ, ac circa obſeruantiam legis Diuinæ: cùm utriuſq; eadem ſit ratio, imò reciproca quædam inter utrumq; reperitur communicatio: ut idem ſit, colere conſcientiam, quaſi PUPILLAM, quod legem exquiſitè obſeruare. PUPILLA itaq; eſt tale creatum, ut illo tenerrius, irritabilius, ac impatientius, nihil reperiatur, nihilq; tam cuſtoditùm undique, quàm PUPILLA, quæ etiam ad abigendas muſcas (ut obſervat S. Baſil: Hexam: 11.) habet palpebras: cilicia verò, quaſi flabella gerit oculus, quibus à pupilla repellat pulveres & arenas minutiſſimas: imò & reticulatâ circumambitur tunicâ, quaſi ſubtiliſſimo illo cribro vellet natura, ità tueri PUPILLAM contra tenuiſſimas atomos, ut tamen viſiuam eius virtutem non obfuſcaret: ſi minimâ invadatur arenâ, tota commovetur, protinùs lacrymas fundit vel invita, ut hoſtem novo profluvio ſubmergat, vel ſaltim eluat. Talem tibi oportere, ut habeas conſcientiam: quæ ut PUPILLA intangibilis ſit, & minimæ prævaricationis in lege, non patiatur pericula, ſit tibi illa tanquam virgunculà: quæ, ut dicitur Eccli: 42. *Filia abſcondita, Patris eſt Vigilia, & ſolicitudo eius aufert ſomnum.* O quàm ſtudioſè PUPILLA hæc a quotidianis perpurganda pulveribus! quos perturbati affectus plerumq; excitant: retia & cribra diſtricti examinis adhibenda, quæ ſubtiliſſimas imperfectionum atomos arceant a conſcientia, muſcæq; volatilium cogitationum, & vanarum extroverſionum, cenſorino ſupercilio, veluti ciliciis abigendæ. Et ſi contingat vel modico nævo, hanc PUPILLAM atteri, malum quàm citiſſimè lachrymis eluе, aut (quod beatius erit) imitare Saluatorem, qui novis donaturus quendam Cæcum oculis. Joan: 9. *Expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos eius.* S. Chryſoſtom: cum aliis apud Joan: Sylu: hic, ſenſit fabricaſſe Chriſtum ex maſſa illa lutea globulos, & cavitatibus cæci, ut novi ex his crearentur oculi, impoſuiſſe. Lutum hoc (ex ſenſu S. Ambr:) ſignificat cognitionem miſeriæ ſuæ & labilitatis: cui ſi pro ſputo Chriſti, lachrymas tuas ſubſtituis, amarèq; deploras caſum tuum, oculatiùs deinceps acturus, efficax collyrium PUPILLÆ tuæ ex pulveribus quotidianorum defectuum adhibuiſti, vel quodammodo novos oculos, qui ſagaciùs aduertant pericula, te aquiſiviſſe gaudebis. Atq; ſic *Si oculus tuus* (ut ait Salvator *fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit:* Si PUPILLAM conſcientiæ tuæ ſic cuſtoditam tenebis: hæc dum ſolerter ages pro Pupilla tua, videlicet pro tua tenerrima conſcientia, ipſa tibi cœleſtis vigilabit PUPILLA. iuxta illud Zachar: 2. *Qui tetigerit vos, tangit PUPILLAM oculi mei.* Quæ ſanè res eſt (ait Corn: in Prover: 7.) miræ conſolationis & ſpei gaudiiq; inæſtimabilis.

Pupillæ munia recenſentur.

Conſcientiæ cribrum, examen.

Eccli:

Joan:

CHRIſtus cæcum illuminans primùm ex maſſa luti fabricavit globulos.

Conſcientia ſua invigilat, Pupillam Dei ſuper ſe habent.

Probatur Figuraliter.

Sed hic nodus, hic labor, eſt, ut flabella ac cilicia, contra hoſce quotidianos pulveres ſcitè teneas, ne PUPILLA, teneritudo ſcil. conſcientiæ tuæ vel in minimo inficiatur: per quæ flabella, intelligere volo diſcuſſionis examen, in cuius diligenti cura ac frequentatione, quantùm interſit, PUPILLÆ conſcientiæ teneræ, eius vtilitates, atq; ex defectu ipſius provenientia damna delibemus, ex Figuris: Primũ in Solymea Sponſa; cuius ſingulares laudes concinnavit Salomon, ex Pupilla & oculo uno, tam lucido, ut tela, quædam non aſpectus jacere videretur. *Vulneraſti cor meum Sponſa: vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum.* Cant. Scire cupis tanti vigoris in una PUPILLA rationem? ſcies utique, ſi negotia Sponſæ ſub umbra pomiferæ arboris conſiderabis. Cant. 2. *Sicut malus inter ligna Syluarum, ſic dilectus meus, inter Filios: Sub umbra illius, quem deſideraveram, ſedi, & fructus eius, dulcis gutturi meo.* Juſtè inquirendum venit, quam ob rem non ſedit? non cubavit? auram Paſtores (de quorum prorſus numero cenſebatur Sponſa) ſub opacis pariter captant frondibus, ſed reſupini. Sponſa tamen ſedet: Equidem ſedenti vox,

588.

Examinis conſcientiæ, neceſſitas, & vtilitas.

Cant:

denti vox, Script: frequenter ad iudiciariam refertur potestatem Joel: 3. *Sedebo ut iudicem omnes gentes in circuitu, Et Sedebitis & vos, super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Sub hac significatione exposuit de Sponsa hunc locum Card: Alliaco, inquiens, *Sub odore umbraculi, iucunda sedi: scil: docendi auctoritate predita, regendi dignitate sublimata, & iudicandi potestate honorata.* Verùm quos iudicatura sit Sponsa? puto quidem (ait Scherlog: hìc) seipsam: Nam anima iusti, cuius hæc Sponsa typus erat, dum adhuc sub umbra est, in speculo ac in ænigmate, longè facta à claritate Domini, denigratur a pulvere humanorum negotiorum, ab æstu concupiscentiæ & tentationum: opus est igitur ad iudicium crebrò vocare opera nostra universa, sive quæ latent, sive quæ prodeunt, ut intemeratè ambulent in conspectu Altissimi. Scitè S. Greg: P. l. 19. Moral: 10. dixit. *Sancti omnes foris se, intusq; circumspiciunt, & vel reprehendendos se exteriùs, vel iniquos se interiùs videri invisibiliter timent.* Et hinc omnis felicitatis omen: quia: dum Sponsa persistit constanter in tali iudicio & examine conscientiæ, mox hilaris audiet, vocari se & invitari de sub umbra, ad coronam perfectionis: imò & æternitatis: *Veni de Libano Sponsa, coronaberis.* Cant: 8. Quod ipsum vaticinatus est Isaias l. 32. *Habitabit* (inquit) *in solitudine iudicium & iustitia in Carmelo sedebit, & erit opus iustitiæ pax*: quod iudicium sedentium interpretatur Dionys: Carth: examen conscientiæ: Joan: vero Hierosol: bona quæ ex tali promanant exercitio explicare volens, iisdem utitur verbis: dum ait: de Monachis loquens: *Dum testimonium non reddebat illis conscientia, de quocunq; iniquo, commendans eorum vitam Dominus, predixit, & sedebit populus meus in pulchritudine pacis scilicet interna, & in tabernaculis fiduciæ de obtinenda scil. iucunditate superna gloriæ & requie mentis opulenta, videlicet ex gustu & contemplatione deliciarum, procedentium de torrente voluptatis Divinæ.* Spectasti lucra PUPILLÆ scil: conscientiæ, ex discussione eius accurata; Si curam eius negligis, quæ damna incurras, vide in illis pulverulentis oculis idolorum, de quibus Baruch illusoriè c. 6. *Oculi eorum, pleni sunt pulvere.* Quo sarcasmo, A tetigit Propheta, nedum vanitatem Deorum. sed etiam socordiam Ministrorum; qui dum scopas ac flabella negligebant, ut pulveres ab Idolis suis tollerent, in causa fuêre, quòd illorum Idola, quæ saltim oculos, quibus non viderent, habebant cæcos licetsi, etiam & tales, per neglectum sacerdotum, pulveribus oppleta, amisisse viderentur. Quo artificioso epiphonemate aduruntur illi, qui de exterioris disciplinæ observantia sibi abblandientes, quasi quædam sacratiora pietatis Idola videri volunt, quamvis in cultura interioris hominis segniter agant. Ad B pulveres variarum imperfectionum, ad atomos inordinatarum prurientium affectionum, parùm vel nihil attendunt; quibus non leue metuendum periculum: ne scil: talium oculi hisce oppleti pulveribus, damna PUPILLÆ, nimirùm conscientiæ graviora subeant. Non viduum suo mysterio, quod in parte tetigit Orator Romanus, P. Oliva. Strom- l. 16. vaticinium Isaiæ c. 77. *Descende, sede in pulvere Virgo, Filia Babylonis, sede in terra. Tolle Molam, & mole farinam, denuda turpitudinem tuam.* Descripsit hìc graphicè Propheta, miserum statum animæ, quæ conscientiæ C suæ negligit seriam discussionem; unde illam non Filiam Sion, sed Filiam Babylonis, id est confusionis appellat, & pulvere innumerarum imperfectionum oppletam, in pulvere sedentem quasi irridet. *Sede in pulvere Virgo*: & cur? Molam nimirùm, examen neglexerat conscientiæ, quam ideo tollere iubet. *Tolle Molam, & mole farinam:* Et quis farinam, quæ iam sub Mola fuit, iterum eàndem molit? hic modus loquendi indicat, quàm districtâ opus sit discussione, quatenus in tantùm omnis nostra actionum imperfectio tam subtiliter examinetur, ut nec pulvis, D qui PUPILLAM vel leviter affligat, reperiatur- Ait citatus Author *Nisi fortè dicamus Virgini (animæ) tantum diligentiæ & custodiæ adhibendum in discutiendis cogitationibus, ut etiam quæ sæpiùs perpendit, diligentiùs iterum discernere teneatur.*

lenti, negligentiũ circa cõscientiam typus.

Examen conscientiæ negligentes, facilè labuntur.

Molere iterum farinam sub mola, repetitũ examen conscientiæ signat.

Probatur Historicè.

Admirandam planè, in abigendis hisce a PUPILLA conscientiæ pulveribus, per flabella & scopas districti examinis, 589.

Iudicium, per sessionem signatur in Script:

Cant:

Examen conscientiæ, coronas conciliat.

Oculi Idolorum pulveru-

xaminis, cernere est in tot exemplis, solertiam. Audiamus quid de se confiteatur Dauid Psal: 76. *Meditatus sum die ac nocte cum corde meo, & exercitabam, & scopebam spiritum meum.* Rex, alter Israel Ezechias, inter præcipua, quæ dedit Deo, in sua infirmitate, vota, contemplatus oculi sui miseriam, *attenuati sunt* (inquit) *oculi mei*, præcipuum obtulit, ut suæ diligentiùs provideret pupillæ, serioſum actionum suarum adhibere examen. *Recogitabo* (ait) *tibi, omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.* S. Birgittæ (quod Lancic: opusc: 5. refert) quadam vice a Beata Virgine revelatum fuit, quòd ex suipsius honestissimis actionibus, discebant Virgines (quibus illa ad templũ Jerosolim: commanebat) honestè se gerere, & Virginalem pudiciam suam usq; ad mortem conservare, multiloquium', & omnes vanitates fugere, ac omnia opera sua diligenter præmeditatione discutere & spirituali libramine, æquâ lance, iustissimè examinare. S. Climacus testatur, olim antiquos Monachos, libellum cingulo appensũm habuisse, in quo omnes suas cogitationes connotabant, ut eas noctu facilius cognoscerent. S. Ignatius Socie: Institutor, horis singulis animũ colligebat, ac sepositis curis. examine conscientiam perurgebat. Tum si vis afferretur, quæ horam eiuscemodi consuetudini negasset, proximâ sequenti resarciebat, quod omisit. Cùm initio conversionis suæ, hominum aspectu ad risum cõmoveretur, verberibus ipsũ depulit, quibus se ad numerum afficiebat, quoties vel leviter risisset: cui exercitio tam constanter incubuit, ut illo adhuc ipso die, quo mortuus est, omissiones actuum sibi adnotarit, quod libellus sub cervicali repertus indicavit. Cuius flabelli, seu examinis exercitio, adeo PUPILLAM conscientiæ suæ ab omni imperfectionum depurgavit pulvere, ut carne exutus, protinùs & sine ulla dilatione, intuendo clarè Deo, dignam aptamq; reperierit. O quam felices quibus saltim, tanta cura est conscientiæ, quanta materialis PUPILLÆ!

Pſal:

MARIA docebat Virgines examen conſcientiæ.

Examinis conſcientiæ quanta cura in SS.

PARS II.

SS. DEIPARA, PVPILLA OCVLI DIVINI.

NImiùm quodammodo violentâ, usus esse videtur Propheta, Metaphorâ, dum sermocinationes quasdam PUPILLÆ asseruit, quas proloqui eidem mandat. Thren. 2. *Neq; taceat PUPILLA oculi tui.* Scio quidem, etiam ex S. Scriptura, in oculis bene legi amores. Prover: 23. *Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur perversa.* Contingit quandoque ceu ex Vulcani officina, ex irati oculo scintillas prodire veluti fulmina. Non ignoro in oculis invidi, liuoris præferri Ideam. Eccl: 14. *Nequam est oculus liuidi.* PUPILLA verò quamuis exquisitè organica sit, organis tamen loquellæ eam carere, compertum habetur: Cæterùm si subtiliùs loqui velimus, habet quoq; & PUPILLA Idioma suum, dum lachrymas linguæ substituit, quæ tacitis vocibus, plùs & efficaciùs frequenter, quàm lingua perorant: hinc satis connexè Propheta, dum meminisset lachrymarum. *Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem:* illicò subiunxit: *Non des requiem tibi, & neq; taceat PUPILLA oculi tui.* Ex mente Rich: Laur: l. 2. de laudibus Vir: PUPILLA, symbolum est gratiæ Cœlestis: idq; ob triplicem, ab eodem adductam ibidem rationem, cui quoq; fauet illud. Eccli: 14. *Gratiam hominis, quasi PUPILLAM conservabit. Neq; taceat PUPILLA oculi tui.* Hanc igitur lachrymabundam PUPILLAM, censuerim esse gratiam filiorum Adæ: quæ in primis suis Parentibus læsa, dolet hucusq; & lamentabiliter loquitur illud: *Omnes in Adam peccaverunt.* Vna est, & fuit singularis PUPILLÆ, gratia nimirùm MARIÆ: in primo eius Conceptionis puncto Eidem collata, quæ taciturna semper, in Eua negotiante cum serpente, locuta non fuit, & quæ speciali Dei Privilegio, à trabe illa communi primævi peccati, omninò præcustodita, lachrymis Euæ non immaduit: quod ipsum.

590.

Thren:

Prov:

Oculi plerumq; testes passionum.

Pupilla loquitur lacrymis.

Eccl:

Pupilla, gratia symbolis.

MARIA, in Conceptione sui, Pupilla, quæ non doluit nec lachrymata est.

Probatur Scri-

Probatur Scripturaliter.

Ad Thematis igitur redeo iterum sensum, intimiùs paululum perscrutandum. In calamitatibus suis implorat Dauid, sibi impendi auxilium supernum. Psal: 16. hisce verbis: *Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te: a resistentibus dexterae tuae, custodi me, ut PUPILLAM oculi.* Hunc locum, egregiè pertractat Andr: de Arcones S. J. in c. 4. Isai: asseritq; istas sententias & subsequentes, Deiparæ adaptari pulchrè a S. Hilario l. 2. de Trin: Euthymio, Theophilacto, in Luc: c. 1. & Hugone Card: hic. Quo supposito, quid pulchrius & elegantius ad illustrandum Immacul: Conceptionis Virginis Beatæ mysterium? quàm MARIAM nuncupare PUPILLAM Oculi Divini, ut teneritudo amoris pateat, & simul secura custodia, quâ seruata est ab originariæ noxæ, mortisque discrimine. Cui plurimùm inserviet & diversitas lectionum: Hebræi enim, iuxta primam vocis originem, PUPILLAM legunt & vocant. *Ischon: quasi viunculus.* quia in PUPILLA conspicitur imago viri, aut (ut alii) Virginis seu Nymphæ, quod adnotavit sapienter Lorinus. In hac enim Dei Pupa, teneraq; Puella & PUPILLA, semper viri Dominici imago & Figura resplendet, Filii enim simulacrum indivisum est a sua Parente, quæ in Dei oculis recondita latebat, ut Verbum gigneret: & Dei imaginem referebat, hostibus venerandam, pulverulento flamine non contaminatam. Verba singula Psalmi ábundant arcanis: *Mirifica misericordias tuas.* Argutè Lorinus Verbum *mirificare*, discutit: Est quidem (inquit) *mirificare*, mirabile aliquid facere: id est, segregare a communi serie aliorum. Alii legunt ex Hebræo *Segrega gratias tuas.* Et Chaldæus vertit, *Miraudam exhibe puritatem tuam, separa merita tua.* In universis Adæ natis, mirabilis Deus in gratiis, conspicuus in meritis, prædicandus puritate, cùm de tenebris emergere facit ad lumen, de servitute peccati, ad libertatem Filiorum Dei, de lutulenta vitiorum aut primæui criminis voragine, eripit, abluit sacris lymphis aut pœnitentiæ fluento, redditq; super nivem candidos & splendidos copiosâ passionis, & mortis redemptione, vitæ meritoriâ redimit: In MARIA verò puritatem suam, merita sua, suamq; mirificavit gratiam, cùm eam a communi trita serie redimendi, insolitâ præservantis gratiæ redemptione servavit. Hoc gratiæ portentum mirabile, ostendit PUPILLÆ custodia: cautiori enim adhuc munimine MARIAM protexit gratia, quàm PUPILLAM oculi, artificiosa solersq; natura. Cerne quanta hæc, adornaverit PUPILLÆ propugnacula: eam integumentis munivit crystallinis, & splendidis, palpebrarum velamine hirsutis pilis valato, & condensis supercilliis, ut pulveris & aëris læsionem repelleret. Quæ omnia S. Basil: contemplatus Homil. 11. in Hexam: ait. *Inter membra, hoc unum se tangi non finit, pilorum aciculæ circumpositæ, nec pulverulentam ullam materiam, sinunt adire propiùs oculi PUPILLAM. Per eiusmodi palpebrarum pilos, peculiaris quædam & accommoda munitio, nos undiq; cingit, non mediocre emolumentum suppeditans custodiæ tutelaris.* Et de supercilliis subiunxit. *Est* (inquit) *ipsis propugnaculum peculiare.* Nec dissimilis est S. Ambros: l. 6. Hexam c. 9. commendans munitionis satellitium, quod obtinent PUPILLÆ, ne quâ incidentis iniuriæ offensione lædantur, pilis hinc inde conserris, velut quodam vallo, hinc inde muniuntur. His Doctorum primoribus, annecte Hugonem purpuratum sic fantem. *Custodi me ut PUPILLAM oculi: quæ tenerrimè diligitur & custoditur, & pro qua tuenda ponitur manus.* Similia, quinimò majora præsidia, ad tutandam Genitricem suam, Deus, meritorum & gratiæ constituit, vt protectionis Divinæ magisterio, fieret MARIÆ tam solicita & tuta custodia, quòd tenerrimam valdeq; dilectam oculorum suorum PUPILLAM, inexpugnabili gratiæ vallo munire dignaretur: ut virgunculæ & pulcherrimæ Nymphæ, quæ ad gloriæ suæ ostentum & gratiæ prodigium creabatur, integritatem primam nullus pulvis criminosæ corruptelæ obliniret, aut originarii piaculi festuca vexaret. Hanc PUPILLAM, nullus fascinantis draconis halitus, afflare potuit, cùm eam obsepiret & clauderet, Divinæ benevolentiæ tutelaris & inoffensa custodia. Redundaret utiq; ad Dei oculum, super MARIAM invigilantem,

Pupillæ cura à natura, mirabilis, applicatur immac: Concept: B. V. M.

Basil:

lantem, PUPILLÆ Matris iniuria, si sudantis post peccatum, Adami vultûs laborioſi, pulvis, aut sordes, Dei PUPILLAM respergerent. Hinc est, quòd S. Augusti: contra Hæreses, oculi Divini intaminatam integritatem, qui Sapientia Patris est, nimirum Filii, ex integritate colligat illius PVPILLÆ, nimirùm Matris: dum sic inducit fantè Filium Dei *Si* (inquit) *potuit MARIA inquinari, cùm ipsam facerem: potui & ego inquinari, cùm ex ea nascerer.* Clarè innuens oculi Divini puritatem a puritate PVPILLÆ MARIÆ dependisse. Aliorum Doctorum, pro hoc Scripturæ loco MARIÆ applicando, quàtùm stet Authoritas, suo loco mox patebit.

S. Augustinus puritatem Concept: Christi, venatur ex puritate Con: B. V. M.

Probatur Figuraliter.

597. Judith:

Interim huius Divinæ PVPILLÆ puritatem, in glorioſæ illius triumphatricis Judithæ oculis, sub Figura contemplemur. Nobile & perrarum virtutis & vitii proponitur certamen, castitatis cum impuritate, typho superbiæ subinflatæ. Imbellis mulier contra ferociſſimum depræliatur Holofernem singulari monomachiâ: novæ ab utrinq; eriguntur Panopliæ, non ab armis, sed ab oculis terribiles: novis decertatur missibilibus: pro globis ac telis iaciuntur pupillæ, ocyus quàm tela ferientes, nec unquam in cassum, nam semper tangentes in corde. Quo in certamine, suis primùm Assyrius concidit armis, nimirùm oculis: *Sandalia eius* (inquit textus) Iudithæ scil- *rapuerunt oculos eius.* Judith: 16. Nec quoq; in alio telo ipsa fæmina triumphavit de Tyranno, quàm in iactu PVPILLÆ, & in aspectûs sui elegantia, à cuius pulchritudine, vel sensu hostiũ, a communi excipiebatur forte universarum fæminarum. *Non est talis mulier, super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum. Iudith:* 11. Sed quid agis Assyrie? quid elucet in una fæmina, quòd eam ab aliarum mulierum disgregat consortio, & novitatis vendicat elogium? Aspectûs fortè pulchritudo: sed quid inter aspectum & pulchritudinem interest? Si aspectus, tuus est ille: si eius pulchritudo, cur ab aspectu laudas, quam pulchram prædicas: si demum per aspectum, fontẽ ipsum, a quo ille emanat, oculum scl:

Oculorũ mirum certamen inter Iuditham & Holofernem.

A mulieris intelligis & dilaudas, cur totam pulchritudinis Panegyrim in una PVPILLA instituis? nec genas miraris, Maiestatis purpurâ, ingenitoq; cocco, cum frontis candore de nobilitate contendentes, aut vittas labiorum coccineas, colli ebur, & totam corporis tornatilem structuram: Vt quid exiguæ PVPILLÆ, totius pulchritudinis commendationem affixisti? *Non est talis mulier super terram, in aspectu, in pulchritudine.* Sanè apud Sacra, aspectus pro pulchritudine accipitur, verùm Illustr: Zerda Episcop: Typum hîc obZerda. servavit MARIÆ, in cuius gratia, Almo B dirigente Spiritu, enuncians Assyrius laudes Judithæ, distinxit in Juditha illa aspectum, a pulchritudine eius, ut Palmam relinqueret PVPILLÆ, Judithæ novæ MARIÆ. *In aspectu, pulchritudine. Attamen, ob Mariæ typum, aspectus a pulchritudine, inibi discernitur.* Verba Præsulis sunt, Acad: 7. n. 29. Quasi dicere vellet: Aspectus, res indifferens est, nec semper cedit totus in oculi commendationem: aut enim lædit ipse, aut lædit, dum fascinum alteri injicit: quòd bene persensit etiam Holofernes a PVPILLA Judithæ, adeo dilaudata. Vnde strages Filiorum Adæ? aspexit, C levavit PVPILLAM curiosè mulier in arborem, & oculis lubrica, allisa est a ligno. Gen: 3. *Vidit mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum.* O quanta aliorum sensuum conturbatio, ex unius PVPILLÆ aberratione! Quid sensuum immutas obiecta, malesuada fæmina? Si non præguſtavit palatum, quis docuit oculos, gustui suaue pomum? Eheu! aspexit oculus, & ibi totus animus, cuncti sensus ad visum concurrerant, iam gustus aderat, dum palpebræ movebantur, cùm teneræ prospiciebant PVPILLÆ. Vidit, perit, bis terq; quaterq; infelix aspectus. D Scitè de hoc Basil. Seleu: Orat: 3. *Anima passionum vinculis non impedita,* (idest, non subiecta passionibus protunc) *cum oculo malum communicavit, qualia enim sunt consilia, tales & Corporis motus.* Ergo dum brutalis ille Assyrius abblandiendo pulchritudini fæminæ, copulavit aspectum cum pulchritudine, simulq; & discriminavit; Typicæ Judithæ, MARIÆ, ex PVPILLÆ suæ elegantia dilaudandæ, semen laudum novarum nobis reliquit. Solùm etenim una hæc mulier, nec

Gen:

Pupilla Eæ, causa ruinæ.

MARIA Iudith typica.

er nec oculis lædit, nec unquam læsa est, cui illud tergiminum caput ex originaria labe non nocet, nova mulier est. *Non est talis in aspectu, in pulchritudine, in sensu verborum,* Cuius ex PVPILLA omnis emicat pulchritudo originalis gratiæ, quæ fascinum non injicit, nisi virtutis, ipsa liberrima a fascino draconis: cuius elegantiæ fœderatur vigor, omnisq́; vitalitas, aspectu suo omne væ peccati a longè propulsans. Audi sensum Richar: Laur: l. 3. hunc locum pertractantis in gratiam MARIÆ. *Non est talis mulier in aspectu conversationis, in pulchritudine corporis, & in sensu verborum, id est puritate cogitationis, & sic fuit absq́; omni væ, avaritiæ in opere, luxuriæ in Corpore, superbiæ in corde.* Et tandem adjicit. *Hoc est triplex væ.* Cùm autem (ut observat cit: iam Præsul:) originaria labes præcipuum sit væ, illationem agnosce, ex mulieris novitate *in aspectu,* inferri illud *Et sic fuit sine omni Væ* Quod idem conclusit pro elegantia mundissimæ ab omni peccato PVPILLÆ MARIÆ. O gratiosum aspectum! o tenerrimam Judithæ novæ PVPILLAM MARIAM! quæ cunctis cœlitibus, terrigenisque, perquã aspectabilis & amabilis fit, dum omnes, Conceptionis suæ puritate mirè perdelectat, & allicit. Solis illa Assyriis, id est dæmonibus, aspectu terribilis: vix etenim in primo suo ortu nictitavit, radiosq́; suos exeruit, ac fudit, Vniverso toti inclarens immunitatis suæ a peccato privilegio; illicò longè gloriosiùs, quàm vetus illa Judith de Holoferne, triumphavit de Sathana, non in gladio, sed suæ purissimæ conceptionis in oculo seu in virtute, infame illud stigii serpentis præcidens & conculcans caput. Cui accinit egregiè Bernar: de Bustis ser: 1. de Concept. *MARIA Iudith, quæ contrivit caput serpentis, id est peccatum originale: sicut enim caput in serpente, est primum & principale omnium membrorum serpentis; sic peccatum originale, est primum & principale & omnium peccatorum nostrorum origo: & hoc caput serpentis MARIA contrivit, quia nulla prorsùs originalis peccati macula in animam Virginis introivit, sed semper ab omni peccati labe libera fuit.* En iam habes in PUPILLA triumphantis Judithæ, egregium schema PUPILLÆ Divinæ, Mariæ, Imm: Conceptæ.

Rich:

MARIA in aspectu pulchra, & carentiam triplicis væ.

Bust:

A *Probatur* Doctoraliter.

593.

Cui elogio Virginis, quàm gratiosè faueant Doctores, aliquos eorum recensere sufficiat. Doctissimus & exquisitus, præsertim in laudibus MARIÆ, Idiota. Part: 16. Contempl: l. 1. sic fatur: *MARIA, PUPILLA oculi: quam Deus Trinitas, custodivit semper ab omni nocivo.* Eodem planè stylo, scripsit de illa Rich: Laur: apud Polyanth: Marian: *MARIA, PUPILLA oculi, quam semper ab omni nociuo Deus Trinitas conservavit.* Ambo isti alludunt ad locum Script: ex Psalmis supra adductum, quem ex recentioribus P. Andr: Arcones, loco iam citato, seriosiùs perpendens, & notas Patrum super eundem, iam superiùs præallegatas adducens, sic dicit: *Argutè prolatum a Basilio Magno: PUPILLA tangi non sinit: quia sola Deipara a Protoplasti inquinamentis intacta:* Et ab Hugone Card: dicitur. *Pro qua tuenda, ponitur manus. Brachium enim suum exerit Deus, & omnipotentem manum prætendit, augustumq́; munimen, ut ipsam obtegeret, ab & oculis removeret hostilibus, ne quâ criminalis iniuriæ offensione læderetur.* Et quoniam PUPILLA, quamdiu vitalis est, specularis cùm sit, debet viri in se representare speciem. Quàm affabrè species & imago viri, Christi, tanquam in speculo eluxerit in MARIA, idq́; ob immunitatem eius a culpa originali, liquidè expressit Berna: Busten: P. 9. ser: 2. Assimil. 9. dum ita ait. *Sicut in speculo, nisi esset tersum & clarum, nequaquam quis imaginem suam conspiceret; sic Deus imaginem suam, id est Filium suum, in Virgine videre non potuisset, nisi purissima fuisset: & ideo dicitur, candor lucis æternæ & speculum sine macula.* Et mox ex prætactis verbis, quasi irrefragabilem infert consequentiam. *Ori igitur suo silentium imponat, qui clarissimum Dei speculum, prædicat fuisse, originali vitio commaculatum.*

Idiot:

Rich:

Arcon:

Bust:

Probatur Miraculosè.

594.

Ad commendationem huius tersissimæ in Conceptione sua PUPILLÆ MARIÆ, placuit bonitati Divinæ etiam ab extrinseco, id est à miraculis & prodigiis, subministrare adminicula. Hinc etenim est, quod PUPILLÆ huius præsidio, cæcis quibusdam in corpore, pluribus in anima, novum videre & lu-

Miracula quædam circa cæ-

cos, MARIAM in Concept: ut Pupillam fuisse, testantur.

re & lumina impertisse legatur. Devotissimus Anagrãmatista MARIÆ, æuoq; nostro Romæ nominatissimus vir, Joan: Agnensis, dum ex illo fertilissimo Programmate: *Aue Maria, gratiâ plena, Dominus tecum*, iam ante ab annis triginta, orbus licetsi visu, singulari devotione contemplatus Immacul: Conceptionis MARIÆ mysterium, pluribus Anagrammatis puris & clarissimis illud prosecutus est: quæ cùm dedicaret Romæ ipsimet Immacul: Virgini, Præfationem suam, incepit ab illo miraculo, ubi recenset de quadam devota Beatissimæ, Virgine Regia, Salome dicta, quòd dum cæca aliàs esset, solis festivitatibus B. Mariæ, (inter quas principalis Immacul: Conceptionis celebratur) optimè tamen videbat. Cui ipsi miraculo proximè accedit ipsius Authoris limatissimus mentis oculus: hic enim cùm corporeo tã diu cæcutisset in oculo, in altero tamen PUPILLÆ MARIÆ luminibus ita irridiatus fuit, vt & tam fausto, etsi anagrammatismi legibus vincto pede, in laudibus MARIÆ procedere quiverit Hic, alterum sibi suæ ætatis comparem etiam in annis orbitatis ex his nostris Septemtrionalibus oris socium adscivit, nimirùm Josephum Biczanovium (eti am, si oportet gloriari, Magistrum olim meum) Academicum & Collegam Vniversitatis Cracovienſis, dilectæ mihi & de pleno Matris, non iam ut cæcus cæcum duceret, sed ut ambo in PUPILLA MARIA, sublimiter videntes & illuminati animo, penè ad miraculum, in exaltatione mysterii Immacul: Conceptionis, ligato desudarent sermone. Hc etenim alter, prodidit ingeniosam suam devotionem ad mysterium hoc, dum prædicti Agnensis Anagrammata versu Epigrammatico illuminavit in suo Parthenio oraculo, quem Librum dedicavit Ponti fici Clementi XI. 1668. Insuper reliquit *Delicias octiduanas.* aliàs Carmina in Cantica, in quibus, planè in minimo verbo sacri Dramatis, illuminatissimus iste MARIÆ cæcus, in mystica sua PUPILLA Virgine, Immaculatam Conceptionem eius suspexit, legit, & collegit, publicâq; luce donavit, sub umbra & sumptibus, magni olim Nominis Petri Stanislai Orłowii Canonici Cathedr: Cracovienſis. Requiem precari expedit, si adhuc indigent, piis Marianæ Concept: zelatoribus.

Salome Virgo, cũ cæca esset, in solis solemnitatibus B. V. M. benè videbat.

Probatur Historicè.

Accedant seriis, etiam ex humanis observationibus argumenta, ut tantò clariùs huius PUPILLÆ MARIÆ elegantia, seu conceptio immaculata eluceſcat. Historici naturales, præsertim Plin: l. 28. c. 26. de PUPILLA scribit singulare quid, ap: Corn: in Prover: 7. *Augurium* (inquit) *est ex ipso homine, non timendi mortem in ægritudine, quamdiu PUPILLÆ, imaginem reddant.* Item Joan: Genim: simil: l. 6. c. 59. inter alia de structura oculi humani, hæc adnotavit ex Anatomicis. *A prora* (inquit) *cerebri, exeunt duo nervi, qui in substantia crystallini humoris oculis se infigunt, & hi nervi transversaliter in modum crucis infiguntur in oculis, & in puncto contactûs, invicem se contingunt, & hoc ingeniosè factum est, ut altero oculorum clauso, vel excæcato, spiritus visibilis ad alterum, totus transiret, & suam ibi perficeret actionem.* Vnde tunc PUPILLA & actus videndi, propter virtutis visiuæ coadunationem, con fortatur: quod patet in sagittariis, qui uno oculo directiùs sagittam iaculantur. Mirùm, quantâ elegantiâ utraq; hæc obſervatio serviat, si applicetur PUPILLÆ nostræ MARIÆ: Augurium vitæ, quamdiu Pupilla imaginem reddit: Et quoniam ex supra dictis patet, in Conceptione Virginis, imaginem Christi eluxisse, hoc ipsum non iam augurium, sed ipsum indicium est, nullius mortalis ægritudinis in ortu suo pericula Eam incurrisse, sed totam hanc PUPILLAM, vitæ gratiæ innatasse. Ex altera obſervatione in nervis opticis, in modum Crucis decussatis, non insubtiliter eruitur, causa meritoria ipsius originalis gratiæ, quæ a prævisis meritis Crucis & mortis Filii illius, creditur emanasse in PUPILLAM MARIAM, ut in vita gratiæ conciperetur. Et quoniam illo ex aspectu, quo *Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum.* Gen: 3. intoxicatus protoplastorum oculus, cum tota cæcutiit progenie, obicemq; posuit in nervo, sistendo in nos præparatos iam ex meritis Christi, influxus originalis innocentiæ, tantò perfectiori modo in PUPILLAM suam MARIAM Christus omnes intendit nervos meritorum suorum

595.

Plin:

Pupilla sana, augurium vitæ.

Pupilla nervi in Crucem decussati a cerebro participant vi suæ potentiæ Spiritus.

Maria Pupilla augurium vitale

Pupilla Mariana vitalitas, ex meritis Crucis.

rum, ut terſiſſima, tenerrima, & delicata undiq; ſemper & in omni appareret inſtanti.

Epilogus.

596. HUius ergo Oculi Divini PUPILLÆ, ab omni pulvere, id eſt labe originali liberrimæ, tot in argumētis iā ſpectavimus terſitudinem: pro qua tuenda intantùm laboravit Omnipotens; ut meritò & ſingulariter uſurpandum veniat pro MARIA illud cōminatorium Dei. Zach: 2. *Qui vos* (qui Te) *tangit, PUPILLAM oculi mei tangit.* Cavendum certè, ne imm: Concept: eius Privilegium, iniurioſè a quopiam tractetur. Itaq; ſi nunquam cæcutiit oculus Dei MARIA, ſed vigilat vigilavitq; continuè PUPILLA hæc; Tuos primùm gratioſiſſima Patrona ad nos, quotquot honori Immaculatæ Conceptionis famulamur devotè, Oculos miſericordiſſimos converte: præcedant palpebræ tuæ greſſus noſtros, ut A cuncta offendicula actionum noſtrarū tollant & manifeſtēt, obtutus qui tuos humiliter exambimus: Didicimus etenim ab Alberto M. Bibli: S. Job. *Te eſſe Oculum caco, id eſt peccatori, ipſum ducens, ipſi viam monſtrans, ipſum a fouea inferni defendens.* Reverenter PUPILLAM TUAM ſubſpicimus, pulverentum nec minimum Adæ noſtri in illa advertentes: Vigilia ſuper nos PVPILLA Dei, pro nobis Altiſſimum deprecando, ut gratiarum ipſius auxilio adiuti, in ſalutis non cæcutiamus via: Imò cùm in oculo, regnare quaſi dicatur PVPILLA, Tu autem Divini Oculi PVPILLA dici aues, ſic Divinæ Benignitatis ſuper nos oculum dirige, ut tandem oculis noſtris lumine beatifico irradiatis, Deum utpote Finem ultimum noſtrum, in Tua PVPILLA, tuæ nimirùm opitulationis & precum adiutorio, videamus, eoq; perfruamur in æternum.

A M E N.

Alb: M. *Votum Authoris.*

DECAS VI.

QVASI MYSTERIOSISSIMVM SS. DEIPARA.

Pro Assumptione B. V. Maria.

Quasi Cedrus exaltata sum. Eccli: 24.

598. BRevis licet & exigua satis vocula *Quasi*; mysteriorum tamen compendium est, in qua, novo quodam Laconismo, inenarrabilis gloria Assumptæ & exaltatæ in Cœlos Deiparæ, comprehenditur. A. A. *QVASI Cedrus exaltata sum in Libano.* Rectè id advertit doctissimus Encomiastes MARIÆ, Angelus Paciuchel: in Psal: 86. Excit: 23. n. 3. in simili rem eandem pertractans, dum perpendens illa Cant: 8. verba, quæ usurpantur communiter de MARIA. *Facta sum coram eo, quasi pacem reperiens,* excitat quæstionem Ad quid illud? *Quasi.* Cur non ita absolutè: *Facta sum, pacem reperiens.* Exponunt aliqui, illud, *quasi,* non esse diminutivum, sed expressivum magnitudinis. Juxta quem modum illud Euangelistæ intelligendum est. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti a Patre.* Joann: 1. Thom: Vbi Divus Thomas: Hoc, quod dicit QVASI, est expressivum veritatis, secundùm D. Gregorium. Et est, (ut D. Chryso: Chrysost: dicit) sicut si aliquis vidisset Regem multiplici gloriâ incedentem, qui interrogatus ab aliquo, qualiter Regem vidisset? volens se expedire, illam gloriam uno verbo exprimeret dicens: Quod ipse incedebat, quasi Rex, id est sicut Regem decebat. Ita hic Euangelista, veluti interrogatus ab aliquo, qualis esset gloria VERBI, quam viderat, non valens eam exprimere, in uno QVASI omnia compendiando, dixit: *QVASI Vnigeniti a Patre:* id est, talem, qualis decebat Vnigenitum. Pari modo id intelligendum videtur de Beatissima Virgine, dum de illa, Scriptura aliquid per QVASI enuntiat, & tantò magis, si præterea hic terminus QVASI, per quandam assimilationem ad aliud, ipsi tribuendus assumitur: rem etenim illam eminenter & excellentissimo quodam modo ei competere indicat. Atq; ideo istud QVASI, variis similitudinibus applicatum, in uno capite Ecclesiastici 24. multoties repetitum invenies, tanquam aliquod singulare explicativum excellentiarum, virtutumq; Deiparæ, & præsertim comparativè ad multiplex plantarum genus, dum primùm dicitur. *Quasi Cedrus exaltata in Libano.* Deinde *Quasi Cypressus, Quasi palma, Quasi Oliva, Rosa: & tandem, Quasi platanus exaltata juxta aquam in plateis.* Quod præstantissimum *Quasi,* multiplici similitudinū varietate, mirum est, quàm mysteriosè simulq; venustè, gloriam Assumptæ ex-

Vocula, QVASI mysteriū non vile.

A

B

C

ptæ exprimit ac repræsentat, quodammodo per gradus circumscribens id, quidquid simul & instantaneè in glorificatione sui, accepit Deipara. Itaq; meum erit, compendiosùm hoc MARIANVM QUASI, explicatiùs demonstrare, & similitudinibus propositis a Sapiente, Assumptæ Virginis declarare Majestatem. Quoniam verò, crescente in gloria MARIA, nos in gratia virtutum ac perfectionis decrescere non expedit; de continuo virtutum profectu, priùs proponam aliqua: Nunc breviter salutemus Assumptam.

Olea, Cedrus, Cupressus,
Rosa, Palma, Platanus,
Ad Te clamat homo fessus,
Invocanti da manus.

PARS I.

Perfectionis est, continuum incrementum virtutis.

98. EST quod altiùs nostros evocet cogitatus, ut penitiùs Ecclesiastici sermonis arcana perscrutemur: quòd nimirum panegyricum illud, perfectioris animæ QUASI, continuatâ quadam phrasis prosecutione, in ipsorum vegetabilium, quæ insensibili partium omnium nutritiuâ augmentatione, pertinaci quodam naturæ ipsius conatu, partim viridantium foliorum amœnitate, partim ramorum latepatentium luxuratione, partim fructuum suorum copiâ, nunquam non eunt in augem, sed semper incrementantur: quòd nimirum ad explicandam spiritualis vitæ justorum rationem, assumpserit Sapiens similitudinem. Arbitror equidem non alio id feciſſe fine, nisi ut ostenderet, progressum gratiæ, non dissimilem esse cum motibus & progressibus naturæ, ut ex utroq; simul, semper crescendi in virtutis perfectione necessitas appareret: De quo salutaria audiamus monita Pauli.

Probatur Scripturaliter.

99. SI cui post Christum & MARIAM, major infuisse creditur zelus, quam Doctori Gentium Divinissimo Paulo, de continuando in stadio virtutum indefesso progressu. Parum ei erat monuisse ad cursum. dum ad Colos: 1. dixit. *In omni opere bono fructificantes & crescentes*; nisi simul præviſſet in stadio, strenuus Antagonista. 2. Philip. 1. & Cor: 8. dum sic alloquitur Fratres: *Fratres, ego me non arbitror apprehendisse.* Et iterum. *Qui putat se scire: nondum scit, quemadmodum eum oporteat scire, Vnũ autem, quæ retrò sunt, oblitus, in ea, quæ ante sunt, extentus, secundùm intentionem sequor, ad palmam supernæ gloriæ.* Super quæ verba Apostoli, Magnus Doctor S. Augustinus dogmatizans, sic ait: in Psal: 69. *Quantumcunq; hic profecerimus, nemo dicat, sufficit, justus sum: qui dixerit, remansit in via, non novit pervenire: ubi dixit, sufficit, ibi hæsit: Attendite Apostolum, cui non sufficit &c. hic repete verba Apostoli.* Satis ante, & quidem ingeniosè Regius Sapiens, hos justi in via virtutis obseruavit, investigavitq; progressus, in illa semita, de qua ipse Proverb: 4. *Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit, & crescit, usq; ad perfectam diem.* Vbi per antithesim quandam, ad viam impiorum tenebrosam, de qua superiorì versu locutus fuit, inquiens: *Ne delecteris in semitis impiorũ, nec tibi placeat malorum via: non enim dormiunt, nisi malefecerint.* Explicat Sapiens sub similitudine lucis crescentis, quod ipsum (ut obseruavit Corn: a lapi:) auroram exorientem signabat: explicareq; per hoc voluit modum incrementi virtutum & perfectionis, in animabus justis. Ita ut sensus sit: quasi diceretur: vita & conversatio Sancta justorum, est quasi aurora, vel lucifer lucens, mundumq; illuminans: Sicut enim lux auroræ sensim intenditur, & crescit usq; ad perfectam diem, id est, usq; ad meridiem, in qua discussis omnibus nebulis & tenebris, aurea, clara, plenaq; lux toto hemispherio resplendet; sic pariter & justorum justitia & sanctitas, sensim crescit, donec dissipatis omnibus nebulis & tenebris resplendeat. Atq; ita justitia & perfectio illorùm continuò crescens, it in augem, donec ex omnibus imperfectionum emergẽs umbris, ipsa pura plenaq; refulgeat: quod incoatè fit in hac vita, perfectè verò fiet in Cœlo, ubi ampliùs crescere non poterit, cùm in hac vita semper crescat, (ait Cornelius) Vnde Vnb: Beda sic explicat tex-

Coloſ: Philip: Profectus continuus commendatur & demõstratur. Aug: Prov: Aurora cur iustus similis

Beda: cat textum. *Iuſtorum opera in luce ſcientiæ peraguntur, & æternam ducunt ad vitam, quæ eſt perfecta dies.* Et quæ iſta dies, in qua ceſſandum a creſcendo? Dies hæc in vita præſenti nemini exoritur, ipſa etenim eſt æternitatis dies: dies inquàm, quæ nec manè, nec Veſperam admittit. De qua Pſal: 83 *Quia melior eſt dies una, in atriis tuis, ſuper millia.* Per quod ipſum innuitur, nunquam a creſcendo in virtute deſiſtendum, etiam perfectiſſimis, niſi dum ad perfectam diem æternitatis perveniatur, in quo ampliùs nemo poterit operari ad meritum. Hinc S. Greg l. 7. ep. 127. ad Claud: illud extat monitum. *Vos autem uſq; ad perfectum diem creſcite, & quouſq; Patria æterna videatur, bonorum hic augmenta dilatentur.* Vnde ex occaſione iſtius ſimilitudinis, ad auroram ſeu lucem creſcentem, cognoſcere licet, quantis, quàmq; velociſſimis paſſibus (ſi adſit gratiæ, humana cooperatio & ſtudium) creſcere in virtute poſſit per quæq; momẽta unuſquiſquè mortalium. v g. Mediocris diſtantia Solis a centro mundi, ſecundùm Tychonem continet 1180 ſemidiametros terræ. Atq; ſic ſi ſemidiametrum terræ ſtatuamus conficere milliaria horaria 1214. quâ minorem nullus Aſtronomorum poſuit, mediocris diſtantia Solis, qualem nempe habet circa æquinoctia, milliaria complectetur horaria, unum millionem, trecenta, nonaginta ſex millia & centum. His ſuppoſitis ſequentia deducuntur nimirùm, quòd Sol circa æquinoctia, conficit unâ horâ, quinquaginta octo millia & octingenta milliaria Germanica ſeu leucas horarias: Sol ergo cùm decem lineis receſſit, quinq; milliones octingenta, octuaginta millia milliarium currendo confecit: Cuius celeritatem Card: Belarminus de aſcens: mentis grad: 7. c. 2. experimento oculi ſe probaſſe teſtatur, obſervando, quanto temporis ſpatio Sol totus, qui ex cõmuni Aſtronomorum ſententia 166. major terrâ eſt, occumberet in mari: Belarm: *Cæpi* (inquit) *ad initium occaſûs eius legere Pſalmum Miſerere, & vix totum bis legeram, cum jam Sol totus obiiſſet:* Ergo neceſſe eſt, (inquit) Solem eo tempore breviſſimo, percurrere ſpatium multò maius, quàm ſeptem millia milliarium horariorum. Vide ergo o homo!

Solis velocitas taxatur.

A (ait quidam) velocitatem tantam irrequietorum curſuum naturæ, quibus tamen noveris, velociores eſſe progreſſus charitatis & gratiæ, ſi humanum non deſit ipſis ſtudium: cuius perfectio, duplâ proportione per actus ſuos, iuxta Theologorum nonnullorum computum, creſcere dicitur: apud Engelg: *Dom: 1. poſt Epiph:* Quare, ubi a ſomno tibi redditus, ſoporem excuſſiſti, vides aſſurgentem auroram, quæ te admonet, non in terris, ſed in Cœlis progreſſus facere: non tardè, ſed celerrimè in hoc virtutis ſtadio decurrere: mentem ergo tunc erige, B propoſita & affectus voluntatis ad perfectiora intende, monente iterum Greg: hom: 3. in Ezech: *Quaſi enim per quendam diem ſanctitatis incedere eſt, mente ſemper ire ad meliora.* Greg:

Probatur Figuraliter.

Vidimus, iam ſuccreſcentis lucis in ſchemate, iuſtorum in perfectionis ſtudio incrementa; expedit adhuc ſpectare idem in Figura arborum, cùm homo quandam ſingularem analogiam ad virentia ligna habere colligatur, ex illo reſponſo cæci nati, qui ſubitò illuminatus a Salvatore, dum interrogaretur: *Quid videret?* C reſpondit ſe vidiſſe *homines, tanquam arbores ambulantes.* Marc: 8. Itaq, egregii cogitatus, evocant nos ad montem commendatiſſimum Libani, qui locus erat præcipuus deliciarum Sponſi & Sponſæ, atq; laudis ſpecialis materiam utriq; ſubminiſtrabat copioſam: Cùm igitur Sponſus, ſuæ Sponſæ, ſcl. CHRISTVS animæ iuſtæ, deprædicaſſet qualitates & prærogativas, donaq; gratiarum ac virtutum ſub variis ſimilitudinibus animalium, florum, fructuum, & arborum, aromatum, monilium: quaſi pro colofone panegyris ſuæ, adjecit ligna, D & quidem ſolius montis Libani, ſub ipſorum ſimilitudine iuſtitiam dilaudando ſuæ Sponſæ. Cant: 4. *Nardus, & Crocus, fiſtula, & cinnamomum cum univerſis lignis Libani,* cur autem? Attigit ſua indagine huius myſterium eruditiſſ: Paul. Scherlog: quod ille ſynopticè compendiavit, dicens: *Libani arbores (inquit) quò diutiùs vivunt, virent magis: ſic virtutis Cultores.* Libani itaq; arbores infirmitatem & ſenectam ignorant, perpetuâ juventâ luxuriant: quo diu-

600.

Marc:

Libani ligna, typus perfectionis unde?

Cant,

Scherl:

tiùs vi-

tiùs vivunt, virent magis, nunquam non crescunt, & saltim virtus eorum unquam non fatigatur, quin nova & nova producant foliorum & fructuum ornamenta. O Syluæ beatitatem! cui tempora nil adimunt, sed decorem magis & magis perficiunt! Et quis est ille in cætibus justorum, qui tractibus temporum, aut senectâ ingruente, lassatus in via justitiæ, non remittit de rigore mortificationis vel exercitio virtutis, verùm etiam per singulas ætates, vult crescere & plus crescit? Heu nos! quibus rarus feruor, & si aliquando paululùm arsimus, statim intepescimus, & ad vomitum antiquæ prauæ conversationis regredimur! Argutè hoc senum vitium tetigit P. Oliua strom: in c. Gen: 17. Verba illa perpendens de Abraha. *Postaquam nonaginta novem annorum esse caperat, apparuit ei Dominus, dixitq; Ambula coram me & esto perfectus.* Sic autem ait: *Vel in Cœnobiis, senectus plerumq; blanditur sibi, facilè a cursu cessat, tantùmq; præteritorum memor, in anteriora non extenditur. Nescio, quomodo in homine solus autumnus matutinoris ætatis, sterilescit: Omnia sibi licere putant, omnia damnant, otio, tædioq; non semel contabescunt. Ergo Deus, quem, & tironem, & virum, & peregrinum, & divitem monendum non censuit, senem commonuit. Vt sciant senes, immunitatem sibi non datam a canis, ut reprehendi interdum non debeant, urgeriq; ad cursum.* Non sumus profectò de Lignis Libani, de quibus si essemus, posterior dies, melior esset prioribus. Gillibert: s. 37. in Cant: ad rem aliquid loquitur, dum hunc locum pertractat, *In Ecclesiasticis lignis utraq; obviant sibi, forma fidei, & operis fortitudo: talis Cedrus nostro plantatur in Libano, hìc est, & alibi non est puritas fidei, & perpetua & quasi incorrupta perseverantia virtutis.* Quare nonnisi in domo ex Libani compacta arboribus, ni mirum ex Cupresso & Cedro habitare voluit Sponsus. Gloriatur enim, se talem ad commorandum nactum fabricam Cant: 1. *Ligna domorum nostrarũ cedrina, laquearia cupressina.* Cedrus, simul & Cupressus, arbores sunt: quibus adolescentiæ & viroris gratiam, non hyems, sævis ventorum flatibus, cum pruina, grandine, & nivibus aufert, quas nec Syri æstivi intolerandus ardor marcescere facit: O invictum robur, cui nulla ætas, cui nullæ injuriæ officiunt! Talis, qui sub disciplina sancta, de virtute in virtutem proficiscitur, licet infinitis petitus jaculis, quem neq; fames, neq; nuditas, neq; altitudo sublimis contemplationis, neq; profundum ætatis, ipsa nimirum senectus, ab exercitiis virtutum, quibus tiro adhuc assveverat, & a feruore charitatis separare valuerunt: in tali pectore requiescit libenter Sponsus, & deliciæ eius sunt, cum talibus commorari hominibus. Ad hunc sensum collimavit S. Ambr: Octonar. 4. in Psal: 118. in illud: *Stillavit anima mea pra tadio. Fratres* (inquit) *domorum nostrarum Cedri, lacunaria nostra, cupressi: Genus hoc arborum nunquam amittit viriditatem suam, hyeme juxta, vere, atq; æstate comam passit, nec diverso colore mutatur: solam hanc arborem ventus suo nunquam honore despoliat: sola nunquam veteri exuitur amictu, aut novo flore vestitur: Sic Apostolica quoq; gratia, nescit defectum, sed vetustate sui floret: anima ergo corrumpi nescit, quæ florentibus meritis vigens semper, justitia, caterarumq; virtutum culmina patienti magnanimitate sustentat, & illo non defluit, neque deficit, quia nihil in ea rimosum est, ac remissum, nihil mobile, nihil lubricum.*

Anima crescens in perfectione, gratum domicilium Spõsi. Ambro:

C *Probatur* Historicè.

Perpetui profectûs excellentissima exemplaria emicant in CHRISTO & MARIA. De Salvatore scriptum legitur, *Puer autem crescebat sapientiâ & ætate.* Quem etiam nunquam in vita sua stetisse seu cessasse ab actibus virtutum, obseruavit Mellifluus Doctor epist: 254. dum ait. *Ipse hominis sæculiq; Auctor, quamdiu cum hominibus conversatus est, nunquam stetit, & quidem teste Scripturâ, pertransiit benefaciendo & sanando omnes. Pertransiit ergo sicut non infructuose, ita non remisse, non pigrè, non lento gradu: sed quemadmodum de eo scriptum est. Exultavit ut gigas ad currendam viam.* Vix non similibus Filium suum assequebatur gressibus, fidelissima Imitatrix JESU, Mater eius MARIA: cuius giganteos in cursu virtutum & meritorum passus, dum proportione duplâ ad numeros reduxisset Engel: citatus supra, ex P. Nieremb: per certam supputationem Matheseos, produxit immensum quendam numerum meritorum eius, idq; adhuc ex suppositione, quòd postquam facta est Mater

601.

Profectûs continui exempla in Christo & Maria.

eſt Mater DEI, ducentos tantùm habuerit actus charitatis: ſingulos enim multiplicando, aſſerit Virginem promeritam fuiſſe plures gradus gratiæ, quàm eſſe poſſent in mille quingentis, nonaginta ſex millionibus mundorum, & aliis nongentis & triginta octo millibus, & quadraginta quatuor mundis, æquè magnis, ac hic mundus eſt, ſi eſſent pleni granis ſinapios, a centro terræ uſq; ad concavum firmamenti, computando unumquemq; gradum pro decem millibus Angelorum, cum tot gradibus gratiæ, quot habuerunt, dum ad beatificam viſionem elevarentur. Gigantes hos in curſu virtutum ac meritorum, mirari tantùm, (nam consequi impoſſibile,) cuiq; mortalium licet, non tamen vel ſaltim teſtudineo paſſu imitari prohibitum: Trahamur ergo poſt eos, & curramus in eorum odorem: eamus de virtute in virtutem irrequietis paſſibus, donec videamus DEUM deorum in Sion.

MARIÆ meritorũ intenſio, quantùm creverit, in momenta.

PARS II.

SS. DEIPARA QVASI myſterioſum.

602. Iſai. MIratus aliquando auditur Iſaias Propheta ad inſtantaneam cuiuſdam terræ fertilitatem c. 66. dum dixit: *Quis audivit unquam tale? & quis vidit huic ſimile? Nunquid parturiet terra in die una?* Ad quod reſpondiſſe legitur Ambroſ: exhort: ad Virg: 4. *Quis audivit, ſi terra parturit uno die? uno die terra non parturit, ſed parturit gratia.* Habet quandoq; partus ſuos inſtantaneos gratia, quibus caret natura, præſertim ſi illa idoneam reperiat glebam. Glebam hanc non aliam dixerim, quàm illam terram benedictam, de qua David Pſal: 84. *Benedixiſti Domine terram tuam.* Per quam ex ſenſu communi PP. intelligo Beatiſſimam Virg: MARIAM. Heu miſeras & ſteriles noſtras glebas! in quibus, ſi quid boni parturit gratia, ſucceſſivis longiſq; diebus, ſi non annis, ſi non luſtris, conſtat, antequam virtutis alicuius induamur ſpecie. Cæterùm benedicta terra gratiæ, MARIA, ſicut in vita ſua ab ipſo inſtanti Conceptionis ſuæ mundiſſimæ, parturigine meritorum ac virtutum,

Ambroſ:

Gratia habet quandoq; inſtantaneos partus.

Pſal:

A tam citis & immenſis proceſſit paſſibus; ut ſubitò in illa apparuerit Cedrus imputribilis in Conceptione. *Idiota.* Cypreſſus infrangibilis in Annuntiatione *Idem.* Palma dulciſſima, ob fructum ventris ſui in parturitione. *Idem.* Oliua per affectum pietatis, in Elizabeth & Joannis viſitatione: Platanus firmitudine, & purpurea Roſa, ob martyrium, quod perpeſſa eſt ſub Cruce. *Richa: Laur:* Ita pariter, dum in Cœlos hodie aſſumitur, quantumvis perfectio eius gloriæ, ſingularibus & ſucceſſiuis QVASI, id eſt, ſymbolis deſignatur; hoc tamen ita de illa dicitur; ut totius beatitudinis eius, tota ſimul & perfecta explicatiùs deſcribatur poſſeſſio.

MARIÆ feſtivitatum myſteria quibuſdam arboribus applicantur.

B

Probatur Scripturaliter.

Igitur dicitur primò, & comparatur Aſſumpta Virgo Cedro. *QVASI Cedrus exaltata ſum:* quòd ideo dici arbitratur Idiota, Hugo de S. Victore, Richard: Laur: ut hâc ſimilitudine intelligatur ſumma ſublimitas eſſentialis beatitudinis, & gloriæ, quam Virgo DEI Mater in ſui Aſſumptione plenè poſſedit. Quod ipſum a diverſa ſimilitudinis ratione depromunt allegati Doctores. Eruditus *Idiota* attribuit id MARIÆ, ex comparatione ad dignitatem Arboris, quæ dicitur Rex arborum ob proceritatem, dum ita ait: *MARIA, Cedrus, quia ſi Cedrus, arbor eſt procera & eminentiſſima ſuper omnes arbores, & dicitur Rex Arborum; Beata Virgo Mater Dei facta fuit: nec priùs ſimilem habuit, nec in futurum habebit. Hæc etenim ſingularis gloria eius, & prærogativa.* Iſta autem gloria, quòd ſingulariter ſe extendat ad beatitatem Aſſumptæ, liquidò teſtatur Richard: nominatus, dum eandem proſequendo Cedri analogiam, ſic dicit. *MARIA Cedrus, quia ſi Cedrus arbor procera & eminentiſſima ſuper omnes arbores, unde & a quibuſdam dicitur Rex arborum: ſic MARIA, Cœli Regina, Sanctis ſupereminet univerſis.* Hugo vero Victor: ſer. de Aſſump: B. V. 47. ex imputribilitate ligni, ſimilitudinem hanc pertractans, ita fatur: *MARIA Cedrus exaltata, quia inviolata ſemper exiſtens, & primùm per gratiam, & poſtmodum per gloriam, præ omnibus ſe ſublimatam vidit.* Hinc Paul: Scherl: exquiſitior cæteris, Canticorum Commẽtator in Cant 5. n. 124. auſus eſt Aſſumptæ Virginis gloriam, in illa explicare

602. Idiot: Hugo. Richa:

C *Cedrus Rex arborum.*

D *MARIA Cedrus, quibus nam de rationibus.*

plicare Cedro, quam olim descripsit Ezechiel Propheta c. 31. *Ecce Assur, quasi Cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsusq́, altitudine, & inter condensas frondes eleuatum est cacumē eius, aquæ nutriverunt illum, abyssus exaltavit illum.* Habet quidem Assur ap. Syluam Allegor. significationes suas, quæ repugnant laudibus MARIÆ; cæterùm non viduum est vocabulum, etiam tali ethymo, vt congruere possit laudi Beatissimæ: *Assur* enim, etiam idem est, quod *Beatus* aut *vincens:* hinc est, quòd Vnb: Beda in Gen. 10. pro Assur intellexerit Christum; quid mirum, si idem vocabulum trahatur ad Matris eius MARIÆ beatitudinem, quæ devicto sæculo, hodie in Cœlis triumphat: *Assur, beatus, vincens.* Nunc auscultemus Prophetæ de ista Cedro orationem, *Quasi Cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosus &c.* O Libani honorem! O Syluæ ornamentum! o miræ staturæ! o stupendæ expansionis arborem! Et quæ tantæ gloriæ, quæ venustatis causa? *Abyssus* (inquit) *exaltavit illum.* Verùm *abyssi* nomine quidnam intelligendum? Abyssus mare magnum & spatiosum est, ipse Pater aquarum Oceanus, cum profundissimo sinu: perspice autem, in hunc tam capacem ambitum, universos fluminum cursus properare, nec tamen illum restagnare hospitum undosorum aduentu, Salomon observavit Eccle: 1. *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat.* Ergo abyssus, cui maris absolutè nomen convenit, copiosior in aquis est, quàm omnia flumina simul & collectiuè agglomerata. Ab hac ergo tam plena irrigatione non unius alteriusuè amnis, sed omnium fluviorum in unam maris alvum concurrentium factum est, ut supra omnia nemorum ligna, Cedrus illa exaltaretur, æthera quasi tactura ob proceritatem. Sed quænā hæc Cedrus tam sublimis (quærit nominatus Commentator, simulq́; respondet) nisi B. MARIA DEI Genitrix. de qua Ildeph: ser: 1. de Assump: *Quæ ut Cedrus quotidie in terris multiplicatur, dilaudaturq́, ramis, & in Cœlo radicibus, ut crescat ampliùs, & solidetur.* Aquæ verò, gratiam mysticè designare consueverunt. Ecce igitur primùm in abysso explicat se ratio, cur hæc Cedrus in tantùm excreverit in Cœlis; summum gloriæ pertingens cacumen: nempe, quia secùs decursus *abyssi* plantata fuit, quæ abyssus totam collectionem gratiarum in MARIA significat: ac demum, quoniam Virginis Matris Domini, tam cumulata extitit gratia, quæ sola vinceret omnium Electorum gratiam, unà & conjunctim expensam, ideo, sicut Cedrus Libani, MARIA exaltata est in Assumptione, pulchra essentialis *gloriæ ramis, frondibus* quoq́; accidentalis gloriæ *nemorosa, excelsa altitudine, & inter condensas frondes,* scilicet inter perfectissimos etiam Sanctos, eleuatum est cacumen gloriæ eius adeò; ut altitudinem eius sicut in summitate meritorum ipsius, ita & in sublimitate donorum omnium eam beatificantium, nemo consequi dicendo valeat.

Ezech:

MARIÆ gloria, ab abysso declaratur, & augetur.

Probatur Figuraliter.

604.

Jam alterum Marianum QUASI accedit, ut sub similitudine Oliuæ, genuinam exprimat Figuram celsitudinis gloriæ, quam Assumpta Virgo possedit. *QUASI oliua speciosa in campis* (inquit) Eccli: 24. Porro oliuæ planta: commendationem suam sortitur non, tantùm ex foliorum pulchritudine, quod vix non cum aliis lignis commune habet; sed etiam, & quidem præcipuè, ex pinguis sui humoris exuberantia: unde est, quòd ex hac ratione, egregiam B. Virginis Assumptæ præseferre dicatur Figuram, adeo, ut de ea Rich: Laur: l. 12. illa verba usurpaverit Jeremiæ Prophetæ, c. 11. *Olivam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocavit Dominus nomen tuum.* Pulchritudinem eius ex virtutum amœnitate agnoscimus, fructiferam etiam, gustantes benedictum fructum eius JESUM, experimur: imò iam Assumptæ speciositatem admirati sumus, in intensione gloriæ eius essentialis: itaquè sola ubertas huius plantulæ in emanatione olei, id est, magnitudo gloriæ eius, extensiuè per comparationem ad Angelos, perpendenda nobis remanet, quam ipsa olei qualitas, simulq́; similitudo ostendit esse excellentiorem beatitudine illâ, quâ Spiritus illi perfunduntur Cœlestes. Provocat enim cogitatus nostros ad altiorem indaginem stylus ipse Sponsi dilaudantis Sponsam, MA-

Eccli:

Oliuæ arbor, Assūptæ MARIÆ explicat celsitudinem gloriæ.

Jerem:

RIAM, dum nomen eius oleo effuſo comparans, quandam vim, (quâ cæteris præcellere videbatur, ut etiam juvencu'as trahere poſt ſe diceretur,) eidem attribuit, dicens. *Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te: curremus in odorem unguentorum tuorũ.*

Cant: *Cant:* 1, Vbi adoleſcentularum nomine, plurimi Expoſitores volunt intelligere Angelicas naturas: olei verò ſignificatione, venit ipſa exuberantia Virginis, primùm in donis gratiæ: ob quod ait Hailgrinus Card: in dicta verba Cantici, de Deipara. *Sicut Oleum, cæterum liquorem ſupernatat; ſic nomen eius*

MARIÆ gloria, ſuper Angelos. *& invocatio nominis, omnium Sanctorum nomina ſuperexcellit, & exuberat.* Deinde in hoc oleo exprimitur excellentia ipſius gloriæ, quâ longè ſupereminet Virgo, Angelicâ beatitudine: ut cenſet cum nonnullis Scherlog: in cap. 5. Cant. n. 123. Imò & proprio ſuo ore, ſpiritus illi Cœleſtes id profiteri clarè videntur, dum aſcendentis Virginis gloriam demirantes, toties iterant ſuas ſciſcitationes. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi &c: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, tanquam &c:* Notanda Angelica hæc *Tanquam, & quaſi:* Cernebant illæ illuminatiſſimæ mentes, & quidem notitiâ experimentali in ſeipſis, beatitudinis propriæ & gloriæ donũ, quod, emicante gloriâ MARIÆ, per comparationem ipſiſmet viluerat; ideo ſororem gloriæ ſuæ, Aſſumptam appellare non audebant, quam videbant veluti Reginam omnis creaturæ intronizari: atq, ſic perfuſâ ſtupore mente, in diverſas & peregrinas rapiuntur creaturarum ſpecies, ut non quidem per proprietatem; ſed per aliquam ſimilitudinem, unum ex multis congereretur idoneum expreſſivum Gloriæ ſummæ Virginis. Attigit & quidem non obiter, ſed cum matura ponderatione hunc exceſſum gloriæ MARIA-

Dam: NÆ ſuper Angelos. Pet: Damian: ſ. de Aſſ: cuius ſimul & cauſam inveſtigavit, dum ſic fatur. *Inter Angelorum choros ſupereminens & erecta* (MARIA) *merita ſingulorum & omnium titulos antecedit. Quemadmodum enim titulus viſionis B. Virginis, ſuperat collectiuè, titulos gloriæ omnium hominum & Angelorum; ergo & gloria B. Virginis ſuperat collectiuè reliquas omnium hominum & Angelorum: ſiquidem Maternitas DEI naturalis, ſuperat collectiuè filiationes omnes adoptivas: Vnde verba Apoſtoli ad Hebr: 2. in Virginem Deiparam recta cum proportione quadrant: Tantò melior Angelis & hominibus effecta, quantò differentiùs præ illis nomen hereditavit.* Accedit cum ſimili ſenſu & noſter Bernard: Senen: tom 1. ſer: 61. Bern: dum alludens ad illã Coronam Eſther, ita ait: *Poſuit diadema Regni ſuper caput eius, & voluit eam eſſe Reginam, Eſther: 1. Iſtud eſt diadema ſpeciei, & Corona gloriæ, quâ Virgo ſuper Angelos honoratur, ut intra Trinitatis gloriam ipſa ſola amplius ſit erecta.* Hinc prudentiſſimè exclamavit D. Damaſ: Orat. 1. de dormit. *O præclariſſimum exceſſum! qui hoc Tibi (o MARIA) affert, ut cum Deo præſens ſis: Nam cùm omnibus quoquè aliis Numine Divino afflatis famulis conceſſum ſit iſtud divino munere; at infinitum tamen Dei ſervorum ac Matris diſcrimen eſt.* Quare concludamus Figuram cum Abbate Abſalon ſer: de Nativ. B. V. qui de gloria MARIÆ Abſalo: ſub ſimilitudine Olivæ ſic loquitur: *MARIA Oliva noſtra, quæ æſtate & hyeme virorem ſuum retinuit, quia humore ſpiritualium gratiarum perfuſa, præſentis vitæ tempore non aruit, & æternæ vitæ amœnitatem, inter omnes filias Eua glorioſa ſuſcepit.*

C *Probatur* Doctoraliter.

Adnumeravit tertiò Eccleſiaſticus MARIANÆ gloriæ encomiis etiam Cypreſſum. *Et QUASI Cypreſſus in monte Sion.* In iſtius quoq; arboris ſimilitudine, legunt SS. Doctores aliquod ſingulare decus, ad quod exaltata fuit B. Virgo in ſui Aſſumptione. Quod perſpicaciter advertit Hugo de S. Victore ſer: 17. de Aſſ. dum ait: *MARIA, cypreſſus in monte Sion exaltata, quia dum in mundo viveret, cunctis, quæ mundi ſunt, potenter ſubactis, virtutum gradibus ad Cæleſtia fortiter ſcandens, divinitatis gloriam, præ cunctis Eccleſiæ fidelibus, ſpeculabatur, & nunc eam præ cunctis ſpiritibus cœleſtibus ſpeculatur.* Verùm Joan: Trithem: l. 1. Trith. in Vrticeto c. 6. in hac ſimilitudine Cypreſſi, (quod lignum ex imputribilitate commendatur,) aliud ſingulare notavit in MARIA, nimirum incorruptibilitatem: dum ait. *MARIA, Cypreſſus incorruptibilis.* Quodſi autem id referatur ad Aſſumptæ gloriam, tantò magis enitet in immortalitate eius glorioſiſſimi Corporis, cum quo in Cœlos fuit aſ-

605. MARIÆ Cypreſſus in Aſſumptione.

it assumpta, in quo nunquam mors triumphavit, etsi enim ad tempus concidit; non tamen a spiculis eius, sed ab ictibus vivificæ Charitatis accidit, ut glorioſiùs immortale mox resurgeret. Imo necdum tumulatum, quibusdam immortalitatis privilegiis præfulsisse asseritur: de quo Auctor Pomerii l. 1. p. 5. a. 2. ex S. Cosma refert. *Tantâ* (inquit) *statim corpus eius claritate resplenduit, ut tangi quidem a Virginibus ad lavandum posset, videri non posset. Tamdiu autem lux illa resplenduit, donec Corpus eius a Virginibus fuit lotum, aquâ mundissimâ: non ab ipsa mundatum, sed potiùs a Corpore sacro, aquâ sanctificatâ.* Quantùm verò hæc gloria Corporis eius sanctissimi, adauxerit beatitudinem Assumptæ Virginis, colligere licet, vel ex illâ hypothetica probabili opinione nonnullorum (quam refert Christoph: Vega Th: Marian: n. 1882.) qui affirmant, ex suppositione, quòd impossibilis esset visio beatifica Dei, sola Beatificandorum oculis proposita gloria Corporis Beatiss: suffeciſſet eis pro obiecto quasi beatificante, & in præmium de condigno omnium meritorum suorum. Sed quidquid sit de probabilitate huius opinionis, defacto magnam accessionem beatitudinis Sanctorum, ex conspectu Corporis eius glorioſi, fatentur communiter Doctores. Andreas Arcon: in Isaiæ c. 2. sic ait: *Cœlicola, cùm immaculatum & glorioſum MARIÆ Corpus puro oſculo & amplexu contingunt venerabundi, numquid illa suavitas non resultat, quæ in comedente viatore cibum* CHRISTI, *resultabat.* Item Alanus Varenius. *Totâ Curiâ illi obviam veniente cœlesti, in sancta Divinæ Matris pedum oſcula & amplexus, vere vita est, toto Cœlestium spirituum accurrente ordine.*

Probatur Miraculosè.

Etiam Palma trophæa sua explicat in MARIÆ Assumptione *QUASI Palma exaltata sum in Cades:* nam sibi locum usurpat ex quodam miraculo, quod contigisse scribitur in Dormitione B. V. MARIÆ, Angelo prodigioſè apparente Virgini cum Palma missa e Cœlo: de quo testantur antiquissimi Authores Nicephorus, Melito, Metaphr: ap. Carthag: Quod ipsum ex S. Cosma cit. Pomerii Author sic refert. *Quadam die cum in Filii desiderium cor Virginis vehementer accenditur, æstuans animus commovetur & intimarum lachrymarum abundantia excitatur, crebrisq; desiderii sui singultibus, cœpit talia eructare verba: O Fili mi perdulcissimè! o nate dilectissime! IESU suavissime! en cupio dissolui, & esse tecum: utinam adesset Fili mi, illa aurea hora, quâ Te videre possim in Patria. Ecce mox Angelus cum multo lumine ei adstitit, & reverenter, utpote Matrem Domini, salutavit. Ave* (inquit) *benedicta suscipiens benedictionem illius, qui mandavit salutem Iacob: Ecce Filius tuus Dominus* IESUS, *Te Matrem venerandam expectat, cùm die tertiâ de Corpore assumeris, ut cœlestes mansiones jucundas reddas. Ecce autem ramum Palmæ de Paradiso ad Te Dominam attuli, quem ante feretrum portare jubebis.* Affirmat idem Author, quòd Palma illa nimiâ claritate splendebat: folia illius, ut Stella matutina, fulgebant, & ego (inquit ille) fateor me vidisse apud quendam Comitem Regium, particulam unam, quæ dicebatur esse de illa palma, & pro certò erat fulgidissima admodum Stellæ micantis, quasi coloris argentei fulgidissimi, cuius intuitus, devotionem ingerebat intuentibus. Mellifluus Doctor Palmæ symbolum specialiter attribuit Virgini in eius Assũptione scribẽs in illa Can. 7. *Statura tua assimilita est Palma,* puto ideo, vel quia omnes Beati, omnes suas Palmas, id est victorias tentationum, Marianæ intercessionis beneficio esse obtẽtas, profitentur: vel etiam (quod obſervavit Hailgrinus Card:) ut demonstretur, Virginem Assumptam dominium quoddam singulare acquisiviſſe contra dæmones. Ait ille: *Sicut Palma, id est arbor Crucis, terribilis est malignis spiritibus, ita B. Virgo merito suæ rectitudinis, malignos spiritus terret & expellit.* Pulcherrimè coactiuum hoc ImperiũMARIÆ super stygios spiritus, Guillelmus Abb: elicuit ex illis verbis Sponsi ad Virginem. *Terribilis ut castrorum acies ordinata. Dilectus Filius* inquit *ut piam Matrem cunctis spiritibus malignis terribilem vehementer demonstraret, dixit de ea: Terribilis ut Castrorum acies ordinata. Quasi dicat: Quia Te sciunt aëreæ potestates esse Matrem meam, Matrem Triumphatoris sui, verentur Te Matrem, terribilis illius.*

Palma prodigioſa per Angelum oblata Mariæ V. triduò ante obitum.

MARIÆ symbolũ, Palma cur?

MARIA dæmonibus terribilis.

Probatur Historicè. 607.

Sed neque molli ac teneræ Rosæ sua de-

ſua deſunt conamina pro exornando apparatu gloriæ Virginis Matris, dum *QUASI Roſæ plantatio in Iericho*, MARIA ſeipſam appellat. Scribitur a Naturarũ Hiſtoriographis, Roſæ ineſſe a natura vim quandam contra igneas inflammationes: Roſa utiq; receptiſſimum ſymbolum Aſſumptæ Virginis, quæ tum primùm pluſquam centum foliis efloruiſſe creditur, dum in Cœleſti Regno mille circumdata donorum varietatibus, tanquam Roſæ plantatio in Jericho, in Cœlo apparuit: Sed hoc non modicùm ad gloriæ eius complementum ſpectare videtur, quòd refrigeratiuæ virtutis ſuæ dimanationes, etiam a ſuperis uſq; inferna Purgatorii defluere permittat, ardoribus illis ſua præbens refrigeria, ſolius Aſſumptionis ſuæ ex reſpectu: Et ita B. Amadæus narratum ſibi fuiſſe refert a S. Luca Euang: quod ſcl. B. Virgo, illo die quo fuit Aſſumpta, amicis ſuis euacuaverit Purgatorium. ap. Vegam n. 1842 Quod idem confirmari poteſt, illâ narratione Pet: Damiani opuſc: 34. c. 3. ubi refert animam cuiuſdam mulieris notiſſimæ, iam pridem defunctæ, Romæ viſam: a qua cùm inquiſitum fuiſſet, quidnam mortua inter vivos ageret? Reſpondit, veniſſe in Templũ Deiparæ, ipſi gratiam relatura, quia eius ope eo die a purgatorii flammis libera euaſerat: & ſubdidit: Tanta animarum multitudo per eius ſuffragationem hodie eſt ab eiſdem pœnis erepta, ut numerum totius Romanæ plebis excedat. Romæ autem centum millia capita cenſeri ſolent. Nec temerè ſpernenda eſt opinio illa S. Abbat: Odilonis, cui faviſſe aſſeritur & S. Ildephonſus, quòd B. Virginis Aſſumptioni dies ſacratus, eo gaudeat privilegio, ut illo die tartarei carnifices in damnatos non ita, ut ſolent aliàs, deſæviant: imò aliquod ſaltim refrigerium in pœna ſenſûs, miſerabiles illæ animæ, in gratiam Aſſumptæ MARIÆ experiantur: O verè refrigerans Roſa, MARIA, plantata, id eſt exaltata in Jericho Cœleſti.

MARIA Roſa ſi milis curè

Amadæus

MARIA refrigerium animarum purgatorii.

MARIÆ in aſſumptione clementia ad animas purgatorii.

Epilogus.

IAm tandem fertiliſſimum Virgineis laudibus MARIANUM QUASI, cõcludat robuſta Platanus, ut in rem quoq; terricolarum, Aſſumptæ MARIÆ Privilegia deriventur. *QUASI Platanus exaltata ſum iuxta aquam.* Platanus vel ex ipſis foliis, quæ ſpeciem quodammodo clypeorum præſeferunt, protectionis quaſi naturale ſymbolum eſt: arbor nimiùm benefica in cuiuſvis neceſſitatis occurrentia, nam & æſtu & hyeme ſub umbra platani quiſq; viator ſua releuamina repetire dicitur. Solem in hyeme admittit, quem umbra ſua denſior, arcet in æſtate. Quod ipſum venuſtiſſimè explicat beneficentiam Aſſumptæ Virginis, in terricolas viatores. Non ideo enim terras deſerit, Cœlum aſcendens Virgo, ut illorum obliviſcatur; ſed ut elevata in ſublime, meliùs eorum perſcrutetur neceſſitates, ipſiſq; ſuccurrat. Unde nunc velociùs valet nobis precibus profuſis præſtare auxilium, & operam præpeti miniſtrare volatu, ut ait Seraph: Bonav: ſpecul: c. 8. *Quò meliùs nunc videt noſtras calamitates; eò indulgentiùs providet noſtris calamitatibus.* Vnde Ant: Eſcob: l. 12. de Aſſumptione auſus eſt litem agere pro Aſſumpta MARIA, atq; in ius cunctam evocare creaturam. *Voco (inquit) ad examen univerſam Orbis Machinam: An aliqua creaturarum etiam minima poteſt objicere, ſe a Virgine Aſſumpta derelictam.* Jam ergo & nos hoc immenſum encomiorum QUASI MARIÆ, ſub ſymbolis emenſi, ſub hac latepatenti Platano, uti viatores & exules, umbram capiamus, noſtriſq; in calamitatibus, clypeatæ eius protectionis efflagitemus auxilia. Tu o patula & benefica Platanus, MARIA, ramos potentiæ & miſericordiæ in nos quoq; terrigenas explica, eoſque protege, ut tandem exilii huius miſeriis exſoluti, Te Cedrum, Te Cypreſſum, Olivam, Palmam, & Roſam in monte Sion, in monte viſionis, imò in ipſo viſionum omnium ſpeculo, VERBO, ſcil: Te glorioſam æternaliter contemplemur. AMEN.

MARIA aſſumpta magis nos iuvat Bonav: Eſcob:

Votum Authoris.

QVÆSTARIA PECCATORVM SS. DEIPARA.

Hodie huic domui salus a DEO facta est. Luc. 19.

QUæsturam, non vilem aliquam apud Romanos, sed ex præcipuis, fuisse Dignitatem, prisci illius Reipub: morum, adnotauêre scriptores. A. A. Imò M. Tull: Cicero 2. Verr: Primum Dignitatis gradum, QUÆSTURAM appellasse legitur apud Calepinum: ubi etiam invenire est, Pub: Manutiũ de legib9 Rom: agẽtem, qui asserit, Quæsturam, habitam fuisse pro Patricio Magistratu, eò quod vulgaribus hæc Dignitas non concederetur, sed solis Romanorum filiis, eisq; de Repb: meritioribus. Dignitas hæc quodammodo cum munere Thesaurariorum convenire videbatur in nomine: cæterùm in re, tantò altiùs Quæstorum eminebat fastigium; quantò magis publicæ utilitatis commendabatur obsequio. Quæstorum enim erat, (ut populi necessitatibus opportunè in omni casu provideretur,) pecunias conquirere, & conquisitas, in publicam erogare utilitatem: & ideo Quæstores, quasi Petitionarii dicebantur, a quorum industria, tota populi Romani pendebat salus & integritas. Quis non stupeat Cœlestis Sponsi de Republica sua, aliàs de Ecclesia, mirandam Providentiam? qui licet ditissimus, simulq; liberalissimus, atq; in elargiendo expromptissimus sit; fidelium tamen plebem, sine Quæstoribus relinquere noluit. En hodie in paupere pauperrimi Patriarchæ mei Francisci domo, novo & inaudito Privilegio proclamatur salus. *Hodie huic Domui salus facta est:* dum enormissimis etiam peccatoribus, è summo Tribunali Clementissimi Imperatoris nostri Christi, conceditur & a culpa & pœna indulgentia. Sed quo Ministro, quo QVÆSTORE, tam insoliti nec unquam adhuc auditi beneficii hæc contigit elargitio! Accessit quidem, habetq; partem in hac QUÆSTURA, mendicabulum illud nobile, Franciscus, sed quia humilis ipse, devotissimusq; Reginæ Cœli famulus, facilè cedit primã palmam MARIÆ: tam ergo eximii impetrati a Christo hodierni beneficii Ministram appellabo Beatissimam Deiparam Virginem. Noverim quidem, quod & didici a B. Alb: M. in Bibl: sup: Matt: Beatissimam Virginem dici & esse *Ministram peccatorum, secundum filii constitutionem:* Imo eandem reperio ap: Bernard: Bustensem Marial: ser: 7. *Petitionariam nostram apud DEUM* nominari, cæterùm, ex occasione hodiernæ Indulgentiæ, quam peccatoribus ad humiles eiusdem supplicationes elargitus est Salvator, ipsimet honorificam, nobis autem summè proficuam, adeptam Dignitatem, publicæ peccatorum QUESTURÆ adgratulabor, eam appellans Quæstariam illorum. Et quoniam ipse Apostolico de quæstu, juxta Regulam meam, vivo, Quæstorum nostrorum aliquatenus in prima parte causam agam. Nunc pro interim breviter salutemus MARIAM.

Alb: M. Bustens:

MARIA Petitionaria peccatorum apud DEUM.

A Te fluunt cuncta dona
Fidelium QUÆSTURA,
Tu provide nobis bona,
Mala pelle ventura.

PARS I.

Medicantes, benignè tractandi. 610.

NUlla Dignitas, præsertim si Regia vel Patricia, sit, sine Purpura, Paupertas quoq; à qua non exulat humilis mendicitas, Patritium est decus, & Regius honor, Patris ac Regis nostri Christi exemplo consecratus, qui in illo

Paupertatis commendationes aliquæ.

in illo triduo suæ a Parentibus amissionis, (ut obſervavit S. Bonav) mendicus per plateas Jeruſalem, victitavit eleemoſynis. Hinc S. P. N. Franciſci ad ſuos, illud monitorium Regulæ c. 6. *Hæc eſt iſta celſitudo altiſſimæ Paupertatis, quæ vos heredes & Reges Regni Cælorum inſtituit.* Regiam ergo hanc virtutem & Patriciam, quamvis S. Patriarcha ſine Purpura verecundiæ haberi in Fratribus deſideraret, dicens ibidē *Nec oportet eos verecundari, quia Dominus pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo*; fit tamen frequenter, quod dùm neceſſaria emendicantur, ab indiſcretis, & durioribus largitoribus, cum modico aut nullo leuamine, vel inviti, alicuius confuſionis & erubeſcentiæ induantur diploide Chriſti pauperes, quæ dum ab illis animoſè pro Chriſti imitatione toleratur, ipſis quidem vim meriti adauget; beneficii verò oblati meritum in largientibus, quantùm imminuat, ſi non de toto perdat, videamus.

Probatur Scripturaliter.

611. Magnum adeſſe diſcrimen, inter eleemoſynam prompto & hilari animo elargitam, & inter eam quam quis tribuit toruo oculo, triſtiq́; vultu, aut cum aſperiori verbo, colligitur id ex S. Scripturæ pluribus locis: In quibuſdam etenim, hilaritas in dando commendatur; è contra verò alibi triſtes eleemoſynarii redarguuntur. De utroq́, ſimul habetur Eccleſiaſtici 4. huiuſcemodi Sapientis dogma: *Non relinquas* (occaſionem) *quærentibus tibi retrò maledicere.* Senſus eſt iuxta Cornel: *Ne tuâ averſione & irâ, des occaſionem pauperibus, qui a te quærunt & poſtulant, ut tibi poſt tergum maledicant.* Mox ſubjunxit. *Congregationi pauperum affabilem te facito. Declina* (id eſt inclina) *pauperi, ſine triſtitia aurem tuam. Redde ei debitum tuum. Reſponde illi pacificè in manſvetudine.* Cuius affabilitatis ad pauperes, reddit cauſam Apoſtolus, ex circumſtantia auctioris meriti. 2. Cor: 9. *Vnuſquiſq́, prout deſtinavit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut neceſſitate: hilarem enim datorem diligit Deus.* Complet & explicat verba Apoſtoli, S. Auguſt. in Pſal: 42. dicens: *Si panem dederis triſtis, & panem & meritum perdidiſti.* Et alibi ſer: 45. *Si bona ſemina ſunt bona opera, quare ſeminantur cum lachrymis.* Huc collimabat & S: Chryſoſtom: hom: 33. ad populum dicendo: *Vera eleemoſyna eſt, ſic dare, ut gaudeas te dare, putans te accipere magis, quàm dare. Non enim tam pauperibus, quàm nobis proſumus, plura accipientes, quàm dantes.* Proinde noſter S. Bernardinus Sen. t, 1. ſ. 7. in Ciner: eleemoſynario vero, quatuor aſſerit conditiones obſervandas eſſe: Primò jucundum affectum, hilarem vultum, ſuave verbum, & promptum effectum. Et ex conſequenti, adductis illis verbis Jobi: 31. *Si negavi pauperi quod volebat, & oculos viduæ expectare feci*, cenſurando nonnullorum duritiem inquit: *Sic faciunt quidam inſenſibiles & inſenſati, qui pauperibus pro eleemoſyna ad oſtia eorum accelerantibus, diu nihil reſpondent, demum dicunt: Vadas cum* DEO. Sed rurſus in verbis ſupra citatis Sapientis, perſcrutanda intimiùs illa: *Redde ei debitum tuum.* Et quod debitum apud divitem habet abiectus & inops pauper? Syngraphas & jura ſua producat, litemq́; divitibus intentet, cum prece repetere nō ab eis poteſt. De publicis Mendicabulis iam alibi egi; mihi nunc de illis res eſt pauperibus Chriſti, qui Mendicantium Religioſorum nomine audiunt: & hi plerumquè voluntariè relicto & dimiſſo in ſæculo prædivite penu, JESU CHRISTI amore & imitatione, ſanctæ ſe mendicitati dedicant, de ſtipe piorum fidelium deinceps victuri: tales communiter, dum ſubſidia vitæ petunt, non ideo minùs æſtimandi, imò tantò magis: frequenter etenim pretioſa ſub pannis ſuppellex latet in pectore, vel aviti generis aut nobilitatis, vel virtutis aut doctrinæ: mens intuenda eſt pauperis, non vultus: cor intelligendum, non contuendum corpus: hinc notanter Pſalmiſta. Pſal: 40. *Beatus qui intelligit*, (non dixit qui videt,) *ſuper egenum & pauperem.* Evangelica mendicitas etſi aliqualiter conveniat cum aliis; ſtigma tamen non eſt probroſum, ut illis, ſed potiùs ſtemma virtutis: probrum infame eſt latroni furca, ſed non Martyrii, pro Deo, deſtinato ad illam: idem ſenti de mendicitate, & intellige hoc diſcrimen ac modum, quo tractandi ſunt pauperes Euangelici, quàue, dum ſubſidia poſtulant, reverentiâ ſuſcipiendi: ſuppliciter etenim dum petunt

Eccl:

Eleemoſyna cum toruo oculo taxatur.

Cor:

Auguſt:

Chryſo:

Bernar:

Jobi.

Pauperū debitum apud divites quod?

Pſal:

Pauperū pro Chriſto iura, ad bona divitum.

dum petunt, tacitè a te debita sua exigunt, juraq; insinuant Apostolica cum Paulo. 1. Cor. 9. *Numquid non habemus potestatem manducandi? Quis militat suis stipendiis unquam? Non alligabis os bovi trituranti? Qui Altari deserviunt, cum altari participant. Si nos vobis spiritualia seminavimus; magnum est, si nos carnalia vestra metamus.* Hos & alios similes textus Apostoli perpendens Cornel: a lap: nervosè explicat rationes, ob quas, quasi debitum debetur a fidelibus, Ministris verbi DEI & Ecclesiæ, subministratio vitæ necessariorum, & singulariter, respectivè ad illos, qui (ut liberiùs vacarent DEO, & obsequiis salutis proximorum obsequentiores se redderent,) voluntariè opibus cunctis renuntiarunt & sæculi curis; militant illi, tenentq; indefessè diu ac noctu castra, in orationibus, vigiliis, disciplinis, ergone justè vitæ stipendia non merentur? Triturant per confessiones, Conciones, Cathecheses, peccatorum conscientias; æquumne putas saltè paleas triturantibus denegare, aut pauxillum grani? Altari pro te serviunt, immolantq; sua corpora, suorum in te aliquando derivando meritorum emolumenta; & tu quid frontem rugas, cum a te humiliter per eos petuntur alimenta? Debitum potiùs hilariter solue, mendicitati illorum compatere, ne purpurata illa ob importunam verecundiam appareat: aliàs duræ tractabilitatis tuæ, in pœnam, non modica scias te subiturum damna.

Cor:

Probatur Figuraliter.

Hæc iam spectare liceat sub Figura Sponsi & Sponsæ: Cant: 5. Ecce ubi Dominum ad amasiæ ostium pulsantem & clamantem. *Aperi mihi Soror mea, columba mea, formosa mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei, guttis noctium.* Proh DEUS immortalitatis! hominum fores pulsat Dominus pauper & indigus factus, eam præmittens causam, quia cincinnos guttis noctium, & rore plenos habet. Qualis est hæc causa Divinæ egestatis & assumptæ indigentiæ? Equidem cincinni capitis Christi (ait Did: Baez: in Euangel: l. 3. c. 5. 6.) pauperes sunt: ros, est festina & matutina pauperum recreatio seu refectio. Sicut enim aurora, præteritos æstus, properat ante Solem, pla-

12.
Cant:
Baez.

A cidis guttis irrorare & recreare; sic multi fideles, matutini & citissimi miseratores, præproperis auxiliis festinant inopes sublevare. Pulchrè & verè id docens. D. Paulin: ep. 4. pergit gaudentem Dominum ad Sponsæ fores celebrare, sic fatus: *Guttis noctis nostræ crines suos gaudet esse perfusos, quia ipsius refrigerium, & refectio, est illa fidelium operatio, quâ vel fratres juvantur, vel inopes refoventur.* Hæc sunt CHRISTI Domini gaudia: hæ sunt illius singulares lætitiæ, quòd inopes, præproperis foveantur auxiliis: quòd roscidis auroræ guttis, quamprimùm egenorum sites
B expleantur. Notemus S. Patris verba illa, *Vel fratres iuvantur, vel inopes refoventur:* Fortè etenim distinguere voluit Mendicantes fratres, seu Quæstuarios nostros, ab aliis egenis: quorum dum promptè necessitatibus, quas petunt, occurritur; mirum est, quantùm capiti nostro CHRISTO, cuius isti cincinni esse censentur, gloria augeatur. Succumbo pronus huic, utpotè elevatissimæ interpretationi Doctorum, sed quia locus iste arcanorum spiritualium feracissimus est, dum ulteriora, quæ brevi contigerant Sponsæ perpendo, opportunum inde rei nostræ elici
C posse Dogma spirituale arbitror. Per cincinnos CHRISTI, lubens concedo, Pauperes denotari fratres nostros, in memoriam Coronæ spineæ Salvatoris humiliter detonsos. Rorem nonnisi, quo madent isti cincinni, præter illum S. Paulini sensum, volo nunc trahere ad miserias seu indigentias temporales pauperum, idq; per quandam Analogiam ad miserias ipsius Christi, quas Rore significari sensit S. Aug: Gregor: Rupertus Ambros: ap: Syluam Alleg: citati. Videamus iam quid contigerit Sponsæ: hæc etenim dum variis prætextibus persuasa moratur, ut ostium
D Sponso aperiat, & ut cincinnorum eius miseriam, abstergendo nocturnum ex eis rorem, releuet; mox lamentabiliter tanquam tarditatis suæ pœnas deflet ac conqueritur. *Pessulum ostii mei aperui dilecto meo: at ille delinaverat atq; transierat.* Et plura alia se incurrisse mala profitetur dolenter. *Quæsivi & non inveni illum. Vocavi & non respondit mihi. Invenerunt me Custodes, qui circumeunt Civitatem: percusserunt me, & vulneraverunt me: tulerunt pallium meum.* Intelligite & meliùs

Paulin:

Pauperes, Christi cincinni.

Ros, miseriarum symbolū.

Aug:
Gregor:
Rupert:
Ambr:

Valvæ nobilium patent Judæis, clauduntur Religiosis.

meliùs sapite deprauati moderni sæculi, immorigeri Magnatum & nobilium mores: quorum valvæ & aditus vili & perfido Hebræo vel in mediæ noctis conticinio liberè patent: quarum ab accessu, a primo Sole usq; ad meridianum, interdum a die ad diem, prohibetur mendicans Religiosus, satellite importuno arcente ante fores: trahuntur moræ, transit ostia vestra Christus in paupere: qui non aurum, non gazas petiturus erat, sed modici nonnisi roris, id est miseriæ absterſionem. Perpendite secutura inde damna, & legite in infaustis vicissitudinibus Spõsæ: Quæretis & vos Sponsi gratiam in ingruentiis vestris per orationes eorum, quorum petitis nec aures nec ostia vestra aperuistis, & non invenietis: gazas vestras quas non dedistis CHRISTO, dabitis (ut quidam ait) fisco, & quod dolentius hosti pallium juvaminis spiritualis, quod habituri eratis ex participatione Religiosi meriti, auferetur a vobis. Modica quandoq; inhumanitas ad Religiosos pauperes, non modica quibusdam intulit mala. Quod breviter eluxisse in Abraam & Loth, consanguineis observavit S. Aug: ser: 79. *Attendite fratres, qualiter DEUS apparuit Abrahamo, & qualiter apparuit Loth: Ad Abraham tres veniunt, & stant super eum: ad Loth duo veniunt, & sedent in platea.* Cur ad Abraham tres Angeli accedunt, eiusq; hospitio lætantur, ad Loth verò soli duo Angeli migrant? Gen: 18. & 19. Respondet Quæstioni Augustini S. Ambr: l. 1. c. 6. *Perfectior cucurrit obviam, iste exurrexit, ivit, & adoravit in faciem.* In Abrahamo, præproperè ad hospitum obsequium occurrente, ingens præmium expromptis verbo, pede, manuq; in pauperes, præsignabatur; in Loth verò, (cuius ad clausa ostia domûs, in platea sedere expectantes hospitalitatem Heri, cogebantur Angeli) dum numerus hospitantium diminuitur, inhumanitatis alicuius quædam pœna innuebatur.

Religiosos mendicãtes qui spernunt, quanta damna incurrũt.

Eleemosyna prõpta, emolumenta.

Probatur Historicè.

613. Decantatissima, utpote Authoritate Turonensis Episcopi, S. Gregorii firmata habetur Historia, quænam, nedum spiritualia, sed etiam temporalia, ex durè tractatis mendicãtibus, & ex de-

S. Greg:

A negata eleemosyna sequantur damna, & ostendit relata c. 108. Vir grandis natu & ætate, sed pauper, videns navigium quodpiam onustum victualibus littori adhærens, adiit illud mendicaturus panem a nautis, pro quo & institit. Sed unus proterviorum nauta, irâ percitus duriùs respondit petenti. Abi, abi, nos hic præter saxa nihil vehimus. Cui senex placidè: velit Deus, ut quod dixisti, verum sit: saxa vehite. Eventum habuêre verba: Mox enim quidquid in navibus esculenti erat, in saxum per miraculum mutatum est. Ego ipse (ait Gregorius) ex iis & Dactylos vidi & olivas aspexi, lapide duriores. Cùm enim omnia in lapidis duritiem abiissent, colorem tamen & formam pristinam retinuerunt, Miraculi fama, finitima loca & Civitates pervolavit, sed & tota lapidea illa suppellex monimenti loco variè distributa est, ut eo exemplo discerent homines, mitiùs & liberaliùs tractare pauperes Christi quæstuãtes. Sed & lucra suaviter elargientium spectare licet, in illo parcissimo avaro Senensi, tempore S. P. N. Francisci, cui ante durus in quæstuantes Fratres animus, torvusq; oculus: cæterùm ubi arte & industriâ pro eleemosyna ab eo acquisitum panem S. Pater benedicens, fratribusq; ut orarent pro illo elargiente, distribueret, factum est, ut orantibus illis ad mensam, Cœlesti gratiâ tactus avarus, ad portam pulsaverit, duritiei suæ in fratres veniam deprecando, deinceps factus insignis Fratrum benefactor. Hinc est quod idem S. Pater, dum suos Fratres exhortaretur ad mendicandum, illis dicentibus, quòd nimis molestarentur Benefactores, inquiebat ille: *Nequaquam: Imò verò maius ipsi, dando eleemosynam, commodum recipiunt a vobis, quàm vos ab illis.* Et hæc sufficiant in gratiam Quæsturæ pauperum fratrum.

Eleemosyna denegatur pauperi a nautis, merces in lapides conversæ.

Auarus pro pane elargito mirè conversus ope S. P. N. Franc.

Eleemosynam tribuens, magis accipit beneficium, quàm tribuit.

PARS II.

SS. DEIPARA, Quæstaria peccatorũ.

614. TAm insignis excellentiæ Dignitatem QUÆSTORUM, olim fuisse compertum est; vt sublimium quoq; Majestatum

jestatum celsitudines, ad huius obse-
quii genus, præsertim dum pietatis sua-
deret causa, se demittere minimè du-
bitarint, imò pro Regii Throni sui,
singulari id usurpavêre ornamento u-
nius Petitionarii assumere personam.
Celebratior cæteris quoad hoc habe-
tur in Scriptura Bethsabee Regina, Ma-
ter Salomonis, quæ pro Adonia actu-
ra, solemnem ad Salomonem Regem,
Filiumq; suum, Petitionem instituerat.
Reg: 3. Reg: 2. *Petitionem parvulam unam, ego deprecor a te.* Et vel inde singula-
ri a sapientissimo Filio dignata est Thro-
no. *Posituq; est Matri Regis Thronus, quæ sedit ad dexteram eius.* Præclarius quod-
dam huius virtutis specimen præbu-
isse legitur B. Jutta Polona, Ord: Ter-
tii S. P. Francisci, genere Comitum
Jutta nata (de qua Monolog: Franc:) quæ
bilis & nobilis viri per mortem matrimonio
ulenta, soluta, & opulenta, quamvis ipsi non
lenta- deesset substantia, ob Christi tamen i-
se de- mitationem, mendicabuli assumendo
navit speciem, ductricem cæcis pauperibus
ducen- se exhibuit, stipem simul pro eisdem
s men- emendicans. Sed huius piissimæ QUÆ-
cabulis STURÆ nobilius longè exemplum ex-
cæcis. hibet hodie, supplicans Filio pro pec-
catoribus Maria, ubi non pro unius pec-
catoris, sed pro omnium, sceleratissi
morum etiam, salute, extraordinario
modo, Petitionariæ seu QVÆSTARIÆ
ministerium assumpsisse comprobatur.

Probatur Scripturaliter.

15. Stupescit hucusq; universus Christi-
anus Orbis, eximium illum in miseros
perpendens pietatis affectum in MA-
RIA, quòd dum nullum adhuc, saltim
in publico conspexisset patratum a
Filio suo miraculum; tamen Sponso-
rum inopiam advertens, pro indigen-
tibus, primum tunc officium Petitio-
nariæ fuscepit, eisq; penu Divinæ
liberalitatis ac miraculosæ provident-
iæ, humili precatu suo aperuerit, sub
misse affata Filium. *Vinum non habent.*
Joan: Joan: 2. Semel id a MARIA in Ca-
na Galileæ factum legitur visibiliter;
invisibiliter verò sæpiùs & multoties
cõtingere id in peccatorum conversio-
ne creditur, dum MARIÆ intercessi
one, plurimi in dies resipiscunt pec-
catores: singulariter verò, annuatim id
spectare licet, solemnitatis Portiuncu-
læ in recursu: ubi Augustissima Cœ-
lorum Regina, ad svasus postulataq;
humilis Francisci, quæstuandæ apud
Filium pro peccatoribus veniæ assu-
mens ministerium, ab illo primo, *Vi-
num non habent*, quo olim in Cana Ga-
lileæ peroravit ad Filium, stylum non
mutasse videtur, novam tantùm usur-
pãdo phrasim, scl: sub nomine vini, gra-
tiam singularem & novam peccatori-
bus mendicando, nimirum Indulgen-
tiam, quæ vocatur de Portiuncula.
Plurima sunt, quæ Mellifluus Doctor in
his verbis deprecantis MARIÆ, *Vinum
non habent*, observasse deprehenditur,
quæ eleganter adaptari possunt hodi-
ernæ impetrationi Indulgentiæ de Por-
tiuncula. Primum est illud *Vinum non
habent:* in quibus innuitur miseria in-
digentis gratiâ DEI peccatoris, quæ
non aliter obtinenda, nisi Petitiona-
riæ vices obeat MARIA. Loquatur
de hoc ipse Doctor: ser: 4. in Salue:
Bern: *Defecit Vinum in Cadis nostris, Vinum scl: lætificans cor hominis: Vinum quærimus, quod germinat virgines: Calix in manu tua, in potestate tua, vini meri, amoris Divini: Dic Domina rerum, dic pro nobis Filio tuo, Vinũ non habent.* Et sanè, sæculi illius, quo
floruit Patriarcha noster Franciscus, in
moribus quanta fuerit corruptela, no-
vit ille, qui Historias callet: cuius ma-
li origo prima fuit, impii Friderici ty-
rannis, etiam in Ecclesiam, ut quidquid
liberet, liceret: O tempora! O mores!
Exulabat pietas, iniquitas dominaba-
tur universis, in tantùmq; refrigerat
pietas fidelium; ut novis ignibus e
Cœlo opus esset: quod bene notavit
Ecclesia Dei, in illa oratione de sti-
gmatibus S. Francisci *Domine IESU Chri-
ste, qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra, in carne Beatissimi Pa-
tris nostri, Passionis tuæ sacra stigmata re-
novasti &c:* Extrema hæc sæculi illius
miseria, fidisq; gratiæ aliter relevari
non potuit; nisi iterum supplicasset in
Domo Portiunculæ, pro vino gratiæ,
Petitionaria MARIA. Notatur dein-
ceps in iisdem verbis, benignitas MA-
RIÆ postulantis. De quo Arcones in
Is: c. 2. D. 12. *Commota sunt Materna
viscera, ut daret potum sitientibus: sed in-
solitum poculum & mysticum vinum simul,
Mater postulabat, quod sitientibus, vitæ po-
tionem subministraret:* Quo poculo, etiam
ex sensu S. Chrysost: in Cat: Græc:
gratia justificans peccatores designa-

MARIA, petitionaria Indulgentiæ de Portiuncula, ut olim vini in Nuptiis.

S. Francisci temporibus, quàm corruptũ fuit sæculum.

MARIA relevat sitim peccatorum per Indul: Portiunc:

batur: Pro qua, dum supplicat Filio MARIA, non solùm peccatorum obsequitur utilitati, sed etiam ex novo Petitionariæ ministerio, singularem exambit gloriam. Quod utrumquè notavit S. Doctor, dum ibidem ait: *Optabat enim* (Deipara) *iam hominibus gratiam conciliare, ut & ipsa clarior Filii gratiâ efficeretur.* Sed iterum mellifluus, huic vino MARIANÆ quæstæ, sua affundat liberaliùs, ut dulciora reddat recogitantibus: Versat ille rursus eadem petitionis MARIANÆ verba: *Vinum non habent:* tract: de grad: Humilit: & ait: *Vinum non habent. Quid modestius? quid fidelius? non defuit pietati fides, voci gravitas, efficacia voto.* Demiratur hîc S. Abbas super tribus, quibus Petitionariæ nostræ MARIÆ, innitebatur postulatio. Primum quidem fidei ipsius magnitudinem, quâ expectabat a Filio miraculum. *Non defuit pietati fides.* Notavêre aliqui Neotericorum, ex hodiernæ Indulgentiæ impetratione, extensivè quodammodo fidem Orthodoxam incrementatam fuisse: mos etenim antea in Ecclesia DEI non fuerat, illimitatas ac æternas concedere Indulgentias, præsertim nullâ pœnali conditione adjectâ, & Potestas illa summa a CHRISTO pontificibus Romanis in Petro concessa, perquàm scrupulosè invigilabat huic thesauro Ecclesiæ: nunc primùm, auditâ per os Francisci relatione a CHRISTO, intellexit clariùs Summa Sedes, ad quam mittebatur ille pro huius novæ Indulgentiæ confirmatione, etiam tam illimitatas gratias, intra latitudinem Apostolicæ suæ potestatis contineri. Optimè ergo congruit Petitioni hodiernæ, Virginis, illud Bernardi. *Non defuit pietati fides:* quæ tum benè, non tam credebat, quàm sciebat, potestatis Christi, eiusq; Successoris, ad tam excellentem indulgendi peccata modum, extensionem, pro qua ideo Francisci pietas confidenter ausa est supplicare. Prosequitur stylum Bernardus: *Non defuit voci gravitas.* Nec mirum: Maternitatis etenim Dignitas, voci deprecantis pro peccatoribus, pondus addebat. Novit experientia, quòd potentia Maternarum deprecationum, districtos etiam detinet pugiones: arcet, mortem ferentes satellites, una fœminæ vocula, modò Mater sit. Hac gravitate vocis, usa esse legitur Deipara, dum pientissimæ pro peccatoribus QUÆSTARIÆ exhibuit ad Portiunculam Ministerium: surgens enim de throno, prona ad Thronum Filii, visa est a Seraphico Patriarcha, supplicare eidem pro tam excellenri Indulgentia, eundem per Matris Dignitatem obtestando. Atq; sic & tertium illud Bernardi huic petitioni, *Non defuit, nimirum efficacia voto:* nam efficaciter nimis, quia æternaliter & sine ullis exceptionibus, vivæ vocis Christi oraculo, gratiam, quam petebat, accepit: vinum longè præstantius, quã olim in Cana, vinũ utiq, defæcatissimũ, excellentissimæ peccatorum remissionis.

Chryso: Bern: *Portiunculæ Indulgentia liberaliorem reddidit Ecclesiam Dei, quo ad Indulgentias.* *Mariana supplicationis gravitas, ex privilegio Maternitatis*

Probatur Figuraliter.

O felicem Petitionariam peccatorum MARIAM! o pientissimam DEIparæ benignitatem! quæ, reorum in gratiam, QUÆSTURÆ etiam, se dedicavit ministerio: & quæ alienas indigentias atq; miserias, tanquam proprias æstimat, quas, mendicando, exponit Filio pia hæc Mulier Chananæa Mat: 15. *Egressus IESUS secessit in partes Tyri & Sydonis.* Et ecce Mulier Chananæa a finibus illis eggressa, clamavit dicens ei: *Miserere mihi Domine, Fili David: filia mea, malè a dæmonio vexatur.* Accusare videtur mulierem Euangelista, Chananæam appellans, sed ut & miraculum ostendat, & ipsam laude digniorem esse demonstret. Cùm igitur accessit mulier, nihil aliud, nisi *Miserere mei* exclamabat, & ingens spectaculum ingenti miserabiliter clamore concitavit. Sed quare filiam a malo dæmone malè vexatam coram non adducit? Quare misericordiam postulans, ait *Miserere mei*, & non potiùs *Miserere filiæ meæ?* super quo philosophando S. Chrysost: ait: *Nec dicit: Miserere filiæ meæ, sed Miserere mei: nam illa insensata jacet, ego verò illa sum, quam sensus morbi non fugit, quæ sentiens atq; intelligens insanio, & mille vexor ærumnis.* Addit Glossa. *Quia dolor filiæ, dolor est Matris, & ut magis compassionem moveat, totum ei dolorem enarrat.* Sic Parentes, sic Matres cum filiis suis, mala mutuò dolore reciprocant, sic Mater transformatur in filiam. Et quidẽ ars hæc & industria Mulieris, precibus importunæ (ut discipulis videbatur) Petitionariæ, robur adauxit, ut expetitâ sanitate frueretur filiæ, nam respondit Sal-

616.

Matth:

Chrys:

Glossa.

dit Salvator. O *Mulier! magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Rich: Laur: l. 6. de laud: V. in hac Muliere Chananæa, MARIAM Deiparam legit, dum misericordiæ Mater pro anima peccatrice, tanquam pro filia uteri sui, mulieris illius Personam induit: *MARIA* (inquit) *est mulier Chananæa, quæ clamat ad DEUM pro filia, id est pro peccatrice anima: cuius etiam personam misericorditer in se transformat dicens: Miserere mei Fili Dauid: & cui misericorditer respondet Filius: O Mulier! magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Si quando, tunc vel maximè, in hodiernæ Indulgentiæ quæstuatione, huius Chananææ mulieris scenam repræsentasse videtur Deipara: dum non unius filiæ, sed omnium in universum, peccatorum miserata, tanquam suas proprias exposuit Filio, eorum necessitates: & Matrem se miserorum prætendens, non tam filiorum, quàm suipsius misereri poposcit, optimè QUASTARIÆ officio apud Filium perfuncta: cui nullum acceptabilius & gratius credo ministerium, quàm pius QUÆSTUS animarum, & hodie singulariter. Descendebat olim ut legitur Exod: 2. Filia Pharaonis, ut balneo prætерlabentis fluvii recrearetur, en extra spem atq; opinionem suimet, factū, ut inveniret periclitātē de vita infantem Moysen, in fiscella natantem. *Quæ cum vidisset fiscellam in papyrione, misit unam e famulabus suis, & allatam aperiens &c.* Chaldæus Paraphrastes paulò aliter legit: *Et vidit Arcam in medio carecti, extendit brachium suum, & tulit eam.* Crudelitati Patris obstitit filiæ clementia: Princeps fœmina compassione periclitantis exstimulata, parùm habuit, famulas, ut tollerent eum, misisse; carectum ipsa ingreditur, infantem quærit inter cespites, regium suum extendit brachium, ut inventum tolleret egregia sospitatis administra. Tuus iste fuit typus o Beatissima QUÆSTUATRIX, & Inventrix MARIA. Tu filia Cœlestis Regis descendebas cum Filio tuo, non iam ad fluvium: sed ad Mare novum pœnitentiæ, quod Dilectissimus Filius in parvula Franciſci Ecclesiola adaperire operiebatur, ut ibi deliciis ex peccatorum conversione perfruereris. O quot Moyses novos, in immenso pœnitentiæ pelago spectasti natantes, sed quasi in fiscella

Rich:
Chananæa deprecans pro salute Filiæ, typus Mariæ pro Indulgentiis Portiunculæ applicātis.
Exod:
MARIÆ typus fit Pharaonis, plans ex suis Chrysost. Hyssen.
Gloss.

A scirpea, onerosæ nimirum pœnitentiæ, ratione obligationis ad pœnam temporalem: mergi quidem non poterant, utpotè justificati per gratiam; plena tamen res periculi, & saltim timoris erat, adæquatæ satisfactionis obligatione, veluti in arcta constringi fiscella. Ergo tu Princeps & Domina, cuius cordis sūt tenerrimæ ad compassionē fibræ, mœstorum miserata pœnitentium, non iam Ancillas mittis ut juvent; sed omne brachium moves, ut ipsa periclitantes, ex isto etiam obligationum onerosarum spinoso carecto, hos Moyses tollas, de taliq; eliberes fiscella, reatūs utriusq; a Filio Tuo petendo & impetrando condonationem.

Fiscella Moysis, typus pœnitentiæ:

Probatur Doctoraliter.

Non temerè aut vanè, titulum & dignitatem QUÆSTURÆ, quæ Petitionariam peccatorum demonstrat esse MARIAM, in laudibus eius usurpatum a nobis fuisse, præter aliegatas iam probationes, vindicat non modica Patrum Authoritas. Hoc enim titulo, vel æquivalenti in significatione, veneratus est eam Jacob. de Voragine ser: 7. m. *MARIA, Petitionaria nostra apud DEUM.* Alii vero, ut cultiùs pro dignitate MARIÆ loquerentur, in Petitionariis Reginis, seu quæ prece suâ pro salute proximi apud Tribunalia egêre, similitudine quadam, compassivam benignitatem eius, supplicationumq; eius efficaciam, venati sunt: fic S. Albert: M. Bibl: S. Reg: 3. *MARIA Bethsabee est loquens prudenter, humiliter, instanter, & perseveranter Regi magno forti & glorioso pro Adonia, id est pro peccatore misero, egeno, & desperato.* Idiota ser: 6. contempl: 7. *MARIA, Bethsabee, quæ impetravit suis precibus à Davide Regnum Israel, pro filio suo. 3. Reg: 1. Ipsa etenim suis impetravit sanctissimis precibus a vero David, id est a DEO, pro filiis, id est pro imitatoribus suis, Regnum Israel. scl: visionis beatæ.* A Bethsabee descendunt alii ad Esther: Vnde S. Antonin: ap. Polyanth: M: dicit. *MARIA, Esther figuratiuè, quæ suâ intercessione liberationem obtinuit a Deo ab oppressionibus, persecutionibus, & tentationibus populi sui fidelis. Quæ liberavit suis meritis populum electorum de manibus inimici dæmonis, a morte æterna. Quæ apud Cœlestem Assuerū procurat salutem Ecclesiæ militantis, & sen-*

617.

Vorag:
Alb:M.
Idiota.
MARIA signata in Bethsabea & Esther.
Anton:

tentias mortis revocat, ab inimicis, a manu Diaboli. Qui sensus Patrum, quàm egregiè alludat ad illam legationem, quâ pro ratione Dignitatis QUÆSTARIÆ, ad Filium suum in Domo Portiunculæ, perfuncta est Regina MARIA, nemo credo est, qui non videat, qui non fateatur? Insuper aliqui, ut providissimam & locupletem Quæstariam comprobent esse Deiparam, ipsam habere sua Penaria, notarunt, atq; Promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud.

Chryso: S. Chrysost: in Nat: Chri: dicit, *MARIAM, Promptuarium indeficiens famelicæ Creaturæ.* S. Andr: Cretens: *MARIA, Penarium*

Creten: *vitæ, cui nihil potest auferri:* Ritual: Græc:

Græc: *MARIA, Penu inconsumptum & indeficiens medelarum.*

Probatur Miraculosè.

618. Conceptum hunc Patrum comprobat recens miraculum, quod adnotavit ex aliis Authoribus Andr: Lyræus Trisag: Mar: l. 2. mod: 26. Fuit in Ordine Minorum Congr: Capucinorum, in Provincia Veneta, Vir probus, qui Guardiani, & Magistri Novitiorum officio fungebatur: petierat ille a suo Superiore majori, facultatem visitandi sacram Domum Virginis Lauretanam, quo annuente, mox cum socio iter arripit, magno ardore spiritûs frigora & brumalis itineris molestias superando: vix triduum quatriduumve transierat, cùm, (Deo sic permittente,) sylvam obuiam uterq; ingressi, a via aberrare cœperunt, ubi nec exitum ullum effugiumq; conspicati, sub arbore aliqua pernoctare statuerunt: Interim junior vegetiorq; socius, senis infirmitatum miseratus, exiliens lustrat viciniam, clamore accit accolas, si qui fortè audirent, donec confectis 30. aut 40. passibus, palpando in tenebris quàquà versus, manibus, parietem offendit: mox advocato socio sene ac junctis ambo manibus eundem sequendo, ad portam deveniunt, quam pulsantes, excito janitori denuntiant, adesse par Minoritarum peregrinorum, qui per noctis tenebras, viarum incommodis ac difficultatibus pressi, hospitium rogant. Respondet is relaturum sese Dominæ Arcis, quo facto, statim adest Oeconomus, cum ephebis duobus faces præferentibus, ac jussu Dominæ gratum adventum peregrinorum gratulatur, a quo ad eandem deducti, in medio conclaui mensæ humili ac viridi Tapetio instratæ, quam bina ex argento affabrè elaborata candelabra illustrabant, reperiunt adsidentem, & nescio quas chartas pervolventem, (MARIA, ipsa fuit, quod infra audies.) Visis ergo illa peregrinis & blandè salutatis, mox itineris causam scisscitatur, quâ intellectâ a seniore, ex pietate in Domum natalis sui, susceptum esse iter, laudavit religiositatem, & literas, ut eò ab illa deferrent, in crastino daturam se promisit. Ite nunc (inquit) & vires reficite, suaviter quieturi. Deducuntur ad cubiculum ab Oeconomo, instructissimum foco, mensâ, & duabus lecticis ad cubandum. Manè iter arrepturi, reficiuntur iterum jentaculo, & valedicturi Dominæ, ad eam deducuntur, quæ graviter simulq; placidè ipsis collocuta, de quorundam Ascetarum præstantiorum nominibus scisscitabatur, quorum commemoratione delectari videbatur: Mox literas Lauretum deferendas seniori tradit, quibus ille acceptis, omni quo poterant benevolentiæ signo ambo gratias agentes, læti discessêre. Vix passus 50 fecerant, desiderio cognoscendi nominis, cui tradendæ essent litteræ, exterius involucrum evolvunt, & non modò inscriptionem ullam reperiunt, sed nec obsignatam deprehendunt: dum errore factum putant, redire ad Arcem statuunt: sed Arcis illius in sylua nullum ampliùs vestigium inventum. Quare tutò literas perlustrant: quarum hoc argumentum erat. *Venerande Pater. Agnitâ tuâ in me voluntate ac pietate, quâ ferri in ædem meam Lauretanam, liquidò perspexi, cùm tibi deficerent omnia, sine quibus hæc vita non ducitur, ego deesse nolui, sicut nec unquam, ubi tempus & oratio postulaverit, defutura sum. MARIA Virgo.* Res usq; ad mortem senis in silentio fuit, ante agoniam tandem prodita ab eodem: Literæ verò pro singulari dono oblatæ Duci Camerinensi, hucusq; conservantur. Acta sunt circa A. D. 1618. Nobile quidem per hoc prodigium Promptuariorum MARIÆ quoad corporalia specimen eluxit; sed nobilius est Provisionis eius argumentum, Indulgentiæ hodiernæ, (quam de Penu suo annuatim peccatoribus depromit

MARIA *hospitio excipit Fratres Minores, singulari historia.*

MARIÆ *litera obsignata FF. Minoribus.*

MARIA

MARIA) privilegium, per quod non tam corporibus, quàm animabus Quæſtaria noſtra MARIA inſtaurat commoditatem.

Probatur Hiſtoricè.

Scribit Author Allocutionum Dom: 12. in Aula Philippi Hiſpaniarum Regis talem contigiſſe ſcenam. Inſignis quidam nobilitate generis Comes juvenis, Aluarus Athaides, Gynæceo nobilium Aulæ fæminarum inſidiabatur libidinoſè delatus eſt ad Regem, quod ille conciniâ nocte adibat. Rex curat Comitem per quendam Palatinum iterum atq; iterum admoneri, ut deſiſtat, niſi vitâ luere velit culpam: & cùm parùm, imò nihil curaretur a potente & nobili Principe data admonitio, ultimâ etiam decretioriâ nocte, piè doloſus ille Palatinus inſtruit inſolitam ſcenam, nimirum aliquot ordinat Perſonas, albis coopertas ſyndonibus, quæ ſub debili Lunæ illuminatione, per ambitus vaſtos palatii obambulantes, quaſi Petitionarii pro ſalute Comitis periclitantis, ſtentoreâ quâdam voce ſubmurmurabant. *Orate pro anima Comitis Aluari.* Interea iterũ pergit ad Gynecæum laſcivus Comes, viſo quidem illo territus tantiſper ſubſtitit, ſed explorare, verane eſſent neglexit, & amore laſciuo ad alia diſtractus, pergit in malo propoſito: ubi tandem ad valvas Gynecæi, ficariorum manu miſer occubuit. Similem quidẽ, ſed longè feliciori euentu, hodie MARIA inſtruxiſſe videtur ſcenam, dum non iam pro unius, ſed pro omnium peccatorum animabus, oravit Vnigenitum, perſimili quodammodo uſa ſtylo, ut olim Rex Sodomorum ad Abraham: *Da mihi animas: cætera tolle tibi.*

Epilogus.

O Fortunatiſſimam! o Providiſſimam! o locupletiſſimam QUÆSTARIAM MARIam! Quærit illa animas & invenit, Petit gratias omniſq; reatûs condonationem, & impetrat gratioſa noſtra Petitionaria. Legimus in Chron: Ord: Noſtri, S. P. N. Franciſcum Patriarcham ſolitum fuiſſe, fratrum ex mendicatione panis redeuntiũ, brachia, quibꝰ mãticas cum pane deportabant, tanquam quid ſacratum ex imitatione Paupertatis Salvatoris, devotè exoſculari. O quàm viſceroſè exambit devotio noſtra, Tuas, (o ſolicita Petitionaria noſtra MARIA!) ſanctiſſimas exoſculari manus, utpote affluentiſſimum Penarium gratiarum: ſed eas vilitati noſtræ attingere non licet: Deinde ſolicitudini QUÆSTURÆ Tuæ, noſtra pro gratiis agendis non ſufficit exiguitas: Precamur itaque ſaltim: Aperi & nunc Promptuaria Tua in abundantia, ut precibus Tuis adjuti, de Penu tuo, impetratæ Indulgentiæ hodiernæ dignâ reficiamur portione, & per tuam auguſtam interceſſionem, æternam etiam in Regione Sanctorum ſperare nobis liceat beatitatem. A M E N.

620. *S. P. N. Franciſcꝰ ex mendicatione redeuntium fratrum brachia oſculabatur.*

QVIETATIO plena DEBITORVM SS. DEIPARA.

Stabat autem iuxta Crucem, Mater Ieſu. Ioan: 19.

PRo præſenti Solemnitate SS. Scapularis, qui titulus glorioſius eſt Beatiſſ: Virginis, quòd S. Mater Eccleſia approbans Carmelitani Ordinis Breviarium, elegerit præſens Euangelium, quod primâ fronte nullam videtur cum hoc Solemnitate habere cohærentiam & connexionem, arcanum in hoc aliquod latere arbitror. A. A. Totum quidem illud, quot verba ſpargit, tot

git, tot semina doloris compassivi jacit, dum tantùm loquitur, & agit de CHRISTO Domino crucifixo, & de Matre eius stante iuxta Crucem dolente. *Stabat iuxta Crucem:* Quo in statu, Sacratissima Virgo, coram oculis mundi, maximè ingloria & infelicissima apparuit, ob tam multiplices, quibus undiq; tunc opprimebatur, dolores & ludibria, dum in patibulo Crucis, medius inter latrones Filius suus, a circũstãtibꝰ blasphemaretur, Solẽnitas verò SS. Scapularis, est rememorativa magnæ cõsolationis, ob beneficii excellentiam, quod in pignore SS. Scapularis, a MARIA, sacer Carmelitarum Ordo primùm, ac deinde cæteri fideles, recepisse gloriantur. Cæterùm non deest devotioni, Analogiæ istius, inter Dolentis Christi & Condolentis ipsi MARIÆ Passionem, ratio & fundamentum. Pendente etenim Salvatore in Cruce, negotium generale debiti Adæ posterorumq; eius transigebatur, ut sc: aboleretur antiqvum Chirographum peccati. Cancellaria igitur quædam nova cernebatur tùm; dùm hiantibus Vulneribus, ac sanguineum submini-

Cancellaria nova, in monte Calvariæ.

strantibus atramentum, & vel calamo illo arundineo, quo fel amarum, aridissimo Salvatoris propinabatur ori, pro scriptorio subserviente, QUIETATIO illà generalis debiti Adæ conficiebatur a supremo Regente, ipso nimirum patiente JESU, qui regnasse a ligno dicitur per Prophetam. Cuius novæ QUIETATIONIS remedio, antiquæ obligationis debitum ablatum est: testante Paulo, ad Colosſ: 2. *Delens, quod adversùs nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud Cruci:* Et quoniam Beatiſſ: Virginem, Doctores infra citandi, Cancellariæ Crucifixi primam administram censent, ac propterea, ex officio Cancellariam illam appellant. Vti Jacob: de Vorag: Bernardi: Busten: aiunt. *MARIA, est, Cancellaria DEI, ad quam spectat dare literas puræ gratiæ & misericordiæ.* Opus igitur erat, ut Cruci adstaret exprompta, ex meritis Filii, omnis gratiæ & misericordiæ Syngraphas expeditura. Et ideo in huius Solemnitatis Scapulariana Festo, non aliter se in Euangelio præsentare voluit, ut per hoc demonstraret, se Auctricem esse, quòd

Quietatio debiti Adæ, in monte Calvariæ.

Colosſ:

Vorag:

Busten:

suæ intercessionis merito, singulare hoc Diploma plurimarum gratiarum, & QUIETATIO perfecta a debitis peccati, quibus donantur Confratres Scapulariani, huius vestis titulo, ex Cancellaria promanaverit Passionis Filii. Unde nihil justiùs æstimo, quàm novo hodie B. Virginem venerari Titulo, nimirum, ut dicatur, *QUIETATIO perfecta debitorum*, præsertim per SS. Scapulariani Privilegii communicationem: quod antequam comprobem, prius gravitatem debiti peccati, ex aliquibus circumstantiis perpendam, Interim breviter salutemus Virginem.

Scapularis privilegio, quietamur a debitis animæ

Ille, cuius Passione
Vita nobis reddita,
Tuâ QUIETATIONE
Tollat nostra debita.

PARS I.

Debitum peccati, citissimè extinguendum.

HIc primùm inter scienda habendum est ex D. Chrysostomo hom: ad Nepot: & S. Ambr: l. 5. de Sac: quòd debitum peccati, nihil aliud sit, nisi obligatio peccatoris ad culpam & pœnam æternam. De quo debito S. Ambrosius intelligi vult verba illa in oratione Dominica. *Dimitte nobis debita nostra. Et quid est* (inquit) *debitum, nisi peccatum?* Et Chrysost: cit: de chirographo Adæ ait: *Adam ille, initium contraxit debiti, nos fœnus auximus posterioribus peccatis.* Delevit Chirographum debiti Adæ Passio Christi, sed in suppositio pœnitentiæ illius. Nec aliter debitis nostris, s. peccatis, indulgetur a Deo QUIETATIO, nisi similiter, Passio Salvatoris, partìm virtute Sacramenti; partìm nostræ voluntatis cooperatione, & aliis satisfactoriis quoad pœnam temporalem remediis, debitè applicetur. Unde quis non miretur? deplorandam sortem illorum, qui tot peccatorum debitis, Deo obærati, non subitò, post peccati alicuius lapsum, exsolvendi se a debito per pœnitentiam, negotium conversionis arripiunt, sed moras noxias saluti suæ, trahunt, per quod fœnus debiti multò ampliùs in dies adaugent, multiplicium aliarum culparum facti rei.

622. Chrysost: Ambr:

Pœnitentiam retardantes tanguntur.

Probatur

Probatur Scripturaliter.

Plura sunt loca Scripturæ, quæ citissimam exsolutionem debiti peccati post aliquem infelicem lapsum, per remedia pœnitentiæ, suadent & iubent, atq; dilatæ in posterum pœnitentiæ secutura explicant damna: Præcipuus Eccl: est ille locus Eccli: 5. *Ne tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Ex quo loco Seraph: Doctor cum quibusdam Theologis deducit, & multis rationibus persuadet cuilibet peccatori, ut si eum contingat labi in aliquod mortale, non differat in longum pœnitentiam: imo asserit teneri eundem quantocius sibimet consulere, siue interim per verum animi dolorem aut contritionem, siue per Sacramentum Confessionis. Quodsi etenim differat de die in diem converti ad DEUM, a cuius gratia per peccatum scit se excidisse, iam eo ipso primùm arguitur, quòd patùm credat de gratia DEI, dum eam quàm citissimè recuperare negligit. Deinde aperto periculo damnationis se exponit, cùm plerumq; (attestante Ecclesiastico) malitiosè differentibus conversionem, *Subitò veniat ira DEI, & in tempore vindictæ disperdantur.* Basil: Audi S. Basil: scitè valdè de cita pœnitentia monentem. *Quando* (inquit) *te peccatis obnoxium senseris, ad pœnitentiam citò converti, ne confundaris: qui enim sic pœnituerit, in novissimo non pœnitebit: clementer enim Dominus ad Pœnitentiam confugientes suscipit.* Deinde ad illum, qui de die in diem, de anno in annum differt pœnitentiam, descendendo, eum sic alloquitur: *Quis novit hominum, diem exitûs sui? non enim omnes in senectute privabuntur hâc luce: sed in diversis ætatibus de hoc mundo migrabunt: & in quibus actibus vocabitur homo, in iisdem necesse est reddere rationem. Sed nec & tu cunctaris ad pœnitentiam converti. Semper ante oculos tuos versetur ultimus dies, &c:* Bellovac: spec: moral: l. 3. dist: 2. tales crastinos pœnitentes, multiplicis præterea impietatis arguit. *Quia* (inquit) *talis iniquus est in* DEUM. *Iob:* 31. *Iniquitas maxima & tentatio contra* DEUM *est, osculari manum suam.* Scl: *blandiri sibi de opere suo malo, & differre conversionem. Impius item est in Angelum suum, quem de expectatione gaudii, quod sperat de conversione eius, affligit. Iniquè agit, & contra seipsum: quia seipsum vult potiùs habere malum, quàm bonum: Infirmum, quàm sanum, servum, quàm liberum, Mortuum quàm vivum, in statu latronis, quàm Regis: Pauperem magis, quàm Divitem, et omnium bonorum Ecclesiasticorum expertem, quàm participem: et consortem dæmonum potiùs, quàm Angelorum.* Ponderanda satis hæc, quæ sequuntur ex dilatione debiti suæ Pœnitentiæ. Sed præcipuam meretur considerationem, fœnoris a debito, diurnis incrementis augmentatio: plùs etenim obligaris Deo pro peccato, quò longiùs abolitionem eius differs, multiplicans impietates, de quibus immediatè dictum ex Bellovac: His omninò adnumeranda veniunt: lucrum cessans, & damnum inde emergens. Et quidem dum statim non pœnites; damnum lucri cessantis pateris: quia in decursu multorum dierum aut annorum, vitam agens virtuosam, & in gratia DEI constitutus, ingens comparaturus esses, pro Cælo acquirendo, multorum insignium meritorum lucrum. Vnde si animæ beatæ in Cœlis, essent capaces alicuius tristitiæ, hæc sine dubio vel maxima foret, quòd scl: non plùs laboraverint tempore vitæ suæ mortalis, ut hac ratione sublimiori in cœlis fruerentur beatitudine. Pateris quoq; iacturam per damnum emergens, quia quando culpa, post longum tempus, tantò magis, si in fine usq; vitæ tollitur per pœnitentiam, pœna in flammis purgantibus exsoluenda manet, quam longè faciliùs in vita per satisfactiones varias, si tempestiuè pœnituisses, abolere, vel notabiliter diminuere potuisti. Adde his, improbum fœnus peccatorum, quod facillimè ex vno non deleto statim per pœnitentiam peccato, accumulatur, penè in immensum. De quo sic Did: Stella in Luc: 3. differit. *Peccator ex uno in aliud devenit peccatum: & unum peccatum, aliud impellit: atq; nullum finem vel terminum hoc genus mali haberet, nisi Divina misericordia nostris peccatis imponat finem.* Proinde Jos: Manfi d. 1. *de Pœn: procrastin:* huiusmodi fœnoris improbitatem & damna alia, ex dilata pœnitentia, penitando, sic concludit: *Tametsi per divinam revelationem infallibilem & indubitatam de facienda in Articulo mortis*

Eccl: 5.

Basil:

Pœnitentiam differens, quanta amittit lucra.

Peccatum unum, trahit ad aliud.

do, quãtarum causa impietatũ.

lo mortis pœnitentiâ & de assumenda aterna tua salute certus & securus esses; nullo tamen modo ad illud usq; tempus, tuam deberes procrastinare conversionem, ob multa damna, qua inde resultant.

Probatur Figuraliter.

624. Non diffiteor equidem, quòd quandoq; illi, quibus nondum plenè est exterſa frons ad malum, ſi talibus labi contingat, (dum continuus adſtat monitor, rea conſcientia, & in morem duri Exactoris viget, imò torquet implacabili verme, pro contracti debiti redditione, ſtimulando ad pœnitentiam,) ipſi dum capitale ipſum debiti ſolvere illicò negligunt, aut differunt; quodam quaſi *intereſſe* debiti perſoluto, ſe ſecuros arbitrantur, dum ſcl: interea, opera aliqua miſericordiæ præſtant, eleemoſynas largiuntur, & aliorum mendicant pro ſe orationes. Et talia quidem fœnora, ſcio ex Theologia, ſalutariter exhiberi, nam non ſunt ſine aliquo lucro, cùm reputentur eſſe merita ſaltim de congruo, diſpoſitiua ad pœnitentiam, præſertim ſi exerceantur, non intentione ſerviendi interea voluptati peccati, quod ipſis ſaperet; ſed animo conciliandi ſibi auxilia ad pœnitendum de peccato, quod ipſis iam diſplicere incipit. Cæterùm & talibus adlaborandum eſſe, ad ipſius capitalis debiti, ſcl: peccati, per pœnitentiam ſine omni mora abolitionem, ſuadet Figura relucens in Nave periclitante inter fluctus cum Jona. Jon: c. 1. *Dominus miſit ventum magnum in mare: & facta eſt tempeſtas magna in mari, & Navis periclitabatur conteri,* Videamus, quid fit a nautis in tanto hoc periculo & jactatione navis, ut poſſit ſalvari. *Timuerunt nautæ, & clamaverunt viri ad* DEUM *ſuum, & miſerunt vaſa, qua erant in navi, & Jonas deſcendit ad inferiora navis, & dormiebat ſopore gravi.* Ecce vobis irritus labor nautarum. Jonas, qui auctor erat tempeſtatis cubabat quietus, ſomno ſtertebat, à nemine inquietabatur, ſed potiùs relicto illo, a nautis curritur ad preces, curritur ad effuſionem bonorum in mare. Proh nautarum ignorantiam! Quid prodeſt omnia movere pro ſalute, ſi, quod caput eſt mali, non priùs tollis, nec auctorem inveſtigas ipſum? Pulchrè alloquitur dominum navis, S. Baſil: Seleu: Orat: 12. *Quid his? mare jactatur, & ſortem in medio nominas, & auctorem tempeſtatis ſinis conſidere?* Hæc eſt peccatorum inſcitia, periclitatur ipſorũ ſalus, concutitur anima continuis, arguentis de peccato conſcientiæ fluctibus, & quòd plerumq; fit, vindicante DEO, corpus etiam, poſt perpetratum malum, moleſtarum infirmitatum iactatur tempeſtatibus, æſtuat ut mare, ardentibus febribus: quæ dum ſuſtinet peccator, currit ad Sanctos, currit ad DEIPARAM: vota plurima tales emittunt, per miſericordiæ opera remedia quærunt, pecunias in pauperes effundunt, ſaccos vacuant, nullum non movent lapidem, ſub dolore gementes: ſolum debitum capitale, id eſt peccatum, totius mali auctorem & cauſam, immotum & prorsùs intactum relinquunt in fundo animæ, abolitionem eius per veram pœnitentiam, differentes. Quid mirum? ſi nihil lamenta utilitatis afferant, donec radix mali medullitùs immota aſſeruatur: primùm feſtina ad Jonam in fundo navis: nimirùm, latens in conſcientia peccatum adorire, illud in mare Pœnitentiæ proiice, & ceſſabit quaſſatio. Quis non miretur vehementem Eſau dolorem, ob amiſſam benedictionem paternam, ob debitum contractum ſervitutis alienæ? dictum enim erat Jacob fratri eius. *Eſto Dominus fratrum tuorum & filii Matris tua ſerviant tibi.* Gen: 27. Currit ille ad gemitus, ad lachrymas, ad preces. Quippe *irrugiit clamore magno, & conſternatus ait: Benedic etiam & mihi, Pater mi.* Quæ ſalus tot lamentis, tot precibus non poſſet inſtaurari? Quæ ruina non poſſet reparari? Et tamen non reparatur Eſau ruina, debito ſervitutis contractæ non exſolvitur: & cur? Quia cùm omnem lapidem movet, ut flectat Patrem, ſolum capitale debitum cordis, nimirum peccatum in corde intactum reliquit, quod priùs removere debuerat. Ait S. Ephrem: de Pœnit: *Lacrymatus eſt Eſau, non quia peccavit. Occupabat mentem malitia, & per ſolam linguam voluit benedictionem impetrare. Sed iſta dico? vt ſi amaritudinem in anima habeas; primùm eam radicitùs evellas, & poſtea ſic ad* DEUM *accedas.* Adeo durum, adeo grave eſt debitum noxæ peccati, vt niſi extinguatur totum in capitali, fœnora etſi

Eleemoſynæ, ieiunia & ſimilia, iuuant in peccato exiſtentes

Jonæ.

Jonas in mari, typus peccatoris.

Basil: Seleuc:

Peccatores, dum aliqua curant ſalutis, principale intactum relinquunt.

Peccati, quò diutius differtur pœnitentia de illo, multa alia contrahit peccatorum debita.

Gen:

Debitum capitale peccati, ni ſolvatur, fœnus accreſcit.

Ephrem:

nora etsi minora solvas, pondus illi us non imminuitur, sed interdum accrescit, & aggravat magis debitorem.

Probatur Historicè.

Hoc ipsum, nedum in illo Jona Propheta demonstrare cõplacuit Providentiæ Divinæ antiquis temporibus; sed his quoq; ætatibus, eiusdem rei simile memorandum voluit relinquere exemplum, in cuiusdam mulieris peccatricis persona. Joa: Mosch: in Prato spirit: c. 36. narrat: Navarchus quidam, cum navi, pluribus onusta varii statûs Personis, solvit a portu: ubi in altum iam promovêrat, aliis navigiis fauste procedentibus in cursu, sola ipsius navis hæsit quindecim dies, tanquam rupes immobilis, quam nec vela expansa flante vento, nec remi propellentes, juvare poterant. Ad Divina auxilia convolat Navarchus, vota nuncupat, preces fundit cum aliis. Audit igitur e Cœlo vocem. *Mitte foras Mariam* (nomen hoc infelicis illius mulieris erat) *& bene navigabis:* Quod magis ambiguum reliquit Navarchum, nesciebat etenim, quænam hæc Maria esset, & ideo multoties iterabat, Maria, Maria, meditabundus. Jacebat quædam obscuri nominis fœmina, angulo in extremo navis, quæ se citari existimans, quid fieri vellet dominus navis, interrogat. Adductam ad se nauclerus his compellat verbis: *Vides me Maria peccatorem: tantus numerus meorum scelerum est, ut ea iam non velit pati Deus, & ideò non sinit navem progredi.* Tunc illa: *Non sic Navarche: tace de tuis: ego, ego verè sum peccatrix: va mihi! va mihi! Vidua cùm essem, ut militis vicini, in quem oculos conjeci, matrimonio facilius potirer, duos proprios filios interfeci: post filicidia perpetrata, magis ex eo odibilis facta eidem, & spreta, nunc publica justitia pœnas fugio, sed Dei manum, video effugere non possum: Age mecum quod lubet.* Prudens gubernator, ne quid præcipitanter ageret: exploraturus, quænam pars rea esset, scapham ipse ascendit, sed similiter scapha immobilis hæret. Regreditur ergo in navem, etiam fœminam conscendere jubet. Vix in eam demissa est mulier, cum statim scapha vertiginem passa, sese quinquies circumagens, tanti ponderis impatiens in profundum subsidit, & amplius videri desiit. Navis verò, mirâ velocitate, intra tres dies, multorum dierum iter confecit. Vide hinc gravitatem debiti peccati, quod desperata hæc mulier, quia per pœnitentiam veram dissolvere non studuit, animam & corpus pro fœnore, orco dare debuit.

PARS II.

SS. DEIPARA, Quietatio perfecta debitorum.

626. PErsarum Regibus olim in usu fuisse (scribunt veteres) vestem quãdam phrygiatam, quæ pro exigentia rerum, variis characteribus auro & gemmis contextis, exprimebat, quæ Regi deberetur reverentia ac cultus, & quemq; monebat, ut promptiùs solveretur, quod Regi debebatur. Id notavit Lyræus Trisag: l. 1. ex Pierio de veste Darii Regis, in qua scriptum legebatur Græcum nomen vel Arabicum, quo monebantur intuentes, quos honores Regi deferre deberent, ob victorias bello partas. Imò Doctores quidam Thalmudici, similes quasdam observarunt inscriptiones in veste superbissimi Aman, propter quas generosus, etsi pauper Mardochæus renuerat dare prætensum honorem Amano, tanquam ipsi indebitum. Plurimùm alludit huic Persarum mori & illud vestimentum Angeli Apoc: 19. qui repræsentabat DEI verbum: *Et habet in vestimento & femore suo scriptum, Rex Regum, & Dominus Dominantium.* Non dissimili admodùm pompâ Reginam Reginarum, Dominamq; universi B. V. MARIAM in hodiernæ festivitatis solemnitate adornatã esse intueor, nimirũ mysterioso SS. Scapularis indumento, quod plerumq; duplici salvifico nomine JESU & MARIÆ phrygiatum, a fidelibus piè deportatur. Sacratior enim hæc vestis, dum excellentis Cultûs DEIPARÆ a fidelibus exigit debitum, simul sacrorum characterum privilegio conciliat devotis, cunctorum debitorum animæ plenam apud DEUM Quietationem, ad eum quodammodo morem, quo Præfecti tributorum alicuius Principis aut Civitatis,

Vestis Persica, characteribus phrygiata

Vestis Aman superbi, cũ inscriptionibus.

Scapulariana vestis, augustis nominibꝰ phrygiata.

Notæ vestibus inscriptæ, tributi persoluti testimonium.

transeuntium per Portas, pileis vel vestimentis, notas quasdam inscribere solent, testantes & quietantes de persoluto, quod debebatur.

Probatur Scripturaliter.

627. Generaliter primùm loquēdo, quantū valeat Beatissimæ Virginis in tollendis per intercessionem suam debitis peccatorum authoritas, & quàm continua sit pro eisdem ipsius deprecatio, per quam ex obligatione peccatorum nostrorum quietamur, colligere id licet ex illo S. Scripturæ loco, ubi Salvator noster quotidiani orationum pensi ad Patrem Cœlestem, discipulos suos, & in eis cunctos fideles edocens stylum, inter puncta deprecatoria, pro debitis etiam, postulationem adjicere mandavit: *Sic autem orabitis. Pater noster qui es in Cælis: & dimitte nobis debita nostra.* Per quæ debita, communiter intelligunt Commentatores, obligationem culpæ & pœnæ, siue simul, siue seorsim, quam contrahit homo, per reatum peccati mortalis, & respectiuè etiam venialis. Hinc Justin: Miechou: in Litan: Laur: D. 129 n. 24. excitat curiosam Quæstionem de B. M. Virgine: Quomodo illa, hanc orationem Dominicam, (quâ, utpote a CHRISTO tradita frequenter vsam fuisse, nullus negabit) dicebat veraciter, & orabat. *Dimitte nobis debita nostra.* Siquidem creditur, sine culpa etiam veniali vel minima, totam vitam transegisse: iuxta Canon: 23. sess: 6. Conc: Trid: Imò etiam nedum a peccato originali, sed etiam a debito proximo illud contrahendi omninò liberam, multi Doctissimi Theologi, eandem propugnant. Itaq; respondendo ad hanc difficultatem cit: Author, sic ait: *Dicant alii, quod simile vero esse judicant. Ego in hanc proficiscor sententiam, Beatam Virginem hac verba, Dimitte nobis debita nostra, pro aliis seu pro universa Ecclesia, proferre consuevisse: pro se verò potiùs de acceptis beneficiis, & præsertim pro præservatione sui ab omni debito, gratias Cœlesti Patri egisse.* Simili quodam modo, quo Salvator noster, qui nihil confitendum habebat, oraverat ad Patrem Mat: 11. *Confiteor tibi Pater.* Super quo rectè glossavit S. Augustin: *Non solius est confiteri peccatoris, sed etiam aliquando laudatoris.* Ex quo discursu, & ex verbis

Debita nostra, sunt peccata.

Miecho:

MARIA, quæ nullum habuit debitum peccati, quomodo veridicè potuit dicere: Dimitte nobis debita nostra?

A S. Scripturæ, evidenter colligere est, quòd B. V. MARIA, dum adhuc inter viventes moraretur, præter cæteras sanctissimas occupationes, modosq; contemplationum, & orationum, hanc singularem sibi usurparit, ut quotidianâ, totiesq; repetitâ suâ pro debitis alienorum peccatorum deprecatione, apud Misericordiæ Filii sui Thronum, contractarum ab aliis per quotidianos lapsus obligationum flagitaret, & impetraret QUIETATIONES. Hinc S. Germ: de Zona Deip: c. 12. sic eam alloquebatur. *Quis post Filium tuum, ita generis humani curam gerit, sicut Tu? Quis* B *in supplicationibus adeo pugnat pro peccatoribus? quis ea, quæ corrigi non possunt, adeo repugnando excusat? Tu enim habes Maternam apud Filium fiduciam & potentiam: nos qui sumus condemnati, & non audemus intueri ad Cœli altitudinem, tuis interpellationibus & intercessionibus, ei effícis familiares, & das salutem, & ab æterno liberas supplicio.* Sed hæc universaliùs dicta intelligenda. Habet profectò Pientissima hæc Exsolutrix debitorum nostrorum, MARIA, singulares suas Syngraphas, symbola, & modos, quibus illa novit extinguere a devotis suis partim in toto, partim in par- C te, omnem obligationem peccati: inter quæ, præcipuam sibi vendicat S. Scapularianam vestem, quæ propterea ab ipsamet elargiente MARIA, signum salutis appellata fuit, & meritò: Habet enim sacrum hoc indumenti genus, etiam ex meritis Deiparæ, Summor: Pontificum concessu, plurimas, tam plenarias, quàm limitatas Indulgentias, quorum beneficio huiusmodi debita, (si cætera non desint) a Confratribus abolentur. Quod privilegium indumenti sacri, præluxisse videtur, in illius D Aaronici vestimenti Figuratione, de quo Dauid. Psal: 132. *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbā Aaron: quod descendit in oram vestimenti eius.* Si etenim, iuxta Expositionem Blanc: sub n. 66. in fluxu unguenti denotatur Gratiæ CHRISTI, ubertas, illudq; descendere oportet in oram vestimenti sacerdotalis, quæ nimis gloriosa habebatur, ob aurea & sonora circumquaq; pendentia tintinnabula, de quo Exod. 28. Quis perneget non ineptè in hoc vestimenti sacerdotalis genere, quendam eluxisse Typum S.

MARIÆ exercitiū singulare, in vivis, deprecati pro debitis peccatorum.

Germ:

Mariana syngrapha, quibus quietantur peccatores à debitis.

Scapulare, syngrapha peccatorum debiti.

Scapulare, signatum in veste Aaronica.

Unguentum descendens

S. Scapula-

Scapularianæ veſtis. Quæ etenim poſt SS. Roſarii devotionem, glorioſior per totum orbem habetur praxis colendi MARIAM, quàm præfatæ Confraternitatis exercitia? In huius ergo glorioſi veſtimenti oram, tunc deſcendit per barbam Aaron, pretioſum unguentum Spiritûs S. ſcl: gratia remiſſionis, per quam QUIETANTUR Confratres a peccatorum ſuorum debitis, quando Ss. Pontificum Privilegio, nedum in ipſo hodierno Solemni Feſto; ſed etiam in prima ſuſceptione SS. veſtis, & aliis pluribus Feſtis, plenariâ donantur Indulgentiâ: quaſi in re ipſa, MARIA, cuius intuitu hæc omnia ipſis gratioſè præſtantur, fieret peccatoribus, plena omnium debitorum & completa QVIETATIO.

Probatur Figuraliter.

Sed ab unguento Sacerdotali, tranſeamus ad Oleum Prophetæ Carmelitani: ipſumq; Oleum, promovebit Figuram, myſterio veſtis Scapularianæ valdè accommodam. Triſte quid, cui tamen ſucceſſerat brevi alterum gaudioſum, legitur. 4. Reg: 4. Mulier quædam ſummo angore afflicta, Prophetam Eliſæum interpellavit, imminentiq, calamitati, remedium popoſcit. *Mulier quædam de Vxoribus Prophetarum clamabat ad Eliſæum dicens. Servus tuus, Vir meus, mortuus eſt, & tu noſti, quia ſervus tuus fuit timens Dominum, & ecce creditor venit, ut tollat duos filios meos ad ſerviendum ſibi.* Acceperat Mulier neſcio quid a creditore, verùm creditor, qui non dederat gratis, ſed locarat ad fœnus, & importunus repetebat creditum, atq; grande crediti exigebat lucrum: fortè mulier cùm accepit, deluſa putavit donum, poſtea verò lugebat carè ſoluendum. Drogo Oſtien: de ſacr: Paſſ: in hac muliere proſpectat imaginem animæ peccatricis, eiuſq; damna, quæ ex deguſtata vetita voluptate incurrit, præſertim in intellectu & voluntate: vnde fic, quaſi in perſona eiuſdem ait: *Invadit* (inquit) *me creditor ille improbus, & duos filios meos, hoc eſt, intellectum & affectum, inertia, vaniſq, illuſionibus ſuis inſervire cogit.* Cæterùm ex ſenſu aliorum mox citandorùm, emicat in hac muliere, MARIA, eiuſq; ſingularis induſtria, in procuranda ſolutione omnis debiti noſtri.

A MARIA, quippe eſt mulier illa ipſa, quæ ſub Cruce Domini ſtans, in Joanne Virgine, innumeros acquiſivit filios, ex illis Filii ſui, ad ſe verbis. *Mulier ecce filius tuus.* Abundat porrò illa filiis, ſed debitoribus, antiquæ, primi ſui Parentis Adæ, obligationis, ſuæq; propriæ, obæratis onere, pro quibus debitis, dum durus exactor ſiue dæmon, ſiue mala Conſcientia, ſiue ipſemet juſtus Judex, inſtat; fieri non poteſt, ut eius Materna viſcera calamitatem filiorum ſuorum non ſentiant. O magna utriuſq; Matris de filiorum debitis ſolicitudo & pietas! ſed miſe-
B rationem MARIÆ in ſuos, pientiorē oportet agnoſcamus. Quærebat illa a Carmeli Incola Eliſæo, qui pallio miraculoſo Eliæ, dividens Jordanem, plurimùm iam inclaruerat, ſuæ ſubſidia egeſtatis: aſt MARIA in ordine Carmelitano, ſub titulo glorioſiſſimi veſtimenti ſui, nova aperit Promptuaria, diverſarum gratiarum ubertatis, teſſerâ hac ſalutiſq; ſigno, S. Scapulari, Almum condecorans Ordinem. Mandante illa viduâ, filii miniſtrabant vaſa, in quæ copioſè ex prodigioſo illo lecytho fundebatur Oleum, ut debitum ex divendito perſolueretur: O quantæ
C ſcaturigines Cœleſtium donorum, ex ſacri Scapularis lacinia dimanare hucuſq; cognoſcuntur! dum nedum juſtificantis gratiæ beneficio, ſed tot gratiarum excitantium, adiuvantium, conſequentium, auxiliis, peccatores confortati & inuncti probè ſpiritu, vaſa ſua, nimirum, corda ſuperabundanter impleri ſentiunt: atq; ſic alluvio propriarum lacrymarum de ſuis peccatis adaucti, omne præteritum peccatorum debitum extingvunt & abolent. Audiatur de hoc Doctiſſimus primùm Idiota, Par: 6. Contempl: 15. quàm proximè cogitatibus noſtris alluſerit: dum ita
D ait: *MARIA, mulier, quæ vaſa vacuata implevit oleo ad præceptum Eliſæi, id eſt Chriſti: vaſa vacua, ſunt corda noſtra vacuata ab amore terrenorum, & ab immunditia peccati mortalis: lota & ſincerata per veram confeſſionem & lacrymarum effuſionem: clauſa inferiùs per contemptum temporalium: aperta ſuperiùs, per appetitum Cœleſtium: capacia per profunditatem humilitatis & latitudinem charitatis.* Eodem planè ſtylo, imò & verbo, hunc pertractavit locum Rich: Laur: l. 4. de laud: V. di-

re pro ſolvendo debito ſollicita.

MARIA implet vaſa cordium gratiarum auxiliis.

Idiot:

Rich:

V. dicens. MARIA *mulier, de qua legitur* 4. *Reg:* 24. *quæ vasa vacua implevit oleo, ad præceptum Elisæi, id est Christi: sed plena nequaquam, quia sicut dicit Philosophus, fudit potiùs, qui mittit in plenum. Vasa autem vacua, sunt corda vacuata ab amore terrenorum, id est, ab omni immunditia peccati mortalis lota.* & cætera omnino eadē habet ille, quæ primus præmisit. Ex quorum sententiis manifestiùs elucet industria MARIÆ, in liberandis peccatoribus a debitis suis, idq; variis modis & influxibus gratiarum, inter quos specialis habetur cultus, & exercitia devotionis Scapularianæ.

Probatur Doctoraliter.

619. Sed præterea adest & amplior chorus Doctorum, qui, quantùm Beatiss: Virgo laboret in QVIETANDIS hominibus a debitis peccatorum, id sub variis explicarē modis. Primùm sub ratione Fidejussionis, quam illa exhibet Filio pro peccatoribus, ad eos reconciliādos. De hoc Joan: Dama: in Paracl: B. V. ait: MARIA, *Fideiussor nostra.* S. Joseph: Hymnograph: *Ipsa est Fideiussor nostra, ut convertamur, & recipiamus Confessionem peccatorum.* S. Andr: Cret: Orat: 2. de Dorm: B. V. MARIA, *Fidejussio, quæ pignore dato, fit divinorum reconciliatio.* S. Ephrem, Ansel: Alb: M. Antonin: Dion: Carth: Bernard: Senen: ap: Polyanth: Marian: concorditer eam *Reconciliatricis mundi & Ecclesiæ militantis cum triumphante*, titulo venerantur. S. Chrysost: in Canon: S. Eliæ Prophetæ, eandem nominat: *Abolitionem antiquissimæ & rigidissimæ sententiæ.* Nicetas David hom: de Nativ: V. *Abolitionem maledictionis primorum Parentum, cui omne mortalium genus obnoxium erat.* Hoc autē ipsū originale fuit debitum: debitum debitorum dicendum, utpotè omnium origo. Sed concludat chorum suadâ suâ melleâ, Bernardus, qui transactiones MARIÆ pro peccatorum debitis, cum suo Filio, devotè contemplatus, sic eam allocutus est, ser: de præcell: V. *O felix* MARIA! *Tu Mater Regis, Tu Mater exulis: Tu Mater Rei, & Mater Iudicis: Tu Mater DEI, & Mater hominis. Cùm sis ergo Mater utriusq;, discordias inter tuos filios sustinere nequis.*

Damas: Joseph: Cretens: Ephrem: Anton: Alb: M: Dion: Carth: Chryso: Bernar:

630. *Probatur* Miraculosè.

Perpendimus iam aliquot argumentis miram Beatiss: Virginis in dissolvendis peccatorum debitis industriam; spectare nunc liceat, etiam eiusdem efficaciā: adeo, ut non modò in anima; sed & in corpore quoq; (ad quod plerumq; derivantur debita animæ) tribuat debitoribus securitatem: quod ipsum tali comprobatur prodigio. Carth: de mirand: B. V, M. §. 63. ex S. Anton: Archiep: rem sic enarrat. Circa A. D. 1190. cùm Rex Aragoniæ & Comes S. Ægidii, qui Raymundus dicebatur, molestâ discordia dissentirent, nulliusq; intervenientis valeret oratio, ad pacem reducendam, in urbe Anitio, ubi habetur virginale gloriosissimum templum, contigit, quòd cuidam devoto fabro lignario DEUS se specialiter manifestasset, fuitq; ei tradita quædam Syngrapha seu chartula, in qua erat effigies Beatiss: MARIÆ V. sedentis in throno, & charissimum suum Filium amplexantis: & præterea, rotunditati Imaginis circumscriptum legebatur: *Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.* Postquam se tam admirandæ visionis fama vulgavit. Viri Principes, ex variis mundi plagis, & ingens popularium numerus, in festiis Assumptæ DEI Matris, Anitium convenerunt: porrò Urbis Antistes hominem illum, fabrili artificio viventem, sed virtutis & fidei plenum, in medium cætum venire, & quæ vidisset, audivisseq; jubet effari. Ille de Aragonum Regis & Comitis competitoris reducenda pace, divinum audacter exponit & promulgat imperium, imaginemq; testem inducit, obeuntibus oram literis illis consignatam: auscultant duo illi Principes, divino consilio in Galliam peregrinati, & pacem cœlitùs impetratam, se esse servaturos, interposito jure jurando confirmant, pacis tesseram Virgineam illam Imaginem adhibent, quam plumbeis figillis impressam, lineisq; assutam tunicellis, qualia solent esse Monachorum Scapularia, pectori applicitam, pro symbolo, proq; pacis insigni circumgestabant. Ea verò pax tantæ sanctitatis habebatur, ut qui ita linteatus, & tali figillo munitus esset inventus, ei hominum cædes impunita foret a cognatis & propinquis illius, qui esset interemptus. Non enim consanguinei, non amici de vltione labora-

Carth:

MARIA, *pacem concilias, per quādam imaginem.*

MARIÆ *Imago, tessera securitatis.*

laborabant: sed cœlitùs admonitæ, pacis memores, in gratiam Reconciliatricis MARIÆ, totum homicidæ libenter indulgebant: quin & illatæ supernæ Imaginis viso exemplo, in occisoris, frater occisi ruebat amplexus, eumq; hospitio acceptum, humaniter tractabat. Hoc idem prodigium quàm venustè applicari valeat S. Scapularianæ vesti, quæ similibus communiter insigniri solet Figuris & characteribus, quis non fateatur? præsertim si se reflectat ad similia miracula & prodigiosam virtutem huius sacræ Peciæ, contra ictus gladiorum, tormentorumq; igneorum impressiones. De quo habes sufficienter superioribus Discursibus pro eodem Festo. Hinc agnosce, quàm securus sit viator, ab omni debito animæ & corporis, sub cœlesti hac syngrapha MARIÆ & salutis signo, vesti Scapularianæ inscripto.

Scapulare, signũ securitatis, contra pericula corporis etiam.

Probatur Historicè.

631. Sed iam vltimò in QUIETANDIS etiam demortuorum Confratrum debitis, MARIÆ eximiam consideremus pietatem: cui præludendum breviter ex Historicis. Scribit quidam in sua *Schola Curiosa:* Quod Rodericus Gotterius Comes, a Ferdinando Rege Castillionis, prælio victus captusq; facultatem fratris sui in eadem pugna cæsi, sepeliendi Corpus obtinuerit, eâ lege iuramento sancitâ, ut fratre sepulto ad carcerem rediret. Hic ut debitum & obligationem redeundi vel protelaret vel extingueret, corpus fratris aromatibus conditum, unà secum quocunq; incederet, deferri curavit, sicq; Regem elusit. In parte licet, etsi non in toto, pulchrè nihilominus, hæc narratio quadrare videtur, ad illud singulare sabbathivum Privilegium, quo Alma Scapulariana Confraternitas, testantibus Bullis Pontificum, cœlitùs gaudet, animabusq; Purgatorii, est perquàm gratiosum. Matrem quidem se animarum Purgatorii appellavit MARIA, audiente S. Birgittâ, qui arctioris vinculi titulus est, quàm fratris vel sororis: Solicitudinem ergo eius, circa animas defunctorum filiorum & fratrum ac sororum Confraternitatis considera: vix etenim piacularem carcerem, residua peccatorum debita seu satisfactiones exsoluturi per

Cadaver fratris, fratrem liberum reddit a servitute.

A satispassionem, ingrediuntur illi, omnes ante Sabbatum dies curiosè numerat Beatissima, interea verò partim per Angelos afflictis solatia mittit, partim eos aromatibus deprecationum suarum ad Filium suum, ut de pœna eorum misericorditer imminuat, recondit, & tandem primo Sabbatho, pigmentatâ Scapularianâ veste, (quod iam alibi latè probavi) ob singulare huius Confraternitatis Privilegium, involutos, ab illoq; piaculari carcere, liberatos, ac omni debito perfectè iam exsolutos, Filio suo repræsentat, æternâ felicitate donandos.

Scapulare, iuvat in Purgatorio.

B

Epilogus.

PRofusum quorundam in debitores suos legitur ingenium. Exuperat, quod Spartianus in Adriano scribit, eum ad aucupandam populi gratiam, 27. milliones aureorum, quæ fisco debebantur, remisisse debitoribus: ac in foro Traiani extructo igne, omnium debitorum Syngraphas combusisse. Æneas Sylu: l. 4. c. 42. commendat Pragensem Civem, qui auri nummorum centum millia recepto Chirographo, Carolo IV. Imp: mutuò dederat: quem postridie ad prandium invitavit, convocatis Regni Dynastis, & ad finem prandii splendidi, inter duas lances aureas, chirographum illud Imperatori obtulit, ac debitum condonavit. Quid simile præstitisse legitur ap: Novar: Elect: tom. 5. l. 9. n. 89. Mercator Antuerpiensis Carolo V. O quam incomparabiliter excellentiori celebranda venit apotheosi magnifica liberalitas & beneficentia Tua, Piissima Exsolutrix debitorum nostrorum, perfectaquè illorum QUIETATIO, Virgo MARIA! Quæ Universæ Ecclesiæ Dei villicationi præfecta, universorum quos debitores Filii Tui cognoscis. curam geris, tot industriis, tot modis adinventionum tuarum abolendo debita nostra: tollis eorum cautiones, non ut imminuendo aliæ scribantur, sed ut totaliter deletæ, absolutè extinguantur. Accendis toties, recurrentibus Festivitatibus Tuis, quodammodo triumphales focos, quibus chirographa fidelium comburas, dum illi meritorum tuorum & orationum apud Filium suffragio, sub salutari tessera SS. Scapularis, pœnæ & culpæ,

C

D

632.

Debitorũ in condonatione mira generositas Adriani & quorundam aliorum recentiorum.

MARIA focos accendit, ad comburendæ chirographa peccatorum nostrorũ.

per In-

per Indulgentiæ plenariæ conſecutionem aſſequuntur condonationem, ſignumq́; hoc ſalutis, Scapulare, accipiunt in teſtimonium perfectæ ſuæ a debitis peccatorum QUIETATIONIS. Tibi ergo poſt DEUM & CHRISTUM, primæ ſint & æviternæ laudes. AMEN.

QVODLIBETVM Voluntatis Divinæ.

Pro Annuntiatione B. V. Maria.

SS. DEIPARA.

Fiat mihi ſecundum Verbum tuum. Luc. 1.

633. JAm tandem Doctrix Doctorum, primaq́; vena & ſcaturigo doctrinæ, Cœleſtis Sapientia, quaſi morem Scholaſticorum tenens, poſt conſueta illis exercitia, in ſtudiorum ſuorum circa MARIAM complementum, novas hodie videtur inſtaurare Quodlibeticas Quæſtiones, & ſingularem QUODLIBETORUM ſuorum condere Librum, dum cum Virgine, mediante Angelo, Incarnationis Chriſti pertractat negotium. A. A. Laudabilem quippe & antiquiſſimum celebriorum Vniverſitatum, uti Pariſienſis, Salmaticenſis &c: novimus praxim, quòd cuilibet ad Lauream Doctoratûs, vel Magiſterii in Theologia promovendo, diverſa proponantur dubia & quæſtiones, ad varias ſpectantes materias, in unica generali diſputatione ventilandæ: hinc, quia illæ, medulla quædam & ſuccus ſolent eſſe doctrinæ, doctiores Laureati addentes etiam de ſuo, poſt multa ſtudiorum ſuorum monumenta, ſingulares conſcripſêre Tomos, in quibus ſelectiores, omnigenarum ſcientiarum ſparſim cum ſuis reſolutionibus continentur Quæſtiones, quæ ideo QUODLIBETA appellarunt. Vnde habentur QUODLIBETA D. Thom: Aquin: Henrici, Ægidii, & Scoti ſubt: Doctoris, quæ utpotè poſteriora generatione, etiam priora perfectione inter omnia opera eorum, cenſeri debent. Morem quodammodo ſimilem tenet æterna Sapientia, Lauream Doctoralem carnis, in vtero Virginis iam capeſſitura, ut eſſet *Doctor Iuſtitiæ*, iuxta Joel 2. Condiderat iam ſibi in Virgine (*vide ſupr: tit: Cathedra*) Cathedram nobiliſſimam, quia ſine peſte originali, creans MARIAM; adauxit eandem & Libris, dum eam univerſæ Eccleſiæ providit in Bibliothecam; (*vide titul: Biblioth:*) Jam tandem nunc, unum, quod cæterorum myſteriorum compendium eſt, conditur in MARIA QUODLIBETUM: idq́; poſt tot inter Angelum & Virginem altiſſimas Quæſtiones, ubi partim de immunitate Virginitatis ſuæ, partim de modo omnipotentiæ DEI, partim de Divinis nominibus Spiritûs S. & Filii Altiſſimi, breviter ſed nervoſè ab utrinque agitatum eſt, ac tandem dum felici auſpicio, ad libitum DEI, libuit conſentire Virgini. *Fiat mihi ſecundum verbum tuum*; Filius DEI in hoc vno verbo, totum QUODLIBETUM in Maria conſcripſit, obedientis Virginis ex vtero, *Factus homo*. Convenienter ergo Beatiſſimam Virginem, ex ſingulari eius conformitate ad voluntatem Divinam, præſertim in conſenſu pro Incarnatione Filii DEI in ſuo Virgineo vtero, QUOLIBETUM voluntatis Divinæ hodie deprædicabo; præmittendo quædam dogmata, de conformitate voluntatis noſtræ ad Divinam. Interim breviter conſalutemus MARIAM.

Quodlibetum quid ſonet, eorumq́; origo.

VERBI Dei promotio ad Lauream, in vtero Virginis.

MARIA, Quodlibetum voluntatis Divinæ.

O MARIA QUODLIBETUM
Voluntatis Divinæ!
Iam inſcriptum VERBUM latum
Eſt in tuo ſanguine. PARS

PARS I.

Resignatæ voluntatis, commoda

634. EA debet esse serenitas virtutis, & perfectæ voluntatis humanæ ad Divinam conformatio; ut Divino nutui, manuiq; eius potenti, se totam atq; paratam relinquat, unumq; nonnisi oculum, per indifferentis resignationis ad Cœleste placitum dirigens, excellentem exambiat cum DEO vnionem, de reliquo non solicita, quæ nullas debet sibi præfigere vias, sive per honores, sive per infamiam, sive per lectum doloris, an per valetudinem, ad sacros amplexus veniendum sit: unum nonnisi cum Sponsa Cœlesti exposcat & præstoletur inquiens: *Osculetur me.* Cant: 1. At quisnam o Sponsa! cui submittes collum ad osculum? Monarcha, an Consul, an subulcus, vel plebeius! Non discerno Personas, ait. Quicunq; sit, vicem Dei gerat, de cæterò, non est mihi anxia disquisitio: nolo vel tantillùm mihi assumere: etiam spiritualia deseranda sunt: ne propriæ voluntatis, vel una supersit scintilla, propterea nolo, ut signanter quispiam osculetur. Sic mentem Sponsæ interpretante Mellifluo, ser: 7. *Gestit in oscula: petit quod cupit, non tamen nominat, quem amat, ideo non dixit, osculetur me iste & iste, sed osculetur me, tantùm.* Eximias huiusce modi, resignatæ animæ quis enarret felicitates? unicam nunc perpendere sufficiat, nimirum, quòd talis quodammodo transformetur & transeat in aliquid Divinum.

Resignata voluntatis officia.

Resignatus nihil amat.

Probatur Scripturaliter.

615. Grande proponitur apud Isaiam Justorum elogium: dum de vno illorum dicitur c. 62. *Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit: Et eris Corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu DEI tui.* Et quod est hoc inclytum nomen, quod DEUS sic magnificè spondet? *Vocaberis voluntas mea, in ea.* Vocaberis, id est, eris, ita ut vocari possis. Quod Hugo sic exponit: *Vocaberis voluntas mea. Quasi dicat: Et me, nomen habebis: Voluntatem enim meam facies, & propter hoc, dicetur de te. Hæc est quæ voluntatem DEI facit.* Similiter & Dionys: Carth: *Sed vocaberis voluntas mea in ea: id est, mihi obediens eris, & per opera bona accepta, seu mea voluntati conformis in terra peregrinationis tuæ.* Sic Haymo, & communiter interpretes. Verùm Ansel: Landunen: in glossa interl: oppositum sensum reddit. *Sed vocaberis voluntas mea in ea. Dicitur, Hæc est quæ voluntatem DEI facit.* Forsan ideo, quia sic iam est assueta, voluntatem DEI in omnibus facere; sic est præceptis DEI ac consiliis eius obediens, & in terra peregrinationis suæ conformis; ut non tam ipse homo Divinam voluntatem, quàm DEUS, ipsius facere voluntatem videatur. Idcirco tanquam ipsi gratulando ait DEUS: *Vocaberis, voluntas mea in ea.* Quasi ipse homo, sic ad arbitrium suum habeat voluntatem DEI, ut Divina voluntas, in eo esse videatur. Adeo sublimatur obediens Deo anima, & ad quæq; resignata; ut dum per plenam conformitatem sui cum DEO, transit, transmutaturq; tota in ipsum Divinum velle, suæ quoq; voluntati, eo ipso, Divinam faciat conformem: atq; sic in homine voluntas DEI reperiatur. *Exod:* 8. Ranarum squalenti plagâ infestatur Ægyptius; & Pharao molestiæ impatiens ad fastidiosam pertinaciter calamitatem avertendam, vocavit Moysen & Aaron, & dixit eis: *Orate Dominum, ut auferat ranas à me, & à populo.* Dixitq; Moyses ad Pharaonem: *Constitue mihi, quando deprecer pro te & pro servis tuis, & pro populo tuo, ut abigantur ranæ. Qui respondit, cras. At ille: Iuxta, inquit, verbum tuum faciam.* Hinc grande oboritur inter Commentatores litigium, an huiusmodi sponsionem Moyses fecerit, divino tunc afflatus spiritu? an ex proprio arbitrio, qui etiam difficiliora, de omnipotente voluntate DEI spondebat sibi. Si hoc dixeris, inconsultæ temeritatis forsan Moyses arguetur; Si vero illud, quare postmodum sic obnixiùs clamat ad DEUM pro sponsione, quam Pharaoni de abigendis ranis seriò præstiterat? Perbellè Ambros: Offic: l. 3. c. 14. super hac re, sic ad rem præsentem philosophatur. *Rogatus Moyses, ut his quoq; exitiis finem daret, oravit & impetravit. In illo prædicandum, quòd a fraudis consortio temperavit: in hoc mirabile, quoniam divinius*

Resignatio transformat hominem in aliquid Divinũ.

Isai: Hugo. Dionys: Haymo. *Resignatus, in Divinum velle transformatur.* Exod: Ambr:

vinitùs intenta supplicia, virtute propriâ ab hoste deterſit. Audax planè nimiùm videtur S. Doctoris dictum, dum plagâ cœlitùs miſſam, Moyſes virtute propriâ deterſiſſe aſſeritur. Sed ſanè mentem Præſulis intelligas monet Celada in Ruth: 2. v. 12. Adeo enim tunc Moyſes, Divinæ exequendæ voluntati diu aſſuetus, in re cum Pharaone illi commiſſâ, ſpebus evaluit; ut propriâ authoritate, voluntate ac virtute propriâ, infeſtiorem plagam detorquere promiſerit. Sic profundè cenſet Ambroſ: unde ipſe Moyſes confeſtim DEUM orat & impetrat, ut quod ipſe voluntate ac virtute propriâ promiſit, DEUS ipſe abundanter præſtiterit. Sic anticipatur adimpletio oraculi: *Vocaberis voluntas mea in ea.* quaſi DEI voluntas, voluntati Moyſi permiſſa ſit, illiuſq; fuerit Moyſes & arbiter, aut potiùs ſequeſter. Tantùm homini licet reſignato, quòd ſuâ privans ſe ultroneè voluntate, vel tranſeat in Divinam, vel Divinæ quodammodo vendicet ſibi gubernationem. Hinc non ſine myſterio, invictiſſimo illi Duci Joſue, qui a puero ſervus Moyſis & DEI fideliſſimus, utriuſq; mandatis obtemperare apprimè conſueuerat, inſigne ſæculiſq; memorandum prodigium contigit: dum enim ſub cæde hoſtium ad vrbem Gabao palmam victoriæ Sol occumbens interrumpere videretur, mandaſſetq; ille Soli, ne contra Gabao moveretur, Sol ſtetiſſe legitur: cuius S. Textus ſingularem adjecit cauſam dicens: *Stetit itaq; Sol in medio Cœli, & non feſtinavit occumbere ſpatio vnius diei. Non fuit antea, nec poſtea tam longa dies, obediente Deo, voci hominis.* Quis non ſtupeat? quis non amet conformitatis cum voluntate Divina virtutem, ob ipſam quandam tranſfuſiuam vim voluntatis Divinæ in humanam, & humanæ in Divinam. Aptiſſimè ad hoc ſervit illud Gaſpar: Druzbicii Poloni Soc: Tract: de dilig: DEO. *In tali homine* (ſ. reſignato) *periit feliciſſimâ perditione vetus homo totus, & novus, ſi quis eſt in eo, DEUS eſt, Divinuſq;.*

Reſignatis, ſubobedit voluntas DEI.

Obedienti, DEO, obediunt Creaturæ.

Druzbicii dictum, de reſignato homine.

Probatur Figuraliter.

636. Sed à contrario rem declarare expedit: Ideo proteruæ voluntatis ac ſupernis Decretis reluctantis, infelices, imò tartareas, videamus metamorphoſes, quæ homines etiam iuſtiſſimos, in dæmones, & Cœleſtem planè ſerenæ conſcientiæ malaciam, transfigurat in infernum. Ponderemus ſtupendum factum ex S. Matthæo c. 16. quod D. Aug: ad miraculum planè expendit, in Expoſ: Pſal: 55. Interrogabat aliquando Salvator diſcipulos ſuos, & benè: *Quem dicunt homines, eſſe filium hominis?* Reſponderunt, alios ſic, alios aliter dicere. *Alii Ioannem Baptiſtam, alii autem Eliam, alii vero Hieremiam, alii unum ex Prophetis,* deniq; vix decem reperti, qui idem ſentirent. At Chriſtus, *Vos autem, quem me eſſe dicitis?* quale judicium de me fertis? ubi D. Petrus hæc audit, quantocyus ſolito ſuo fervore exclamat. *Tu es* CHRISTUS *Filius* DEI *vivi.* Univerſi Dominus, Meſſias promiſſus, ab omnibus deſideratus, expectatus. Bene ſenſiſti, replicabat Salvator: *Beatus es Simon Barjona: quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Vix Salvator Dominus hæc edixerat, ſtatim gravioribus negotiis campum explicuit: oſtendit enim, quòd debeat ſe Jeroſolymam conferre, plurima ibi pati, & deniq; mortem ſubire. Petrus hærebat primùm, inde, Divini Magiſtri ſui amore raptus, proteſtationibus ſe oppoſuit. *Aſſumens eum, cœpit increpare illum dicens: Abſit a te Domine, non erit tibi hoc.* loc: cit: Tu pati? Tu mori debes? omitte talia, & potiùs de aliis rebus ſermonem adſtrue. Indignatus ad hæc Dominus, in Petrum ſic invehitur. *Vade poſt me Sathana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ* DEI *ſunt, ſed ea, quæ hominum.* Res humanas tantùm capis, & quæ humanis oculis objiciuntur. Sed Domine mi dulciſſime, in quem tam aſpera torques verba? in Petrum: nonne paululùm ante, beatum eum & ſanctum dixiſti? et iam Sathanam, Dæmonemq; appellas? Et quomodo rerum Divinarum ignarus eſt, ſi tam alta de Te expreſſit? cur Divina Tua Majeſtas, illum humana tantùm ſapere atteſtata eſt, ſi conditionem tuam non ex humana ſcientia, ſed ex Divina revelatione propalavit? ſi petram angularem nuncupaſti, cur in ſcandali petram evaſit? Quid tantam metamorphoſim in Petro effecit, ut

Voluntas propria,

transformat homines in dæmones.

Matt.

Petrus, Sathanas dictus, ob non reſignatã voluntatem.

cit, ut ex Beato in Dæmonem transformaretur? M. Augustinus solvit nodum Quæstionis, dum causam subitaneæ transmutationis assignat, propriam Petri voluntatem, quia plùs voluit sapere, quàm vellet DEUS, & illud aliter velle, quàm DEUS velit. Verba pono Doctoris S. *Præcedere Dominum volebat, & Duci Cœlesti terrenum dare consilium. Absit Domine, non fiet istud. Dicis absit, & dicis Domine? utiq, si Dominus est, potestatem facit, si Magister est, novit quid faciat, novit quid doceat. Tu autem vis ducere DEUM, docere Magistrum, iubere Domino, imperare Deo? Multùm procedis, redi retrò.* Ah! quot Christianis idem dici posset! qui cùm Divina maiestas afflictionibus & angustiis eos visitat, & per hæc voluntatem suam declarat; sese ipsi opponere audent, & contrarium exigentes exclamant. *Absit, non erit hoc.* Volunt, ut DEUS ad ipsorum nutum omnia disponat, ut alias leges condat, quibus suo modo vivere possent. O misera eorum conditio! si Petrus, dum amoris non bene ordinati excessu in suum Magistrum, Divinis contraveniendo Decretis, è sublimi culmine sanctitatis, ad sortem infimam cum sathana detrahitur; quantò dolorosior & tristior est illorum transmigratio, qui amore proprio perciti, si ad mentem Cœlum non arridet, sed in contra omnia currunt, universa Acheronta movent, DEUM blasphemant, ringuntur, & vix fulgura superis non intentant, dæmones planè effecti, propriâ sibi prædominante voluntate. Unde expertissimus ille Magister spiritûs, Ioan: Climacus frequenter aiebat: *Qui sibi dux vult esse, spreto duce proprio, non iam indiget damone tentante, sed sibi ipsi factus est damon.* Horum omnium causam S. Greg: M. l. 9. moral. c. 2. exponens illum locum Job: 9. *Quis restitit ei, & habuit pacem?* non aliam assignat, nisi, quia sequendo propriam voluntatem, nimis procul receditur a Divina, atq; sic dissolutâ unione cum DEO, in qua consistit cardo pacis, necessum est, ut subsequatur nullus ordo, sed tartarea quædam in anima confusio. *Qua enim* (inquit S. Doctor) *subiecta DEO in tranquillitate persistere nequeunt, ipsa se sibimet dimissa confundunt, quia in se pacem non inveniunt, cùm Authori pacis resistere conantur.*

A *Probatur* Historicè.

637. Hic difficile est enarrare perfectioris virtutis Ascetarum pia, in conformitate cum voluntate Divina, exercitia, & supererogatorias resignationum praxes. Breviter aliqua nonnisi perstringenda veniunt. Memoratur apud Cæsar: Dial: l. 10. c. 6. quidam Monachus, cui quotidianum exercitium erat, (licet quoad aliqua in disciplina religiosa, de desidia notaretur,) talis actus Resignationis: *Domine, si vis ut ardeam in inferno, & ego volo: modo Tua sanctissima voluntas in me impleatur & contentetur:* ob cuius actûs excellentiam, etiam dono miraculorum donatus fuit. Blosius l. 4. Divin: Infinuat: c. 23. narrat Dominum aliquando B. Gertrudi apparuisse, & pulcherrimam ei doctrinam dedisse. *Quicunq,* (inquit) *cupit à me sæpius adiri, suæ voluntatis clavem mihi offerat, nec eam unquam à me repetat.* Ubi Gertrudis stupendum hoc secretum edidicit, totam se Divinæ voluntati commisit, & singulis diebus tercenties, & sexagesies quinquies, hanc orationem eiaculata est. *O mi dulcissime IESU! fiat in me voluntas tua.* & hoc medio altissimum perfectionis & sanctitatis apicem conscendit. Consimilis huic fuit B. Catharina Senen: quæ in corde suo fabricaverat cubiculum, ex tabulis voluntatis Divinæ concameratum, in eoq; veluti in Cœlo jucundissimè & sanctissimè assiduò habitabat, ut nihil cogitaret, nihil loqueretur aut ageret, nisi quod ex voluntate DEI esse crederet: audierat enim a DEO: *Crede filia, DEUM tuum magis scire & velle bonum tuum, quam tu.* Ad hunc quodammodo modelum Blosius de Conclavi animæ p. 3. extruxisse legitur, internæ conscientiæ fabricam, dum sic ait; *Construe tibi per mentis conceptum, veluti habitaculum quoddam ex solius voluntatis Divinæ materia, teq, in ea conclude: ut in omnibus, quæ agenda, vel omittenda occurrunt, cogites, voluntatem DEI te circumdare, secundùm quam semper vivere debes. Proinde nihil aspicere, nihil audire, nihil gustare, nihil loqui, nihil cogitare, aut desiderare, velis aliter, quàm quod DEO placitum, acceptumq, esse credis.* Lochner tit: *Resignatio* §. 5. refert de Ferdinando II. Imp: eum quotidie sic DEUM precatum fuisse: Domine si est ad

Voluntatis resignatæ exempla in S. Gertrude, Catharina Sene: & aliis.

Blos:

Ferdinandi Imp: oratio resignata.

est ad laudem tuam & gloriam, & salutem meam, ut major sim, quàm sum, exalta me, & glorificabo Te: si est ad laudem tuam & decus atq; salutem meam, ut in humiliori gradu sim, humilia me, & ego glorificabo Te. Si aliquando ingruerent mala, dicebat: Faciamus quod in nobis est, & sinamus nos & hæc, regi ac dirigi a DEO, nos eius voluntati conformemus, satagamus ut Cœlum lucremur, & DEUS omnia benè disponet. Justè ergo huiuscemodi animæ, ipsiq; similes, QUODLIBETA DEI dici merentur, in quibus digitus DEI, tam suaviter & placidè suas describit voluntates.

PARS II.

SS. DEIPARA, Quodlibetum Voluntatis Divinæ.

638. *Libri sũt Creaturæ omnes, in quibus legitur Creator.*

Universarum Creaturarum Artifex DEUS, & specialiter, rationalis, cuius simul voluit esse & Conditor & Doctor, ut eam studiosiorem in inquirendo & cognoscendo Creatore suo redderet, tot planè condidit Libros; quot produxit Creaturas, in quibus ipse legeretur Creator, attestante Paulo, Rom: 1. *Invisibilia ipsius, à creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; virtus eius & divinitas, ita ut sint inexcusabiles.* Summã etiã quandã, & compendium omnium, & quasi Quodlibeticos conscripsisse Libros deprehenditur, ex illis verbis Prophetæ Psal 39. *In capite Libri* Genebr: legit *in summa libri, scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam.* Nimirum condidit DEUS singulares quasdam animas, in quibus specialia voluntatis suæ libita exarasse & reliquisse ipsi complacuit. Primum quidem & principale huiuscemodi QUODLIBETUM, ille, qui summa omnis creaturæ dicitur, nam primogenitus omnium, ipse se Salvator appellasse in citato Davidico loco communissimè ab Expositoribus asseritur: qui perfectissimè & eminenter, sicut nullus alius, implevit omnes voluntates Patris æterni. Alterum Tomum sibi vendicat DEUS, in MARIA, quæ iuxta Arnoldi Carnot: *Summa dicitur omnis Creatura. MARIA* (inquit) *constat omnibus creaturis: quia quidquid Creator singulis, distributor justus contulit, Matri adorandæ congessit:* quæ dum se promptissimam ad recipiendos Cœlestis voluntatis Characteres exhibuit; hodie præcipuè, QVODLIBETVM DEI, justè appellari meruisse probatur.

Psal:

Quodlibeta Dei primaria CHRistus & Maria.

MARIA summa seu compendium Creaturarum.

Probatur Scripturaliter.

639. Si cætera pro perfectissima Virgineæ voluntatis resignatione probationum argumenta deessent; unum & solum hodiernum FIAT, (quo, post humiliter exaudita Angeli nuntia, & intellecta voluntatis Divinæ arcana, promptissimè consensit DEO mandanti,) palmare firmandæ propositioni argumentum præberet. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm Verbum tuum.* Luc: 1. Hæc etenim clausula promptissimã MARIÆ obedientiam designat, dum dicit *Fiat mihi:* Acsi diceret, præstò sum, ecce adsum. *Significatur* (ait Alanus) *obedientia & subjectio, quam Virgo DEO exhibuit. pro eo, quòd quasi iugum CHRISTI accepit, & fidei eius obedientiam præbuit.* Non ignorabat sapientissima Virgo (quod advertit Jodocus) multa difficilia sibi, obventura esse ex sanctissimo illo Filii DEI conceptu, utpotè viri sui tristis facies, vita penuriosa, ob quam difficilis futura erat per 30. annos circiter sustentatio filii: adde his modernorum Hæreticorum & Ethnicorum contra intemeratam eius virginitatem calumnias: his tamen & similibus omnibus major extitit obedientia MARIÆ, quæ se ad omnia, tam in principali, quàm in consequentibus, promptissimam præbuit, dicens: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* Quasi diceret: vtatur me Dominus, pro placito suo. Porrò Regiis Collectaneis seu libris, singularis habetur cultus, vestiuntur enim auro, ornantur gemmis, & leue satis folium, interdum pretiosis plùs ponderat monilibus. Similia planè cogita, dum hodie QUODLIBETORVM suorum s. voluntatis suæ principális Collectanea, in MARIA, ipsa consentiente, Deo describit: ipsã etenim ob excellentiam actûs conformitatis suæ ad voluntatem

MARIÆ obedientia, resoluta in adversa.

Librorũ involucra pretiosa.

luntatem Divinam, pretioso quodam modo monili circumdatam conspicis, siquidem cit: sup: B. Alanus huius obedientiæ meritum & præmium, pretioso monili comparare non abnuit, illud ex Cant: 1. usurpans: *Collum tuum, sicut monilia.* præsertim ex eo, quòd ad similitudinem obedientiæ CHRISTI, actus iste exornaverit Virginem. *Per collum* (inquit) *quod inclinare solemus in obedientiæ signum, significatur obedientia & subiectio, quam DEO exhibuit, pro eò, quòd quasi jugum accepit, & fidei eius obedientiam præbuit. Ornamentum ergo cervicis MARIÆ, quæ est obedientia, Christus est. Ipse enim factus obediens usq; ad mortem. Magna ergo in hoc laus MARIÆ, magna eius est gloria.* Imò directè Nyssenus affirmat, per monilia, ipsam obedientiæ eius virtutem designari. Addit Escobar: l. 7. n. 122. ad exaltandum altiùs hodiernæ obedientiæ in MARIA meritum, quòd, si obedientia CHRISTI, ornamento quodammodo indigeret; certè obedientia MARIÆ sibi existeret ornatus. Hinc præfatus Author in cogitatibus suis sublimiùs dum ascendit; intrepidè affirmat, CHRISTVM tantùm appretiasse hunc actum Virginis in humili consensu. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum*; ut in obedientiæ Maternæ gloriam, potiùs illam objecerit Patri, quàm propriam, ad hoc, ut Regnum acciperet. Vnde Cruci acclavatus clamavit: *Respice in me, & miserere mei: da Imperium puero tuo, & salvum fac filium ancillæ tuæ.* Psal: 84. Hunc enim locum, sic exponit Incognitus. *Salvum fac filium ancillæ tuæ: id est, me Christum, Filium Virginis MARIÆ quæ me concipiens, dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm Verbum tuum.* Acsi diceret. Da Imperium puero tuo, id est, ei, qui, cùm sit Filius tuus æqualis omninò, sese puerum obedientissimum profitetur. Quodsi obedientia Matris meæ, quæ non indiget ornamento, (ipsa enim sibi monile est, torques est) tibi objicitur, priusquam nomine, *quod est super omne nomen*, mea obedientia exornetur; scio te, audientem illa verba, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi:* proculdubiò Imperium esse donaturum. O ineffabilis obedientiæ MARIANÆ gloria! o validum obsequentis Verbo Dei meritum! si Principatus, qui DEI Filio jure hereditario debebatur, potiùs ab ipso acquiritur obedientiæ Matris obiectu, quàm propriæ obedientiæ allegatione. Advocatam præterea primi Parentis nostri, fuisse obedientiam Mariæ, lego apud Irenęum l. 5. adu: hær: ad illa verba. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. Quemadmodum* (inquit) *Virgo Eua, per Angelicum sermonem seducta est, ut effugeret DEVM, prævaricata Verbum eius; ita & Virgo MARIA per Angelicum sermonem evangelizata est, ut pareret DEUM, obediens eius Verbo. Et sicut illa seducta est, ut effugeret DEVM; sic hæc suasa est, obedire DEO, ut Virginis Eua, Virgo MARIA fieret advocata.* Et idē alibi. *Eua inobedientia nodus, solutionem accipit, per obedientiam MARIÆ dicentis: Ecce ancilla Domini, fiat mihi.* Et hic est primus, qui solus (si cætera deessent,) sufficeret præstantissimus, generi humano per quem salutaris, Virgini honoratissimus, ipsiq; Filio DEI gratiosissimus QVODLIBETI MARIANI character, in Verbo FIAT expressus.

MARIÆ obedientia, monile pretiosum.

MARIÆ obedientia exaltatur.

MARIÆ ob obedientiam, Christus quodammodo, Regno donatur.

MARIÆ obedientia, advocata Eua.

Probatur Figuraliter.

640. Sed in MARIANÆ huius obedientiæ commendationem, quæ hactenus alibi sub litera latuêre, iam exâbiunt erumpere mysteria. Dicebat olim in spiritu ad DEVM Psaltes, dilaudans eum ex singulari aurium suarum perfectione. Psal: 89. *Aures autem* (inquit) *perfecisti mihi:* Alii legunt ex D. Paulo. Hebr: 10. *Corpus autem adaptasti mihi:* Hæc quidem principaliter dicta esse censentur figuratè de Christo, de eiusquè obedientiæ excellentia, quâ suscepit carnem pro homine. Nonnullorum tamen sensus, præsertim Zerdæ Acad: 13. n. 45. derivat idem, ad illum actum voluntatis MARIÆ, dum aurem suam, ad nuntia Angeli, mandatiq; Cœlestis auditionem, perfecit, ut promptissimè & ilicò carnem suam Virgineam & sanguinem incarnando Filio DEI indulgeret. Sed hæc auris virginea, non modicùm nostras studiosas vellicat aures, ad obedientiæ Marianæ auscultanda prodigia. Stylus enim Patrum innuit, MARIAM aure concepisse: quamvis unus ex illis S. Ephrem de Marg: pret: col: 10. eam toto corpore concepisse Filium DEI affirmet. *Beatissima* (inquit) *Virgo, DEVM, Verbum, toto suscepit corpore, simplicitateque*

Psal:

plicitateque natura, & non curioso ac redundante motu, Deitate impleta est. Si toto, Corpore Verbum susceipit Virgo Mater, cur per aures concepisse dicitur? vociq; sonantis semita taxatur? cui totum Corpus pro semita fuit: venustè ad hæc respondendo cit: *Zerda* sic philosophatur. Bene Syrus (S. Ephrem) virginitati consuluit: propter emblema pudoris, exquisitæq; puritatis, Aures ad conceptum virginis designantur, ne alia corporis pars, in minùs sanctam suspicionem inducatur. Ast apud S. Ephrem, non opus visum est, corporis undequaq; Virginei signare portionem: nulla ob impudicitiæ metum fraudatur, quominus toto corpore DEUM excipiat. Verùm subtiliùs rem introspexit Ephrem: Totum Corpus Virgo Divini VERBI conceptioni devovit, & tamen adhuc per aures concepisse profertur. Adeo enim exprompto desiderio, & tam feruenti impulsu obedientiæ, se obtulit VERBO concipiendo; ut (veluti si omne corpus perforaretur in aures,) verum sit, concepisse per aures, cùm pro toto corpore concepit in utero, obaudiens Cælesti verbo. Quasi scateret auribus totum virginis corpus, ut idem fieret, toto corpore, quod auribus concepisse. Hinc Hebr: textus pro *Aures perfeciſti mihi*, habet, *Aures, perforaſti, fodicaſti mihi.* Sed auritam MARIÆ sedulitatem, ad VERBUM DEI auscultandum & recipiendum non demireris? vetustati errati, vulnus conata in cicatricem deducere, totum corpus pro Auribus, concipiendo ex obedientia, VERBO subjecit, quasi se integram in aures obedientes fodicaret, quibus & vocem Domini mandantis excepit, & vocem suam, quâ consensit Angelico nuntio, jubilationisq; canticum ob hominis redemptionem insonuit. Rem totam liquidabit Rupert: l. 2. in Cant: ad illa verba. *Sonet vox tua in auribus meis.* ubi reflectens se tantisper, quomodo post peccatum, primi nostri Parentes inter tesquas & ligna paradisi, ad vocem Domini, tremuli absconderint se: ita ait alloquendo MARIAM: *Corrige, quod Eua peccavit, & abscondit a me faciem suam. Vbi abscondit? In medio ligni paradisi, videlicet in eodem, in quo peccavit. Comedit, & cùm audisset vocem Domini DEI, abscondit se in medio ligni paradisi. Ergo in quo peccavit, in eodem se abscondit, utpotè quæ in peccato suo sibi complacuit. Non sonuit vox eius in auribus eius.* Deinde conversus ad MARIAM, cuius vocem, auremq; concelebrat, ex aurita prõptaq; obediẽtia eam dilaudat, de quo Damasc: ad pristinum delictum alludens, quod in paradiso ex aurium obduratione & inobedientia percrebuerat, sic inquit: orat: 2. de Assump: *Non verò eam (scil: MARIAM,) quæ vitii omnis impetum discussit ac propulsavit, ac ac DEI Patris obedientiæ germen produxit, an non Paradisus recipiet?* Et cur Filium Virginis, *germen obedientiæ* signanter nominat iste S. Pater? credo, ideo, ut innuat singularem influxum MARIÆ in Incarnationem Filii DEI, ab obedientia promanasse Virginis, expressa in Verbo, *Fiat.* O Quàm efficax auditus! o quàm tenax obedientia MARIÆ! quo adeo sibi mordicùs illud verbum in corpore, velut in auribus fixit; ut intimam radicem ageret, ficq; Divinũ produceret germen.

MARIA, auribus concepit, quonam sensu?

MARIA totum corpus suum devovit Incarnationi.

Hebr:

Rupert:

CHRistus germen obedientiæ quomodo?

Probatur Doctoraliter.

Idem sensus fuisse aliorum Patrum, deprehenditur, qui mirum est, quantùm appretient & extollant promptissimam Beatiss: Virginis ad omne libitum DEI, voluntatem: singulariter, dum cœlestem acceptaret Legationem: sic enim quasi fantem, per Prosopopæiam inducunt. Titus Bostrensis in verba: *Ecce ancilla Domini fiat &c:* sic ait: *En, tabula sum, quamvis scripturam recipere idonea. Scribat in me, Scriba ille, quodcunq; visum fuerit: faciat de me universorum Dominus, quidquid libuerit.* Similia habet Theophilactus. *Tabula sum pictoria: pingat pictor, quod voluerit: faciat DEUS, quod libuerit.* Gverricus verò ser: 4. de Assumpt: In illud Is: 62. Eris corona gloriæ in manu Domini, vocaberis voluntas mea: ait. *MARIAM, quæ secundùm carnem Mater erat, alia quoq; ratione Matrem sibi IESVS probat: quandoquidem ipsa voluntatem Patris in tantùm faciebat, ut de ipsa prædiceret Pater: vocaberis voluntas mea.* Hinc est, quòd alii Doctores, nedum ex hoc principali obedientiæ actu in Incarnatione Filii DEI; sed extensiuè etiam ad plures similes actus, perfectissimam resignationem voluntatis MARIÆ deprædicent, & præsertim dum

641.

Bostren:

Theop:

Gver:

tim, dum discurrunt de eius conformitate in morte Filii sui: per quem actũ, Heroicum attigit gradum obedientiæ. D. Anton: 4. p. tit: 15. c. 41. §. 1. Anselmum secutus, ita alloquitur Virginem: *O Domina! ita Divinæ voluntati conformis fuisti; ut salutis humani generis avidissima esses; ut dicere audeam: quòd, si nullus fuisset repertus, qui Filium crucifigeret, ad hoc ut sequeretur salus hominum, & adimpleretur voluntas DEI; secundùm rationem, si oportuisset; ipsa eum posuisses in Crucem. Neq; enim credendum est, minoris te fuisse perfectionis & obedientiæ ad DEUM, quàm Abraham: qui proprium Filium suum obtulit DEO in sacrificium, propriis manibus occidendum.*

Anton: Ansel:

Probatur Miraculosè.

642. His omnibus non modicum robur addit miraculosa quædam visio S. Birgittæ revel: l. 5. c. 4. Huic enim Sanctæ apparens Salvator cum Virgine Matre, quandam de eadem gloriosam panegyrim dixisse legitur. Inter alia, sic Matrem suam alloqui audiebatur. *Oculi tui fuerunt in conspectu Patris mei sic lucidi, quòd se specularetur in eis: quia in spirituali visu tuo, & in intellectu animæ tuæ videbat Pater, omnem voluntatem suam, quòd nihil volebas, nisi ipsum, & nihil desiderabas, nisi secundùm ipsum.* Quid dignius tanto & primæ authoritatis testimonio.

MARIanæ voluntatis resignatio perfectissima contulit revelatione.

Probatur Symbolicè.

643. Huius conformitatis MARIANÆ ad voluntatem Divinam, si cupis perfectionem ingenioso explicare Symbolo, depinge ex aureis chartis, cuiq; tamen inscriptioni paratis, Librum compactum, cui Cœlestis propendeat, cum stylo manus: adjecto Lemmate *Ad omnia paratus:* & egregium QUODLIBETI MARIANI schema habebis. MARIA etenim a D. Ephrem de laud: Virg: *Charta Divinissima appellatur.* Imo a Greg: Nicomed: *Tomus mundissimus* dicitur. Quam ut aptissimam & ad *omnia* Scriptoris Cœlestis, quæ inscribi sibi liberet, paratam demonstraret Bern: Busten: s. 2. de Nativi: V. nitidissimã semper fuisse edisseruit: dicens: *MARIA, charta nitidissima pargamena, quæ non habuit carnositatem peccati originalis, nec aquositatem, seu humiditatem peccati actualis mortalis, nec pilositatem seu superfluitatem peccati venialis.* Cui si citatam

Ephrem: Gregor: Nicom: Busten: *MARIA charta mundissima.*

A paulò supra Titi Bostrensis addas sententiam de Scriba Cœlesti; satis bellè QUODLIBETI huius declarabis excellentiam. Sed quia adhuc, Liber iste a duplici capitello, accipit singularem commendationem apud Pet: Cellens: s. 5. in Annunti: dum ait: *MARIA Liber grandis, cuius duo capitella sunt Annuntiatio Domini, eiusq; Assumptio: Gabriel enim minister fuit Annuntiationis, ut creditur, & Assumptionis, quod teste Euangelicâ lectione, mirabili varietate decoravit. Secundum Capitellum Ioanni traditum in Cruce legimus, ubi in Cruce IESVS Matrem & discipulum sic alloquitur: Mulier, ecce Filius tuus, ad discipulum verò: Ecce Mater tua.* B Capitellorum horum decoramenta, (quæ cæteris partibus Libri ornatiora esse solent) quantùm a resignationis MARIANÆ actibus vtrobiq; emicuerint, ingenia quorundam Symbolis demonstrauêre. Hinc quidam, Beatissi: ab Angelo Annuntiatam, Conchæ symbolo repræsentavit, quòd genus marinum, Cœlo roranti se expromptissimũ aperit, & quidquid stillatum fuerit, avidè sorbet, ac in se concludit, guttam illam in margaritam maturans. Adscripto Lemmate. *Soli pateo Cœlo.* Cui servit illud Hugonis Victor: l. 2. de best: c. 35. *Quod autem aperit os suum concha, significat, ubi MARIA dixit ad Angelum. Ecce ancilla Domini &c:* In quo verbo (ut supra innotuit) elicuit Virgo heroicum actum obedientiæ. Non minùs est ornatius a priori, & alterũ capitellum QUODLIBETI huius, nimirum dum staret sub Cruce: idq; a coruscante miræ resignationis ejus gẽmâ, quam Alcibiades Lucarinus ap: mund: Symbol: Hyacintho hieroglificavit, addito Lemmate: *Cœli variatur aspectu.* Huic etenim Virgo simillima extitit, nedum in omnes CHRISTI patientis vultus & dolores penitùs transformata sed etiam, dum deinceps ab ultimis tabulis Nati, resignatissimâ voluntate recepit Joannem discipulum, in locum morientis Filii, voci eidem obaudiens. *Mulier ecce filius tuus.* Miratur hic summè S. Ansel: inquiens. *O commutatio! pro æterno & incontaminabili DEO, purum, corruptibilem hominem: pro naturali & unico Filio, servum accipit in Filium: filium Zebædei, pro Filio Dei.* Cæterùm ea fuit Quodlibeti huius Divini perfectio, ac resignatio, ut eodem stylo

MAriani Quodlibetici Libri quæ capitella?

MARIA Concha, rorem Cœlestem recipiens.

Ansel:

stylo voluntatis suæ, id est affectu, tam imparilem vnius pro alio inscriptionem, Divinis apprimè conformans se Decretis, acceptaverit.

Epilogus.

644. O Singulare Divinæ voluntatis QUODLIBETUM MARIA! in quo hodie pro principali exarato per Incarnationem DEI VERBO, quidquid præterea Sapientiæ infinitæ complacitum fuit, totum id integerrimè & sine minima lima, descriptum est, idq; mirâ facilitate scribentis, atq; ipsius chartæ privilegio ac receptibilitate: in qua, ut ait S. Antonin: P. 4. tit: 15. c. 5. *tot figuras descripsit* DEUS; *quot mysteria condidit, & quot prædestinationum suarum variarum ac virtutum Characteres depinxit.* Te proinde hodie, cũ eodem S. Præsule, (ut olim viderat Joannes. Apoc: 5.) in dextera DEI sedentis super thronum devotè suspicimus, tanquam Librum intus & foris scriptum. Tu es ex sensu S. Cathar: Sen: ser: 11. de Annunt: *Liber, in quo est descripta Regula nostra. Et in quo* juxta supra cit: Præsulem, *legit qui eam imitatur, & diligit: in quo omnes possunt & debent legere & observare in eo contenta.* Vides de alto depravatos Codices nostros, nimirum conscientias, quos tartareus vermis, & inimica propriæ voluntatis consumpsit tinea, exosa prorsus QUODLIBETA Sathanæ, non DEO, sed potiùs foco destinata infernali: Compelle ergo, almis tuis opitulationibus, & dispone ad DEUM, nostras rebelles voluntates: beneplacita fac DEO opera nostra in bona voluntate, ut ex sacri Quodlibeti tui edoctione, discamus voluntati Divinæ subesse & conformari, conformes tandem eidem in æternitate, ipsius gratiâ, tuo verò potentissimo interuentu, futuri.

A M E N.

Anton:

Cathar: Senen:

QVVMPRIMVM tentatorum.

SS. DEIPARA.

Pro Visitatione B. V. Maria.

Abiit in montana, cum festinatione. Luc. 1.

645. PErgentem festinè in montana, quis non demiretur MARIAM? A. A. Hæc enim est illa, quæ sola antea in penetralibus degere consueverat, ne quo degeneri depravaretur affatu. Hæc, quæ in morem turturis latitabat in caverna maceriæ, sodalium loco, suis tantum & recreata & comitata cogitationibus. Quæ sicut lilium inter spinas, (ut ait Oliva Strom: l. 1.) ita cum sororibus versabatur. Quam vel filii Matris suæ vulnerabant, si eam fortè eduxissent in suburbanam villam, e latebris conclavis sui: quæ vel Sponso DEO, aperire cunctabatur. Quæ denique; hactenus, hortus visa est conclusus, & fons signatus, vagatur, inquam, in montibus Virgo, etsi tamen non erret inter devia, viso iam Angelo, & DEO in vterum Virgineum excepto. Sed admirationis huius notam, saccareus Doctor Ambros: l. 3. comment: in Luc: absterſit iã, dum dixit: *Ivit in Montana Virgo cum festinatione, Virgo officii sui memor.* Ast quod nam officii genus, iam DEO fætam Matrem assumpsisse putabis? vidisti supra (*tit: GERULA fidelium*) dum pariter visitaret Elizabetham, Gerulæ amantissimæ perfunctam officio; spectasti iterum (*tit: MAGISTRA Iuventutis*) quomodo circa docilem juventam infantis, Divinius exercũit Magisterium; summi nunc Principatûs in ea apprehende Dignita-

MARIA, solitaria.

MARIA festinat

ad Ioannem, quia Princeps.

Ambros:

MARIA, Princeps Ecclesia.

Dignitatem, quam Mater effecta Dei, supremam adempta est, curam omnium tentatorum vexatorumq; a Sathana, singularem tenens. Sic etenim de illa Doctus Idiota Part: 14. Contemp: 9. ait: *Princeps Ecclesia, per quam Princeps huius mundi, id est diabolus ejicitur foras scil: a cordibus electorum. Princeps illa, de qua Isa: 32. Princeps, ea, quæ digna sunt Principe cogitat, scil: cogitationes pacis & non afflictionis.* Cum itaq; (ut ex mox dicendis patebit) Principum singulare sit decus, vota prævenire subditorum, facilitasq; omnis & promptitudo; ac moras in succurrendo, tantò magis in auscultando, nescire, Regii animi sit hæc ingens commendatio; Divinissimæ proinde Virginis præsēs in montana insueta festinatio, ut captivo a Sathana succurreret infanti Joanni, mirum in modum Principatum ejus ad captivandum Principem seculi, scl: diabolum, comprobat & demonstrat. Intendat ergo prosperè, procedat Princeps nostra, festinans MARIA, & ut illa gloriosiùs regnet in cordibo nostris, pio devotionis affectu, novo titulo illi Regnati applaudam, dum promptitudinem eius in succurrendo tentatis, quæ nullas admittit protelationes & moras, vnico sed mysterioso concludam adverbio, eam QVUMPRIMUM *omnium tentatorum* appellando: Difficiles primùm & molestè morosos in expediendis subditis Principes, alioq; Prælatos, censurâ aliquâ adorsurus. Interim rythmicè salutemus MARIAM.

TU QVUMPRIMUM salutare,
Vix vix iam non damnatis
Linque moras, & dignare,
Ferre opem tentatis.

PARS I.

Dedecent, Principes Prælatoq; moræ, in succurrendo subditis.

NOn modicam Pontificio olim Oratori, P. Olivæ è Soc: JESU l. 6 strom: pepererat admirationem, quòd etiam, ubi nullus suberat fastus, & sola humanitas regnabat, tamen in re parvi momenti, mora interfuit, & non unus adhibendus erat è primoribus, ut ad Christum accederetur. Joan: 12. *Erant autem quidam Gentiles ex his, qui ascenderant, ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, & rogabant eum dicentes: Domine volumus JESUM videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas autem & Philippus, dixerunt JESU, JESUS autem respondit.* En etiam ubi deerat, quò caput inclinaretur, consultationes & moras, perbreves illas sanè, & tunc laudatissimas, uniq; datas CHRISTO, in reverentiam suæ Divinitatis: ne nimis obvius Gentilibus, minoris fieret apud Gentilitatem. Hinc idem Author damnabiles Aularum prospiciens ad moras, exclamando ait. *Quid fiet in domibus Magnatum? ubi cùm cubicula ferueant procerum, marchionumq; frequentiâ, vidua pauper, nobilis injuriatus a potente spoliatus, & quandoq; sacer mysta, tanquam Tantalus de hora in horam, de die in diem, de mense interdum in mensem, & amplius, siti audientiæ Principis distenditur, semper quidem visurus, sed nunquam admissus.* En quibus cancellis, quoto satellite, ad Dynastas aditus præcluditur adeo; ut præstolantibus ad valvas, compatiendo, meritò posset illud dici: *Videntur sermones tui boni & justi, sed non est, qui te audiat.* 2. Reg: 15. Displicent DEO tales in Principe moræ, quas si ille substrahat, misertus subditorum, ipsius Dei genium imitabitur.

Principū mora in admittēdis audientiis, reprehēsæ.

Probatur Scripturaliter.

647. Inclytus ille Propheta David, Regiæ cuiusdam conditionis, (cùm & ipse Rex esset,) Personâ assumptâ, de mira celeritate linguam suam commendat, comparans eandem calamo Scribæ, velociter & per abbreviationes scribentis. Psal: 44. *Lingua mea, calamus scribæ, velociter scribentis.* Plurimi Patres censent, hæc per Prosopopæiam dicta, de æterna VERBI generatione. Sed quænam lingua hæc tam velox, per quam VERBUM in principio dixit, & facta sunt omnia, mandavit & creata sunt. Paschas: Abb: in Expos: huius Psal: respondet: *Vox Patris continuatur, qui prædicat de Filio, quòd ei sua indices opera: juxta illud, quod ait: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt. Non quod DEUS Pater prolativam tulerit vocem, ut diceret, FIAT, cùm sit incorporeus, sed cùm VERBUM genuit, cuncta ei non prolativè*

Psalm:

Paschas:

prolatiuè, ſed gignendo æternaliter monſtravit & dixit, quia cum genuit, per quem omnia dixit. O agilitatem! o curſum labiorum! nonne deceret tam grauem Perſonam, magis lingua tarda ad loquendum? ſapientes enim, in ſermone feſtini non ſunt: verùm attende qualem Filium producat, qui ſimul ſit Rex. *Dico ego opera mea Regi:* cui cum diademate & ſceptro datur, creaturæ omni præeſſe, primaq; Majeſtas, celeritate ſimul, ut omnium cauſas audiat, commendatur. *Lingua mea calamus Scribæ, velociter ſcribentis,* Vnde prævidens talem futurum Iſaias, eidem nomina admirandæ velocitatis impoſuit. c. 8, *Velociter ſpolia detrahe, citò prædare.* quod nimirum ocyſſimè mortalibus natus ſubveniret: Annon Euro velociùs & ſagittis? cùm antequam ſciret vocare patrem & Matrem, accepit fortitudinem Damaſci? *Iam enim* (inquit Irenæus l. 8. c. 18.) *exſpoliabit homines, auferens ignorantiam ipſorum, ſuam autem agnitionem eis donans, & diſpartitionem faciens eorum, qui cognoſcebant eum: quemadmodum Iſaias. Voca* (inquit) *nomen eius, velociter ſpolia diſpartire: hæc ſunt opera Chriſti.* Dum igitur Rex in univerſa dominaturus, publicum accipit miniſterium; decebat omninò & oportebat, ut celeris eſſet linguæ, & expectantium nationum deſideriis ac gemitibus, in ictu oculorum ſubveniret: atq; ſic normam daret fungentibus publicâ auctoritate, quàm feſtinè, quibuſve amotis protelationibus, cauſæ miſerorum expediendæ ſint. Geniti ex Patre ab æterno intelleximus genium, non aliam eiuſdem Incarnati ex Matre in tempore, conſideremus indolem. Deprecatur Chananæa JESUM pro filia malè vexata a dæmone, & non reſpondit illi verbum, intercedunt Apoſtoli, necdum flectitur. *Non ſum* (inquit) *miſſus, niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſrael.* Matt: 15. Clamat deinde latro de Cruce: *Domine memento mei, cùm veneris in Regnum tuum.* Luc: 23. & continuò exauditur: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo.* Certè, ut mala Chananæa, ſed numquid peior alienæ ſubſtantiæ & vitæ ſpoliator? Quâ igitur de cauſa faſtidia & moræ interpolantur, in ſuccurrendo mulieri? Latroni verò incunctanter Olympus reſeratur? Equidem Chriſtus huc illuc

Velocitas in ſuccurrendo aliis decor Majeſtatis.

Iren:

Matth:

Luc:

per vicos, per caſtella in Judæa diſcurrens, ſecundùm exteriorem hominem, ſingularem Perſonam repræſentabat, nempe privatum Doctorem vel Concionatorem, & ut ad talem egreſſa fuit ex finibus Tyri & Sydonis, ſupplicans illa mulier: At verò in Cruce diſtentus, quia regnavit a ligno DEUS, Regem, Judicem, publicumq; præleferebat Magiſtratum: Quod ergo privata perſona, lentiùs mulieri opituletur, tolerandum eſt: Princeps verò aut Judex, fine cunctatione pauperem conſoletur, nec ullas morarum alleget excuſationes, cùm & CHRISTUS publicæ perſonæ munus agens, latroni & aures ſtatim erectas dedit, etſi concreto oppletas ſanguine, & aridum ſiti os, opportunè ſuavi applicavit ad rogata reſponſioni. Tetigit in parte hoc acumen Godefrid: Abb: ſ. 5. de reſurr: Dom: *Verè poſitus in Cruce Dominus judicabat: iam hados ab agnis regiâ poteſtate ſeparabat, ubi latronem alterum a dextris poſitum, in quo fidei & confeſſionis Sacramentum præceſſerat, vocavit ad gloriam piâ compaſſione, alterum poſitum in ſiniſtris, in pœna dimiſit, cenſurâ juſtitiæ.* Attendant hîc Principes, Dynaſtæ, & quicunq; publicâ funguntur authoritate, ſapiantque etiam vilium propriis auribus excipere lites, aut poſtulata. Salomon a jurgiis fœminarum exorſus eſt Imperium. Anus erat & pannoſa, quæ imperium abrogavit Antonino Cæſari, ſi ſe audire non poſſet, vociferata: *Ergo, noli regnare.* Miſerrimi mortales, qui nõmodò aliis eiuſdem ſecum naturæ non parent; ſed eos etiam inauditos relinquunt: & tamen regnare geſtiunt. Ah! quod Deus eſt, agitq; horis ſingulis, id vos eſſe non pigeat, pudeatq; vel ſemel in die, vel aliquoties per hebdomadam.

CHriſtus in Cruce, cur faciliter audit Latronem non item Chananæam.

Godefr:

Salomon Regnum exorſus, a facili audientia ſubditorum.

Probatur Figuraliter. 648.

Sed hominibus, homines puros pro ſchemate & Figura propono: Et primùm ab Oeconomo, diſcant principes rectam populorum ſuorum adminiſtrationem. Hebræum illud apud Putipharem mancipium, caſtiſſimus Joſeph, ut ad Infulas & purpuras inter Ægyptios aptiùs diſponeretur, magno DEI conſilio, ex catenis ad univerſæ primùm Putipharis Domûs gubernationem af-

Gen: nem assumptus est. *A quo Præpositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, & universa, quæ ei tradita erant.* ait S. Textus. Et cùm scelus, ad quod à Domina tentabatur, describitur, circumstantia temporis non tacetur, ut Præfecturæ eius administratio ampliùs commendaretur ex muneris sui diligentia. Ait enim S. Scriptura: *Accidit autem quadam die, ut intraret Ioseph domum, & operis quidpiam, absq; arbitris, faceret:* Opus quidem illud, non nominat Vulgata sed Chaldæa explicatiùs legit. *Ingressus est in domum, ut investigaret Scripturas rationis suæ: & nullus Vir, de hominibus domûs, erat ibi in domo?* Adverte quæso? Putiphar præerat exercitibus Pharaonis, multarum possessionum Dominus, ideoq; totius domûs & Oeconomiæ, Josepho Præfecturam commisit: Cogita in tanti dominii vastitate, non defuisse querelas subditorum & lites, solius Oeconomi judicio terminandas: plorabat vidua, implorans pupillorum alimenta: desolatus vel oppressus à potentiori, colonus, a Gubernatore, deprecabatur calamitatis suæ remedia: gemens rusticorum turba sub inferiorum administrorum manu, invocabat Gubernatoris authoritatem: Ergone Joseph surdus auditor, ne calamitosorum obaudiat voces, diverticula quærit? supputationum numeris se occupatum dicens & excusans, claudit ostia domûs, quam solus ingreditur? nequaquam: Boni Principis, hic Oeconomus specimina dedit. Quod de illo testatus est Paul: Oliva in Gen. 39. iam sup: citatus, dum ait: *Porrò ille dati expensiq; numeros supputabat quidem; sed non tum, cùm rusticorum examen ferueret in atrio, frenderet in aula, fureret in impluvio. Auditis omnibus, & nullo eum præstolante, rationum volumen resignavit. Alloquin, si rationes tunc occæpisset subducere, cùm digressi e pagis vilici, cubili fores obsidebant; non tam studere suo muneri, quàm deesse censeretur. Tunc revolvendi sunt Libri, cùm evoluta turba penitùs è conclavi est, remissaq; ad lares suos.* Laudabilis certè Josephus, hinc magnopere, quod tam promptè subditorum causas expediret; ut cubile Præfecti, penè Regiæ Domûs, a nullo obsideretur inaudito. Nunc non cubilia Principum, sed quasi Probaticas illas videmus Jerosolymitanas, in quibus multitudo languentium, expectantium donec consurgat Aula, ut post horas & horas, vix unus aut alter audiatur. O insignem huius Præfecti virtutem, simulquè nobile meritum! qui singulari Divini Numinis remuneratione, dum accedentes ad se, placidè audierat omnes; irruentem ad se adulteram non audivit: vnâ Syrene loquente, obsurduit castus, qui plures, imò omnes audierat, æquus Gubernator. Et quoniam vel devotionis prætextu, vel divertimentorum aliorum allegatione, difficultatem, moraq; ac tarditatem suam in expediendis subditorum negotiis, moris est Dynastis, plerumq; excusare; nouerint illi Salomonis exemplo, & putent, Tribunal suum, Templum esse. Quoties in eo desederit Princeps, toties se sacrificasse sciat: Regem enim non lacrymæ ornant, sed lituræ. Acta relegat, postulata videat, libellos subscribat, lites dirimat, rescindat iniqua, & gratissimum Deo sacrificium, se litasse confidat. Hinc est, quòd Salomonis, (ut aduertit idem Author) omissis operibus innumeris, unus tantùm exponitur Thronus, seu Tribunal. Cant: 3. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon, de lignis Libani.* Ne Templi quidem ab eo munificentissimè extructi habetur mentio in Canticis charitatis: adeo in Principe, quæ Principis sunt, non primùm tantùm, sed penè tantùm, uniceq; probatur, ad subditos audiendos judicandosq; facilitas. Celebrior est factus Salomon expromptâ sententiâ de vilis scorti fœtu, quàm de extructo numinis Sanctuario: *Audivit itaq; omnis Israel judicium, quod judicasset Rex, & timuerunt Regem.* 3. Reg: 3. Quòdsi nec Templi exædificatione, exaudiri potuit Rex magnus, uno ex judicio, laude in eum gloriaq; deriuante: Num Villæ substructione, num stabuli dilatatione, num scenæ apparatu, aut ferarum venatione, ut apros configat, judiciis non interfit equis attentissimus discernendis, judicandis autem, expediendisq; expectantibus populis minimè auritus Princeps, rectusne judicabitur?

Aularum moræ reprehensæ.

Principes sub prætextu devotionis, tardantes expeditiones subditorum, arguuntur.

Probatur Historicè.

Hanc vix non communem vecordiam Principum (quod scribit Man- 649.

cin: de Passione l. 9. d. 2.) in Duce Mediolanensi Gelasio, Legatus quidã Genuensium Franciscus Marchesius, ingenioso facto redarguisse legitur: cum etenim apud Præfatum Ducem, audientiæ hora, in dies & hebdomadas illi differretur, Legatus eidem, vasculum hortense cum quadam herba dono misit: Accersitur itaq; Legatus a Duce, ut, quid sibi lateat mysterii in herba, indicet: Tunc ille: Herba hæc Princeps, *Basilicon* est, cui simile noveris ingenium Genuensium: Herba hæc leviter tacta, odoratior fit, sed si durius prematur manibus, sordescit & fætet. Tu quid simile facis, durius Genuenses tractans Legatos, dum tamdiu tardasti audientiam: timendum ne Basilicon scorpiones generet, id est, hostiles reddat Genuensium animos. Sapuit Dux, & affabilem se Legatis præstitit. Huic plurimùm alludit cuiusdam Epiphonema, de quo Canicul: Majoli *colloq. de Aula:* Accesserat quidã Ludovicum Galliæ Regem postulaturus pro quodam beneficio, cui ex promptu Rex cùm negatiuè respondisset; pro responso provolutus ad plantas, magnas Regi, dum agit ille postulans, gratias, miratus Rex ait: ad quid hæc, cùm nihil tibi præstiterim boni? Respondit: Et quidem insigne me agnosco á te Serenissime accepisse beneficium, quia aurem postulanti citò præstitisti, nec moras in respondendo traxisti. Prænobilis apud Horolog: Principum l. 1. c. 39. habetur hac in materia Aurelii Imper: ad Senatum Romanum peroratio, in qua plurima emolumenta Principum, ex facilitate aurium: atq; ex denegatione, ingentia enumerantur damna: ubi tandem Julii Cæsaris, Tiberii, Caligulæ, Neronis, Sergii, Galbæ, & tandem Domitiani flagitia, & demum funestas cædes, causamq; eorum perpendens: ita concludit Imperator: *Omnes isti Principes infelices, licet tandem unco tracti, flumine mersi, in Crucem acti, aut capite truncati sunt; tamen, mihi credite Patres Conscripti, non propter flagitia illa; sed ob superbiam & incivilitatem perierunt. Vnicum enim Principis vitium, non multùm potest nocere subditis; morositas verò & inhumanitas, Rempublicam evertit.*

Gelasius Dux Mediol: difficilis in danda audientia quàm ingeniosè reprehensus à Legato Genuen:

Basilicæ herbæ virtus.

Ludovicus Rex Galliæ, laudatus ex cita ex peditione postulantium.

Aurelii oratio in Senatu memoranda, de damnis, ex duro Principũ genio in subditos.

PARS II.

SS. DEIPARA, Qvumprimum tentatorum.

650.

DE Imperatore Vespasiano, nunquam satis ex civilitate celebrãdo Principe, notavit Suetonius, quòd dum gravi decumberet morbo, Legatosq; admisisset & audisset, ut ostenderet, Principes omni prorsus horâ paratos esse debere, subditorum necessitatibus audiendis, hæc aliquando profatus sit: *Imperatorem* (inquit) *stantem, mori oportet.* Strinxit adhuc iste pro humano more, Imperatorum dotes, quas longè excellentiori modo ampliatas miramur, in Cœli Terræq; Imperatrice MARIÂ, quæ etiam post mortem stare voluit. Psal: 44. *Astitit Regina a dextris tuis.* dum super Cœlos exaltaretur, ut ita promptiùs, subditis occurreret suffragatura. Imò ut Qvũprimùm oporteret, se subitò cuiq; adesse paratam patentiùs demonstraret, imò prævolandi quodãmodo desideria & gemitus tentatorum, ac quorumve afflictorum, tam in vita quàm post mortem, quendam morem & consuetudinem se imbibisse, edoceret.

Principẽ etiam ægrotum debere esse facilem ad audiendum.

Probatur Scripturaliter.

651.

Celeritatis MARIÆ, in succurrendo quibusue circumventis a Sathana, argumentum habes in hodierno Evangelio, cæteris evidentius. *Abiit in Montana cum festinatione*, nativitatem Joannis, ne fieret in peccato originali, etiam non invocata, maternè præoccupando. Contemplatus properantem Paul: Scherlogus Vestig: 18. n. 52. ait: *Beata Virgo cum festinatione ascendit in Montana, propè currit & volat, sed quoniam acceleratio est contra peccatum, quod in Ioanne delendum, peccati gravitas, est causa cursus, pudor & verecundia, & concitatio ocyus gradientis.* Quod ipsum singulariter extollit pietatem & devotionem Virginis, iuxta illam Vniuersalẽ ejusdem sancti Doctoris sententiam l. 1. de Cain. c. 5. *Non satis est rectè facere, nisi etiam maturare, quod facias: uberiores fructus habet accelerata devotio.* Sed age iterum, & velocitatis MARIÆ in juvando

Luc:

Scherl:

MARIÆ festinationis causa, peccatum lenamus.

vando relege vlteriora documenta, quæ etiam a nemine requisita, miseris impendit: ut patuit in Nuptiis Canæ Galilęæ, quibus Christus Dominus adfuit, sed vocatus. *Vocatus est autem* (inquit Evangelista) *& IESVS, cum discipulis eius ad Nuptias.* Joan: 2. Adfuit quoq; ibi & Beata Virgo: *Et erat* (inquit) *Mater IESV ibi.* Nusquam tamen dicitur, vocata, seu invitata adfuisse: Imò (ut existimat D. Thomas apud Sylueir: in Evang.) priùs ipsa, quàm Filius aduenit, & ideo in Evangelio, priùs ibidem præsentia Matris refertur, & postea Filii. Fortassè prævidens ex conditione Sponsorum, & ex circumstantia numerosi hospitis, (cum ipso enim Christo, duodecim venerant epulo Nuptiali reficiendi) necessitatem ibi venturam, viniq; defectum: ideo ad locum opportunum præstandæ beneficentiæ, nemine vocante, vel invitante, conferre se priùs non dubitauit. Quodsi reverà vocata, fuit quemadmodum & Filius, (ut probabilius affirmant Interpretes ap: Franc: Mendozam, in 1. Reg: c. 4. n. 9.) saltìm citiùs accurrisse videtur, cùm priùs eius præsentia, quàm Filii referatur, imò ideo ibi adfuisse Filium, quia Mater iam aderat, aliqui arbitrantur. Adeò illa velociter festinavit: *Optabat enim* (ait Rupertus) *Dei genitrix, convivantibus fieri, ianua Cœlestis beneficii, ne illorũ devotio, qui se invitaverant, fructu suo careret.* Sed rursus, cùm ipsa iam Nuptiarum celebritas proueheretur; ecce tibi in æstu temporalium deliciarum & in fastigio humanæ felicitatis, ut plerumq; contingit, defectus & inopia obrepit. Quid ergo B. Virgo? Antequam a quopiam rogaretur, opitulatur: nam *Deficiente vino, dicit Mater IESV ad eum: Vinum non habent.* Quis te prior o Beatissima Virgo, ad orandum Filium interpellavit? nisi tuus ille misericordiæ affectus, qui ad subleuandas hominum necessitates, tuâ sponte Te incitavit. Vnde S. Bernard: s. 1. in Dom: post Octav: Epiph: ad citata verba ita fatur. *Quid de fonte pietatis procederet, nisi pietas? Quid mirum, si pietatem exhibent viscera pietatis? Nonne qui pomum in manu sua tenuerit, dimidiâ die, reliquâ diei parte, pomi servabit odorem? Quantùm igitur viscera illa, virtus pietatis affecit, in quibus novem mensibus*

Joan:

MARIA cur non legitur vocata ad nuptias?

MARIA, etiam nõ invocata, se offert ad succurrendum.

MARIÆ promptitudo ad succurrẽdum patuit in nuptiis.

Bernar:

A *requievit? Nam & ante mentem implevit, quàm ventrem, & cùm processit ex utero, ab animo non recessit.* Inde est, quòd cùm Beata Virgo interno affectu ad benefaciendum impelleretur, externo precatu ad misericordiam præstandam non indigebat, sed indigentium etiam vota, postulando pro eis, exprompta præuenit. In his carnalibus nuptiis, Angelicus Doctor, nuptias spirituales animæ cum Christo speculatur ap: cit: Sylu: quorum quoq; curam sedulam gerit MARIA: ait enim: *Mysticè in nuptiis spiritualibus, est Mater IESV, Virgo scl: beata, sicut nuptiarum conciliatrix,*

B *quia per eius intercessionem, coniungitur anima Christo, per gratiam.* Nuptias has salutares, o quoties tartareus Alastor impedit vel turbat: & ubi animã per peccatum mortale divortiandi a CHRISTO, non suppetit modus, vinum deficere facit devotionis: arescit siti spirituali anima: inclinatur huc & illuc motibus tentationum calix afflictæ animæ, nec tamen fæcibus importunorum phantasmatum, mens eius exinanitur: sed aduolat ocyus devotis sibi, Conciliatrix pia nuptiarum illarum, MARIA, deprecatur pro vino consolationis Filium, fugat interim dæmones, utpotè terribilis eis, tanquam

C castrorum acies ordinata & animam vi tentationum tabescentem, spiritus novos resumere facit, iungitq; Sponso Christo. Inde est, quòd Melleus ille Doctor & Cultor Virginis, dum similibus tentationum, quateretur in anima tempestatibus, Virginem sic precatus esse legitur: ser: 4. in Salue. *Defecit vinum in cadis nostris, vinum scl: latificans cor hominis, vinum quærimus, quod germinat Virgines. Calix in manu tua, in potestate tua, vini meri, amoris Divini. Dic Domina rerum, dic pro nobis Filio tuo, vinum non habent.*

Nuptiæ in Canæ Galileæ, typus spiritualiũ nuptiarũ.

MARIA consolatur tentatos mæstos vino.

D *Probatur* Figuraliter.

652.

Salutare hoc Qvumprimùm tentatorum MARIA, ita adesse festinat cunctis, quin ullas admittat moras, vel cunctationes: quod ipsum pulchrè emicat, in illa Evangelica parabola de decem Virginibus. Exisse illæ *obviam Sponso & sponsæ leguntur.* Matt: 25. sed additur statim. *Moram autem faciente Sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt.* Sed ecce dubitatio. Nonne Sponsus

Matth:

& Sponsa expectabantur? Quid ergo solus Sponsus moram fecisse dicitur, de mora autem Sponsæ nihil commemoratur? Facilis erit responsio, si ad mysterium confugiatur: Christus, qui Sponsi nomine intelligitur, cùm sit simul & Judex, tardat aliquando cum consolationum aduentu, ut tentationum molestiis, anima a levioribus noxis perpurgetur, dormitat enim anima, & vigilare non sufficit aggrauata scrupulis & Sathanæ phantasmatibus: At Beatissima Virgo MARIA, (ut obseruat ingeniosè iam cit: Mendoza) quæ intelligitur Sponsæ nomine, cùm sit Mater misericordiæ & totius consolationis scaturigo, semper festinat, nullaſq; moras nectit. Felicior arbitror exstituras, expectantes illas Virgines, si Sponsa hæc, a suo Sponso pro interim avulsa non fuisset: sanasset illa nocivas expectantibus moras, præueniendo, & de Sponsi præmonuisset dormitantes aduentu, Filii sui usurpando verba. *Vigilate, ne intretis in tentationem.* Vnde est illud de æterna Sapientia ad literam, de B. Virgine in sensu allegorico: *Præoccupat, qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat.*

MARIA moras nescit.

Sap: Sap: 6. Et illud item in sensu literali de Divina justitia, in mystico verò de SS. Deipara. *Obviabit illi quasi Mater honorificata, & quasi mulier a Virginitate suscipiet illum.* Eccli: 15. Vbi dicitur Beatiss: Virgo & præoccupare eos, qui se desiderant, & obviare illis, qui se inquirunt, quia nemo tantâ celeritate ad implorandam Virginem currit; quin ipsa Virgo, ad imploratorem suum audiendum & juvandum, velocior præcurrat. Vnde Cant: 5. hinnulis comparatur, quia ut hi (Interprete Richardo Victorino,) veloces sunt ad currendum, ita Beata Virgo ad succurrendum. Imo & a D. Epiphanio s. de laud: V. appellatur *Currus Cherubicus*, quia ut hic decem millibus multiplex, concitatissimus volat; ita illa innumeris misericordiæ alis elata festinat, ut patrocinetur. Nec mirum: cùm illa Matris, non Judicis munere fungatur: Quo ex capite velocior aliquando ad ferendum auxilium Virgo Mater, quam eius Filius Christus Dominus esse videtur: ut D. Ansel: pridem notavit l. de excell: Virg: c. 6. *Velocior nonnunquam salus, memorato nomine eius* (id est Mariæ) *quàm invocato nomine Domini IESU.* Et rationem reddit: Quia ad Christum, tanquam ad Judicem, pertinet etiam & punire: ad Virginem verò tanquam ad Patronam, nonnisi misereri. Eandem ob causam, (ut ad primum redeamus) fatuis virginibus orantibus. *Domine, Domine aperi nobis.* Sponsus, non Sponsa respondit, *Nescio vos.* Nam CHRISTUS aliquando justitiam, Beatiss: Virgo semper misericordiam exercet. Unde in hoc etiam illæ Virgines se fatuas cõprobauêre: Nam si, quemadmodum *Domine, Domine* inclamaverunt; ita inclamassent *Domina, Domina*, illam fortasse repulsam non paterentur: quia Matris misericordia justitiam Filii, & Sponsi rigorem, clementia Sponsæ, temperasset. Miram misericordiæ Mariæ, (per quam illa præmaturè occurrit miseris,) cum Divinæ justitiæ rigore attemperationem, duki suâ suadâ sic explicuit S. Bernard: *Divinam in eo, id est Christo, reverentur homines Majestatem: non sola illi cantatur misericordia, cantatur ei pariter & judicium.* Deniq; *DEUS noster ignis consumens est. Quid ni vereatur peccator accedere? ne quemadmodum fluit cera a facie ignis, sic pereat ipse a facie DEI.* Et paulò post. *Quid ad MARIAM trepidet accedere humana fragilitas? Nihil austerum in ea, nihil terribile, tota suavis est. Revolue diligentiùs Evangelicæ historiæ seriem universam: & si quid forte increpatorium, si quid durum, si quod denique, signum vel tenuis indignationis occurrerit in MARIA; de cætero suspectam habeas, & accedere ad eam verearis.*

Eccli: Cant: Epiph: Bern:

Velocius MARIA succurrit, quàm Christus, quâ de ratione?

Sylueir: Mendo:

Probatur Doctoraliter.

Certant hîc plurimi Doctorum, ut QVUMPRIMUM, seu celeritatem MARIÆ in succurrendo, venustiùs illustrent, idq; partim authoritate, partim Symbolis seu similitudinibus. Fulguris nonnulli similitudinem assumpsêre, quô planè nil celeriùs volat, quorum sententias inuenies sub titulo *Fulgur animatum.* supra: hîc dicta repetere non vacat. Alii verò alludendo ad illa verba Cant: 4. *Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano*, ingeniosè satis & doctè, velocitatem MARIÆ in succurrendo, ita explicant: præsertim Mich: Ghisler: in hunc locum, & ex ipso Joan: Syl-

Ghisler:

Joan: Sylueir: l. 4. in Evangel: c. 1. q. 6. *In Cœlesti* (inquit) *Patria, quatuor sunt fontes: primus & omnium præstantissimus* DEUS, *eiusq; Essentia, de cuius conspectu summa traducitur felicitas: de quo dicitur in* Psal: 35. *Quoniam apud Te est fons vitæ, & in lumine Tuo videbimus lumen. Alius est fons, Christus Dominus, eiusq; humanitas sanctissima, de quo annuntiat Isaias* c. 12. *Haurietis aquas de fontibus Salvatoris. Tertius fons, DEI Genitrix Virgo. Et de aquis huius fontis tantùm dicitur, quòd impetu cursuq; concitatissimo ad nos fluant, ob velocitatem magnam, quam precibus & orationibus suis, in suorum prabet auxilium.*

S. Bernard: s. 2. post Epiph: iterum illud de vino nuptiarum pertractans, ita ait: *Quoties mihi necesse est exorare Matrem misericordiæ, ut suggerat suo benignissimo Filio, quoniam vinum non habent. Et ipsa, si piè a nobis pulsata fuerit, non deerit necessitati nostræ, quoniam misericors est, & Mater misericordiæ. Nam si compassa est verecundiæ illorum, a quibus fuerat invitata, multò magis compatietur nobis, si piè fuerit invocata.* Hanc Virginis celeritatem in succurrendo, & excellentiam charitatis eius, optimè explicavit Concil: Basilienſe sess: 42. de visitatione agens: *In cuius* (inquit) *commemoratione, qui tribulati sunt, MARIAM implorant, quæ gaudiorum huiusmodi memor, ut sperandum est, non solùm supplicantes exaudiet; sed, sicut ex sua clementia consuevit, etiam supplicare volentium preces præveniet.* Juvat propositum, etiam illuc Mendozæ in 1. Reg: c. 4. *In eos* (inquit) *tristitiæ fluctus multi sæpè deveniunt; ut parùm absit, quin laqueo collum inserant, pugionem pectori infligant, corpus in præcipitium devolvant: Ecce tibi festina prouolat consolatrix afflictorum, & laqueum collo expedit, pugionem a pectore detorquet, pedes a præcipitio auertit: & (quod est caput,) totum animum præ tristitia fluctuantem ac æstuantem, reddità, imò additâ hilaritate mitigat & serenat.*

Probatur Miraculosè.

Huius celeritatis Deiparæ in auxiliando tentatis, etiam a miraculosis apparitionibus, sua non desunt testimonia. Vinc: Bellouac: l. 29. spec: hist: c. 12. refert de quodam Gastinensi Eremita, cui nomen Christianus, hic transiuerat ad Ordinem Cistercienſem: Post annum probationis expletum, spiritus maligni sæpè ei apparebant in visione noctis, minantes ei, quòd inde expellerent ipsum, & in vanum illum laborare dicebant; at ille recurrebat ad orationem: & dum hoc bellum haberet cum dæmonibus, quâdam die, facta ad eum vox: memor esto huius versiculi de Psalterio: *DEUS in nomine tuo salvum me fac, & in virtute tua iudica me.* Quod audiens ille retinuit, & ad omnes tentationes semper postea illo versiculo, tanquam clypeo, se munivit. Eodem anno vidit idem Christianus, omnem Conventum circumdari a dæmonibus, qui tantæ multitudinis erant; ut tegere viderentur, quidquid erat inter Cœlum & terram. Quod cùm ille videret & diceret: Domine DEUS, ecquis poterit euadere pericula ista? Audit vocem dicentem: sibi. *Qui humilitatem habere potuerit, ab omnibus his laqueis liberabitur.* Non multò post, venit quædam claritas de Cœlo ab Oriente, quàm cùm præsentirent maligni spiritus, evanuerunt, & in claritate apparuit Regina Angelorum. Quam cum ille aspiceret, & diceret intra se, DEUS bone! quo vadit Advocata nostra, Domina nostra, Salvatrix mundi? Respondit ei tandem Domina: *Venio succurrere huic loco, qui meo indiget auxilio. Venio auxiliari huic puero Conuentui & aliorum pauperum locis, qui in me confidunt.* Hinc Andr: Lyræus Trisag: l. 2. noviſſimo assertum præsens comprobaturus exemplo, sic rem patheticè exorditur. Cæci (inquit) & a consuetudine communi sensûs abhorrere existimandi sunt, qui non videant, planèq; sentiant, quantâ præ omnibus prorsùs nominibus velocitate, sacrum MARIÆ nomen imprecantibus se, atque expoſcentibus succurrat: & tandem sic rem enarrat, Annus præsentis sæculi voluebatur super milleſimum atq; sexcenteſimum vigeſimus octavus, cùm in celebri quadam Hiſpaniæ Civitate vir erat, qui vitam omni vitiorum labe, hæresi una exceptâ, coinquinatam atq; a virtute abhorrentem traducebat: atq; cum vivendi modum iam annis tenuerat sexaginta, nunquam confeſſus, nunquam Divinâ Mensâ refectus, omnem verbi Divini prædicationem odiens, contubernium religioſorum fugiebat, ut liberiùs peccaret. Unum erat, cu-

MARIA Eremitæ tentatum iuvat præsentiâ suâ.

Humilitas saluat tentatos.

Mariana opitulatione, pec-

cator cõuersus ob modicum deuotionis pensum.

rat, cuius nunquam obliuiſci poterat, ſemel in die B. Virginem conſuetâ invocare formulâ. Interim vi morbi lecto affigitur, ubi dum noctu quieſcit, ei ſe Virgo oſtendere, & oculis, ſed piis atq; benignis miſerum intueri incepit. uigilans ille, totum ſe commotũ, atq; in alium virum mutatum ſenſit: lacrymæ, doloris teſtes, ubertim per genas effluebant: peccata anteactæ vitæ, quorum iam planè oblitus erat, cum omnibus circumſtantiis clarè cognoſcit: advocat Sacerdotem, coram quo exquiſitiſſimam, (cui vix peritus Theologus, per examen multorum menſium ſufficeret) fecit confeſſionem, cum propoſito, ſi viveret, perfectioris vitæ capeſſendæ: ſed quinto die mortuus, tandem ſolicito ſacerdoti de ſtatu animæ ſuæ apparet, ſe ſaluum eſſe nuntiat: clementiam B. V. MARIÆ & auxilium in extrema ſua neceſſitate, (mirè dilaudans,) piæ illius conſuetudinis in ſalutanda MARIA devotione, ſe promeruiſſe aſſeruit.

Probatur Hiſtoricè.

655. Enimverò ad complementum nonniſi velocitatis Marianæ, hæc aliunde adducta eſſe noveris bone Lector: adeſt enim præſtò in hodierni myſterii viſitantis Eliſabetham MARIÆ, evidens huius rei teſtimonium ex Hiſtoricorum antiquorum narrationibus, de diſtantia inter domum Virginis & Zachariæ: præſertim Iſidorus de Inſulis, de S. Joſephi vita ait: *Creduntur a Nazareth uſq; ad oppidum Zachariæ, eſſe ferè quadraginta milliaria.* Brocardus verò, ſedulus indagator Terræ S. in ſua deſcriptione, & Auctor hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Septuaginta milliarium longitudinem ponunt. Salmeron deinde l. 3. tract. 10. refert ex quadam revelatione, iter ſex dierum fuiſſe a Nazareth uſq; in Civitatem Zachariæ, & uno die illud Beatiſſimam Virginem, juvantibus Angelis, emenſam fuiſſe: propterea dictum eſt. *Abiit in Montana, cum feſtinatione.* ap: Sylu: in Eu: l. 1.

Diſtantia Domûs Nazareth, Elizabeth, quanta?

MARIA uno die, iter ſex dierum emenſa eſt.

A Hinc S. Ambr: *Non a ſtudio aſperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardavit. Neſcit tarda molimina, Spiritûs S. gratia.* Si tam celer in ſuffragando tentatis & gementibus ſub jugo Sathanæ, MARIA in corpore mortali fuit; collige inde, quantæ velocitatis nunc exiſtat, ubi ex ratione ſtatûs, completæq; beatitudinis, ulla obſtacula neſcit, quæ retardarent ſuccurrere volentem: imò nedum in corpore, agilitatis dote, excellentiùs cæteris Beatis adaucta; ſed præſertim teneritudine ſingulari ad afflictos tentatoſque, viſcera miſericordiæ ſuæ affecta, etiam B nunc habet. Atteſtante Seraphico Doctore in ſpeculo c. 8. *Magna fuit erga miſeros miſericordia* MARIÆ *adhuc exulantis in mundo; ſed multò major, erga miſeros, eſt miſericordia eius, iam regnantis in Cœlo. Majorem per beneficia innumerabilia nunc oſtendit hominibus miſericordiam: quia magis nunc videt hominum miſeriam.*

Epilogus.

AVe ergo, o ſaluificum deſolatorum, tentatorum, & quorumlibet anguſtiatorum, perquàm deſiderabile, QVUMPRIMUM, feſtinans in Montana MARIA: De montanis illis, ubi C iam vnxiſti infantem in Prophetam, deſcende Clementiſſima, in valles lacrymarum, ut langueſcentes ſub æſtu tentationum Sathanæ, fatiſcenteſq; refoueas. Audeo cum S. Ephrem, Te benigniſſimam deprecari Dominam. *Adeſto mihi & nunc & ſemper, o Virgo Genitrix* DEI. *Mater miſericordiæ, benigna & clemens, in præſenti quidem vitæ curſu, ferues protectrix, atq; auxiliatrix hoſtiles quoſcunq; impetus avertens, & in via ſalutis me conſtituens, ac in extrema vitæ articulo miſeram animam meam conſeruans, ac tenebroſos atq; horrendos, peſſimorum dæmonum aſpectus, ab ea procul repellens.* Tibi laudes. Tibi gloria prima poſt DEUM eiuſq; CHRISTUM, cui æternus honor maneat.

A M E N.

656.

Ephrem

RADIX Ieſſe Salutifera.

SS. DEIPARA.

De qua natus eſt IESVS. Matt: 1.

657. HOdiernæ Nativitatis Beatiſſimæ Virginis celeberrima dies, eo ipſo, quòd ſub æquinoctiali exoriatur puncto, fauſta quædam prænuntiat auſpicia, & novis, afflictos animos facit aſſurgere ſpebus. A. A. Hodie etenim oritur RADIX illa Jeſſe, de qua egreſſura erat Virga percutiens Aſſur ſc: Dæmonem, è Digniſſimis viſceribus Matris ſuæ Annæ, in vſuram huius lucis progreditur, Sanctiſſ: nimirum MARIA, bene ante præviſa ab Evangelico Propheta Iſ: 11. Vbi cùm priori capite prædixiſſet percuſſionem Aſſur a Virga, mox ſubjunxit. *Egredietur Virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* Cuius feliciſſimo in exortu, meritò venientem, communi tripudio conſalutat Eccleſia. *Nativitas tua DEI Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit univerſo mundo.* Solus tantùm hodie vlulat & luget infernus, eò præcipuè, quòd ſub æquinoctio, RADIX hæc exoriatur: & cur? obſeruavit Pet: Bleſenſis de Onagris ſ. 33. Quod in diebus æquinoctiorum, horas diei & noctis rugitibus ſuis diſtinguant, & quaſi naturales Horoſcopi, primâ horâ diei, ubicunq; ſunt, rugitum emittant: ex eo, quòd ut dicit Paul: Scherlog: Veſtig: 23. n. 34. quibuſdam furiis ſpeciatim tum temporis agitentur. Quod ipſum, idem Author myſticè ſic applicat: Concipiamus, (inquit) onagris, dæmones intelligi, qui quoniam Homini inviderunt ſublimes honores, ſingulariter plangunt inconditis vociferationibus, ſub verno, & autumnali æquinoctio: Et quibuſnam perterreantur? Vide quidem: propè autumnale æquinoctium, Virgo intemerata in lucem edita eſt, propè verò æquinoctium vernale, CHRISTUS in vtero eius Incarnatus. Quia ergo in RADICE hac, naſcente MARIA, iàm Incarnationis CHRISTI auſpicabatur myſterium: iamq; illa, ſicut ipſamet celſis ſublimabatur honoribus, ſic univerſam naturam humanam in proximo dignificandam, novis in ſalutem erigebat ſpebus: & propterea a Maurit: de Villa. *RADIX totius ſalutis* dicta. Ideo cùm proximè ad æquinoctium utrumque, in Martio, Redemptoris Incarnatio, nunc in Septembri, Virginis Nativitas euenit; onagri, qui ſunt dæmones, ſpeciatim rugire dicuntur. Luctus ergo illorum ac triſtitia, ut nobis convertatur in gaudium, & eorum deſperatiſſimus mœror, tantò firmiorem ſalutis noſtræ excitet & reſuſcitet ſpem: Hodie Beatiſſ: Neonatam MARIAM, RADICEM *Ieſſe*, id eſt, *Salutis* (iuxta interpretationem Regii Caſimiri,) ampliori demonſtrabo diſcurſu. Aliqua tamen, ut vanis quorundam conſulam ſpebus, opportuna de ſpe bona, præmittam Dogmata. Interim cum citato Principe Caſimiro, de genu, breviter ſaluto Neonatam MARIAM.

MARIA Radix ſalutis noſtræ.

Virga Ieſſe, ſpes oppreſſæ
Mentis & refugium:
Decus mundi, lux profundi,
Domini Sacrarium.

PARS I.

Sperans benè & ordinatè, tam Divina, quàm humana lucratur.

658. OQuantum vanum, quô vanius nihil, mundanorum Spes! quæ quantò pluribus erigitur, nutriturq; fomentis, diſtrahiturq; in plura; tanto faciliùs euaneſcit, nec veræ fiduciæ invenit fundamentum. Sperant alii multa,

Spes quæ incerta?

multa, ex ingenii ſublimitas doctrina, agendorumue dexteritate, fiduciam affiante mentis arrogantiâ; ſed eluduntur turpiter, interdum in publico aberrantes, ſicut habetur. Prov: 28. *Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt.* Aliorum ſpes conſiſtit in divitiarum ſuarum confidentia, verùm & hæc plerumq; deſinit in *nihil*, dicente Propheta: Pſal: 75. *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt viri divitiarum in manibus ſuis.* Tandem reliqui confidunt in gratia Principum, ſuorumq; Patronorum: ſed periculoſè, monente eodem Propheta. Pſal: 145. *Nolite confidere in Principibus, in quibus non eſt ſalus:* fruſtraneam quippe communiter ſpem huiuſmodi, plurimi experiuntur: Ait etenim Blanc: in hunc textum: *Cur non ſit ſalus in Principibus, inde petitur, quia ſæpè nolunt illam dare, licet poſſint.* Spes ergo tua, o homo! ut vera ſit, RADIX Jeſſe quodammodo eſſe debet: *Jeſſe* etenim, Exiſtens ſeu eſſe firmum denotat: id eſt confidendum tibi, non in vanis & facilè mutabilibus, ſed in eis, quæ ſingularem ex ſe præſeferunt firmitudinem: qualia ſunt ſolus DEUS, & quæq; Divina, quæ, qui primò attendit ac obſervat, nunquam ſpe ſuâ fruſtratur, quoniam ſimul cum Divinis, & humana lucratur.

Prov: Pſalm: Pſalm: *Jeſſe, ethymologia ab Eſſe.* *Spes fundanda in ſtabilibus*

Probatur Scripturaliter.

659. Pro quo primùm adſtat locus ille Scripturæ, ubi Saluator diſcipulos ſuos redeuntes ex Evangelii prædicatione per varios populos & nationes, ſic allocutus eſſe legitur: Luc: 23. *Quando miſi vos ſine ſacculo & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis.* Ibant nudipedes, rerum omnium copiâ voluntariè pro Chriſto expoliati. *Ecce nos* (inquit Petrus) *reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Et tamen, nihil ipſis neceſſariorum ad vitæ ſuſtentationem, Dei ſingulari providentiâ, defuiſſe fatentur ipſi, dum tacendo ad verba Chriſti, conſentire videntur. Imò poſtquam è terris in Cœlos eleuatus eſt Magiſter eorum, & ſuperna aſcendit: nonne Act: 4. dicitur. *Quotquot poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes offerebant pretia eorum, quæ vendebant & ponebant, ante pedes Apoſtolorum.* Cernis affluentiam rerum, quando è veſtigio proferuntur, ſimulq: proteruntur Divitiæ: quia ante pedes Apoſtolorum projectæ: ſic abundant, qui primò ea quæ ſalutis erant curantes, omnia reliquerunt, ut Chriſto ſtrictiùs copularentur. Ita felicitantur etiam temporalibus, qui æterna principaliter curant. Pulchrè ſupra Petri verba dogmatizavit Chryſoſt: hom: 7. in 3. ad Rom: *Quid obſecro magni, Petrus dedit? nonne rete confractum, & calamum, & hamum ſolum? ſed tamen terræ univerſa domos, DEUS illi aperuit, & terram & mare expandit, ac nemo non illum in ſuas ædes vocavit, atq; adeo bona ſua diuendita ad illius pedes deferebant: neq; enim in manus conjiciebant, ut qui non id ſibi audentiæ ſumebant: tantum illi honorem, unà cum munificentia tribuebant.* Huius Divinæ Providentiæ, quâ DEUS, laborantibus pro ipſo, lucra etiam temporalia ſubminiſtrat, ſpecimen effulſit in cymba eiuſdem Petri. Stante etenim Saluatore prope ſtagnum Genezareth, cùm plures è populo agglomerari vidiſſet, ut docerentur, quò commodiùs audiretur, ex navi prædicare voluit. *Intravit autem ad eam, quæ Simonis erat Petri, & rogavit eum, ut a terra reduceret puſillum.* Luc: 5. Paruit libenter Petrus, poſtquam verò loquēdi finem Redemptor fecit, dixit Simoni: *Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam:* cumq; totâ nocte antecedenti, caſſo labore, piſcationem ſecuti fuiſſent, ad Chriſti imperium, retibus expanſis, tanta piſcium multitudo capta eſt; quantam retia ſuſtinere non valerent. Statuit Salvator tanto fœnore recompenſare Petro, ſibi dicatum obſequium, quantum nec cogitare quiſplam auſus fuiſſet: idcirco ad piſcandum continuò ſtimulauit, & mare beneficum eſſe compulit, innuens duplicatam fieri utilitatem, ſi quando humana imminui videntur lucra, ob DEI cauſam: Quò ſimul omnes intelligerent, ſimili in cauſa, nullam eos humanæ nundinationis jacturam facturos, qui præhabent Divina humanis, imò ut ſpes illis amplior affalgeat, etiam temporalis felicitatis. Hoc rectè obſeruavit Theophilactus in hunc locum, dum ita ait: *Poſtquam autem turbam è navi docuit, Dominum navis non reliquit immuneratum, ſed bifariam ei benefecit, quia & multitudinem piſcum ei donavit, & diſcipulum fecit.* Hæc ſolicitudo

Sperans in Deo, & Deum & temporalia lucratur. *Æternâ quæreni, temporalibus etiam abūdat.* Chryſ: Luc: *Obſequium Deo præſtitum, copioſè ab eo temporalibus remunerari ſolet.* Theop: Chry:

Cant: tudo DEI, eluxit, & in Sponsa. Cant: 5. Ipsâ etenim Divinis vacante, & in sacris exercitationibus, imò extaticis contemplationibus, ascetico consopitâ somno, cuncta interim transitoria ob Divinum honorem despiciente, cor illius, nimirum Sponsus, pro illa excubasse dicitur. *Ego dormio, & cor meum vigilat:* qui etiam excubias agebat solicitus, ne Dilecta quid pateretur: imò quò magis illa suorum obliuiscebatur commodorum ob Sponsi gratiam; magis providebat Sponsus, ne humana amisisse videretur Sponsa, mirè in actibus suis ordinatissima. Claudebat illa oculos, divinis vacatura, spem tamen suam de reliquis commoditatibus, tantò firmiùs collocabat in eo vigili, qui dum custodit, dormitare non sciebat: *Cor meum vigilat: id est Dominus DEUS.* (ait Rabbi Selemon) qui est petra & soliditas cordis mei, pactioq; mea, vigilat ad tuendum, & bene afficiendum me.

Deus Vigilat pro nobis: dũ ut pro nobis laboramus.

Probatur Figuraliter.

660. Pulcherrimum huius Providentiæ Divinæ exhibet symbolum scala illa, alto cœlo, uno cacumine innixa, præsentata in somnis D. Patriarchæ Jacobo: Hoc etenim proficiscente ex domo paterna in Mesopotamiam, factus est ille particeps admirabilis visionis: Gen: 28. *Viditq;* (narrat Scriptura) *in somnis scalam stantem super terram: & cacumen illius, tangens cœlum, Angelos quoq; DEi descendentes & ascendentes per eam. Et Dominum innixum scalæ.* Sed quoniam idem S. Patriarcha plures alias habuisse legitur visiones, qualis postea redeunti in Patriam pariter in somnis illi contigerat, dum luctaretur cum Angelo, & quidem sat gloriosè, quorsum igitur discedenti potiùs ex natali solo, quàm eidem Labanem profugienti, & ad suos remeanti, hæc scala præsentatur? Nempe scala illa divinæ providentiæ symbolum extitit, ut declarat Theodor: 9. 82. in Gen: Jacob autem rediens in patriam, locuples & beatus reuertebatur: sed cùm ex patria exibat, pauper, inopsq; ferebatur, neq; enim famulis, aut equis, aut viatico instructus, ut expendit D. Chrysosto: hom: 54. in Gen: *Sed Apostolicum morem imitatus, iter facit:* Et quidem Dei ob amorem sic pergebat, ne videlicet ob

Scala Iacob, symbolum Providentiæ.

Theod:

Chryso:

A eius præsentiam, Esavo DEUM offendẽdi quæuis occasio subministraretur, cupiebat enim ille ob invidiam, Jacob fratrem è vivis tollere. Quoniam igitur DEO consuetudo est, refouere eos, qui spem suam in DEUM jactantes, pro spiritualium cura primùm laborant, & DEI causâ plura incommoda patiuntur; benè quòd scalam auxilarem & Providentiæ characterem, eo speciatim commonstrat tempore, non quo Jacob diues & potens redibat, sed cùm egens propter diuinum honorem factus fuerat: vt sic eluceret cunctis, eorumq; tantò ampliùs solidaretur in B DEUM confidentia, quòd dum animosè propter Deum, abjiciunt humana solatia, non defuturum Divinum Numen fidelibus seruis, verùm ipsis, temporalia negligentibus ob animæ salutem, Creatorem facturum, ne quibus indigerent: Chrysosto: relatâ homilia. *Considera obsecro, hic eximiam curam misericordis DEI: quia videbat juxta consilium Matris, propter timorem suscepturum peregrinationem, & quasi erronem quendã, viam facere, & solum, atq; ab aliis abstractum, nullamq; habentem consolationem ullo ex loco, sed totum in supernum auxilium projectum, statim ipso in initio, volens confirmare alacritatem, apparet & dicit: Ego* C *sum DEUS Abraham, & Isaac patris tui: ne timeas, sed crede: quod Ego, qui implevi illis suas promissiones, & te meâ curâ & providentiâ dignabor: Ne putes* (inquit) *quòd solus iter facis, me habebis itineris tui Comitem, me habebis custodem in omni via, omnia tibi facilia reddam.* Imò præter vocem DEI, mirabilis illius scalæ tacitè edocebat id apparitio, in qua ascendentium, simulq; descendentium spirituum cernebatur multitudo: cur etenim? ut nimirũ intelligeret Jacob, quia quot gradibus abstraheretur a terra, negligens temporalia, ut Dei obediret D voci & mandato; tot & iisdem gradibus, acceleraturum DEUM, & descensurum in terram, ut negotiorum terrenorum Jacob, quæ ad statûs sui conservationem requirebantur, causam ageret. Quo spectabat magnus Propheta Isaias, ita de populo spem in DEO figentem vaticinatus. c. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.* Belligerantem hìc, & castra vigiliasq; tenentem contra hostem, de-

Deus curat amplius res hominis, quo divinis vacat diligentiùs.

Chryso:

Isai:

scripsit Propheta populum: tabernacula etenim, militares sunt & compendiariæ pugnatorum Gazæ, quibus quæ pacis pulchritudo? ubi continuum prælium: quæ requies? ubi vigiliæ strictè tenendæ: quæ demum opulentia? cùm plerumq; in castris, breuis aqua & panis arctus, vix famem pellit. Sed solvunt difficultatem illa verba, *in tabernaculis fiducia*. Quia ut explicat Did: Bàéz. Bàéza de Christo Fig: l. 4. c. 3. §. 49. *Quod sunt militibus tabernacula munitissimo in loco constituta, hoc est viris justis fiducia in DEO collocata, quâ ab omni malo sunt protecti, & opulentissimis bonis sunt satiati.* Tu solicitus cura & vrge, quæ salutis tuæ sunt, quæ honoris DEI intrepidè zela, & de tabernaculis tuis, dum oportet, contra hostem egredere: tabernacula tua, seu Domus tua, si fiduciæ sint tabernacula, id est, si Providentiæ Divinæ domestica tua interim committis; pulchritudinem pacis inuenies, requie frueris opulentâ, & temporalium bonorum promptuaria videbis eructantia ex hoc in illud, ipso res tuas curante Deo.

Spes in Deo, munitissimũ tabernaculum.

Probatur Historicè.

661. Mille omitto Historias & exempla seruorum Dei, qui soli DEO intenti, de temporalibus totam suam spem in DEUM jactantes, miraculosè a Deo, vitæ suæ, & reliquorum necessariorum recepère subsidia: nam hæc frequentissima contigerunt, & planè communia sunt. Historiæ substituo quandam Apologicam & jucundam narrationem. Contigit alicui, duo quædam mendicabula stipem ostiatim quærentia, ut fortè famem aut otium fallerent, sub fenestris cuiusdam Magnifici Palatii constitisse vel consediſſe, ut sic curiosis sese occuparent confabulationibus, jejuno ventre aptiùs subtiliores conceptus distillante, donec aliqua pars offæ ex culina Principis, pro consueto pauperibus daretur. Excitatur itaq; ab illis pannosis egestatis Professoribus, solemnis inter duos æmulos Quæstio, nullo ut illi putabant auditore: Quis nam esset duorum melior seu clementior, Deus ne? Princepsue? sub cuius Palatio hæc instituebatur Disputatio. Sortè venit, quòd per interna Palatii sui obambulans Princeps, casu fenestræ approquinquaret: cautè ille, ne videretur a disputantibus, thema Quæstionis insuetum dum subaudiit, ulteriorem progressum concertantium diligentiùs auscultat. Ergo itur utrinq; in argumenta: unus tuetur partes Dei, alter Principis: hic ex quotidiana in pauperes stipis & offæ distributione, deprædicat Principis liberalitutem; ille nihilominus alter, superexaltabat DEI munificentiam & clementiam. Urget primus pro Principe: huius (inquit) beneficia testatur famelicus noster venter, dum reficitur; Dei verò, quæ allegas beneficia, fide nonnisi creduntur. Respondet alter, sit sanè & ita, nondum palmam pro Principe tenes: adhuc etenim & hæc, quæ nobis a Principe interdum subministrantur, ipse Princeps a Deo habet, & propter Deum ea nobis ille elargitur. Ast iterũ primus, cui sosa temeritas pro ratione fuit, quasi iã triũphasset, feruentiùs aiebat. Manum quàm video pluris æstimo, illâ, quam non video. Et sic in turbido dissiliit magis, quàm soluebatur proposita Quæstio. Ubi cuncta ad finem exaudisset Princeps, inscius concertantibus, provolat citò ad suos, mandatq; citò duos magnos pinsari panes, gratificaturus stipendio illis, qui in tantùm decertauêre inter se pro DEO & Principe: hoc tamen discrimine, ut centum aurei uni pani recõderentur intùs, qui dandus erat illi, qui pro Principe locutus fuerat: atq; sic distribui illos curavit, & cuiq; suus cessit. Mirati ambo de insueta largitione, suum ille primus tantò solidiùs a facto recẽti Principis confirmabat argumentum: uterq; tamen gaudet, ac mutuò quasi ponderant datos manibus panes, suum ergo dum ille primus gravitare aduertit, vitio mali fermenti, id contigisse arbitratus, (aurum autem absconditum pondus addebat,) commutavit adinvicem, non difficulter consentiente altero, atq; sic cedit panis, cuius vitellus, aurum erat, illi mendico, qui pro DEO certabat. Et dum meridie urgente exacuit dentem fames, uterq; scindit proprium panem, divisus unius panis, insperatum effundit aurum, ideo ille primus tanquam proprium, ab illo cui cesserat, repetere, imò rapere nititur: rixa exoritur, & vix non ventum ad bastones, nisi Princeps, qui omnia obseruabat latenter, voca-

Apologus jucundus, de duobus mendicabulis, cõtrouertẽtibus inter se: Quis melior esset? Deus ne? an eorum Dominus.

ter, vocare utrumq́; ad ſe mandaſſet. Qui dum totam ſeriem rei tranſactæ examinat, miram DEI providentiàm & æquitatem dilaudans, aurum huic alteri, qui poſtpoſitis cæteris, ſolius DEI pro poſſe honorem tueri conabatur, adjudicavit. Ex quo liquidè patuit, radicem bene ſperandi, etiam de temporalibus, eſſe, ſi Deo Diviniſq́; ſtudioſiùs deſeruiatur.

PARS II.

SS. DEIPARA, Radix Ieſſe, ſeu Sanctæ Spei.

662. DUplicem ex vi nominis, hoc vocabulum *Ieſſe* ſuſtinet interpretationem: adeoq́; non unum ſed multiplex ſuggerit argumentum, Beatiſſ: Virginem Spei noſtræ ſalutis RADICEM, juſtiſſimè appellari. Primùm etenim ly *Ieſſe*, ſonat ab *eſſe*, quaſi ſingulariter exiſtens: ut notat Sylua Alleg: Deinde juxta Hugonem Card· apud Anton: Eſcob: de B. V. M. l. 4. obſeru: 13. *Ieſſe* dicitur quaſi *incendium*. Quo ipſo duplex ſubſtruitur cardo, firmandæ Spei noſtræ in MARIA: ſiquidem firmiter ſperandi in aliquo, duo hæc eleuant animum, ſc: ut ille, in quo ſperatur, poſſit elargiri ſperata, ſimulq́; ut velit tribuere eadem ex amore. Quorum utrumq́; de MARIA quamvis enuntient, communi Catholicorum uſu receptiſſimæ Litaniæ Lauret: dum ſimul virginem & potentem & fidelem nuncupant. *Virgo fidelis Virgo potens*. cæterùm ob firmiùs roborandum argumentum, deſcendamus ad utriuſq́; explicationem, per Scripturam, Litera ipſa ſufficiat pro primo.

ſſe no-
inis, in-
rpreta-
ones.

ei fun-
umenta
alio
qua?

ARIA,
rgo fi-
lis, fi-
ulq́;
ens.

Probatur Scripturaliter.

663. *Ego Mater pulchræ dilectionis & timoris & agnitionis & ſanctæ ſpei.* Eccli: 24. dicitur, idq́; communiter a SS. Patribus de B. V. MARIA uſurpatur. Spuriam credideris prolem, cuius uterq́; ignoratur Parens. Debilem nimiùm nobilitatis ſuæ producit Genealogiam, quæ in unius nonniſi Progenitoris radicatur exiſtentia. Tali prorſus Deus T. O. M, noſtræ ſalutis ſpem, voluit conſurgere de RADICE, ut, quæ immobiliter in ſummi & primi exiſtentis DEI potentia fundabatur, juxta illud Pſal: 61. *Sperate in eo omnis congregatio populorum*, qui ſimul Pater miſericordiæ & DEUS totius conſolationis appellatur; eadem quoq́; Matrem talem haberet, quæ *Ieſſe* eſſet, id eſt; cuius exiſtentia, non quidem par Deo, ſed tamen magis neceſſaria & firmior eſſet, quàm totius reliquæ Creaturæ: & hæc non alia erit, niſi MARIA: ut quam, univerſæ Creaturæ aſſumpſit in Matrem, atteſtante Anſel: Alloq: Cœleſt: n. 27. *Deus* (inquit) *eſt Pater omnium Creaturarum, & MARIA Mater omnium rerum creatarum: DEUS eſt Pater conſtitutionis omnium; & MARIA eſt Mater reſtitutionis omnium.* eandem etiam voluit, omnis Sanctæ Spei conſtituere in Matrem: quod ipſamet Beatiſſ: Virgo profiteri in præfato S. Scripturæ loco reperitur. *Ego Mater pulchræ dilectionis & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. In me omnis ſpes vitæ & virtutis.* Hunc textum Scripturæ explicaturus Richard: Laur: l. 6. Gradus quoſdam Sanctæ Spei ſubſtituit: *Sancta* (inquit) *Spes eſt, ex fide & meritis proueniens, ſanctior & pulchrior, quæ eſt ex teſtimonio conſcientiæ noſtræ: de qua Apoſtolus* 2. *Cor:* Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. *Sanctiſſima & pulcherrima, quæ eſt per ſeeuritatem inamiſſibilem: de qua idem Apoſtolus Rom:* 8. *Scio, quia neq́; mors, neq́; vita &c: poterunt me ſeparare a charitate DEI.* Deinde ad illa verba, *In me omnis ſpes vitæ & virtutis.* Vitam triplicem eſſe aſſerit, nimirùm vitam naturæ, gratiæ, & gloriæ. Principaliter itaq́; Sanctæ Spei, quâ expectamus a Deo partim vitæ præſentis ſubſidia, partim variarum gratiarum genera, partim meritorum retributionem, Matrem ſe originariam appellat naſcens hodie MARIA: ſiquidem enim ſtatim in ortu ſuo deſignabatur in Matrem Salvatoris, à quo eſt omne bonum, naturæ ſcl: gratiæ & gloriæ; eo ipſo parturiendo illum, pariebat nobis firmam ſpem & fiduciam conſequendæ illius triplicis vitæ, De quo ſic Rich: Laur: *Poterat MARIA hæc verba dicere*, poſtquã conceperat Salvatorem: quaſi diceret: *In me eſt ille per carnis aſſumptionem, a quo eſt omnis Spes vitæ triplicis, vitæ naturæ, vitæ gratiæ, vitæ gloriæ, & virtutis, quia ipſe eſt, qui dat lapſo virtutem. Iſa:* Iſai:

MARIA Mater omnium Creaturarum.

Pſal:

Rich:

Spes ſancta, ſanctior, ſanctiſſima: quæ ſit?

Vita triplex explicatur.

MARIA triplicis vitæ Mater: quomodo?

Rich:

40. *& his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat.* Hoc etenim solo Maternitatis DEI titulo, MARIA quodammodo cunctipotens redditur in petendo a Filio, per quod ipsum tantò firmiùs spes nostra in hac RADICE Jesse, seu RADICE existente, potenter roboratur. De quo illustre habetur testimonium D. Anselmi ap: Chrysl: Veg: n. 1763. Dum etenim S. Præsul omnium Sanctorum per ordinem suffragia imploraſſet, converso sermone ad Beatissimam sic ait: *Tu verò o Domina, omnibus his adjutoribus melior es & excellentior: quia ipsis & aliis Sanctis omnibus, etiam Angelicis spiritibus, nec non Regibus & Potentatibus mundi, divitibus, pauperibus, dominis, servis, maioribus & minoribus Domina es, & quod possunt omnes isti tecum, tu sola potes.* Subjicit mox S. Antistes, tantæ potentiæ & virtutis efficaciam & causam. *Quare* (inquit) *hoc potes? quia Mater Salvatoris nostri es.* Quasi vellet dicere. Ex quo est electa MARIA in Matrem Salvatoris, hoc ipso est facta Mater Sanctæ spei, obtinendorum donorum submi-niſtrans confidentiam. Unde ab Ecclesia DEI antonomasticè salutatur. *Et spes nostra Salue.* In quo salutandi modo, quia summè sibi displicuit Luthe-rus cum suis asseclis, proinde quomodò Catholici spem suam, quam habent in MARIA, fundent simul & necessariò, in DEO & CHRISTO, adeoq; non in solo homine sperare dicendi (in quo qui sperat, maledictus dicitur apud Prophetam) antiquioris sæculi Doctores, (quorum etiam apud illos authoritas, suum pondus habet) nimirum Bonav: & Bernardum ab eodem citatum audiant: ubi Seraphicus Doctor in spec: V. M. in Virga eadem *Iesse*, saluâ spe quam habemus in Christo, etiam in MARIA, pulcherrimâ similitudine Virgæ istius explicavit ad illum nominatum iam ex Isaia: locum: *Egredietur Virga de RADICE IESSE, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini &c: Quicunq;* (inquit) *septiformem Spiritus S. gratiam adipisci desiderat, ipsum florem Spiritus S. in Virga quarat: per Virgam enim ad florem, per florem ad Spiritum in ipso requiescentem, peruenimus: Per MARIAM ad CHRISTUM accedimus. & per CHRISTUM gratiam Spiritus S. inuenimus.* Propterea S. Bernardus Mariam alloquens ait: *Per te accessum habemus ad Filium, o benedicta inuentrix gratia, genitrix vitæ, Mater salutis, ut per Te suscipiat nos, qui per Te datus est nobis.* Et iterum idem Mellifluus de aquæ ductu. *Filioli, hæc peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ.*

Anselm

MARIA sola potest tantum quātum omnes infimul etiam Sanctissimi.

Maternitas DEI in Maria, origo eius potētia.

Spes in MARIA non præiudicat spei in Christo.

Bern: Bonav:

Probatur Figuraliter.

Sed iam iterum nobilis illa RADIX *Iesse*, alteram spei nostræ firmandæ in MARIA submiſtrat rationem: cùm *Iesse* Incendium significet, interprete Hugone Card: supra citato. Et quidem, ut ille dicit, *Incendium, de quo Christus innuit: Ignem veni mittere in terram.* per quod significatur ardentissimum velle Mariæ, quo illa flagrat ad succurrendum mortalibus in quacunq; eorum necessitate, ex idq; immensa plane charitate in universum miserum genus humanum: in ipso stat & completur tota ratio perfectæ spei, ut ille à quo expectatur gratia, & possit & velit eam dare. Notandum valdè quòd Regius Propheta, ubi iam spem suam in solo constabiliuisset Deo, *Spes mea ab uberibus* in Te. *Quoniam singulariter in spe constituisti me;* etiam in quadam ardenti olla, spem suam collocasse deprehenditur, dum ait: Ps: 59. *Moab, olla spei meæ.* Quem locum S. Ambros: l. de institut: Virg: c. 12. ap: Mendozam in 1. Reg: c. 4. ex vetustis Codicibus, sic legit: *Moab, Aula spei meæ.* Vtrq; lectio obsequitur non modicùm ad novas de MARIÆ charitate in nos, cogitationes. Imprimis S. Doctor loco citato hunc textum de Beatissi: Virgine interpretatur eò, quòd propter Ruth Moabitidem, ex cuius propagine descendebat illa, Moab poterat appellari. *Aula* (inquit) *Regis, est Virgo, qua non est viro subdita, sed soli DEO.* Ad hanc ergo ollam siue Aulam, in spiritu respexisse censendus Dauid, dū dixit. *Moab olla spei meæ.* nimirum ad MARIAM futuram, & per hoc ipsum RADICIS Jesse incendium, scl: MARIÆ ignea charitas denotabatur. Tunc etenim olla nonnisi suggerit spem refectionis, dum incenditur & ardet: sic & MARIA, quia amore succurrendi nobis continuò ignescit, causam ideo fiducialiter sperandi in se, submiſtrat. Si demum Aulam spei eam in-

664.

Hugo.

Ambros:

Maria in nos charitas ardentiſſima.

MARIA, olla spei nostra.

eam interpreteris, ordinatissimam in ea raperies charitatem, ut nulli statui in suis opportunitatibus desit benevolentia ipsius. Inquit etenim Cant: 2. *Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.* Alii vertunt. *Magnificate super me Charitatem,* Pagninus legit. *Vexillum eius super me, amor.* En quàm Aula hæc, undiq; charitate flagrat. Et primùm, dum magnificare super se charitatem mandat, quasi ab incendio eius hodie se natam profitetur. Ait enim Rich: l. 12. *Dicitur Maria de radice Iesse, quod sonat incendium, quia ignis, radix est incendii. Commendatur Virgo ex hoc, quòd incendio feruentissimæ charitatis data est nobis. Nam cùm Pater propter nimiam charitatem suam dederit nobis Filium suum Unigenitum, liquet, quod ex eadem charitate dederit nobis & MARIAM.* Dum deinde dicitur, *ordinavit in me charitatem* significari videtur, quòd MARIA tantâ in nos exundet benevolentiâ; ut nullus status tam vilis, tam despectus reperiatur, cui in ordine gratiarum, quas impetrare apud Deum potest, si velit, MARIA, succurrendi non suppetat modus. Velle autem illam indubitatum est, ex titulo Maternitatis respectu omnium: si enim juxta Isaiam 49. *Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui:* quantò magis MARIA, quæ nos spiritualiter genuit, & Mater effecta est gignendo salutem nostram, dum generauit Salvatorem. Cum huius feruentioris charitatis incendiis, promptaq; succurrendi voluntate, potestata est nobis per Sapientiam. Prou: 8. *Ego diligentes me diligo, & qui vigilant ad me, inuenient me, & obviabo illis, quasi Mater honorificata.* Imò, si hostis vel pericula quæpiam vrgeant nos, immensa eius bonitas, castra in promptu tenet, & erecta habet vexilla charitatis, ut tertia sonat lectio: Atq; sic, quemadmodum Deo, ex eo, quòd simul velit & possit quidquid voluerit, filii bonæ spei, attribuuntur: de quo sic Sap: 12 *Tu autem Dominator virtutis cum tranquillitate judicas, & cum magna reverentia disponis nos: subest enim Tibi, cum volueris, posse. Docuisti autem populum tuum per talia opera, justum esse & humanum, & bona spei fecisti filios.* Sic pariter sentiendum de MARIA ratione impetrationis, quòd cùm

Cant:

MARIA incendiũ, ob charitatem in nos.

Isa:

Prov:

MARIÆ charitate in nos, protestatio.

MARIÆ vexilla, tutãtum nos.

Sap:

Spei bonæ filii, qui dicuntur.

A æquè bene subsit ei, & posse & velle, ut iã probatũ est, fit, qd fæcũdissima hæc Virga Jesse, simul potens & ardens, sẽper novis turgescat spebus, atq; sic cũctos mortales, bonæ spei efficiat filios.

Probatur Doctoraliter.

Hinc nihil usitatiùs apud SS. Patres, quàm MARIAM, spem nostram appellare. Antiquissimus Ephrem Syrus, sic nascentem consalutat Virginem. *Aue propitiatorium laborantium: Aue animæ meæ, spes bona: Aue Christianorum omnium firma salus.* S. Bernard: utrumq; Spei nostræ in MARIA stabilimentum explicans, Potentiam nimirum & benevolentiam, de primo sic ait. sup. Salue. *Data est ei potestas in Cœlo & in terra, & in manu eius vita est Spiritûs nostri.* Ac tandem de utroq; simul ser: 1. de Assumpt: *Ascendens in altum Virgo beatâ, dabit ipsa quoq; dona hominibus. Quid ni daret? siquidem nec facultas deesse poterit, nec voluntas. Regina Cœlorum est, misericors est, deniq; Mater est Vnigeniti Filii DEI: Nihil enim potest sic potestatis eius & pietatis magnitudinem commendare.* His ergo præsuppositis, audiamus Melleas Bernardi in spem suam, cordis effusiones, sup. Salue. *Tu es spes nostra. Sperent in Te, qui noverunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quærentes Te, Domina. Quis non sperabit in Te, quæ etiam adiuvas desperatos? non dubito: quòd si ad Te venerimus, habebimus quod volumus. In Te ergo speret qui desperat, qui deficit, ad Te currat: Salue. Quis ergo, ex quo Regina es nostra, a tua reuerentia poterit nos separare vel impedire?* Non inferiori entheo suas explicuit accensiones in spem nostram MARIAM & Seraphicus noster Doctor, dum eam taliter allocutus esse legitur in Psalterio. *In Te Domina speraui, non confundar in æternum, in gratia tua suscipe me. Tu es fortitudo mea, & refugium meum, consolatio mea, & protectio mea. Ad te Domina clamavi, dum tribularetur cor meum, & exaudisti me de vertice collium æternorum. Educes me de laqueo, quem absconderunt mihi, quoniam tu es adjutrix mea. In manus tuas Domina, commendo spiritum meum, totam vitam meam & diem ultimum meum.*

665. Ephre: Bernar: Idem. Bonau:

Probatur Miraculosè.

Planè infinita ad comprobandam thesim nostram adsunt miracula: quoties etenim desperatorum siue in anima siue

666.

ma, siue in corpore, necessitatibus, invocata MARIA, benignissimè suo apud Filium suum interuentu, efficaciter succurrit, & toties se RADICEM firmam Jesse, nimirum salutiferæ spei, probavit. Duorum hîc, quæ recentiùs contigere, reminisci expedit, & ea ex Lyræi Trisag: l. 2 enarrare: unum de desperato quopiam milite in Indiis orientalibus, qui in ora Trevancoris, cùm in byssum flagitiorum omnium se demersisset, tandem & diabolo homagium præstitit. At in se tãdem reuersus, facti pœnitens, cùm quò verteret se nesciret; ad Virginis aram adnolavit, Spem publicam esse ratus, cuius vel solum nomen, Spe optimâ redundaret: hic igitur lapsum suum gravissimum lamentabili gemitu incipit deplorare quod dum facit, ex ipso imaginis pectore, fonticulus illicõ erupit, qui in locupletissimos rivulos paulatim diffusus, aram cum omni apparatu ac pavimento madefecit. Quo portento desperatus homuncio, imò dæmoni dicatum mancipium, veniæ spem certam concepit, & aquas cum gaudio hauriens è fonte illo cœlitùs in humanum genus, spem optimam effundente, in pristinam libertatem filiorum DEI restituitur, ac mox universæ vitæ flagitia confessus, religionem vovit, in qua tandem RADICI huic Jesse, spe implantatus, pulcherrimè efflоruit, virtutum religiosarum exornatus decoramentis. Adest & aliud desperati cuiusdam de vita temporali, æquè recens exemplum sub A. D. 1508. dum Venetis, cum Cæsare res esset manu & armis decernenda, Hieronymus quidam Æmilianus, postea Congreg. Somaschæ nobilis fundator, protunc autem miles, a Republica Veneta Castro novo cum quibusdam centuriis militum Præses decernitur: Germanici itaq; exercitûs Dux, fortissimâ verberatione tormentorum, Castrum aggreditur, ter repetens insultus vehementissimos, quibus toties, dehiscentibus licetsi muris, generosè resistebatur ob obsessis, Hieronymo adhortante. Ac tandem dum cæteris acrior & totâ vi instituitur oppugnatio, Castrum capitur, atq; sic pro insigni trophæo sistitur Duci Hieronymus, qui insolens victoriâ, mirè quàm sæuiit in captivum, iam inedîâ, iam carceris inhumani acerbitate, iam catenarum & ponderum afflictione, iam novis quibus in dies excruciabatur tormentis, una cæteris molestior, acerbæ nimirum & diræ necis ultimæ, (crudele, quod adhuc ignorabat, supplicii genus) pœna. Cùm itaq; euadendi spes omnis abesset, subiit Deiparæ memoria, quam Matrem sanctæ spei interdum appellari subaudiebat Hieronymus: eam igitur deuotè invocans, ultimam spem suæ liberationis in ea collocat: lacrymis perfusus, votum vovet ad sacram eius ædem Tarvisiensem pedibus se peregrinaturum. Adest afflicto, spes afflictorum Virgo, inusitato splendore sui, tenebras squalidi carceris dispellens, & mox eum proprio nomine compellans, vacuum eum esse omni curâ jubet: claues quibus feras vinculorum & ostia aperiat tradit, atq; sic liber omninò egreditur, ipsâ in Cœlum abeunte: Tarvisium iter arripit, sed dum in via vigiles hostilîs exercitûs inuenit, ac ab eis tantò magìs periclitatur, iterum ad MARIAM, spem suam convertit, eamq; invocat. Præstò adfuit Virgo, & mox miraculum miraculo cumulans, securum per medios satellites, alienis oculis minimè conspicuum reddens, usq; Tarvisium deducit. Atq; sic vota soluens, dum postea noui Instituti, memor semper tanti beneficii, Fundator exstitit, utriusq; vitæ efflоruit flore, RADICIS huius Jesse beneficio.

Miles desperatus, fonte ex imagine B. V. Mariæ erumpente, Spe erigitur.

Liberatio miraculosa per Mariam de manu hostili.

Probatur Historicè.

667. Denique, ut etiam ex humanis, RADICIS huius spei, augeatur decus, memorari oportet ex Lyræi Trisag l. 2. olim in Romana Republica sub Alexandro Pio Augusto, habitos fuisse nummos, qui dicebantur *Spes Augustorum*, ob inscriptionem talem in una parte nummi, ex cuius altera cernebatur lilium: Adrianus deinde, modicùm figuram immutavit, dum in una parte cudi jussit Nympham, lilium manu protendentem, & in altera inscribi *Spes populi Romani*. Quod sanè egregiè illustrare poterit mysterium de MARIA, a nobis quod tractatur. Primùm etenim, quia omnium Regum & Dominationum tota spes post DEUM, habetur in MARIA, de ipsa etenim commu-

Nummi Spes Augustorum dicti.

Nummus Spes populi Romani vocatus.

communiter uſurpatur: *Per me Reges regnant, per me Principes imperant.* ideo meritò, ſpes *Auguſtorum* dicitur. Et quoniam Virgo, non adeo coarctari ſpem ſuam voluit, quin etiam ad populos extẽderetur; eam proinde ad univerſos dilatatam teſtatur S. Bernardus, dum ait: *Maria, ſpes eſt publica, ſpes populi Chriſtiani.* Nympha verò florem geſtans, fundamentum ſpei noſtræ in MARIA, tacitè ſubinnuere videtur. Nympham etenim DEI, Theop: Nicenus, hymn. in Annunt: MARIAM dixit. *Hæc Nympha DEI, cui Aue, omnis creatura clamat.* Florem non alium tenet illa, niſi quem ipſa de ſua germinavit RADICE, quod innuit Paſchaſ: l. 1. in Matt: RADIX (inquit) *Ieſſe, de Dauid ſtirpe genereta, de cuius radice flos Chriſtus aſcendit.* indigitans quodammodo, quòd quidquid Chriſtianus populus habet ſpei & expectationis in potenti prece ipſius, totum hoc profluvium beneficiorum radicetur in flore, ſcl: in Chriſti meritis & in benevolentia ipſius.

Bern:

MARIA, Nympha DEI.

Paſch:

Epilogus.

668. NOtarunt veterum Hiſtoriographi, olim Athænis, dum quædam quæ in cultu maximo habebatur arbor Oliuæ, cum radice ſua exaruiſſet: audi tas fuiſſe lamentantium inviſas voces. *Heu, heu receſſit ſpes noſtra.* O infelices Hæreticorum ſynagogas! in quorum cordibus hæc frugifera exaruit oliua, MARIA: quæ pulcherrimè, velut Oliva ſpecioſa in campis, in orthodoxa nimirum Eccleſia efflorescit, & continuè Spei nouæ, aliarumq; gratiarum ſubminiſtrat nobis olea: ingeminandum illud vobis miſeri errones in omnem æternitatem manet: *Heu, heu! receſſit Spes noſtra,* qui nunc ſpem dicere MARIAM, etſi tot convicti argumentis & explicationibus, ut aliquid blaſphæmum, aſpernamini. Nobis alia eſt mens ad Te univerſæ Spei noſtræ RADIX, Beatiſſima Virgo MARIA: Ergo precamur Te o Domina cum D. Damaſc: orat: 1. de dormit: *O Dei Genitrix Virgo! Animas noſtras, ad Spem tuam, non ſe us atq; ad ſi miſſimam quandam Ancheram alligamus, mentem animam & corpus, totoſq; den q; Tibi dicantes, ac conſecrantes, Pſalmis & hymnis ſpiritualibus, quantùm poſſumus honorantes.* Aut cum Germano Conſt: Orat: de Deip: *Tu refugium, vita, & defenſio, arma & gloriatio, ſpes & robur meum: concede mihi, ut & ego quoq; fruar inenarrabilibus & quæ comprehendi non poſſunt, tuis bonis Cœleſtibus. Habes enim, ſat ſcio, cum tua voluntate conjunctam potentiam, ut quæ ſis Mater Altiſſimi: & propterea audeo. Non ergo priuer meâ expectatione, o Domina intemerata! quæ univerſorum expectationem, ſupra rationem peperiſti, Dominum Noſtrum IESUM Chriſtum.*

Damaſ:

Votum authoris.

Cui cum Patre & Spiritu S.
honor & gloria.
A M E N.

Oliva, ſymbolũ ſpei.

REGVLA morum perfectiſsima.

SS. DEIPARA.

Beati, qui audiunt Verbum DEI. Luc: 11.

Fer. Præſentatione B. V. M.

669. SOlitariam aliàs, nunc non ſine ſociis, dum hodie a Digniſſimis ſuis Parentibus in Templo præſentatur, Beatiſſimam reperimus Virginem. A. A. Solitudinis quàm fuerit peramans MARIA, vel ipſa feſtinatio itineris illius per montana demonſtravit, & rotundo id ore Ambroſius deprædicavit, cum Angelo loquentem contemplatus, dum ſic ait: *Sola in penetralibus, quam nemo virorum viderit, ſolus Angelus reperierit: ſola ſine Comite, ſine teſte, ne quo de-*

Ambro:

quo degenere deprauaretur affatu, ab Angelo ſalutatur. Hæc dum Templum, & intimius aſcendit Domini ſacrarium, (ipſo etiam atteſtante Salvatore in hodierno Evangelio,) ſine ſociis adeſſe noluit. Cur etenim CHRISTUS, dum mulieris magnificãtis Matrẽ ſuã ex vtero & vberibus, laudes abundantiori complere voluiſſet Panegyri, eandem etiam ex fide dilaudans, plurali, non ſingulari (quod obſervavit Eſcobar de B. V. l. 6.) uſus eſt? dicens. *Beati, qui audiunt &c.*, niſi ut ſignificaret, præſentatam MARIAM, ſocias & Comites exambire ad imitationem. Suavibus immerſa contemplationibus fruebatur ſuo DEO MARIA tum, dum ſola in penetralibus inueniebatur, & ideo, teſtem non admittit: Præſentata operoſæ vitæ ſuſcepit typum, ideo ſocias, quæ imitarentur, adſciſcit. Quamuis etenim etiam tum in Virgine cerneretur excultiſſimum virtutum Gymnaſium; (*vide Tit: ſup: GYMNASIUM*) nihilominùs, dum præſentationis ſuæ myſteria completura, quindecim, quæ ad ſacrarium ducebant, ſat præproperè conſcendit ſcalas; novam quandam perfectionis fabricam molita videtur, hæc nobilis Spiritûs S. Architecta. Vti eam appellavit Joan: Picus l. 2. in Cant: 3. *MARIA Architectrix nobiliſſima humilitatis & modeſtiæ.* Quam fabricam, quia ad omnem REGULAM, normam & Amuſſim, exquiſitiſſimam habere propoſuit; ideo tanti operis, non iam coadjutrices, quàm imitatrices, ut ſecum aſcenderent, pias invitavit animas & exſcivit. De quo cit: Author: *An ſola MARIA Infans, verba DEI vocantis audit & cuſtodit? Certè Templũ ſcandens, ſibi obſequentes ſecum adducit. Haud ſola, per quindecim gradus aſcendit Puella, omnes aſcendamus neceſſe eſt.* Quas dum trahit exemplo omnigenæ virtutis, quâ in templo Domini nutrita enituit, & cuius in vlteriori vitæ converſatione ſpecimina imitanda exhibuit; eo ipſo REGULAM & normam, ad tam operoſam ſpiritualis ædificii machinam, ſeſe cuiq; præſtitit: meritò a S. Bernard: Sen: T. 2. l. 6. a S. Antonin: in ſumm: p. 4. tit: 15. c. 14. a Dionyſ: Carth: l. 4. de Prec: B. V. art: 4. *REGULA omnis exemplaritatis poſt Chriſtum: REGULA omni ſtatui propoſita: REGULA perfectionis univerſa*, nuncupata.

MARIA ſocias exambit, propter ſui Imitationem.

MARIA Architectrix nobilis.

Bernar: Anton: Dionyſ:

Quod ipſum pro totius hodierni Diſcurſûs materia aſſumo. Quædam tamen, ſpiritualis ædificii ſeu perfectionis Dogmata ſalutaria, præmittam. Nunc breviter ſalutemus per ſcalas aſcendentem Divam Puellam.

Scande felix, vitæ forma,
Scande Diva Puella:
Tu virtutis omnis norma
In ætate tenella.

PARS I.

In perfectionis ſtructura, nec pilo recedendum ab amuſsi.

VUlgò circumfertur a Hiſtoricis, illud omnis crudelitatis monſtrũ, Neronem ſcl. dum omnem etiam ad Parentes ac Præceptores ſuos, humanitatis & amoris exuiſſet ſpeciem, a vili tamen Poppeæ, Matronæ Romanæ capillamento, adeo ſauciatum fuiſſe, eò, quòd aureâ ſeu flauâ commendaretur cæſarie, ut ſingulos capillos pectine aureo ipſemet diſcriminaret, numeraret quemq; ſuo celebrando carmine: et ſi vel pilus excideret, curabat eundem auro inſeri, & in templo ad caput Junonis Deæ reponi: O quàm meliori calculo Imperator noſter Chriſtus, dinumeravit capillos ſervorum ſuorum! Matt: 10 inquiens: *Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt.* Nam adeo ille appretiat vel minima ſtudia atq; conatus; ut ſi in cura perfectionis, in tantùm attendis, quòd nec, (ut dicitur) uno pilo, id eſt, vel minimo, ab amuſi & REGULA recedis; nec minimum illud impræmiatum relinquat, atq; ſic efficiat, perfectionis tuæ fabricam, feliciter in culmen altiùs ſublimari: ſicut ab oppoſito, nutabit perfectæ virtutis ædificium, ſi vel unum ab amuſſi recedas pilum.

670. *Nero, capillos Poppeæ fœmineæ quantum æſtimavit.*

Perfectorum eſt, etiam minima curare.

Probatur Scripturaliter.

671. Inclytus ille Rex & Propheta David, cũ ex Divinis intellexiſſet oraculis, ſibi, utpotè viro ſanguinum, vetitam fuiſſe Templi DEI ædificationem, ad interna totus converſus, nobiliorem longè illâ priori, quod ille cogitaverat, molitus eſt in anima ſua, nimirum virtutum & perfectionis, exædificare fabricam

bricam, atq; iam tam magnificum exorſus opus, ſcalas quaſi diſpoſuiſſe legitur. Pſal: 83. dum in tertia Perſona ſeipſum connotans ait: *Beatus Vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde diſpoſuit.* Aſcenſiones iſtæ non aliud (iuxta Expoſitores) ſignificant, niſi variarum virtutum, orationum, humiliationum, mortificationum exercitia. S. Aug: hìc: *Facit illi gradus, quibus aſcendat. Ubi illi facit gradus? In corde. Quantò ergo plùs amaueris; tantò plùs aſcendes.* Quod de unius virtutis actibus aſſeruit S. Doctor, idem dicendum de omnibus aliis. Hinc illorum quindecim Pſalmorum (qui Graduales dicuntur) a gradibus origo, quos, dum non corpore; ſed in ſpiritu (nondum enim habebantur in Jeruſalem) aſcenderet Dauid recitando: variarum virtutum exercebatur actibus, omnia operans ad amuſſim & REGULAM, quam ſibi præfixerat quotidianorum exercitiorũ, adeo ſtudioſè agens; ut dum pilum a norma declinare obſeruaſſet; ilicò ſpiritum ſuum exercitaſſe & ſcopaſſe, ut perfectam reduceret ad quadraturam, ipſemet confiteatur: tanta fuit pientiſſimo Regi, inter curas maximas, REGULARUM ſuarum obſeruantia. Acu tetigit rem Rom: Orator, P. Oliva, qui dum ingenium idem Dauidis, Patris Abrahæ infuiſſe obſeruat, quando Iſaac immolaturus, ligna primùm ordinatè diſpoſuiſſe ex Hebræa verſione legitur: ſic ait Strom: in Gen: c. 22. *Planè DEO litat, qui nihil negligit in ſacrificio. Immolaturus filium, nec parvipendit elegantiam in ſtrue. Quis noſtrum, ſi grandius aliquid editurus eſt, parua non deſpicit? Qui dũ excurrit in oppida, nõ videretur ſibi deſipere, ſi vel oculos cohiberet verecundiùs, vel ſi loqueretur ſubmiſſiùs. Quis concionatur, & ſilentii meminit domi? Audeo dicere, facilius reperies, qui immolent Iſaacum, quàm qui Iſaacum mactaturi, ligna in pyra, digerant cum ordine.* Ingenioſa cryſi quoſdam notavit Aſcetas, qui ita ſumma perfectionis attentant, ut modicas REGULAS parvipendant: quod ipſum quanti periculi ſit, ne tota deinde ſenſim labefactata moles virtutis graviori corruat lapſu, declaravit Sapiens. Eccli: 10. ſub ſimilitudine, dum inquit. *In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perſtillabit domus.* Myſticè, ait Cornel: hanc Gnome, veriſſimam eſſe in fabrica ſpiritualis ædificii ſeu perfectionis animæ: parua etenim, ſi temerè negligitur REGULA, & modicus defectus; parit ſucceſſiuè majora & majora, ut tandem homo virtutis, proruat in gratia, ac virtutem, cum vitio commutet. Sed ipſum de hoc audiamus Hieronym: *Domus* (inquit) *noſtra, quæ cum ſtatu homin's erecta eſt, & habitatio, quam habemus in Cœlis, ſi pigri ſumus, & ad bona opera tardiores, humiliabitur: et omnis contignatio, quæ debet culmen portare in ſublime, ad terram corruens, habitatorem ſuum opprimet. Cùmq; auxilium manuum virtutũmq; torpuerit, omnes deſuper tempeſtates, & nimborum ad nos turbo prorumpet.* Proinde idem S. Doctor pericula ruinæ ex ſtillicidio, id eſt ex modicarum Regularum ac obſeruantiarum tranſgreſſione conſiderans ep: 3. ad Heliod: totaliter a neglectu minimorum dehortatur quemlibet hac ſimilitudine. *Sicut Creatorem non in Cœlo tantùm miramur, & terra, & Sole, &c: ſed in minutis quoq; animalibus, formica, culice, muſcis, vermiculis, & huiuſmodi genere, quorum magis ſcimus corpora, quam nomina, eandem in cunctis veneramur ſolertiam: ſic mens Chriſto dedita, æquè in majoribus & minoribus intenta eſt? Sciens etiam pro otioſo verbo reddendam eſſe rationem.* Hinc eſt, quòd idem Sapiens c. 7. dum ædificii huius ſ: perfectionis, in minutiſſimarum REGULARUM obſeruantia & timore DEI, qui initium Sapientiæ, id eſt, ſanctitatis dicitur, fundamenta ſolida poſuiſſet, inquiens: *Qui timet DEUM, nihil negligit,* exinde ſtatim omnem proſperitatem & ſucceſſum ædificanti appromittit, qui novis adauctus viribus & confortatus, auguſtam molem Perfectionis, quaſi in optimorum conſiliariorum ſapientia, fauſtè proſequetur & ſolidabit ſecurior, quantò in paruis cautior & vigilantior. Subdit etenim verbis præcitatis, *Sapientia confortabit ſapientem ſuper decem Principes Civitatis.* Acſi totius Sapientiæ cardo conſiſteret, in attendendo REGULÆ, ne vel in pilo, ab illa deſciſcat quis per negligentiam ac pigritudinem.

Parui defectus, diſponunt ad ruinam.

Hieron:

Minimarum cura promouet ſtructurã perfectionis.

Probatur Figuraliter.

Et ita ſanè ac non aliter in ſtudio perfectionis contingere, nedum adduc-

672.

&a authoritas Scripturæ evincit; sed & quædam Figurales, (ut ab allegoria non nimiùm recedamus) in quorundam capillis elucidant obseruationes: nimirum una in Samsonis robustissimi capillamento, altera in unico crine Sponsæ. Judic: 16. nota habetur Historia, de enerui facto Samsone, dum tonsus turpiter apparuit, non toto quidem spoliatus cæsariei suæ decoramento; sed septeno nonnisi crine. *Rasit septem crines eius, & cœpit abigere eum, & à se repellere: statim enim ab eo recessit &c:* Mirum est, quòd mons ille fortitudinis, ab una forfice, potuerit, eviratus, Philistinorum compedibus irretiri. Quomodo vires, à detonso cranio, a pergrassante per populosam comam & septenos illos diligentiùs inuestigante novacula, interire potuerunt. Anne in tam exiguo septem crinium cumulo virium fortitudo? neutiquam: vires etenim, qualitates organicæ sunt, nec nisi in organis animatis residents, capilli verò ex recremento pullulant, nec animantur, nec corporis componunt portionem, organa ideo non sunt. Quid ergo protuit capillamenti tam exigui avulsio? ut iret Samson in desidem & ignavum. Verum est, fortitudo in pilo physicè non inerat, tamen fortitudo deficit, corruit in Samsone totum ædificium sanctitatis, dum non iam ab uno, sed a septeno aberrat REGULA ipsius vitæ, capillo, recedente ab eo Spiritu Domini, qui interdum arcanorum consiliorum suorum dispositione, etiam exiguis & minutis obseruationibus se alligat. Ceremonia hæc fuit, ordinante DEO, in Nazaræorum cætu, comam nutrire, capillamentum protendere. Qui pilos rasit, cæremoniam pupugit, sic totus periit, cui vel pilus defecit. Hoc ipsum prodidit illemet suæ Amasiæ, dicens: *Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia Nazaræus, id est, consecratus Deo sum ex utero Matris mea: si rasum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea.* Auscultа Abulensem: *Quaritur an Samson haberet vires in capillis?* Et statim. *In capillis Samsonis nullæ vires erant: imò includebat contraditionem, ibi esse vires, cùm vires sint qualitates organicæ, & non possint esse nisi in organis: capilli autem non sunt organa, cùm non sint partes corporis. Sed dicendum, quòd dum Samson habebat capillos, habebat & vires, non tanquam in capillis essent; sed quia habendo capillos obseruabat ceremonias Nazaræorum, & Deus tunc dabat ei vires, & non tollebat concessas.* Hic iam sapite, quotquot ad perfectionis virtutum culmen adnitimini, & qui fortè virtuti vestræ, pro qua tam diu & tam studiosè laborastis, confisi, luctam cum ipso Samsone inire parati, interdum tamen modicas, cætûs, in quo vivitis, negligitis, & quod peiùs esset, spernitis ceremonias. Exigua inquis res est, violare stato tempore silentiû, curiositati, utinã non voluptati, in paruis indulgere, modicùm quid sine licentia non officit paupertati: Caue tibi (deprecor per omnia sacra) iã enim non uno, sed multiplici pilo, a perfectionis aberras Regula & norma: His pilis, his modicis plerumq; gratiam Spiritûs S. & donũ perseuerantiæ alligari noveris: fiet utiq; quòd utinam nunquam fieret, ut si non subitò, quod contigerat in Samsone, sensim nihilominùs auxiliis opportunis Spiritûs S. destituaris, & elumbis contra acerbiores tentationes effectus, cum toto ædificio perfectionis tuæ, quam hactenus curasti, fædè corruas. O quam feliciorem Sponsam obseruavit Illustriss. simulq; & Sanctus, Franciscus Salesius, Episcopus Genebensis, quæ de unius etiam capilli curâ, mira solicitudine laborans, in illo vulnerasse cor Sponsi sui asseritur, ipso fatente Sponso. *Vulnerasti cor meum, Soror mea Sponsa, in uno oculorum tuorum; in uno crine colli tui.* Cant: 4. Hic S. Præsul oculum mentis intendens miratur ac rimatur, utquid tam dissita ac disparata aptentur, aut sibi comparentur? ad usus quippe humanos nullum membrum oculo aptius a natura concessum est, nullumq; præstantius: Vnde eruditus Philo, oculum corporeum, menti rationali comparavit, dicens. *Quod mens in animo est, hoc oculus in corpore.* Nec ullam cuipiam rem, oculo cariorem esse, indubitatum est. E contra, quid crine vilius, qui horrorem homini ac stomachum mouet, si deglutiatur: quid pilo abiectius? cũ res pili, juxta ac nihili, eodem recidant? utrumq; tamen nominatus Præsul in rem nostram exponit. Praxi spirit: c. 35. *In uno* (inquit) *oculorum tuorum, & in uno crine se saucium clamat: ut osten-*

Judic:

Samsonis vires, quomodo in capillis sita.

Ceremoniarum neglectus nocivus religiosis.

Modica transgressiones, cauendæ.

Cant:

Oculus anima, mens.

Salesius.

Paruorũ obseruatione,

plurimùm crescimus in perfectione.

ostenderet, non tantùm sibi grata esse opera magna justorum, sed etiam minima ac infima. Idem planè genius toti perfectioni, qui & humilitati, quòd quantò in minutioribus ac vilioribus fiunt studiosiores; tantò cumulatiùs accrescãt & solidiùs stabiliantur.

Probatur Historicè.

673. Quantùm profecerint in spiritu perfectionis, plurimi strictioris Asceterii cultores, ex modicorum obseruantia, mirari, & pro possibili eosdem imitari expedit: sed omitto ubiq; obvia: singulare aliquid reperio, & stupeo in Imperatorum Aulis, ac inter sæculi delicias quosdam, qui per unius nonnisi REGULÆ, & quidem modicæ, observationem, culmen perfectionis Eremicolarum adæquasse comperiuntur. Vnus pro multis sufficiat Orientis Imperator glorioſus, Theodosius Junior. Refert Raderus in Aula sancta cit: a Pexenf: hist: 104. Asceta fuit in altæ solitudinis silentio, cum austeritate vitæ iam quadragesimum trahens annum: hìc tandem speciali erectus in Deum confidentiâ precatus est, ut sibi dignaretur aperire, quem haberet illi parem in vitæ & virtutum perfectione. Annuit Numen supremum, & talem Theodosium Imperatorem de nomine signat: Cogitabundus senex adit Imperatorem, & dum ab eo omni urbanitate excipitur, familiariq; donatur colloquio, Anachoreta audentiùs de REGULIS vivendi Cæsarem compellat: qui ex conscientiæ dictamine, jejunia, cilicia, orationes, temperantiam ab vxore (quam ex certis occurrentiis à suo removerat consortio) & tandem profusas in pauperes eleemosynas enarrat. Hæc dum audit Anachoreta, nihil sibi observasse videtur singulare, quòd in seipso non videret, si non excederet: vrget ergo Imperatorem, ut ne quid celatum se esse velit, & sciret se, missu Dei adesse: Tunc Imperator aperuit, (quod vtinam esset, omni posteritati memorandum) cùm inquit Ludi Circenses aguntur, equidem ut populo deferam, loco consueto sedeo, ludisq; præsum, & munerarius ex officio præsideo; sed REGULAM hanc teneo, quòd oculos ita contineam, ut in spectaculum nunquam defigam, adeoq; apertis luminibus cæcutiam. Hæc ubi accepit ab Imperatore Asceta, se superatum in tam modicæ rei exercitio, in quo sibi non fidebat, agnoscens, & quantùm modicarum REGULARUM ad amussim obseruantia, in adipiscentiæ perfectionis culmine profit, maturiùs perpendens, recessit ab Aula stupefactus. Quisquis ergo es, qui fabricam perfectionis moliris, a REGULARUM norma, quas tibi vel priuata pietas, vel statûs tui conditio præscripsit, nec pilo recede, & perfecti Architecti mereberis nomen.

Theodosii Imp: oculorum mortificatio, pacem fecit cum Anachoretæ.

PARS II.

SS. DEIPARA, Regula morum perfectissima. 674.

ADmiranda licet, cunctisq; stupenda, Divinæ Sapientiæ in mystici Templi, scl: Ecclesiæ suæ erectione eniteat perfectio; eam tamen, ut ad Architecturæ leges extructa haberetur, sine REGULA fabricari non voluit, ut simili arte atq; praxi, prout olim Salomonici Templi, (quod istius præseferebat Figuram,) utriusq; moles assurgeret. Atq; sicut in illo omnia aptabantur ad normam, nam ut habetur 3, Reg: 6. cuncta plerumq; fiebant *opere quadro ad REGULAM*; sic pariter, ut suæ Ecclesiæ feliciùs succederet ædificium, infallibilem & perfectissimam, morum omnium & actionum, primam post Christum destinavit REGULAM, nimirum Beatissi: Virginem MARIAM: & quidem specialiter, dum præsentaretur illa a suis Parentibus in Templo. Et quoniam peritus Architectus, non primùm applicat operi REGULAM vel amussim, quàm eam, an perfecta habeatur, ad quadratum examinet: hinc ut tantò evidentiùs appareat perfectio REGULÆ nostræ MARIÆ, antequam utilitatem eius demonstrem, eam ad duplex perfectionis Quadratum comparandam, æquo animo duxi.

Reg:

MARIA Regula, & amussis ædificii Ecclesiæ DEI.

Probatur Scripturaliter.

675. Apud Mathematicos Figura quadrata, perfectissima esse dicitur, & ideo Symbolum solet esse perfectionis:

Pier: imò ut Pier: l. hierogl: 39. c. 34. notavit ex Pausania, Arcadibus, Jupiter summus Deorum, Quadrati designabatur Figurâ: nam simulacra ipsius, sicut & aliorum deorum, quadrantalia fieri solita: quod ipsum ducit nos, in cognitionem Entis perfectissimi, scil: ipsius DEI, qui etiam vel ideo Civitatem illam, quam vidit Joannes Apoc: 21. *in quadro positam*, inhabitare noscitur: Hic ipse, prima norma & Quadrum esse voluit, ad quod quælibet creata perfectio per imitationem efformaretur, ipso id denuntiante Salvatore: Matt: 5. *Estote perfecti, sicut & Pater vester cæleſtis perfectus est.* Huc omnis conatus mortalium, gratiæ Cœlestis suffultus auxilio adniti debet, ut omni vi solicitudine studeat, etsi non attingat, imitari Creatoris sui virtutes & perfectiones. Quod olim monuisse visus est S. Ambros: tract: de dignit: homin: c. 3. *Sicut* (inquit) DEUS *Creator, qui hominem ad imaginem & similitudinem suam creauit, est charitas, est bonus, est justus, patiens atq; mitis, mundus & misericors, & cætera virtutum sanctarum insignia, quæ de eo leguntur; ita homo creatus est, ut charitatem haberet, ut bonus esset & justus, ut patiens atq; mitis, mundus & misericors foret, quas virtutes, quantò plùs in se habet, tantò propior est Deo, & majorem sui Conditoris similitudinem gerit.* Huic excellentissimo omnimodæ perfectionis Quadrato, si omnis puræ Creaturæ compa etur adæqueturque quælibet perfectio seu imitatio, o quàtis a prototypo distabit aberrabitq; lineis: infiniti etenim ad finitum nulla proportio. Adsunt præterea in nonnullis, retardatiua gratiæ & conatûs, tum ipsa verubilitas liberi arbitrii, quod non semper, nec æqualiter gratiæ respondet, tum fomes ad malum, ut non assequantur perfectè id ad quod solicitè anhelant, ut ait S. Paulus Rom: 7. *Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago.* Solius hoc Beatiss: Virginis MARIÆ a Theologis asseritur esse Privilegium, quòd illa unica & sola, in tantùm, sicut nulla alia Creatura, ad perfectionis Divinæ culmen appropinquârit, illudq; præceptum DEI de perfectione impleuerit; ut meritò ex omnibus, sola illa, dici debeat REGULA perfectissima: quod multis illi comprobant.

Quadratum, Figura Deorum antiquis.

DEUS, *Quadratum perfectissimũ seu primum.*

Ambr:

DEUS *vult nos niti ad similitudinem perfectionis suæ.*

Profectûs in perfectione, impedimenta nonnulla tanguntur.

MARIA *sola ita, sicut nulla alia Creatura,*

A Et imprimis si perfectionis cardo in sola dilectione vertitur atq; consistit. Rich: a S. Victore l. 2. de Emmanuele c. 28. docet, solam Virginem inter puros homines impleviſſe in hac vita ex omni parte præceptum illud: *Diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, ex tota anima tua.* Luc: 16. Deinde perfectio crescit ex conatu majori & majori, actuumq; non interrupta continuatione, in quo nemo ex puris Creaturis par esse censendus MARIÆ: nam multis suadet, & cum pluribus docet Christ: Vega Th: Mar: n. 956. B. Virginem ab instanti suæ Conceptionis, usq; ad extremum vitæ tempus semper operatã fuisse omni conatu ac vi potentiarum & gratiæ, vocationisq; sibi collatæ. Cui sententiæ ferre videtur suffragium S. Bern: sup: *Missus*, ubi postquam latè per amœnissimum Virginearum laudum campum spatiatus est, sic perorat: *Alioquin, quomodo Angelus in sequentibus, gratiâ plenam pronuntiat, si quidpiam vel parum boni, quod ex gratia non esset, habebat.* Contendit ergo Bernardus, nihil in Virgine viatrice extitisse, quod gratia non esset, imò nihil parùm boni, sed totum magnum. Parvitas enim boni, in unaquaq; operatione B. Virginis indecens, & tantâ Virgine indigna censebatur a Bernardo: Cui consonat minor Bernardus noster Senen: s. 51. c. 3. *Nihil* (ait) *unquam elegit Maria, nisi quod ei Sapientia Divina demonstrabat, tantùmq; semper dilexit eum, quantùm a se diligendum existimavit.* Addit non modicum dictis robur, quoniam non ullâ fomitis, quem extinctum habebat, affectione a bono retardaretur; ideo inæquibili quâdam celeritate actuum & virtutum, ad culmen perfectionis ferri eam oportebat. Et si gloriari licuit Paulo 1. Cor: 15. Gratiam DEI in ipso vacuam non fuisse; Nec dubium est, nullam gratiæ portionem, quâ plena ab Angelo agnita est MARIA, in ipsa otiosam fuisse. Adeoq; Beatissimam Virginem (ut cit: Vega loquitur,) cuiusdam ignitæ naturæ extitisse: ignis autem semper operatur secundùm omnem conatum, dum nullum contrarium obstat. Quibus omnibus præsuppositis ut veris, dum ad Quadratum primum, s. DEUM, Ens perfectissimum, REGULAM nostram

ad perfectionis Divinæ culmen appropinquauit.

MARIA *sola, perfectissimi implevit præceptũ de dilectione.*

MARIA *ab institi primo, toto conatu potentiarũ, operata est.*

Bernar:

Bernar:

Cor:

Vega.

MARIA, *ignea natura.*

MARI-

MARIAM examinamus; eam solam inter creata perfectissimam esse non concludere non possumus. Imo Andr: Lyræus Trisag: l. 2. alludens ad nomen MARIÆ, quòd secundùm aliquos Imitatricem sonat, sic ait: *Quapropter omninò necesse erat, unam aliquam Creaturam reperiri, quæ perfectissimæ Imitationis formam, & ipsa contineret & exemplo doceret: atq; hæc fuit Beatiss: Virgo MARIA: cuius vel solum nomen id loquitur, cum politissima illa Etymologia, nobis Imitatricem DEI repræsentat, quod ipsa nobis fideliter adimplevit, quàm feliciter præstitit. Quamuis enim DEUS in nobis & singulis creaturis reluceat ac cognoscatur; in nulla tamen tam clarè ac tam perfectè conspectus est, quàm in MARIA.* ut rectè S. Aug: dixerit. *Si formam DEI Te appellem, digna es.* Chrysol: Unde & Chrysologus. S. de Ann: *Tanta est Virgo, ut quærtus sit Deus, satis ignoret, qui huius Virginis mentem non stupet, animum non miratur.*

Lyræus. Aug: Chrysol:

A

Probatur Figuraliter.

676. Jam ad Quadrati secundi, (quod nimirum Christus ipse est,) normam, Regula nostra MARIA examinanda venit. Hunc etenim æternus Pater, (cùm ipsummet, utpotè invisibilem, pro his tenebris, in quibus degimus, clarè cõ templari, tantò minùs imitari plenè non valeamus,) misit in carne in mundum, ut nobis esset omnis perfectionis & virtutum Idea, norma & exemplar: ut ait Apostolus. *Apparuit benignitas & humanitas DEI, omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobriè & justè & piè vivamus in hoc sæculo.* ad Tit: 3. Qui tot perfectissima quadrata posuit; quot excellentissima exempla virtutum, quæ imitaremur, reliquit. Et quis ille est? qui tantæ perfectionis Christi culmen adæquet, ut ita Regula, juxta normam Quadrati huius, esse dicatur? MARIÆ tamen id donatum est, ut virtutum Filii sui tam perfectam in se repræsentaret Ideam, quòd qui MARIÆ imitaretur virtutes, ipsum Christum imitari videretur, sub tam exquisita constitutus REGULA. Et hoc nobis pulchrè declarabit Figuraliter, illa a seruo Eliæ visa ex mari ascendens, parua licet, sed multis mysteriis scatens, nubecula. 3. Reg: 18. Longa olim & difficilis sacrarum literarum Interpretes exercuit disceptatio, cur nubecula illa, quam Elisæus servus Eliæ vidit, hominis faciem præsetulisse scribatur? sic enim refert sacra Regum Historia. *In septima autem vice, ecce nubecula parua, quasi vestigium hominis.* Pagninus, *Vestigium viri.* legit. Conveniunt plurimi Patrum, ut S. Albert: M. S. Antonin: Ernestus Prag: Laur: Justin: hanc nubeculã typũ fuisse Mariæ huius varii varias allegando rationes, partim quia licet ascenderet de mari, scl: de vitiosa & amara propagine humana; ipsa tamen leuissima & subtilissima ab omni labe, etiã in conceptione sua apparuit: partim ob grandem pluviam gratiarum, quam Cœlum fudit in Verbi Incarnatione, cuius ipsa prænuntia fuit. Protunc plurimùm placet illa ratio, quam D. Ernest: Marial: c. 15. assignat ex circumstantia vestigii hominis seu viri, quod cernebatur in nubecula, demonstrans Beatiss Virginem, adeo exquisitissimam fuisse in virtutum Filii sui imitatione; ut viva imago & vestigium illius videretur. *MARIA* (inquit) *nubecula parua, quasi vestigium hominis, quia sicut cera mollis retinet vestigium sigilli; ita retinuit MARIA, formam filii.* In quem sensum collimat Joann: Jerosol: de instit: monach: c. 53. dum ait: *Ecce nubecula parua, quasi vestigium hominis ascendit in Carmelum: quia MARIA, in hoc suo spirituali ascensu, non faminam quam imitaretur, sed hominem divinum habuit exemplum.* Imò hunc sensum Andr: Lyræus Trisag: loc: cit: fæneratur, lumenq; haurit, ex ipsa, quam supra tetigit, nominis MARIÆ etymologia dum asserit: Ideo Imitatricem ex nomine interpretari, quia (inquit) ita in Christum, quem genuerat, immigrauerat, & tam perfectè eius virtutes imitabatur; ut distingui ab illo posse non videretur. Quemadmodum enim ab homine condito, nemo meliùs perfectiusq; Incarnationis mysterium penetravit, quàm MARIA; ita & in ipso vitæ illius genere, (quantùm sexus patiebatur,) etiã in virtutum heroicarum exercitiis simillima Christo apparebat. Opportune hîc currit sententia S. Bernard: Sen: tom: 5. serm: de Ass: *MARIA, Imitatrix plena Christi Filii sui, quem non tantùm gressibus pedum; sed etiam pro reverentia, secuta est affectu pietatis, fidei, religionis, & amore ardentissimæ*

Titum. MARIA, Idea perfectissima virtutum Filii sui. Reg: Albert: Anton: Ernest: Justin: Jerosol: MARIA, nubecula, cum vestigio viri visa a Prophetа. MARIA, simillima Christo in virtutibus heroicis, ut vix distinguerentur.

B C D

dentissimæ charitatis, ut nunquam ab eius fide, & dilectione auelli potuerit, quem de Spiritu S. Angelo nuntiante, concepisse se no-
Senen: *vit.* Compleat sententiam Senen: alius, nimirum Rudolp: Ardeus hom: 1. de Ass: *MARIA Imitatrix Domini in mun-*
Rudolp: *ditia, humilitate, mansuetudine, simplicitate, sanctitate, cæterisq; virtutibus, præ cunctis, qui ab initio usq; ad finem fuerunt, vel futuri sunt.* Accedebat incredibilis & continuus quidam MARIÆ in Filium amor, quo præ cæteris accensa, totis animi viribus in illum rapiebatur, qui certè amor, optimus huius imitationis imò transformationis in protypum, artifex est, cùm non similes tantùm efficere; sed & in unum quodammodo duo cogere, eius proprium sit. Quapropter, si gentium Apostolus dicere poterat. Gal: 2. *Vivo ego, iam non ego, vivit verò in me Christus*; quid Virginem hanc dicere potuisse arbitramur? in qua character ipse divinus, novem mensibus, eâdem cum ipsa vitâ vixerat: nimirum, sicut in JESU vivebat MARIA, quæ vitam ei dederat naturalem; ita in MARIA JESUS, à quo ipsa vitam gratiæ, & divinæ cuiusdam sanctitatis radios, ac similitudinem participârat. Atq; sic, iam alteri coaptata Quadrato, id est CHRISTO, REGULA nostra MARIA, exactissima esse demonstratur.

Amor, transformativus unius in alium.

Galat:

Probatur Doctoraliter.

677. Itaque sic ad perfectissimas normas, examinatâ REGULA nostrâ MARIA, iam ad praxim Imitationis cum illa descendendum est, ut sic, dum sub Regula imitationis virtutum ipsius, actiones nostras instruimus, spiritualis vitæ nostræ ædificium feliciùs in sublime assurgat. Præbuit quidem MARIA in totius innocentissimæ vitæ decursu, stupenda perfectionis exempla exactissima; singularia tamen aliqua, dum præsentaretur in Templo, & dum commoraretur ibidem deinceps, notarunt in illa SS. Patres, quando ipsam cuncto illi sacrarum Virginum cætui, qui in Templo sacrosanctè custodiebatur, & alebatur apud Judæos, morum, vitæ, & actionum sese REGULAM exhibuisse perhibent. Et ita S. Bonav: l. medit: vitæ Christi c. 3. contemplatus virgunculam trimulam sine Magisterio, Virginum Magistram existere,

MARIÆ Præsentata, virtutum specimina.

Bonav:

A ita gratiâ plenam fuisse asseruit. *Vt* (inquit) *cognosceretur in ea* DEUS, *semper in oratione & scrutatione legis permanere & fuisse solicitam circa socias suas, ne aliqua ex illis in ullo sermone peccaret, ne aliqua in risu vocem suam exaltaret, ne aliqua injurias aut superbiam contra parem suam exerceret.* Canisius l. 1. c. 13. memorat Canis: aliquas S. Hieronymi de hoc periodos, dicens. *Habes a quibus MARIA abstinuerit primis annis, & officia eius cognoscis, quorum observatio in aliam ullam, sicut in Mariam Virgunculam, propriè competit: Nulla enim unquam tam benè & præclarè instituta Virgo fuit, tantosq; sub Ma-*
B *gistris & nutricibus, in omni virtute progressus fecit. Hæc sola pleno jure, id sibi vendicat: quod in eius persona testatur Ecclesia: Cùm essem parvula, placui Altissimo.* Unde est, quod D. Hieron: sacram illam ad Bethleemicum præsepe Congregationem, cui Læta præerat, non aliter instituere voluit, nisi ad hanc perfectionis Regulam, præsentatam in Templo MARIAM: verba eius perpendamus scribentis ad Lætam ep: 7. *Nihil aliud* (Virgo) *discat audire, nihil* Hieron: *loqui, nisi quod ad timorem Dei pertinet, turpia verba non intelligat, cantica mundi ignoret, surda sit ad organa, nunquam iu-*
C *venculos videat, nec egrediatur cum Dina, discat & vinum non bibere. Placeat ei comes, non compta atq; lasciua; sed grauis, pallens, subtristis: ad orationes & psalmos, nocte consurgat. Orationi lectio, lectioni succedat oratio. Discat lanam facere, tenere colum, rotare fusum: sic comedat ut semper esuriat, ut statim post cibum possit legere & psallere. Librorum illorum tractatibus delectetur, in quibus pietas non vacillet. In cubiculo suo, totas delicias habeat.* Tandem tam operosi negotii REGULAM subministrans, non aliam nisi B. Vir-
D ginem subinnuit: *Æmuletur eam, de qua dicitur. Psal: 44. Omnis gloria eius filiæ Regis ab intùs. Illam videat, illam primis miretur in annis, cuius & sermo, & incessus & habitus, doctrina virtutum est.* Quid clarius, pro Thesis nostræ verificatione?

Probatur Miraculosè.

678. Cui ut maius accrescat robur, nonnulla etiam accessêre miracula aut supernaturales apparitiones. Primum cõtigit in S. Heduige, Ducissa Poloniæ, quæ vivens, pro REGULA vitæ & archetypo

chetypo virtutum, quem ad imitandum sibi proposuerat, assumpsit, integerrimam vitam Beatiss: Virginis, quam ut continuò & ubique inspiceret præsentem, ad eiusq; imitandas præclaras virtutes incitaretur, auream Imaginem seu simulacrum, incessanter manibus, dum viveret, portabat. Vnde & in morte, tam fortiter eandem retinuit; ut nullâ vi eripi potuerit: imò etiam tres digiti eius, quibus eam tenebat, post viginti quinque annos incorrupti manserunt. D. quoq;

Greg: Greg: c. 17 l. 4. Dialog: refert: Quòd Virgo quædam Romana, cui Musæ nomen, singulari pietate in Deiparam insignis, morumq; eius ac virtutum imitatione, adeo euasit commendabilis; ut tersum virtutum dixisses speculum, aut elegantissimum, ad morum MARIÆ compagem, perfectionis ædificium; nisi illud una quædam labecula, quâ a REGULA sua deuiabat, vitiasset, paulò enim solutior habebatur in risus & jocos puellares: Sed non diu Cœlestis Architecta MARIA passa est hanc modicam deviationem, ne sensim tandem sequeretur major ruina festinavit proinde cum REGULA, ut cuncta reduceret ad orbitam. Fortè quiescenti de nocte, Regina Cœli, splendido virginum agmine comitata, se ei obtulit conspiciendam omnibus in vultu nitor Solis, in veste candor nivis. Exarsit continuò puella, & virginibus illis admisceri desideravit: Cui Mater DEI, seueriori vultu. *Si mecum* (ait,) *& hoc meo cum gynæceo in astris cupis vivere, mitte risus, jocos, ludos, & quidquid puellaris levitatis est: ad Agni Cœlestis nuptias non admittitur, nisi candidata & synthesi ornata, minima quoq; macula expers: sic efficiam, ut diem intra trigesimum voto potiaris.* Post illam reprehensionem, ita mutata est Musa; ut ob modestiam & gravitatem omnibus domesticis admirationi esset: novi proinde moris causam interrogata, species nocturno viso objectas indicavit. Quinto exinde ac vicesimo die febri corripitur: trigesimo Deipara Musam evocante, gestiens illa verba iterat: *Ecce Domina, venio:* & cum hac voce, hinc ad choros illos abiit, in quibus novo Virginum cantico, cœlestis Sponsi ac Sponsæ laudes celebrantur Hinc vide, quàm salubre sit, imitandam sic proponere sibi MARIAM, & si quid in virtutum structura pro fragilitate nostra aberrare contingat; iterum ad normam & Regulam morum ipsius, devium restaurare. Vt meritò dicendum cum D. Ambros: de Virg: l. 2. Ambro: *Talis fuit MARIA, ut eius unius vita omnium disciplina sit. Si igitur Author non displicet, opus probemus.*

Probatur Historicè.

Memorandum quid refert Lobetticus de Gloria Patriarch: in Festo S. Augustini, de S. Furseo Brendino Regis cognato. Filium & filiam eripuerat mors immatura, & dum sepulchro locus quæritur, ad S. Fursei cellulam depositа sunt cadavera, quæ ut vidit vir Sanctus, miseratione commotus, ad DEUM supplex accedit, ut vitam redonaret animamq; exanimatis corpusculis: mirum dictu, visuque! eos & sibi reddidit & vitæ: tum ex iis quæsivit, ecquod deinde eorum votum? illi, ut in Patriam redire liceret, ad parentes & notos: At mare trajiciendū erat: nec navis, nec habebatur nauclerus. Quid ergo consilii? REGULAM scriptoris fortè manu tenebat vir Dei, quam illicò abjecit in mare, jussitq; in nomine eius, (qui & ambulavit super aquas, & Petrum quoq; ambulare præcepit,) irent & ipsi, & REGULAM illam sequerentur: nec mora, parent illi, præviâq; REGULA, sicco vestigio calcant maria, & patriam repetunt, intrantq; incolumes optatum diu portum, non sine miraculo & astantium stupore. Numquid aliud de REGULA nostra MARIA prædicavit Mellеum Bernardi os, dum dixit: *Ipsam scil: MARIAM, sequens non devias, Ipsam rogans, non desperas, Ipsam cogitans, non erras, Ipsâ tenente non corruis, Ipsâ protegente non fatigaris, Ipsâ propitiâ, peruenis. O quisquis te intelligis in huius sæculi profluvio magis inter procellas & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare; Ne auertas oculos a fulgore huius syderis, si non vis obrui procellis. Respice Stellam, voca MARIAM.* Bernar:

679.

Regula Scriptoria S. Fursei quosdam ducit innocuos per mare.

Epilogus.

IMitata est igitur DEUM & Filium suum Virgo, & similis facta Filio Mater, atq; sic universalis REGULÆ gloriam consecuta est. Præivit nobis omnibus MARIA, ut ait Maur: a Vill:

680.

MARIA, Regula omnium viventiũ.

§. 9. Coronæ facta. *Regula omnium viventium*, omnium ergo est, quotquot perfectionis cogitant elegantem erigere fabricam, & cuncta huius Regulæ componere ad normam, ac pro viribus eandem sequi. Multa in Virgine tantùm sunt admiranda, cæterùm prætesea etiam imitanda reperiuntur. Si summa attingere non licet; satis fuerit ad suæ vitæ fabricam, vel infimos ac postremos virtutum adlambere gradus: & quibus illa terram tangit, nobis sublime habebitur. Hæc saltim unica cura nostra sit, minima & exigua obseruare ac colligere virtutum MARIÆ exempla, eaq; imitari: & ita opus, ad ædificium perfectionis, quod cogitamus & cui studes, mirè quam prosperabitur, Architectrice Cœlesti, in Regula A sua, magistrante. Meritò hic vsurpanda veniunt verba illa Apostoli ad Gal: Gal: 6. *Et quicunq; hanc REGULAM secuti fuerint, pax super eos, & super Israel:* nam qui MARIANÆ vitæ pro posse suo imitantur virtutum exempla, iisdem singularis affulget spes pacis & felicitatis æternæ: & qui ita colunt MARIAM, ut eam imitari conentur, eo ipso jus quoddam acquirunt, ut ad Regulam gloriæ MARIANÆ, suum quoq; in Patria coaptetur præmium, adeo, ut quantò studiosiores sunt in imitando MARIAM; tantò deinde similiores ei appareant in gloria, idq; B justâ DEI distribuentis moderatione. Cui honor & laus in æternum. AMEN.

RIVVLVS ex parvo crescens.

SS. DEIPARA.

Pro Purificatione B. V. Mariæ.

Et ecce homo erat in Hierusalem. Luc: 2.

681. NOtate verba, signate mysteria, ad peculiarem Divi Evangelistæ attendite stylum, & singularem ipsius obseruate solertiam. A. A. Vix etenim aliquibus verbis, miram MARIÆ, ad implendam Purificationis legem in Templum venientis exprimere cœpit humilitatem, & de exiguitate oblationis fiendæ, ambiguè insinuavit. *Et ut darent hostiam, secundum legem, par turturum, aut duos pullos columbarum*, ilicò rapitur, stylumque suum convertit aliò, nimirum ad enarranda magnalia Spiritûs S & ad stupendas gratiarum eius effluxiones in senem & Prophetissam Annam. Mysterium verò Purificationis MARIÆ laconicè nonnisi tangens, quasi silentio & oblivione involuere videtur. Si MARIA sistitur in Templo, ut hostiam det, turtures aut pullos columbarum, cur cætera taceri videntur? sed potiùs rapitur Evangelista protinùs ad Simeonem. *Ecce homo erat in Hierusalem.* Si mysteria licet aut arcana conjecturare, Divino id consilio factum videtur, ad MARIANÆ nimirum humilitatis majorem sublimationem: ut quantò magis, peccatricis specie in sui Purificatione, assumptâ, se ad ima demisit; tantò sublimiùs extolleretur, & ideo nobilissimos, sacer Evangelistæ calamus induxit oratores, inter quos primum scl. ipsum Spiritum S. cuius dictionibus occupavit Evangelium. Vide enim quoties Spiritus S. ponitur in eo. *Et responsum accepit a Spiritu S. Et venit in Spiritu ad Templum.* Qui demum Spiritus, aliorũ ora, nimirum Simeonis & Annæ in laudes Pueri & Matris, facundavit & laxavit. Admirandus ille in MARIA, gratiarum ac prærogatiuarum supra omnem creaturam torrens, tantâ Dignitatis suæ hodie demissione, in parvum se coarctabat RIVULUM; ut humilis appareret: sed eo ipso, ex parvo fonte

MARIÆ humilitas in Purificatione.

MARIA, Rivulus ex parvo, in fonte crescens.

vo fonte in maximum prorumpebat fluvium: cui proinde opportunissimè accommodandus venit ex sensu S. Augustini RIVULVS ille, seu exigvus fons crescens in fluvium magnum, visus olim in somnis a Mardochæo, Esth: *Esther:* 10. qui significabat Estherem, in Esthera verò, Beatiss: Virginem. In *Esther, typus B. V. M.* quo fonte, cùm egregius Typus appareat MARIANÆ humilitatis, & hodierni mysterii prodat se excellentia; eandem vlteriori discursu prosequi intendo: ut audiat MARIA, RIVVLVM se esse, ex parvo, in magnum crescentem fluvium: Priùs tamen demonstrabo, veram virtutis sublimitatem crescere ex parvo: sc: ex humilitatis provenire RIVVLO. Nunc salutemus MARIAM.

O stupenda magnitudo!
Parvo manans RIVULO.
Ex humili, Celsitudo,
Fave tuo servulo.

PARS. I.

Crescit Dignitas virtutis ex humilitate.

682. ARcanam quandam, ad capessendas lucrandasq; bonorum celsitudines, humilitati inesse vim quotidianâ discimus experientiâ, ut etiam illis, (quibus pro adipiscenda Dignitate, nec meritorum ratio, nec pretiosorum munerum missitatio, suppetere potest,) quandoq; ementitæ humilitatis species, efficaciter suffragetur, contingatq; eum, qui iuxta Ezech: 29. *Nequiter humiliat se*, ad culmen citiùs præ cæteris sublimari. Sic facticasse quendam (quod notavit Berlink in apoph: tit: Ambitio) in cænobio virum, qui singularem animi demissionem & profundam humilitatem, capite inclinato, demissis ad terram oculis, totiusq; corporis habitu præseferre videbatur: at in demortui Abbatis dignitatem communi calculo adlectus, animo ac vultu factus elatior, extenso collo obambulabat: miranti autem cuidam subitam morum mutationem, respondit: priùs se demisso vultu, oculisq; demissis processisse, quòd cænobii claues quæreret, quas cùm iam reperisset, quid mirum, quòd oculos, ceruicemq; erigat. Sed apagè hinc, pernicioſus iste Ambitionis fucus, & improba nequitia! veræ humilitatis genius est alius: culmina non respicit, imò fugit, despicabilis apparere vult, non humilis, quo tamen fit, ut dum se in parvum coarctat & coangustiat RIVULUM, vel invitus, quodam insensibili gratiarum incremento auctus, in ingentem excrescat, veluti in fluvium, magnus coram Deo & plerumq; etiam coram hominibus factus.

ante Abbatiam adeptam humilitatem præseferebat, postea superbus.

Probatur Scripturaliter.

Primus ex veteris Paginæ locis cæteris opportunior occurrit ille Proverb: 29. *Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu, sequitur gloria.* In quæ verba, pulchram paraphrasim adstruit Cor: a lap: dum ait. *Vna humilitas, multos parit honores, honoratur enim a DEO, ab Angelis, ab omnibus hominibus, idq; non uno, sed multiplici honore, tam temporali, tum æterno.* Cui accedit ex novo Testamento, gnomen illud singulare, ore ipsius Salvatoris editum. *Qui se humiliat, exaltabitur.* Imò ipsa sibi humilitas, & honor, & dignitas, & titulus est: Unde Balduinus ap: Tilmanum, illum Eccli: 3. illuminans locum: *Quantò magnus es, humilia te in omnibus:* Sic loquitur, & quidem ad hominem: *Secundùm magnitudinem dignitatis tuæ, æqua sit mensura humilitatis. Humilitas in honore, honor est ipsius honoris, & dignitas dignitatis. Omnis dignitas ipso nomine dignitatis indigna est, si humilia dedignetur. Humilitas autem sine honore, ipsa sibi sufficit ad honorem. Honor verò sine humilitate, sese perducit ad confusionem. Si egregius es, esto tamen de grege.* O generosum humilitatis decus! quæ quantò magis intra seipsam te coangustias; tantò in immensum teipsâ crescis, tam felici dignitatum augmento; ut etiam ad summum fastigium titulorum, nimirum filiorum DEI pertingas. Quid tibi! sit licet curta suppellex & tenue penu, ac vix aliquis aut nullus tibi suppetat census, tam titulorum quàm rerum, magisq; despicabilis inter cæteros videaris, si pro titulo Filii Dei Bullas & Privilegia tenes, quæ sunt humilitas, summũ iã excellentissimarum Dignitatum culmen attigisti. *Ipse enim* (inquit Apostolus Rom: 8.) *Spiritus reddit testimonium Spiritui nostro, quòd sumus Filii Dei*

683. Prov: *Humilitas triplici celebratur honore.*

Eccli: *Humilitatis ad mensurã, crescit magnitudo honoris.*

Rom:

Ezech: *Humilitas ficta quãdoq; fieri viam ad dignitates.*

Responsũ cuiusdam Sophã ti, qui

Filii DEI. Quæ perpendens verba D. Greg: l. 1. Dialog: per hoc teſtimonium intelligit humilitatem, cæteris ſociatam virtutibus: cui conſentit & S. Cæſar: Cæſar: Arel: hom: 18. dum ſic ait: *Quemcunq; ſuperbum videris, filium diaboli eſſe non dubites. Quemcunq; humilem conſpexeris, Dei eſſe filium confidenter credere debes.* Sed hic non modica ſuboritur doctioribus difficultas. Si etenim iuxta Philoſophos, ad rationem filii prærequiritur, *Generatio viventis à viv nte in ſimilitudinem naturæ:* cùm verò cæterarũ virtutum quas exercemus, utpote caſtitatis, miſericordiæ, benignitatis, iuſtitiæ & ſimilium, appareat ſimilitudo in DEO, humilitatis verò in ipſo nullum cernatur veſtigium, nam iuxa Corn: a lap: in Eccli: c. 11. n. 4. *In Deo ſunt omnes virtutes, exceptâ humilitate*; In quo nam igitur, humilis emicabit ſimilitudo ad Deum, ut filius DEI dici poſſit? ſed ex eodem facilè ſolvitur difficultas, ad majorem humilitatis exaltationem. Hanc etenim, quia ex natura ſua, utpotè infinitæ Majeſtatis & dignitatis, habere Deus non poterat virtutẽ; omnẽ ideo induſtriam expendit, ut ſaltim hypoſtaticè vnitus homini, operoſiùs, atq, ſic glorioſiùs eam acquireret. (*Vide* (inquit cit: Author) *quanti DEUS faciat humilitatem, qui pro ea faſces & faſtigium Deitatis ad calces humanitatis noſtræ, infinito deſcenſu declinavit.* Ad huius ergo virtutis Dei incarnati dum homo ſe per actus humilitatis efformat ſtudiosè; ſimilitudinem, nobilem titulum & typum Filii DEI præſeferre cenſendus eſt. Ambitioſus profectò humilitatis titulus eſt, ſiquidem & ipſe naturalis Filius DEI, VERBUM ipſum, eum exambiſſe videtur: quòd Joannes, ex piſcatore derepentè Theologus, divina altiùs cæteris ſcrutans, expreſſit, dum deſcenſum VERBI è ſummo faſtigio ad infimiſſima, ſic deſcripſit. *Et VERBUM caro factum eſt.* Joan: 1. Arabicus legit: *Et VERBUM, corpus factum eſt.* Caro ergo hìc, eſt corpus humanum, indeq; homo, per ſynegdochen Hebræis familiarem, totum ſignificat hominem. Quaſi dicat: *VERBUM DEI* factum eſt *caro*, id eſt, factum eſt homo. Simili modo potuit dixiſſe: VERBUM factum eſt anima, id eſt homo animatus & vivus, (ut doctè advertit Cornelius.) maluit autem dicere, *Caro* potius quàm *anima*, ut explicatiùs oſtenderet, quantum ſumma DEI benignitas & celſior Majeſtas, propter nos ſe exaniverit, dum illud, quod vilius eſt in homine, qualis eſt corruptibilis caro, in ſui Incarnatione nominari voluit, atq; ut ſimul pateret, ſublimitatem VERBI, excreviſſe humilitate. Quod acutè tetigit S. Cyrill: Alex: l. de fide. dum ita ſcribit. *Illud VERBUM, quod inexplicabili modo ſupra omnem humanæ mentis captum exiit, ex Deo Patre in humanam naturam deſcendens, ex muliere quoq; naſci dignatum eſt, non quòd in ea exinanitione perſeueret* (nota altè ſequentia) *ſed ut DEUM ſe oſtendat, atq; in noſtra naturæ forma in terris appareat.* Si ergo ipſe Deus parvis & humilibus creſcere in gloria ſua ad extra voluit, & ab eis novos titulos Dignitatis ſuæ vendicare; quis perneget Humilitatem, RIVULUM eſſe emanationis, cuiuſuè virtuoſæ ſublimitatis, imo & exterioris gloriæ.

Greg: Cæſar: Cornel: a lap: Cyrill: Alex: Cant: Greg: Rupert:

Humilitas, character filii DEI, ſuperbia filii diaboli. *Humilitas ſimpliciter loquendo, non reperitur in Deo, ut Deus eſt.* *Humilitatem ut acquireret Deus, homo fieri voluit.* *Deus, per aſſumptã carnem, in ſua gloria crevit.* *Anima iuſtæ ſymbolum, Salomonis ferculum.*

Probatur Figuraliter.

Emicat, & quidem non ſubobſcurè, parvullimi huius RIVULI, humilitatis ſcl: privilegium, ex illius Ferculi Salomonici ſtructura & ornatu, de quo Cant: 3. *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de Lignis Libani, columnas eius fecit argenteas: reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum.* Ex ſenſu S. Greg: Rupert: ap: Sylu: Alleg: nobilis hæc Ferculi fabrica figurabat animam cujuſlibet virtuoſi ſeu viri juſti: & rectè, multa etenim, quæ in eius Ferculi conſtructione intervenêre, plurimùm quadrant ad hoc ſignificatum. Ferculum illud pro ſingulari, Potentiſſimi ac Sapientiſſimi Regis, habebatur ſedili: quod idem dicitur de homine iuſtitiam ſectante: *Anima juſti, ſedes Dei.* Lignum de Cedris incorruptibilibus Libani, bene denotat intemeratam caſtitatis integritatem, tam quò ad corpus, quàm quò ad animam. Columnæ argenteæ, typum gerant conſtantiæ, magnanimitatis, patientiæ, ſimulq; aliarum virtutum. Ipſius reclinatorii ſeu ſedilis aurum, ſymbolum ex communi ſenſu eſt utriuſq; charitatis, DEI nimirum & proximi. Jam ſtemus in gradibus, quibus ad ferculum aſcendebatur, qui purpurâ tegebantur. *Aſcenſus eius*

684

Gilbert: Nissen: *sus eius purpureus,* his (docente Gilberto & Did: Nisseno,) actus humilitatis denotabantur: per ipsos etenim ascendit anima justi ad perfectam in virtute sublimationem, ut quantò quis frequentiùs teritur pedibus alienis vel etiam propriæ æstimationis, non humilem sed vilem & dignum se omnium despectione judicans; tantò facilius ad perfectum meritorum, & virtutum fastigium pertingat coram DEO: atq; sic *anima* justi fiat *sedes DEI.* Sed cur nobile illud Libani Lignum Purpurâ contegitur in gradibus? cùm omninò intectum cerneretur in aliis partibus illius ferculi: & cur Purpura, quæ Majestatis Regiæ sacris & profanis authoribus, symbolum est, quæ Reges vestit, & eminentissimis verticibus in ornamentum deservit, pedibus omnium qui ascenderent, calcanda proterendaq; exponitur? Egregiè ad hæc respondet primùm Gilbert: cit: *Quia humilitas suscepta pro Christo, regiam præfert dignitatem:* innuere volens, meritò ascensum, qui pro scabello pedum est, regia vestiebat purpura, quam Principes capite ad ornamentum & insigne dignitatis gestitant, ut tali schemate significaretur, eum qui se pedibus omnium submittit, qui calcatur, proteritur ab omnibus, idq; ille suaviter tolerat, purpuram esse, aut certè dignum, qui purpuram, ipse Rex, sive Princeps, induat. Humilitas suscepta pro Christo *Regiam præfert dignitatem:* Super quo consentit & Did: Niss: *Dom:* 16. *Pent: Per:* 5. His Doctorum tam ingeniosis interpretationibus, pauca adjicere audet exiguitas nostra. Vestiebantur fortè illi ascensus, qui gradus denotabant humilitatis, ideo purpurâ, aut ut innuerent, quòd & purpuræ, sit sua societas cum humilitate, neq; illam Purpuratos dedecere: aut, quòd mirum in hac virtute lateat artificium, nimirum, quòd interdũ humilitas nedum ascensum præbeat, ad summum perfectionis culmen, & meritorum coram DEO fastigium pertigendum, sed præterea, quod exterioris gloriæ coram hominibus, etiam invitis ac renunciantibus, superinduat Purpuram: per quod Altissimus meritum humilitatis etiam exteriùs complere voluit, ut sublimitatis externæ speciositate, ambitiosos lentè dispone-

Humilitas ascensus purpureus ad thronum, quâ de causa?

Humilitas Regiam præfert dignitatẽ.

Humilitas, quãdoq; ad Purpuræ Dignitatẽ, via

A ret & efficaciùs alliceret, ad veræ humilitatis sectandam virtutem. Cuius utriusq; asserti ut confirmem veritatem, quædam pro alterutro subinnuã exemplа.

est: aut eius socia.

Probatur Historicè.

Plinius Junior in Paneg: Trajani docet, humilitatem etiam summis honoribus, apprimè sociari: imò, ubi iam ad summum Dignitatum veniretur fastigium, sola humilitas & demissio animi, crescendi campum aperit, ut is per eam cunctis reddatur honoratior. Hac etenim supra Purpuram excrevit B Rex Israel, dum purpuram suam usq; ad pulverem humiliasset. Ps. 43. *Humiliata est in pulvere anima mea.* Non alio S. Rex Ludovicus Regiam adauxit sibi celsitudinem, dum humilitatis Mariæ strenuus imitator, quolibet Sabbato ad lavandos pauperum pedes Coronatum demitteret caput. Et Carolus V. orbis infidelium terror, victrices suas huius solius virtutis exemplis cumulavit laurus, dum servis etiam suis, in ministrando quandoq; lumine, suam demitteret Maiestatem. Hæc vulgaria censeo, dum ipsum Filium Dei, cuius gloriæ, quàm habet in Cœlis, C nulla par cogitanda celsitudo, etiam nunc Humilitatis ambire incrementa invenio. Refert Engelg. Lux Dom: 10. Pent: ex Nieremb: de Bienuenida ab Austria Virgine Sanctissima, quæ miro ardebat desiderio videndi Christum, ea planè formâ, quâ fuerat in terris triennis. Audiit vota pia, benignus DEUS: nam cùm aliquando in templo esset, ecce ibi puellum videt elegantissimum, cuius mox amore capta, blandissimè eum invitat, secum ut recitet Salutationem Angelicam, obsequitur Divinus pusio, & Virgine sibi verba præeunte, perquàm religiosè D *Aue* dicit Matri suæ MARIÆ. Verùm illis verbis, *benedicta tu in mulieribus,* prolatis commodè cum sua Magistra, ad sequentem clausulam, *& benedictus fructus vẽtris tui,* (quia sibi id honorificũ,) conticuit. Adeo se humilitatis peramantem demonstrans; ut qui Gloriâ amplior esse non possit; solius adhuc humilitatis incrementa quodammodo deposcere videatur. Hinc statim & aliud punctum, quòd videlicet Humilitas quandoq; etiam miraculosè, exter-

Humilitas in honore, honorationem reddit.

Ludovicus R. Sabbathis Lavat pauperum pedes.

Caroli V. Imp: humilitas.

Christus etiam nunc exambit exercitia humilitatis.

Christus Pusio, apparens cuidam, cum ea recitat salutationem Angelicam.

nis accumuletur honoribus, eluxit: idq; ipsum etiam in S. Hilario Pictavienſi Epiſcopo, qui a Liberio Papa ad Concilium evocatus, id unum ſpectavit, quæſivitq; impenſiùs, ut in ſacro illo conſeſſu cederet omnibus, effetq; in poſtremis, effecitq; ut ſtaret quaſi incognitus, conſidentibus cæteris, ſed Divina Providentia, diu eum ſic ſtare paſſa non eſt: mox enim, quæ vicinior erat terra, cui inſidere iam parabat, illicò viſa eſt intumeſcere, attolliq; ac formari in modum ſuggeſtûs, in quo, ceu in ſublimiſſimo humilitatis gradu, ſupra omnes eminebat S. Præſul: quem eo prodigio DEUS ab imo ad ſumma evexit, & omnibus venerationi & amori eum eſſe voluit, ac ei data eſt gloria coram ſimul diſcumbentibus Itaq; quiſquis deſideras incrementa virtutum & meritorum, et ſi Deo placitum, etiam honorum, ex parvo creſcendum tibi eſſe RIVULO, nimirum ex Humilitate, ritè noveris.

S. Hilarius latere humilis in Cõcilio voluit, ſed cum terra altiùs elevatur.

PARS II.

SS. DEIPARA, Rivulus ex parvo creſcens.

686

QVàm periculoſum ſit, imo ruinæ proximè imminentis, vix non infallibile præſagium, ſtatim in origine, nulla parvitatis ſuæ deguſtaſſe iura,, ſed illicò & præmaturè ſtatim magnum naſci, iamq; ab incunabulis quaſi cum infantia, numerare ſuas celſitudines: Et per oppoſitum, exiguitatis ſuæ ſtatim in ortu conſiderare initia, nimirum ad parvum Humilitatis ſuæ identidem proſpectare RIVULUM, quàm ſalubre ſit & ſalutiferum, & proſperum, excreſcendi in immenſum perfectionis ac virtutum omen, vtriuſq; ſchema dilucidè ſpectavit Orbis & ſpectat in triſti lapſu Protoparentum, & in celſitudine gratiarum MARIÆ: Quod ipſum notavit M. Auguſtin: ſup: *Magnificât*, ubi ita ſuper illa verba *Reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ:* philoſophatur. *Bene ergo MARIA, ſolam in Humilitatem reſpexiſſe teſtatur, quia Divinitatis propitiationem, quam humana natura in primis parentibus per ſuperbiã perdidit, in MARIA per humilitatem recuperavit.* Sed iam altiùs perpendamus huius Parvuli RIVULI, Humilitatis nimirum MARIÆ, n immenſum gratiarum ex modico exundationes, & quibus de fontibus creverit tãta magnitudo: ſeu potiùs cauſã & motiva humilitatis MARIANÆ diligentiùs indagemus.

Naſci magnum, frequenter periculoſum.

Auguſt:

MARIA crevit humilitate, Eua decrevit ſuperbiã.

Probatur Scripturaliter.

687.

Non multùm adeo laborantibus in Scripturis, ipſa hodierni Myſterii ratio, & Evangelii, quod legitur in Purificatione MARIÆ, textus, Humilitatis RIVULUM, ſeu actum, quem exhibuit Virgo innocua in adimpletione Moyſaicæ legis, (quæ pro Solis peccatricibus liquidò loquebatur,) ex fonte non alio, niſi ab ipſo Chriſto, qui fons vitæ dicitur, ſua incrementa deſumpſiſſe, expreſſè atteſtatur: ſiſtendo ſe nimirum in Templo, principaliter quidem, ut ſiſteret Filium ſuum coram Domino, deinde ut legem purificationis adimpleret in ſeipſa. *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius, ſecundùm legem Moyſi, tulerunt illum* (JESUM) *in Ieruſalem, ut ſiſterent eum Domino.* Luc: 2. Ad tantam demiſſionem Majeſtatis Divini Puſionis ſtupeſcens Bernard: ſ. 3. de Purif: exclamat: dicens. *Fons puritatis, quaſi ad purificationem delictorum venit: o miracula! o prodigia! o myſteria!* Et rectè, non novum eſt etiam Regibus & Principibus viliter naſci, aut in Syluis: quibus quandoq; ſylueſtre brutum nutricem egit, ut de Remulo ac Remo, atq; Cyro Rege Perſarum compertum eſt: quibus aliquid commune habuit Filius Dei natus in ſpelæo beſtiarum, & ibi ex Matris effuſus viſceribus, ſolâ tantùm felicitatus fuit in nutrice Virgine Matre, deſpicabi îs verò & in forma apparere peccatoris, Regii imo Divini Puelli, repugnare videtur ſanctitati: ideo miraculum, prodigium, myſterium in hoc enuntiavit Melleus. Miraculum ſtupeo, Miraculum fateor Sanctiſſime Abbas, ſed in myſterio hæreo, tu illud, (humillime peto,) nectareo, enarra ore. Et non tacet, effuſiſſimus in MARIÆ laudibus Doctor. Prorumpebant iam de illa Petra, quæ dicitur Chriſtus, ſacratiſſimi Humilitatis eius latices, ut ex

Luc:

Bernar:

Chriſti humilitas in nativitate.

Chriſtus, formam peccatoris exhibet, oblatus in Templo.

ipſius

MARIA Humilitatem didicit a Filio.

ipsius redundantia seu imitatione, parvus Marianæ Humilitatis tantò latiùs ampliaretur RIVULUS, eiusq; cresceret magnitudo: Filio etenim, qui similiter formam assumpserat peccatoris, primùm in legali circumcisione, deinde in hodierna sui a Parentibus oblatione præeunte, didicit & ipsa, in specie apparere peccatricis. Auscultemus de hoc parumper Bernard: cit: loc: *Putas, ergo non poterat moveri animus eius, & dicere, quid mihi opus est Purificatione? cur abstineam ab ingressu Templi, cuius uterus nesciens virum, templum factus est Spiritûs Sancti? cur non ingrediar Templum, quæ peperi Templi Dominum? nihil in hoc conceptu, nihil in partu, impurum fuit, nihil illicitum, nihil purgandum: nimirum cùm proles ista, fons puritatis sit, & purgationem venerit facere delictorum; quid in me legalis purificet observatio? Verè o Beata Virgo, verè non habes causam, nec tibi opus est Purificatione: sed numquid Filio tuo, opus erat Circumcisione? esto inter mulieres tanquam una earum, nam & Filius tuus, sic est in numero Puerorum.* Pudebat hanc magnã Genitricem in gaudiosis & splendidis solùm adhæsisse Filio, volebat etiam, sociam se exhibere ignominiarum & abjectionis. Obaudit ab Angelo, Filii Dei, admirandam demissionem, quòd brevi ad uterum usq; fœminæ humiliandus esset, *Quod enim ex te nascetur, vocabitur Filius DEI*; illicò se humilitatis eius offert imitatricem, dum se, Domina mundi, confitetur Ancillam. *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundùm Verbum tuum.* Ad stabulum usq; & bruta, inter quæ nascitur, humiliatur iterum JESUS, adest statim humilitatis eius æmula MARIA, humilis fabri conjux: pannosas viliter coaptat fascias, prædivitem & inclytum involuens infantem: ac tandem peccatoris induens piacula, sistitur JESUS in Templo hodie: iam hic B: Virginis humilitatis RIVULUS in tantùm ex latice Christo profecit, & crevit in immensum; ut cum infinitâ Benignitate, elatis fluctibus concertare videretur: atq; dum sacratissima eius ubera, (quorum infans ille Divinus, alimento tunc adhuc nutriebatur) sugerentur; suavius reficeretur dulcedine humilitatis, quam cernebat in corde Matris, quàm ambrosiâ Virginei lactis. Quod delicatè

Bernard:

MARIA Imitatrix humilitatis Christi in omnibus.

Christus infans suavius re

A satis descripsit S. Cyprian: Tract: de Nativit: *Parvulus sugens ubera pura, alimonio utebatur, & fons sacri pectoris, defacatum edulium, ori mundissimo infundebat. Sed & cor Matris, quadam dulcedines, quæ humanum superant intellectum, imbuebant, eratq; utrinque mira jucunditas,* (Attentiùs nota sequentia) *cùm pia, sancta Matris & devota, humilitas, & sancti sanctorum immensa Benignitas, confœderatis affectibus mergerentur.* Quasi nihil in lactante Virgine sublimiùs augustiùsq; superemineat, & quod possit cum infinita Benignitate Dei digniùs conferri; quàm Virginis Matris, in tanta celsitudine, d pressior Humilitas. O B immensum Pelagus celsitudinis & grãtiarum! quod hodie Rivulus exigvus, fonte seu exemplo fœcundatus Filii, nimirum Humilitas MARIÆ, produxit, in quo confœderatis affectibus, Benignitas Dei & Humilitas Mariæ commergi valuerint.

Probatur Figuraliter.

Alterum in Pelagu, ex parvo crescit Rivulus noster, nimirum Humilitas MARIÆ, ex aliorum Rivulorum affluentia, hoc est ex copia gratiarum, quibus illa quantò magis cœlitùs incrementabatur; tantò in Humilitatis C actibus frequentatior, celeri passu ibat in augem meritorum, quibus novas & nobiliores promerebatur iterum gratias: atq; tali continuâ reciprocatione inter merita & dona, oportebat excrescere Humilitatem eius, in immensum Oceanum perfectionum. Et profectò hodiernæ festivitatis mysterium, (quod præcipuè in columbis completum esse novimus, quas Beatiss: Virgo humilitatis & paupertatis suæ nuntias obtulit,) quandam thesi nostræ peropportunam insinuat Figuram, & in ipsis legere jubet illas alias columbas residentes super quosdam Rivulos aquaD rum, quæ symbolum gerebant oculi Salomonici: Cant: 5. *Oculi tui sicut columbæ super RIVULOS aquarũ.* Si oculus seu Pupilla oculi Sponsi Cœlestis, MARIA rectè dicitur, ut sup: latè probavimus Tit: PVPILLA; Columbæ istæ bene tenent Typum, nedum oculi Sponsi CHRISTI, sed & ipsius Sponsæ simulq; Matris MARIÆ, atq; ipsius denotant sanctissimas, præmaturas, & undiq; oculatissimas cogitationes, quibus illa

continuè

ficiebatur humilitate latente in corde Matris, quàm lacte uberũ eius.

Cypria:

688.

Mariana humilitatis typus in colũbis.

continuè demorabatur, nedum super Rivulum unum, imo potiùs Oceanum perfectionum Divinarum, si non per continuam claram visionem DEI (quod multi probabiliter sustinent) saltim per altissimam contemplationem, in ipsis immersa; sed etiam super alios RIVVLOS Benignitatis Divinæ, in se adeo redundantis, nimirum super emanationes a Deo gratiarum ac donorum: quæ cùm perpenderet Virgo, imò experimentaliter in se exuberans illarum effluvium persentiret; primùm quidem tantam dignationem in se, regerebat in gloriam Factoris, debiti pensum per gratiarum actionem promptissimè persolvendo, ita tamen; ut simul in profundissimæ humilitatis actu, totis effunderetur visceribus. Columbas (asserunt Grego: Rich: Beda.) super Rivulos limpidissimos aquarum libentissimè commorari, propter duo: primùm ut specie sui, & varietate colorum, quam auget repercussum lumen radiorum Solis, in specularibus aquis relucens, delectentur: secundò, quòd hostis, prædæ quandoq; inchiantis, Accipitris, umbram ibidem advertentes, timore quodam perstringantur, periculiq; admoneantur. Ita & similiter, longè quamvis nobilius, columba nostra mitissima præ humilitate MARIA, super RIVVLOS commorabatur gratiarum sibi a DEO impertitarum, & super Bona sibi a Bono DEO indulta, ut tamen nihileitatis suæ, cui ex natura ipsa subjiciebatur, nunquam obliviscetetur: & sic in abysso demissionis suæ, celsissima licet mens illa, demergebatur. Non quidem huic innocentissimæ Columbæ stygius exhorrescendus erat accipiter, qui in Conceptione eius, nec acuere unguem, in eam potuit; cæterùm perspicacissimus mentis ille oculus, penetrabat profundissimè, perpendebatq; naturæ, in qua posita fuit, conditionem & ex se labilitatem, ut nisi de singulari gratia providisset ei Altissimus, æquè persensisset hostem: atq; talibus cogitatibus immorata MARIA, quantò majoribus e Cælo ditabatur sublimabaturq; gratiarum favoribus; tantò majori pondere ferebatur in abyssum Humilitatis. Egregiè doctissimus Gerson: Alphab: 40. lit: z id totum explicuit sic fatus: *Dicere aliquid grandius*

MARIÆ oculus super rivos attributorum Dei per contemplationē.

Greg: Beda. Rich:

Columbarum genius super aquas commorantium. quis?

MARIA cautissima, perspicacissima in agendis fuit.

MARIA humilitatem fovebat, quibus cogitationibus.

A *meditor, nescio si potero: iuvante me Deo, puto, imò certè credo, quod Beata MARIA, Paulum in humilitate transcendit. Vellem ego scire, numquid fuerit hæc major humilitas, ut MARIA se tantò verius inter peccatores primos nominaret, quantò humiliùs a DEO in seipsam exiens, suum imperfectum lucidiùs novit. Poterat ergo sic intelligi, et, si non horrent piæ aures, sic dici, non quidem de peccato contracto, absit; sed de labilitate ad peccandum: nam creatura rationalis qualibet, secluså DEI manutenentia speciali, & actuali, tantò labilior & pronior est ad casum; quantò in naturalibus, aut etiam in gratuitis superior est: quia nimirum,* B *plùs habet creatura omnis de vanitate & tendentia ad nihilum, quantò plùs de entitate sortitur. Hoc igitur sentiebat MARIA eò profundiori humilitate, quò lucidiùs contemplabatur.* Ex hac deniq; humilitate MARIÆ (ut notavit S. Ambro: ap: Vegam. n. 1304.) proveniebat, quòd Sanctissima Virgo, humiliter alios deprecaretur pro precibus. *Verè MARIA* (ait S. Doctor) *& corde humilis, & in prece pauperis spem reponens.* Quod intellige, non tam de prece deprecatoria, quàm laudatoria seu confessionis. En iam habes plures RIVVLOS, de quibus RIVVLVS noster, C Humilitas MARIÆ, ex parvo, crevit in Pelagus gratiarum.

Gerson:

Ambr:

MARIA ex humilitate, deprecabatur alios pro precibus.

Probatur Doctoraliter.

Consentiunt thesi nostræ & Titulo plurimi Patres. Primus inter illos S. Aug: s. 5. de Nativ: respectivè ad gratiam singularem Maternitatis DEI in MARIA, (quam humilitate promeruisse alibi demonstravimus,) ita ait: *MARIA, est RIVULUS, de quo fons magnus* (id est Christus) *exortus est.* Item s. 19. ad FF. *RIVULUS est, ex quo ortus est fluvius magnus.* Rich: Laur: *Dei nuta fons parvus, id est B. Virgo, & parua & humilis, in fluvium magnum crevit, inquantùm* D *DEUM, qui est infinitus, continere potuit, & in aquas redundavit etiam plurimas, inquantùm scl: humano generi multa beneficia propinavit.* S. Pet: Damiani respectivè ad gratias, quæ in alios à MARIA redundant: *MARIA est RIVULUS exiguus. ex quo ortus est fons aquæ salientis in vitam æternam.* Cæteris aptiùs & magis universaliter id explicavit S. Ildephonsus: dum uno termino, quidquid gratiarum est, in una humilitate

689. Augustin:

Richar:

Damian:

Ildeph:

litate MARIÆ omnia concluſit: di cens. ſ. 2. de Aſſ: *Beata Virgo humiliat ſe in cunctis, ut totam ſuſcipiat gratiam.* Perpendens doctus Celada in Ruth: § 322. terminum hunc, *totam*, exclamat: *O quam valdè audet vocula, totam! ſanè, quæ Humilitate DEUM genuit, & in ſuis almis viſceribus DEUM ſibi corporalem fecit, omnes gratias, & huius gratiæ conſequentias, ſuſcepit. Quaſi Deipara Humilitas, omnium gratiarum, quæ in illa ubertim exundant, conceptaculum ſit, ac fertile ſeminarium.* Hic idem Author §. 137. ingenioſè ſatis obſervat, quòd natus recenter DEVS puer, cuius ad tertium decimum diem a nativitate ſua, domus, ſtabulum erat, ubi magnam illam ab Oriente trium Regum præſtolabatur legationem, cùm tam deſpicabili loco omnis apparatus deeſſet, præter beſtiarum ſtramenta, Principum illorum obtutibus, pro aulæis, & omni faſtu palatii, Humilitatem Matris ſuæ objecerit. *Invenerunt Puerum cum MARIA Matre eius & procidentes adoraverunt eum.* Ita iterum exclamat ille. *O grande Deipara, & inde egena abjectaq; Humilitatis Sacramentum! ſummus ipſe ſæculorum Rex recens corporatus, mundi Regibus, & in eis toti mundo, adorandus apparet, & paupercula ac humanis oculis deſpicabilis MARIA eius Mater, tanquam Regis univerſa familia eſt. Ipſa, ipſa, inquam humilitate magna, humili egeſtate inlyta, numeroſa Cœlitum officia, atq; Angelorum ſumptuoſius obſequia obit & glorioſius ſupplet.*

litate Mariæ.

MARIA cupiebat fieri ancilla ancillarum Matris venturi Meſſiæ.

Auguſt:

MARIA epiſtolas ſuas ſignabat humilitate.

Probatur Miraculoſè.

690. Id ipſum Miraculoſis quoq; apparitionibus & revelationibus Divinis approbatum eſſe comperio. Lancic: o puſc: ſpirit: p. 2. c. 8. refert: quòd cùm S. Birgitta frequenter perpenderet, quâ ratione B. Virgo promerita fuiſſet tantam gratiarum copiam; ut excedens omnem perfectionem Creaturarum, ad ipſius ſimilitudinem Dei propè accederet, apparuit ei Angelus dicens: Quia inter omnes Angelos & homines, MARIA, inventa eſt humillima, ideo ſuper omnia, quæ creata ſunt, facta eſt ſublimiſſima, omniumq; pulcherrima atq; ipſi Deo ſuper omnes ſimillima. Adeſt & alia revelatio B. Amadæo Ord: S. Franciſci facta, quam refer Chryſtoph: Vega n. 1313. Inter alia etenim in miraculoſis ſuis extaſibus viſa & audita c. 9 §. 30. inducit Beatiſſ: Virginem cum comitatu illarum Virginum, quibus poſt præſentationem ſui commorabatur, ſibi apparentem, quæ æſtu flagrantiſſimo deſiderii ad futurum Meſſiam accenſa, taliter fari audiebatur. *Vtinam viderem illam feliciſſimam Matrem, utinam ancilla ancillarum eius eſſe poſſem.* Cùm autem quædam ex ſociabus, Virginem alloqueretur his verbis: Beata Maria, omnes ſacerdotes & puellæ ſanctæ, quæ hic in templo manent, & quæ cognoverunt gratiam, quæ data eſt tibi, dicunt te futuram Matrem Meſſiæ. Sic Virginem Beatam ad hæc reſpondiſſe, narrat Amadæus. *Cupere tantum donum, cuilibet puellæ, præſumptio eſt, habere illud dignitas ſumma eſt: nulla eſt digna, ego æqualiter ex me indigna ſum, ipſe ſolus, ſibi dignam Matrem facere poteſt: ſed utinam dignaretur ex minimis ancillis ſuæ Genitricis, alteram me facere.* Huic liceat adnumerare illud D. Aug: colloquium cum Beatiſſ: quod refert Drex. de Roſa p. 2. c. 4. *Dic mihi o Beata* (aiebat S. Præſul:) *Dic o Mater Sanctorum, quid quaſo boni egiſti? Quid donorum obtuliſti, quos patronos adhibuiſti? Per quos Reges ambiiſti, quâ negotiatione, quo ſpiritu, eo perveniſti, ut venerit in uterum tuum Dei Filius, ut Mater Dei, & Regina Cœli, mundi Domina efficereris?* Ubi reſponſum Virginis additur tale: *Quæris a me, quod obtulerim munus, & unde fim effecta Mater Creatoris, Reſpondeo: DEUS non veſtem, non gemmas, non formam, non ſtirpem, non commendationem, ſed humilitatem ancillæ ſuæ reſpexit.* Unde obſervavit Nieremb: de amore MARIÆ, quod in epiſtolis, quas ſcripſit ad quoſdam Beatiſſima, adhuc vivens, & quæ hucuſq; in aliquibus celeberrimis locis, religioſè, ut ſingulares Reliquiæ, conſeruantur, non alio ſignatæ nomine reperiantur, quàm *Humilis ancilla IESU.* Ita ſemper humilis iſte coarctabatur RIVULUS, ſimulquè omnium gratiarum, prærogativarumq; alluebatur profluviis, etiam in immenſum.

Probatur Hiſtoricè.

691. Etiam ab vmbris Antiquorum Philoſophorum, Humilitati MARIÆ mutuemus lumen. Pythagoras, qui veritatem ſymbolis obſcurioribus pingere ſolebat, cenſebat in Luna reperiri depreſſas

pressas valles, quod ille imaginabatur A in illis maculis, quæ in Luna apparere videntur, cùm tamen secundùm aliquos Astrologos verè non sint, sed nonnisi vmbræ quædam in corpore Lunæ, (quod quodammodo asperum est & in partibus suis protuberans esse dicitur,) enatæ. Cœlius Rodingius l. 1. antiq: c. 4. per has valles denotari vult alicuius celsi animi demissionem seu humilitatem, quæ non obscurat, sed potiùs auget virtutum splendores, ipsisq; evehit syderibus. Quod longè aptiùs celebrandum in MARIA, hodie præsertim, dum se purificandam sistit in Templo. Usitatissimum symbolum Virginis habetur Luna, ideo causam reddere, cur nam? non oportet: Et quid valles denotant in hac Luna, MARIA? nisi inter tot gratiarũ & virtutum excellentissimarum splendores, profundissimam eius humilitatem. Loquatur aliquid pro hoc Rich: Lauren: l. 8. *MARIA vallis est, de qua dicitur Isai: 40. Omnis vallis implebitur. Potest enim MARIA congrue dici omnis vallis, propter omnimodam humilitatem cordis, vocis, & operis, & omnium sensuum, & propter hoc impleta est omni charismate spirituali, & dicta est gratiâ plena.* Ex cuius Doctoris sensu, statim liquet, quòd sicut corpoream Lunam valles suæ non obscurant, sed ex reflexione luminis ad partes eminentiores luminosi corporis illius, decus augetur; Ita Humilitas Beatiss: Virginis (cuius singulare specimen in hodiernæ festivitatis contemplamur mysterio,) splendores virtutum cæterarum, sublimitates admirandarum prærogativarum, gratiarumq; variarum immensitatem, non imminuit, sed auxit, utpotè modicus fons & RIVULUS, atq; origo omnium privilegiorum, quæ creduntur & cernuntur in MARIA.

Vmbræ in Luna unde?

Vmbrâ significatur humilitas mẽtis.

MARIA Luna, valles eius, humilitas.

Rich:

Epilogus.

IAm ergo fortunatissimis progressibus exiguus hic RIVULUS, Humilitas Purificantis se MARIÆ, in immensum gratiarum, ut olim, ille in visione Mardochæi, imo feliciùs longè, crevisse cernitur, sed memorari oportet somnii, in quo visum est, quod parvus ille fonticulus, ubi crevisset *in magnum fluvium*, tandem *in lucem Solemque conversus, in aquas plurimas redundavit.* Esth: 10. Si ex S. textu *Aquæ multæ, populi sunt*; quibus te dignabuntur populi & Gentes laudibus, admiranda Humilitas MARIÆ? Parum dixi, dum te Lunam appellassem, iam enim præ huius virtutis merito, in Solem abiisti: humilitate seu demissione tui, cæterarum virtutum, & gratiarum splendores, velut Sol sydera, quodammodo obfuscando. Ait enim Rup: in Cant; 2. *Cunctæ virtutes, omnes gratiæ, cuncta dona, quæ Virginem exornabant, humilitati eius, tributa pendebant.* Et quia ita Sol es; ut simul redundes in aquas plurimas gratiarũ; nos quoq; & omnis natura humana, tributa pendimus, quia per Te a Dæmonum faucibus liberamur: Angelorum etiam Resp: tibi addicta famulatur, quia illorum ruinæ, per Te in dies restaurantur. Universus Orbis, Tibi tributa pensitat, quia per Te novi Solis radiis illuminatur: Tibi deniq; & tuæ Humilitati, quâ tantum meruisti, omnes gratiæ, dona, ac Sanctorum privilegia tributaria esse fatentur, quia Te intercedente, in ipsos derivata esse sentiunt. Illumina igitur a montibus æternis veniens, fædæ arrogantiæ nostræ tenebras, & exemplo tuæ Humilitatis, tanquam radio, superbias nostras percute & dissipa: ut Humilitatis Filii Tui & Tuæ, perfecti imitatores effecti, immortalis vitæ sublimia consequi mereamur. Amen.

692.

Rupert:

MARIÆ humilitas omnes eius virtutes antecellui

Votum Authoris

ROS

ROS Solis ſeu Roſeus.

SS. DEIPARA.

Quaſi plantatio Roſæ in Iericho. Eccli: 24.

Pro Solemnitate SS. Roſarii.

693. *Roris cũ roſa certamen.*

NOvum hodie, ſimulq; & acre, ex occaſione Solemnitatis Roſarii SS. inſtitui quodammodo video prælium, inter florem & ſtillam, dum Roſa cum Rore decertat pro ipſius Roſarii nomenclatura. A. A. Claſſicum utrinq; clangitur: ſpiculis ſuis armata Roſa, veluti haſtas telaq; aſſumit, actura contra guttam, ſpirans Martem, aſt incruentum, nam exſanguis liquor, molliter cedens ferire volenti, iterum ad eandem facilè reducit ſe ſtationem, pugnamq; reſtaurat; exilis verò rorida ſtilla, ſeipſâ turgeſcit, ſpumatq; velut mare, ut floridam ſubmergat expugnetq; claſſem: ſed Roſa in ſalo natare neſcit, quin ſuum a ſalſedine aquæ decus ſubitò amittat: carbaſa non expandit, nec trophæa erigit ſua, niſi fortè in hortis. Sed rem ex umbris & ab ænigmate, ſic evoluo. Ex ſingularis devotionis Dominicanæ cultu, (qui Roſarium vulgò vocatur,) curioſa ſimulq; pia quæſtio & lis inſtituitur. An nimirum a Roſa, an verò a RORE, SS. Roſarium denominandum veniat? Novi quidem apprimè, pro jure floris, ſtare uſum antiquum & conſuetudinem, Roſarium a Roſa derivari: Cæterùm & Ros, huiuſcemodi a ſe provenire exambiens denominationem, ſua jura proponit, & quodammodo contra Roſam, prioritatem allegat, cùm ROS etiam in Roſæ nomine, quaſi Roſa derivetur a RORE, emicet adeo; ut ipſe ROS, pro ſeminario primo nomenclaturæ Roſarii habendus videatur Latent quidem, libenter fateor, ſub ſymbolo Roſæ excelſa myſteria, & ſpeciales prærogativæ ac privilegia SS. Roſarii; (de quibus incidenter egiſſe me recordor in ſuperioribus Diſcurſibus huius Feſtivitatis) negare tamen non auſim, quòd non minùs lucidè, etiam ſub Typo

Roſarii denominatio, an Roſa, an à Rore.

A RORIS, eædem gratiæ explicentur. Aſt, quamuis hodie a SS. Roſarii telis, precationumq; globulis, contra o-Othomanicam Claſſem in mari Erythræo pugnatum eſt comite victoriâ; animus nihilominus non eſt mihi inter Roſam & ROREM, pertinax, pro Roſarii nomenclatura inſtaurare prælium. Belligerantium uterque, pacificus eſt: flos enim nimiùm mollis, ROS ſtilla Cœleſtis. Ergo hodie Roſa cedat palmam Cœleſti guttæ, ita tamen, ut utrumq; in majorem SS. Confraternitatis commendationem, & principaliter in nominis MARIÆ uberiorem exaltationem, glorisè triumphet. Proinde ſuavi litium contemperatione, Beatiſſ: Virginem, & ſpecialem cultum eius Roſarianum, ROREM Roſeum appellabo & comprobabo: Præmittês quædam ſalutaria dogmata, de ſtillis RORIS Cœleſtis, nimirum de gratiæ Divinæ influxibus. Nunc ſalutemus breviter MARIAM.

MARIA, Ros Roſeus.

Stilla Virgo, Mater DEI,
Stilla, ROREM Roſeum
De ſuprema nube cœli,
Ut irriget cor meum.

PARS I.

Deus omnibus quidem, ſed diverſimodè, ſtillat rorem gratiæ.

694.

DOctam ſatis, doctiſſimus quippe inter orientales Sapientes Job moviſſe Quæſtionem legitur: dum naturalium rerum cauſas & origines perpendens, & tanquam in ſymbolis ac ænigmatibus dogmata ſpiritualia ſerioſiùs perueſtigans, etiam in elementis novam propoſuit difficultatem de pluviæ & RORIS generatione, quô

Job: Parente, quô partu progignantur: Job: 38. *Quis est* (inquit) *pluviæ Pater? vel quis genuit stillas roris.* Quam Quæstionem dum S. Greg: 29. moral: 15. in sensu resoluit mystico, tam eximii partûs Progenitorem ipsum esse asserit DEUM: ubi per pluvias, gratias internas, nimirum illuminationes, per ROREM verò, externa auxilia DEI, quales sunt prædicationes, admonitiones intelligens, horum genituram authore DEO, sic enarrat. *Hoc loco* (DEUS) *Pater pluviæ dicitur, quia superna nobis prædicatio, non de nostro nobis merito, sed de eius gratia generatur. Stillæ enim Roris, ipsi sancti prædicatores sunt, qui arua pectoris nostri, inter mala præsentis vitæ, quasi inter tenebras siccæ noctis arentia, gratiâ supernæ largitatis infundunt.* Et hunc salvificum gratiarum Divinarum Rorem, qui descendit à Patre luminum, meritò appellaverim ROREM Roseum: quidquid enim, & qualiumcunq́; gratiarum cuicunq́; datur, totum ex Christo, totum manavit ex Roseis fontibus, nimirum ex meritis vulnerum Salvatoris: iuxta illud Joan: 1. *Lex per Moysen data est. Gratia & veritas, per IESUM Christum facta est.* RORIS ergo huius Divini stillationes, singulare, imò inscrutabile humano intellectui, habetur arcanum: ut penè pro diversitate cuiusq́; individui humani, diversus sit DEO modus, animas rationales irrorandi gratiâ, ita tamen; ut nemo mortalium sit, cui (quantùm ex Deo est) RORIS huius deficiat benignitas: quod primum, quantùmvis de fide sit, tamen.

Roris & pluviæ, quis Pater.

Greg:

Ros, sunt gratiæ cælestes & auxilia.

Gratia omnis ex Christo.

Probatur Scripturaliter.

695. Communissimè orthodoxa Ecclesia cum suis Doctoribus, contra antiquos Hæreticos, Pelagianos & semiPelagianos, quos S. Aug: acerrimè exagitaverat, itē contra modernos plures, illis suum Dogma comprobat verbis Pauli, 1. ad Timot: 2. *DEUS omnes vult salvos fieri.* & Joan: 1. *Lux vera, quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum.* Deinde Apoc: 3 *Angelo,* id est Episcopo Laodiceæ (qui tum indigebat Pœnitentiâ) dicitur: *Ego sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam; intrabo ad illum, & cænabo cum illo.* Sed, o Domine! quis hanc cænam parabit? cuius expensis hoc epulum instruetur? meis, inquit DEUS. Ego de necessariis providebo, sed tu admittere debes, & reliqua præstare, quæ exîguntur, ita; ut tua debeat intercedere opera. De quo explicatiùs loquens Angelicus Doctor audiatur. *Ecce ego sto ad ostium & pulso.* quasi dicat; *debes pœnitentiam agere, quia ego, qui DEUS sum, sto per exspectationem, paratus recipere ad ostium scl: voluntatis, per quam Christus intrat in animam per gratiam: & pulso per excitationem.* Idem omnino eodem planè stylo locutus est pridem per Sapientem Divinus Spiritus Prov: 8. *Nunquid non Sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam, in summis excelsisq́, verticibus supra viam, in mediis semitis stans, iuxta portas Civitatis, in ipsis foribus loquitur dicens: o viri! ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum.* Advertendum illud verbum *Clamitat* quod frequentativum est, & actionem notat frequenter exercitam, id est clamorem frequentissimum Divinæ Sapientiæ, aliàs Benignitatis eius, quo admonet, excitat, vocat ad pœnitentiam. Clamare, ostendit vocationis vehementiam, unde non dicit *loquitur,* aut leui susurro ferit aures, sed clamitat, & altè vocem effert: Imo invitis etiam occurrit clamans, per plateas & vicos; & quid clamat? o viri! id est filii Adæ! Excutite somnum, surgite, properate, ecce iam vos prævenio, ecce vos admoneo, doceo & exhortor, & prædico vobis opportunè, importunè, ut salutem possitis consequi. Pulsus iste, non alius est ex sensu PP. nisi gratiæ excitantis ad fugiendum malum, sectandum bonum, interni motus, qui etiam per illum denotantur clamorem: nisi velis præterea clamore illo significari gratias extrinsecas, inter quas etiam recenseri debet vox Prædicatorum, Confessariorum, aliorumq́; ad pietatem commonentium. Hìc, quia occurrere cuiquā posset dubium, Cur, quoniam dicitur DEUS, omnes illuminare, ad omnium pulsare ostia, quemq́; invitare; tamen non omnes obtinent gratiam conversionis? ideo statìm valde peropportunum & salutiferum, ex illo Apocalypseos textu, eruerunt Dogma, Beda, Philo Carpathius, Justus, Orgelit: & alii apud Scherl: in Cant: 5. Gratiam ex sua intrinseca natura & anteceden-

ad Tim:

Joan:

Apoc:

Thom: Aquin:

DEUS quemlibet visitat cum gratia sua.

Beda. Philo. Justus.

cedenter, non eſſe efficacem aut evertere libertatem creatam, (quod blaſphemavit Calvinus) efficax enim, ſupponit concurſum voluntatis humanæ, ut ſe concomitantem: iuxta illud D. Pauli. *Gratia DEI & ego:* & quod ipſum connotatur præfatis verbis: *Si quis mihi aperuerit ianuam, canabo cum illo.* Pro quo ipſo clarè loquitur primùm S. Chryſoſt: hom 60. ad pop: *Sicut ad perfectionem noſtram, dilectiſſimi, promptitudo noſtra non ſufficit, niſi ſupremo potiatur fauore; ita nihil a ſupremo lucrabimur auxilio, ſi promptitudo noſtra defuerit: ex hu enim duobus, virtus texitur.* Quod profundiori Theologiâ B proſecutus eſt Mag: Aug: T. 3. l. de ſpirit: & litera ad Marcell: c. 34. *Attendat & videat, non ideo tantùm iſtam voluntatem divino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio eſt, quod nobis naturaliter concreatum eſt; verùm quod viſorum ſuaſionibus agit DEUS, ut velimus, & ut credamus, ſiue extrinſecùs per Evangelicas exhortationes, ubi & mandata legu aliquid agunt, ſi ad hoc admonent hominem infirmitatis ſuæ, ut ad gratiam juſtificantem confugiat credendo: ſiue intrinſecùs, ubi nemo habet in poteſtate, quòd ei veniat in mentem, ſed conſentire vel diſſentire, propriæ voluntatis eſt.* Rurſumq; paucis interje- C ctis ſubdit. *Conſentire autem vocationi Dei, vel ab ea diſſentire, ſicut dixi, propriæ voluntatis eſt.* Sed ut finiamus hoc Dogma fidei in RORE, cuius aſſumpſimus ſimilitudinem, Pontificii Oratoris, Pauli Olivæ, tantiſper de hoc audiamus ſermonis elegantiam, Strom: l. 7. Hic alludens ad illam maledictionem David montibus Gelbòé, ut Ros tranſcenderet ab eis, inquit: *Nos pejores ſumus, quàm montes Gelbòé, qui annonam præbemus Philiſtiim; Iſraeli* (S. DEO eiuſq; gratiæ) *denegamus. Vnde non mirùm, ſi a nobis Dominus tranſeat.* Cum idem dixiſſet paulò ſupra: *Inquis, ſi ille daret benignitatem, terra mea ſanè daret* D *fructum ſuum. Erras, nam DEUS, nulli terrarum, denegat benedictionem, ſi tamen ſua ſit. Benedixiſti (inquit David) terram tuam: ſtatim ut DEUS animadverterit, terram ſuam, eſſe animam tuam imò & Corpus tuum; e Cœlo, ſtatim ſuper te ſuum ROREM eliquabit.* RORIS ergo Divinæ gratiæ, quantùm ex parte DEI ſe tenet, communis eſt omnibus & indubia irroratio.

Gratia efficax non deſtruit; ſed ſupponit libertatẽ creatam. Augu:

Gratia conſentire, propria voluntatis eſt.

Oliva.

A *Probatur* Figuraliter.

696.

Verùm ſi deſcendamus ad alteram Theſis noſtræ particulam, nimirum de modorum diverſitate, quibus iſte ſalvificus ROS gratiarum deſcendit in animas, arduiſſimum hoc eſt arcanum, & quædam immenſa conſiliorum Dei abyſſus: quam abyſſum dum brevi lembo indagationis humanæ ingredi non ſit ſecurum; proſpectabimus eum in littore ſub nube ſeu Figura illius RORIS montis Hermon & montis Sion, de quo Divinus Pſaltes. Pſ: 132. *Sicut ROS Hermon, qui deſcendit in montem Sion.* Valde diſcrepat in modo legendi iſte locus, ap: Blanc: hìc. Aliqui enim ita legunt, ut de duplici Rore Montis Hermon, & montis Sion id intelligant, ficq; legunt textum cum additione: *Sicut ros Hermon, & ſicut ros, qui deſcendit in montem Sion.* Ita Lyranus cum aliis, quibus adhæſit etiam cit: Comment: Alii verò in legẽdo diſcriminant non ROREM, ſed montes: ut Genebrardus aſſerat, in tantùm id dici; inquantùm vapores, (ſeu rorida illa materia,) qui excitabantur ex Monte Sion, (qui erat in Gentili terra extra Jordanem, & ideo anathema fuit,) ſurſum eleuati, deſcendebant in montem Sion, qui erat ex altera parte Jordanis ad Jeruſalem, Mons Dei, mons habitationi Altiſſimi conſeceatus. Uterq; ſenſus & explicatio, bene quadrat ad ſenſum myſticum, ſi (ut communiter habetur) in RORE accipiamus, gratiam Dei. Ex primo etenim eluceſcit univerſalis omnibus communicatio gratiæ, quantùm ex parte DEI parati: ſiue enim quis, Mons Hermon, id eſt anathema, nimirum, perditiſſimus ſit peccator: ſive etiam Mons Sion, promptus, ſc: facilis ad obediendum, utriq; DEUS ex parte ſui non denegat ſtillam gratiæ & auxilii ſui: & hoc ipſum firmat primam partem theſis noſtræ. Altera verò interpretatio textûs, proſpicere videtur ad arcanum conſiliorum DEI, & diverſum communicandi modum gratiarum, quem Sapientia infinita Dei adhibet. Fit etenim frequenter, ut de Monte ad montem, de Anima ad Animam, quaſi ROS Divinæ gratiæ tranſferatur, & quodammodo tranſmigret, in ratione efficaciæ ſpectatus, ita; ut

Gratiárũ diſtributio, quo ad modũ, grande arcanum Dei.

Pſal:

Ros Hermon, myſterioſus ex deſcẽſu.

qui quærere videntur, non inveniant, a non quærentibus autem inveniatur: hoc clarè edicente Apoſtolo, Rom: 10.

Rom: *Inventus ſum a non quærentibus me, palam apparui iis, qui me non interrogabant.* Quæ

Iſai: verba deſumpſit Apoſtolus ex Iſ: c. 65. Hunc locum explicant interpretes, de Gratia & Fide Divina. Indubitatum enim eſt, a gratia Dei excitãte præveniri noſtrum arbitrium, adeo, ut ſine illa nihil, quod ad ſalutem conducat, effici queat. *Invenitur autem DEUS.* v. g. per fidei donum, ſine quo impoſſibile eſt placere DEO. Eſt autem triplex hominum genus reſpectiuè quoad hoc. Nam primò reperiuntur multi, qui nec B quærunt DEUM, nec inveniunt eum.

Joan: Sic Judæi. Joan: 8. Quærebant Chriſtum non quærendo, quærebant enim eum ad mortem, non ad vitam, quærebant crudelitate, non credulitate,

Euſeb: ait Euſeb: Emiſſ: hom: 1. de Nativ. Propterea illis dictum a Chriſto: *Quo ego vado, vos non poteſtis venire, quia in peccato veſtro moriemini:* quaſi diceret: ideo me non invenietis; quia me non quæritis, ut debetis. His Judæis ſimiles ſunt illi; qui in peccetis ſuis obſtinati, DEUM quidem cognoſcunt; non tamen ut DEUM colunt. *Secundò* ſunt, qui quærunt DEUM, & C inveniunt illum, ut illi tres Reges ex Oriente venientes duce Stellâ. Mat: 2. *Invenerunt IESUM cum MARIA Matre ſua.* Ita quæſierunt & invenerunt Chriſtum Andreas, & alter è ſchola Baptiſtæ diſcipulus, propterea gaudentes dixe-

Joan: runt Petro, *Invenimus Meſſiam.* Joan: 1. Eodem modo Chriſtum inveniunt, qui gratiam eius per preces implorant, & per imitationem, vitam eius ſectantur. *Tertio* ſunt, qui non quærunt DEUM, & tamen inveniunt eum. Quos ſcilicet DEUS nihil minùs cogitantes, imò omnia alia animo agi-

DEUM tantes, gratiâ excitante prævenit, & D
quærentium, triplex differentia. ad lumen veritatis aut gratiæ perducit. Cuius rei exemplum Paulus eſt, quem minas & cædes ſpirantem in diſcipulos Domini, Act: 9. ſubita lux circumfulſit, & vox ex alto concuſſit, ut fieret de perſecutore Apoſtolus, de graui peccatore, præco juſtitiæ. Et mulier illa Samaritana, adultera, nec minimam curam ſalutis ſuæ habens, ſed noviora huius exempla habemus in hiſtrionibus & mimis.

Gratiarũ Divinarũ reſpectu, triplex ſtatus hominum.

A *Probatur* Hiſtoricè.

Salomonis effato, Prov: 8. Sapientia DEI ludit in orbe terrarum, id eſt ſuaviter omnia gubernat ita, ut ludo quodam ſalutem quorundam operata eſſe videatur, dum quoſdam ex theatris mimicis, in quibus etiam Sacris Chriſtianorum propudioſè illudebatur, vocavit ad vitam: quod contigit primùm ſub Diocletiano Romæ in Geneſio mimo, qui excellentiſſimus in ſcenica arte, ſcenam in facie Imperatoris apparavit Chriſtianorum Baptiſmi, quem fictè ſuſcepturus, infirmum ſe repræſentabat: Applicantur a fictis Miniſtris edoctis ab illo, cum ingenti riſu, Ceremoniæ; ſed o miram Dei bonitatem! ſubitò mutatio dexteræ Excelſi: ſpectacula Ludioni Cœlum aperiunt: Ludi in ſeria vertuntur: Geneſius in fletus reſolvitur pœnitens: proclamat ſe Chriſtianum eſſe iam non fictè. Imperator ioco id agi putans, ut ſcenam proſequeretur, mittit ſatellites, ut Geneſius rapiatur, ad thus offerendum Veneri, aut ad tormenta. Siſtitur Geneſius putativus adhuc apud Imperatorem Ludio: ſed perperam. Ecce enim ille, graviore vultu & voce, ad concionem converſus, ait: Audi Imperator, audite Quirites. Eò apud me Chriſtiani ritus, riſui fuêre, quos in deſpectum explodere vobis, animus mihi erat; at ubi primùm me aqua nudum tetigit, & interrogatus, credere me reſpondi; mirabile ſeſe oculis meis exhibuit ſpectaculum: vidi manum è Cœlo venientem, & iuxta me ſteterunt Angeli clariſſimè fulgurantes, qui e libro totam malè actæ vitæ meæ telam mihi retexuerunt, nigerrimaſq; maculas, illico aquâ diluerunt, & nunc candidus prodeo ex balneo. Nunc tu Imperator & Purpurati Proceres, mecum reſipiſcite, Chriſtum DEUM credite &c: Irâ percitus Imperator, exquiſitiſſimis Geneſium tormentis excruciandum, Præſidi tradidit: in quibus conſtanter Chriſtum profitens Martyr, qui nunc Hiſtrio erat, occubuit. Surius tom: 5. Similis omninò habetur apud eundem de Philemone mimo pariter enarratio. Satis interim ſit ſtupentibus ſuper abyſſum Providentiæ Divinæ, ſpectaſſe modos, quibus variè & variè ſtillas

697. Prov: *Sapientia æterna, quomodo ludit cũ hominibus.* 69 *Geneſius mimus mirabiliter converſus.*

gratiæ

gratiæ suæ irrorat DEUS animis mortalium.

PARS II.
SS. DEIPARA, Ros Roseus.

698. HIc primùm præmittenda venit naturalium Philosophorum observatio: nimirum, quòd ROS nihil aliud sit, nisi depuratior quædam portio àéris, seu veriùs vaporum, quos ille igneus, orbis totius clibanus, Sol, operatione quâdam Chymicâ excoquit distillatq; nedum ex grossis vaporibus terræ & maris; sed præcipuè ex odoriferis floribus arboribusq; vi attractivâ ebibens illũ cum virtute & qualitatibus herbarum: quo fit, ut Ros ex illis vaporibus decoctus, quandam contrahat in qualitatibus, odore, gustu, & similibus, Analogiam: id patet experientiâ in melle, quod dicitur quinta essentia RORIS, adeo, ut quidquid boni venit terræ de àére, nunquam non concomitante RORE inde descendat: id patuit in manna: Num: 11. *Cùmque descenderet nocte super castra ROS, descendebat pariter & Manna.* Ex quo patet, nedum ipsius RORIS excellentia; sed simul in illo, tanquam in adæquatissimo symbolo, Mariani RORIS Rosei, nimirum Devotionis Rosarianæ, expromitur præstantia, eiusq; explicantur virtutes ac prærogativæ.

Roris cõmendatio.

Ros præibat Manna.

Probatur Scripturaliter.

699. Primum igitur se offert SS. Rosarianæ Devotionis excellentia, cultũq; istius modus excellentissimus, qui dum ex quindecim mysteriorum vitæ Christi & MARIÆ, Rosis, piæ meditationis beneficio unum extractum & coagulum Cœleste facit in Rosarii recitatione; RORE Roseo tantò gratiosiùs & præstantiùs ipsum repræsentari facilè concludemus, argumento desumpto ex S. Scriptura: redeamus tantummodo ad dies Creationis mundi. Gen: 1. Dum enim DEUS mundum conderet; res creatas die quolibet creationis suæ quaslibet approbabat: & notanter advertendum, quòd ut singula creaverat, singula ut bona dilaudaret, septiesq; repetiisse legitur eadem verba. *Et vidit, quod esset bonum* Postquam autem iam omnia creata & producta existebant, mutavit loquendi stylum, & dixit, quòd essent valde bona. *Viditq; DEUS cuncta, quòd essent valde bona.* S. Aug: in suis Confess: ingeniosè hæc testimonia & elogia, quibus DEUS, res creatas condendo approbavit, ponderans, taliter summum Creatorem, cum omni tamen reverentia alloquitur: *Septies numeravi, te vidisse, quod fecisti, & hoc octavum est, quod vidisti omnia, quæ fecisti, & ecce non solum bona, sed etiam valde bona.* Quæ causa erit, (inquirere videtur S. Doctor) ob quam DEUS, postquam ex ordine cuncta dixisset, creasset, disposuisset, modum collaudandi Creaturas correxit, & stylum loquendi in majores mutaverit laudes. *Singula, tantùm bona erant; simul autem omnia, & bona & valde bona.* Ex quo colligere licet & intelligere, quòd nõ adeo, nec in tãtùm, res singulæ creatæ seorsim consideratæ placuerunt DEO; quemadmodum omnes simul collectivè visæ, quæ eminentiori quodam modo erant valdè bonæ. Jam fortè AA. tenetis conceptum meum, ad quem collimat hæc verborum contemplatio: Jam emicare incipit Rosariani Festi hodierni & Devotionis eius excellentia: sic enim ratiocinandum est de solemnitatibus, quas Ecclesia in laudem & cultum CHRISTI & MARIÆ celebrat & sigillatim recolit: quia licet quâlibet illarum, ipsos nobis devincamus; in hac tamen SS. Rosarii festivitate, absq; fuco & hyberbole asseverare possumus, quòd illis gratior hæc sit cæteris & acceptior. Prudenter valde Episcopus Monopol. Lopez. hom: de SS. Rosar: tom: 3 perpendens huius Festi institutionem, atq; eius motiva, advertit. Quod licet Festum SS. Rosarii Beatiss: Virginis institutum fuerit in memoriam celeberrimæ illius victoriæ, quam invictus Princeps, Joann: Austriacus in prælio navali ad Naupactum, a Turca communi hoste Christianorum, viribus & numero inferior, non minùs miraculosè, quàm feliciter reportavit; fuit tamen etiam institutum, eò, quòd insignis illa victoria obtenta fuerit, primâ Dominicâ Octobris, quo die, tempore, & horâ, per totum orbem Christianum, processio SS. Rosarii fieri solet, ideoq;

Augusti:

Deus, cur creata omnia, appellavit valde bona.

Rosarii solemnitas, gratior Cælo, cæterũ festivitatibus quare?

Victoria de Turcica clas-

se cur SS. Rosario attribuitur.

ideoq; attribuitur B. Virgini, & tanquam certum ac indubitatum creditur, illam fuisse & devotione & precibus SS. Rosarii obtentam: Hac namq; Sum: Pontifex PIUS v. animaverat milites, ad tam periculosam provinciam aggrediendam. Nihilominus dicit Author, præcipuam causam & motivum instituendi hanc solemnitatem fuisse, ut vno die, vnâ devotione, omnia simul Redemptionis nostræ mysteria, solemni ritu recolerentur, omneſq; simul virtutes heroicæ Virginis & Matris celebrarentur. Et sicut in lege veteri singulis diebus, in quibus insigni aliquo beneficio fuerat Judaicus populus cumulatus, festa celebrabantur. v. g. Phase, erat in memoriam liberationis ex Ægypto: Pentecoste, in gratiarum actionem datæ legis: Tabernaculorum verò festum, beneficiorum in deserto rememorativum erat: Tamen præter hoc, cùm iam terram promissionis essent ingressi, cunctorum omnium memoriam fecerunt, festumq; celebrarunt: volentes hâc vnâ celebritate generali, complecti omnia festa, ut quod singulis humana fragilitate minùs plenè peractum fuerat, in hac sancta observatione compensaretur; Non aliter & Ecclesia Dei Catholica celebrat hodie solemnitatem omnium festivitatum Deiparæ, & omnium sacrosanctorum mysteriorum salutis nostræ, quæ pluribus æquivalet Festis. Quamobrem, Festum SS. Rosárii, omnium Festivitatum CHRISTI & Deiparæ, citatus Author appellat, quintam quasi essentiam & compendium: in quo non multùm distare videtur a nostro conceptu, qui SS. Rosarium, ROREM Roseum appellavimus: ROS enim a Metherologis, quinta quoq; essentia vaporum dicitur. Halant suos vapores Marianæ virtutes ceu Rosæ aut lilia singulariter in Festis eius respectivè, dum in Annuntiatione Virginitas, in Nativitate Filii obedientia, Humilitas in Purificatione, charitas in Visitatione, ac deinceps aliæ virtutes eius devotè rememorantur: Hodie demum vapores SS. Rosarianæ Devotionis, coagulo sacratiori, in unũ còéunt Roseum ROREM: & in huius celeberrimæ Festivitatis solemnitate, cantibus devotisq; Confratrum acclamationibus in sublime elevati, Deum ipsum, CHRISTUM, Matrem eius, mirum ad modum exhilarant: iuxta illud Prov: 19. *Sicut Ros super herbam, ita hilaritas Regis.* Quo fit, ut RORIS istius ROSEI stillicidiis ab exhilarato Roseâ devotione Rege Christo, uberiùs terra nostra, fidelium scil: corda, irrorentur.

Roſarium, compendium myſteriorum & feſtivitatum.

Roſarianum Feſtum quomodo cæteras antecellit ſolemnitates.

Probatur Figuraliter.

Cant: 5. ubi Solymæa Sponsa post Hilaria nuptiarum, dans locum suavi quieti, *Ego dormio & cor meum vigilat.* vbi inquam, primos pulsantis Sponsi pulsus ad ostium subaudit, inter alias, ne surgeret ad aperiendum, excusationes, quas sibi prætexuit, vulnera, quibus languebat vel languere fortè se simulabat, allegare auditur: *Invenerunt me custodes, qui circumeunt Civitatem, percusserunt me, & vulneraverunt me.* Cæterùm quiescentis, & fortè non benè, utpotè simul & vigilantis Sponsæ interrupit quietem vox supplex Dilecti eius obsecrantis cum blanditiarum infinitis epithetis: *Aperi mihi Soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum, plenum est* RORE. Hunc locum exponunt Commentatores, universaliter de omni sancta anima: RORIS & guttarum significationem, in bonam deflectunt partem plures Doctores ap: Gislerium hìc, intelligentes id de suavi Divini Spiritûs imbre, quem dicut esse ROREM mulcentem, & guttas æstivæ refrigerationis. Nil proinde impedit, ut, si ad magis singularia, devotio nostra descendat, id de RORE Roseo hæc intelligere, & ea Sororibus Confraternitatis SS. Rosarii, (quæ specialiter Sorores & Confratres MARIÆ appellantur) applicare. Si Sponsus Christus, etiã Rosa dicitur, Eccli: 50. *Quasi flos Rosarum in diebus verni*; ROS eius, nimirum cogitationes de opportunis Sponsæ suæ auxiliis, cur non dicendæ roseæ? *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* O quantis encomiis dignatur Sponsus Confratres suos & Sorores Rosarianas! Amicæ sunt, quia amicorum jure omnia faciunt sibi communia, dum Rosarianæ devotionis cultu, Amicorum suorum, nimirum CHRISTI & MARIÆ, lætis congaudent, tristibus compatiuntur, congratulantur glorioſis: Columbæ sunt, nam fi-

700. Cant:

CHRIſtus, Roſa Ros gratia.

Roſarini Confratres Amici Chriſti cur?

nam filii columbæ immaculatæ, MARIÆ, si præsertim legibus Confraternitatis SS. vita eorum refulgeat. O quàm excellentem vobis & licet & expedit gratulari felicitatem, inclytæ huius Confraternitatis Sorores & sodales! dum irroratum tot gratiarum guttis caput suum, non alibi primùm cum salvifico hoc RORE deponere exambit Sponsus vester CHRISTUS, quàm in vestræ Devotionis sinu. Sacrosanctum hunc colligere ex capite Sponsi ROREM, primum vobis ius debetur. Guttas eius colligitis, quot vicibus repetitis adinvicem, salvifica nomina JESU & MARIÆ, de votè eos salutantes, inæstimabili prorsùs animarum vestrarum emolumento: si etenim columbæ estis, ob innocentiam; ROS hic, consolationum sub ministrat vobis poculenta: vobis enim illud Davidicum competit, de DEO encomium: Psal: 186. *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum.* S. Hieronymus ait, Pulli enim Corvorum dicuntur de Rore vivere, quamdiu albescentes in plumis, manēāt derelicti a patre. Cōservatæ igitur innocentiæ candor addicit vos, speciali in spiritu, per gratiarum ROREM alimoniæ. Quodsi fortè cum Sponsa illa languere contingat ob vulnus quodpiam peccati; Rorem hunc medicinalem esse noverit quisq; vestrum contra peccatorum etiam mortiferos languores. De quo fortè Dominus apud Prophetam prædixisse legitur. Is: c. 26. *Vivent mortui tui, & interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate, qui habitatis in pulvere: Quia ROS lucis, ROS tuus est.* Verè SS. Rosarii Devotio *Ros lucis*, non immerito dicenda cùm experientiâ constet, infraq; miraculo cōprobabitur, quòd quātumcunq; quis sit peccator, si constanter persistat in frequenti, (& quod efficaciùs,) in quotidiana, Rosarianæ devotionis recitatione, RORIS huius Rosei benignitate, exhumectatâ pupillâ, de tenebris prospiciat in lucem, antelucanis gratiæ prævenientis illuminatus stillicidiis: Ideo Joan: Andr: de Rosar: c. 10. scripsit. *Impossibile est ferè hanc devotionem manere in homine, sine mutatione Excelsi:* Hunc tamen ROREM gratiarum non aliter stillare putes in animas de capite Sponsi, nisi opitulante

Rosariani colligunt Rorem capitis Sponsi.

Psalm:

Corvus quos alit pullos.

Rosariana devotio, transformativa peccatorum.

A MARIA, RORIS huius ministra. Dum etenim Isaac benedictionem tuam roriferam Jacobo elargitur Gen: 21. *Det tibi Dominus de rore Cœli & de pinguedine terræ*; Rebeccæ, (quæ diligebat Jacob,) maternâ industriâ, hac facilitate accumulavit Filium. Sic planè & nobiliùs longè, MARIA, (cuius, ex mente Patrum Rebecca typus fuit,) pro huius RORIS elargitione filiis, fratribus & sororibus SS. Rosarii apud Isaac æternum, s.l: DEUM adlaborare creditur.

MARIA, Rorus cœlestis dispēsatrix.

MARIA Rebecca.

Probatur Doctoraliter.

B Quantùm ad principale significatum Tituli, fauent ei Patres, dum plurimi nomine RORIS salutasse MARIAM leguntur. S. German: orat: 2. in Dormit: B. V. M. ait: *MARIA, Ros aridæ animæ.* Jacob. Nisibēn: in Cant: Eandem, *ROREM Gedeonis* appellat. S. Ern: Prag: etiam gemmiferæ virtuti roris alludens, sic fatur: *MARIA, Ros, ad quem anima illa, quæ tanquam concha, vigilauerit, concipiet illum pretiosum vnionem, id est illum deuotionis affectum, quo cum Deo unus spiritus efficitur.* Barthol: de Pisis respectivè ad effectus RORIS huius, quos immediato numero memoravimus, sic ait. l. 1. de laud: V. *MARIA ROS emolliens, nostram facundans duritiem, & mentis nostræ sterilem terram, in æstu tentationis refrigerans, in fornace tribulationis confortans. ROS est quem, beata erit anima, si tanquam apis argumentosa recondat in omnibus celluis cordis sui, si tamen de corde suo fauum fecerit, ut in mellis dulcedinem citiùs convertatur.* Joan: Trithem: l. 1. de mirac: B. V. c. 6. *MARIA, ROS auroræ Cœlestis, tribulatos corde refrigerans.* Ludov: Blos: in Endolog: 2. ad B. Virg: *MARIA, ROS opportunus, ignem fornacis extinguens.* Quantùm verò ad adjectivum Tituli, nimirum, quod hic Ros, Roseus sit, sicq; medicinalis, unicus sufficiat Joan: Coutin: qui tract: l. de Festo Rosarii conf. 5. synopticè satis Rosarianæ Devotionis complexus est fructus & emolumenta, dum sic alloquitur Sodales. *Eia fratres & cultores Rosarii Deiparæ: in hac sacra Deuotione omnia bona desiderabilia continentur. Si vulnera tua curare desideras, adest medicina, si ægrotas, sanitas est, si igne concupiscentiæ æstuas, fons est aqua frigida, si peccatorum iniquitate grauari, iustitia*

701.

Germa:

Bartho: a Pissis.

Trithe:

Blosius.

Coutin:

stitia est, si languens flaccescit, virtus est, si tenebris obvolvetur, lux est, si pauper es, thesaurus est, si famelicus, satietas est, si tristaris, lætitia est, si affligeris, consolatio est, si timore obruevis, fiducia est, si laboras, requies est, si cœlum petis, via tua est. Et ut compendio dicam, totum, quod potes desiderare, in Christi vita & morte, tanquam in thesauro continetur, & in SS. Rosario, tanquam in deposito.

Probatur Miraculosè.

702. Complacuerat olim Benignitati Divinæ, sua Cœlestia ad Gedeonem oracula, miraculosâ velleris illius irroratione comprobare. Etiam pro ipsius Rosei RORIS commendatione, atq; pro planiori fructuum stillarum ipsius in animabus mortalium, dum eo cœlitùs irrigantur, explicatione, eidem Benignitati placitum fuit, partìm prodigiosis factis, partìm extasium supernaturalium visionibus, similiter declarare. Celebre habetur illud miraculũ B. Agnetis de Monte Politi: Ordin: Prædica: Sanctimonialium Virginis Sanctissimæ, adeoq; in cultu Devotionis Rosarianæ zelantissimæ (de quo lege ap: Blanc: in Psal: 83.) Solemne ei fuit, ut quoties ad supplicandum humi genua posuisset; continuò roscidus e Cœlo nimbus effusus & ipsam largiter conspergeret, & locum latissimè circumfunderet. Singulariter id acciderat, cum illam Episcopus adstante clero, spectante populo, immortali Sponso perpetuâ virginitate consecraret. Quo quidem tempore, tanta vis candidi concretiq; RORIS, ex àére desudasse dicitur; ut templi pavimentum operiretur, & arra maxima largissimè permaderet: animadvertebatur quoq; Virginis indumentum, eo rore guttatim respersum, ut roscidus ille nimbus, quasi corymbis in formã Crucis decidentibus, tanquam stellulis adornatus videretur: Virtutem verò salvifici huius Rosei Roris, præsertim in emolliendis durissimis etiam peccatoribus, inter mille alia exempla penè quotidiana, ostendit singulariter miraculosa illa conversio cuiusdam peccatoris, emanativâ quadam Cœlesti virtute è globulis precatoriis Rosarii operante: Refert Nucleus Cathechist: sub Præc: 6 ex vita S. Dominici: Mulierem quandam de viro suo adultero

Ros decidens in B. Agnetem Dominicanam,

se vindicare statuisse simili luxuriâ: nocte insequenti talem habuit visionẽ, pœnas namq; inferni conspexit, in quibus adulteri, igne, & sulphure circumdati, dæmonibusq; cincti cruciabantur: & dum ardenti metallo perfunderentur, gravissimè eiulabant, ac furiis agebantur, eò quod mors ab eis recederet. Similiter cõspexit rogũ ardentem suo præparatum marito. Cùmq; evigilasset, Sanctum adit Dominicum, eiq; per somnium visa enarrat, a quo acceptum Rosarium, ex mandato eius, viri sui pulvinari suppositi. Quo facto, viro Dei orante, maritus eandem visionem, quam vxor ante habuit, conspexit: ad quam adeo exhorruit; ut abiurato prioris vitæ instituto, deinceps suæ adhærens vxori, post hæc castè vixerit.

Rosarii globuli, conversus peccator.

Probatur Historicè.

703. Inter cætera naturæ miranda, naturalium rerum indagatores referunt, præsertim Reiellus in Hist: plant: esse aliquam Plantam, (ROS SOLIS dicitur, vel alias *Planta Roraria,*) quam etiam recenter allatam ex Montibus nostris Carpatiis ipsemet ego vidi: hæc sub quocunq; Cœlo, siue sereno, siue nubilo, etiam sub meridiano quantumvis ardentissimo Sole, semper guttas RORIS hærentes in foliis, habere reperitur, estq; in illa tanquam perpetuus ROS: plurimùm autem commendatur a Medicis, in affectionibus cordis. Quis non videat? quis non fateatur? Rosarianam Devotionem, jure æquiori ROREM Solis nominari: cùm plantula hæc Rosea, simul RORARIA sit, quæ æterni Solis irradiante operatione, rorat semper in animas fidelium, tot benignitatum supernarum alluvia. Unde universas huius RORIS virtutes, quasi ad septemdecim reducens guttas, testis omni exceptione dignus B. Alanus de Psalt: B. V. c. 59. ap: Carthag: l. 16. hom: 1. totidem se miracula vidisse asserit, ex huius Devotionis cultu promanantia: nimirum Conversionem cuiusdam, qui homagium diabolo dederat: mortuos suscitatos, & contra mortem in peste præservatos: vanitati deditos respiscentes: meretrices pœnitentes: blasphæmos confitentes: Quendam Regem, privatum suo Regno, per Rosarii devotionem

Ros Solis dicta quadam herba, quæ semper Rore madet.

Alan:

Rosarii virtutes miraculosæ recèsitæ in exemplis

votionem ipsi restitutum: Apostatæ a Religione, reducti: pestifera aura fugata: sterilitas a terra ablata: Gustus suavitas in sumptione Eucharistiæ SS. restituta: Feroces & immisericordes, placabiles redditi, desperati relevati. Inimicitiæ capitales sedatæ, Energumeni liberati, Animæ Purgatorii Roris huius, scil: Devotionis huius beneficio, nedum in pœnis illis piacularium flammarum refrigeratæ; sed etiam ab eis totaliter liberatæ. Clarè itaq; tot prodigiosis effectibus constat, SS. Rosarii devotionem cum dicta Plantula concertare, dum Solis æterni beneficio, nunquam sine Rore, sine effectu, quin sua, omni tempore, & circumstantia, cuiq; statui hominum, variarum gratiarum depluat stillicidia.

Epilogus.

704. NOtavit Alexander ab Alex: c. 22. & Tiraquell: l. 6. Romanos in delectu sui exercitûs habuisse quosdã, qui milites RORARII vocabantur, iiq; erant levioris armaturæ. Non levioris iam armaturæ, sed ipsas prætorianas cohortes Augustæ Cœlorum Reginæ, vos appellavero Dilectissimi Sodales MARIÆ, qui dum obsequentes laudibus MARIÆ, stillicidia salutationum Rosearum per æëra spargitis, quæ Cœlum lætificant, infernales potestates deprimunt; meritò Milites RORARII appellari meremini. Optabat olim thaumaturgus ille Dux populi Israel, eloquia sua in ROREM ut concrescerent & profluerent. *Cõcrescat ut* (ait) *pluvia doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum.*

Milites Rorarii apud Romanos.

A Deut: 32. O quantum felicitati vestræ Sodales Rosei congratulandum censeo! quod enim in votis tantùm concessum Moysi; vobis datum est in re ipsa delibare, eoq; perfrui. Concrescunt toties quotidianæ vestræ salutationes CHRISTI & MARIÆ, in unũ ROS MARIÆ scil: Rosarium, fluuntq; eloquia vestra sicut Ros tantâ ubertate, imo exuberantiâ; ut de roscida eorũ benignitate, universa fidelium abũdet Ecclesia: Etquidẽ Triũphãs primùm; nam B. Alanus c. 70. ait: *Cœlum gaudet, terra stupet, dum dico: Aue MARIA:* Militans deinde, ob tot gratiarum spiB ritualium perfusionem: Ac demum Purgatorius Carcer, pii iuvaminis suffragio recreatus. Quis perneget, nunc etiam in Ecclesia, complementum spectari illius Prophetæ vaticinii: Ose: 14. *Ero quasi ROS: Israel germinabit, sicut lilium, & erumpet radix eius, ut Libani: Ibunt rami eius, & erit quasi oliva, gloria eius & odor eius, ut Libani.* Hoc etenim, quàm aptè quadret ad fructus, & latepatentem per universum, etiam suppedaneum Orbem, SS. huius Devotionis propagationem, vel invidus ei, agnoscere necessum habet. Faxit BONUS DEUS, Materq; Filii Dei, ut salC vificus iste Roseus ROS, qui nunc descendit in nos, tanquam in *Montem, Hermon* id est humilẽ, ille ipse post vitæ huius vsuram, exaltari nos faciat in *Mõtem Sion*, in quem descendat beatificus & immortalis Ros gloriæ, Dei largiente gratiâ, Cui æviternus honor in sæcula. A M E N.

Deut: Alanus. Oseæ.

RVBVS ardens incombustus.

SS. DEIPARA.

Liber generationis IESV CHRISTI. Matth: 1.

Pro Immac: Conceptione B.V.M.

705. IN hac Genethliaca Salvatoris nostri JESU arbore, dum ad MARIAM venitur, tanquam ad ramum, in Ramo D rursus aliam reperire est Arborem: RUBUM scil: Moysaico illi persimilẽ, ipsam nimirum Beatiss: Virginem. AA.

Hoc etenim ſpeciali titulo venerari SS. MARIAM, commune eſt Eccleſiæ & SS. Patribus, quod infra patebit: verùm ad ipſum initium ſermonis, qui hodie mihi inſtituendus eſt de immunitate eiuſdem ab omni peccato, eædem planè animum pulſant involuntq́; cogitationes, quæ olim & Moyſen: dum etenim ille, ut viſionem quã videbat, nimirum *Quod RUBUS arderet, & non comburetur,* cupidine ſingulari myſterii perſcrutandi illectus, RUBO appropinquaret; clamatum audivit de medio RUBI: *Ne appropies huc: ſolue calceamentum de pedibus tuis: Terra enim in qua ſtas, ſancta eſt.* Ubi ex textu ipſo claret, ſanctitatem RUBI calceamenta in pedibus Moyſis vetuiſſe: nam (ut obſervat Lyranus) orientalibus morem eſſe, cùm loca ſancta ingrediuntur, pedes diſcooperire. Imò, & ipſe ſummus Sacerdos, etſi quaquàverſus ornatiſſimus, nudipes niſi, in ſancta ſanctorum non admittebatur. Si ponendorum calceamentorum ratio eſt, ſanctitas RUBI; nonne eadem ſanctitudo ineſt Agno Paſchali, cur tamen idem in manducando ipſo, non præcipitur cultus & religio? imo calceamenta in pedibus habere iubentur Hebræi in Agno cænaturi: ſiquidem morticina calceamentorum, quæ iuxta Originem, indicia mortalitatis & corruptibilitatis ſunt, pariter opponuntur ſanctitati. Paul: Scherlog: Antil: 4. in Cant: n. 7. arcanum explicat, & diſcrimen oſtendit: dum ſic ait. *Agnus, Euchariſtiam adumbrabat: ad hanc ſi quis cum venialibus accedit noxis, non ideo menſa abſolutè indignus habetur; RUBUS autem uniendam cum humana natura Divinitatem repræſentabat: Ad hoc tamen adeo ſublime opus, non ſufficis mortifera labe carere, a qua etiam originale morticinum, ſcil: culpa, procul eſſe debet, ideo cum calceamentũ a RUBO arcetur Moyſes: ne appropies hùc, ſolue calceamentum.* Si ergo ex ſenſu Patrum, Maria Incarnationis Divinæ eſt ſocia, & principalis adminiſtra, quia Mater; ideo ex eorundem, atq́; ipſius Eccleſiæ ſenſu, eſt ipſa *RUBUS incombuſtus*, ut canit commune officium. Illa acclamantis in Moyſen de RUBO vox, me quoq́; admonet, ubi dicendum de ſanctitate MARIÆ: de morticino cuiuſcunq́; peccati nec cogitandum eſſe, ſolvendaſq́; omnes de cordibus noſtris, integritati MARIÆ præiudicioſas ratiocinationes. Ergo iam, his omninò diſcalceatus & venerabundus ad Te, o prodigioſe RUBE, Virgo immaculatè concepta accedo, volens videre, & perſcrutari viſionem: ſuus quidem Rubo tuo a flamma non deeſt ſplendor, admittes tamen (Tùa id pietas ſperare jubet) ſcintillas devotionis noſtræ & cultûs in Te, dum ad illuſtrandum immacul: Conceptionis tuæ peraugu ſtum myſterium, ex ipſius Moyſaici RUBI nova depromam argumenta, comprobans, Te veluti *RUBUM incombuſtum*, & a flamma originalis peccati, (quâ omnes filii Adæ adurimur) illæſum, in puncto Creationis ſeu Conceptionis ſuæ apparuiſſe. Et quia quoſdam etſi paucos, contra originalis tuæ Juſtitiæ privilegium, nimium zelantes reperiri non ignoro: aliqua de vero & falſo zelo præmittam. Interim breviter ſalutemus MARIAM.

Ardet RUBUS, ſed a flamma
Ipſe viret integer.
In conceptu Virgo Alma,
Et minimè degener.

Exod:

Nudipedes ſacra loca ingrediuntur Orientales.

Originale, eſt morticinum.

MARIA, Rubus incombuſtus in ſui Conceptione.

Mali cùm conveniunt in unum: non item boni.

Zelus verus, neſcit vrere.

PARS I.

Zelus verus lucet, non vrit. 706.

SApientiſſimè noſtri ſæculi Orator Romanus, Paulus Oliva Soc: JESU, nec minùs acutè, quorundam ingeniorum zeloſas inter ſe tangens velitationes, ſcripſiſſe legitur. Strom: l. 13. *Malæ voluntatis hominibus faciliùs eſt in unum convenire, quàm bonæ. Rarus etenim in Cœlo Stellarum evenit concurſus, frequenter autem ſub Cœlo, exhalationes, in fulmina coaleſcunt.* Fallax hominum ingenium eſt, & quandoq́; monſtroſè cæcutit, dum proſpicit. Inſedit DEUS flammæ RUBI, ſemoto ab illo, ardore ignis, ne combureretur innocuus Rubus, adeò præſentiâ DEI felicitatus. Neſcit etenim, verus pro DEO, ſacriſq́; eius veritatibus, zelus adurere, ſed ſic flammam attemperat ſcientiæ; ut ſi rationum prævaleat fulgor, ampliùs innocuum non adurat omnigenæ ſanctitatis RUBUM. Sed ſtylum incido, ne libertati quorundã paucorũ in ſentiendo, quoquo modo iniurius videar: diſcur-

discursũ itaq; muto in dogma morale, & quod rarò contingere potest; illud transfero ad hoc, quod frequenter contingit, zelatorum imprudentiâ, qui severitatis rigore *exardescunt, sicut ignis in spinis.* Ps: 117. plerumq, in RUBOS, quos inhabitat DEUS, vel temeritatis vel falsæ pietatis irretiti prætextu, vel arrogantiæ ac præsumptionis inflati typho. Quorum imprudentem zeli ardorem plurimis in locis redarguit Scriptura.

Zelus imprudens, vitiosus, & iniuriosus aliis.

Probatur Scripturaliter.

707. Primus hic oportet, ut loquatur Paulus, qui quorundam, scribens ad Rom: 10. traduxit reprehenditq; zelum, cui flamma scientiæ & prudentiæ deerat, & ideo zelantes pro Deo, ignari, contra Deum legemq; eius, videbantur ipsi zelare, seu errare. *Testimonium perhibeo eis, quod æmulationem Dei habent, sed non secundùm scientiam: ignorantes enim justitiam DEI, & suam quærentes statuere, justitiæ Dei subjecti.* Adussit hîc Apostolus illos, qui ubi ad libitum suum, exterioris vitæ ac conversationis, sibi præscripserint Regulas, si vel minimum contra illas prævaricationis, in aliis aduertant, tanquam totum Euangelium corruissent, turbantur, æstuant, perturbantq; Communitates, Zelo DEI, id fieri prætendentes: Vel etiam S. Paulus notavit hîc eos, qui modicas in proximo maculas vel in pedibus eius, totus licet ille gemmeus sit & virtuosus, nihilominus despicabilem & virtutis exsortem contemnunt, ac sub specie zeli, linguâ traducunt. Negligenda (monet supra cit: Oliva) in magnarum virtutum viro, minima. Babilonius lapis est, qui auro argentoq; in Colosso seu statua Nabuchodonozoris neglectis, lutum scrutatur in pedibus, quos quia non solidos reperit, totam simulacri gloriam pessundavit. Tota pulchra appellatur Sponsa, quæ tamen subnigra vultu est: nec maculæ faciei effecêre, quin tota pulchra & immaculata Christo videretur. O mi zelotes! iustitias tuas judica, & si ad regulas tuas judicia formas de proximo. spernito Saram, quæ semel risit. Ride Abraham, qui vxorem, sororem dicit. Damna Isaac, qui moriturus, delicias esurit. Nisi fallor, non Apostolos modò fugies a Christo fugientes, sed & ipsum refugies

Rom:

Zelus imprudens, a S. Paulo reprehensus.

Zelotes suspiciosus, ipsũ etiam condemnaret Christum & sanctos.

Oliva.

A Christum epulantem in Cæna, vel Samaritanæ colloquentem. Ita plerumq; fallitur sine scientia Charitatis zelus, ut *In quo ipse judicat proximum*; in hoc ille condemnetur: & dum sibi de zelo adblanditur, Angelum potiùs Sathanæ reperiat. Audi Bernard: *An nescitis, quia Angelus Sathanæ se multoties transformat in Angelum lucis? sapientia est Deus, & vult se amari, non solùm dulciter, sed & sapienter. Alioquin facillimè zelo tuo spiritus illudet erroris, si scientiam negligas. Nec habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quàm si efficere possit, ut in ea incautè, & non cum ratione ambuletur.* Et ne zelum B Charitatis & conservandæ observantiæ obtendas, dum exardescis; occurrit idem mellifluus, ingeniosam esse veram charitatem edocens, cautam, & prudentem, quæ omnia cum recto ordine disponat, dicente amoris Sponsa: *Ordinavit in me charitatem.* Cant: 2. sed quomodo ordinavit? *Omninò necessariè,* (respondet idem Doctor) *Impossibilis siquidem absq; scientia est zelus: ubi ergo vehemens amulatio, ibi maximè discretio est necessaria, quæ est ordinatio charitatis. Semper quidem zelus absq; scientia minùs efficax, minùsq; utilis invenitur, plerumq; autem & pernicioſus valde sentitur. Quo igitur zelus* C *fervidior ac vehementior spiritus, profusiorq; charitas; eò vigilantiori opus est scientiâ, quæ zelum supprimat, spiritum temperet, ordinet charitatem. Discretio quippe omni virtuti ordinem ponit: tolle hanc, & virtus, vitium erit.* Adstipulatur D. Paulo & alius Apostolus Jacobus in sua Canonica, dum ait. c. 3. *Quodsi zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari: & mendaces esse adversus veritatem. Non enim ista sapientia desursum descendens; sed terrena, animalis, diabolica.* Itaq; sicut zelus bonus circa manifestissima scelera versatur, nec quidquam audet, judicat, D obloquitur, quamdiu invenit aliquam speciem pietatis; Ita zelus malus & amarus, *qui simul diabolicus est,* totus versatur in hoc, ut etiam in operibus pietatis & virtutis, judicando, suspicando, in malam partem interpretando, inveniat pravitatem: & talis zelus non DEI esse censetur, quin desursum non descendit; sed terrenus & diabolicus, ex patre diabolo & arrogantia spiritûs progerminatus, ac Di-

Bernar:

Cant:

Jacob:

Zelus amarus, est sapientia diabolica.

vinæ provocativus vindictæ. Verus DEI zelus, non abruptè, sed pedetentim sua moderatur, ut si omninò percutiendum est, sensim appropinquet cum pœna.

Probatur Figuraliter.

708. Hinc tantisper redeundum nobis est ad incombustum Moysis RUBUM, qui nobis totius discursûs submini-stravit Allegoriam: in quo DEUS, magnum populi sui initiaturus zelotem Moysen, veri discretiq; zeli, vel in ipso Rubo voluit edocuisse qualitates. *Videbat, quòd RUBUS arderet, & non combureretur.*

Zeli veri Qualitates, in RuboMoysaico figurata.

Exod: Exod: 3. Dum etenim RUBUM splendescere cernit, nec tamen sentes sentire incendium advertit, iam ipso Cœlesti Magisterio instruitur, ut cui in prodigiosis plagis decertandum erat contra Pharaonem, furoris seu zeli attemperaret ardorem, prudenterq; & sensim contra eum zelaret in pœnis, veram sui Electionem a Deo, in Ducem populi, hoc ipso comprobando. Aspice iam zelotis istius in Aula Regis facinora. Si decreverat ille, vel potius DEUS per ipsum, rebellem Principem & superbum, intra voragines pelagi rubentis submergere, cur decem plagis moratur eædem: nec iram penitùs euomit, sed distillat. Priùs in sanguinem vertit latices, ut sanguineo exordio inciperet sententiæ ferendæ monitorium. Vt fluvii se plangerent, de sanguinea punitione cruentos; ranas, usq; ad aulam Regis eructant, quæ garrulæ repetunt & coaxant, carmine funesto, imminens vitæ discrimen. Finito cantu, pulvis in scyniphes animatur, ut puncta stimulis animalia, homines & Pharaonem compungerent in corde ad pœnitentiam. Nec à mortis convivio destitit musca, ne sine conviva otiaretur putredo. Armentotum interit quodque genus, in quibus census hominum & substantia est. Cinis spargitur in aërem de camino, ut ex abundantis mortis præludio, aërem cum cinere respirarent & cognoscerent, ultimi spiritûs fuisse pignus. Æther tonat, simul & grandinat, pluit ignis, imber ignitur, fulgura parturiuntur a nimbis, ut nec aqua resistigeraret, quæ ardebat, nec ignis proficeret humefactus. Quodlibet ædificium, fit area locustarum, marcet herba, viror absumitur, nec supereſt arboribus, nisi truncus. Deniq; obducitur Cœlum tenebris, quæ tactum admitterent, doloremq; caliginis, etiam manus sentiret. En quam sensim zelus DEI, Ablegatiq; ipsius Moysis, processit! cōpassivi super perituros affectûs attemperatus teneritudine, ut in qualibet plaga sentiretur mortis auspicium, sanguis in fluviis, funebre carmen in ranis: ad scynifes succeſſit pulvis, ad putredinem musca, brutorum interitus, ignis in aëre, grandinans nimbus, locustarum illuvies, & pro compendio mortis, ultima caligo tenebrarum. Et quidem hæc pompa fuit funeris Pharaonis, antequam in aquarum feretro portaretur. Non momento zelatus estMoyses in Ægyptum: divisionibus constitit sententia damnationis. Hinc sapientiores Pharaonis, seu Malefici, admirati tam lentam unius post aliam, plagarum accessionem, Divinum viro Dei infuisse zelum authumavêre. Exod: 8. cum dixerunt *Digitus DEI est hic:* Imo totam in eo operatam fuisse manum DEI cogitaverunt. Si enim cum scyniphum stimuli percrebescerēt, unum Dei digitum arbitrati sunt; cuilibet plagæ suum digitum non negarunt. En quàm bellè ex RUBI ardentis & non combusti, edoctus Moyses temperaturâ. veri zeli succum exsugens, quia in percutienda plagis Ægypto non subitò exarserat, atq; sic se verum Dei probavit zelotem! Discite Prælati & quive alii, qui de zeli sui gloriamini præstantia, quasi observantiores aliis: Vos utiq; ad unius si quandoq; modici peccati exardescitis conspectum, iras, fulminaq; jactatis, quasi ultimum subitò illaturi supplicium. Zelus iste non probat vos sed condemnat, imo duros & sine charitate esse comprobat, qui sub unius labeculæ prætextu, totum fædum luridumq, judicat & enuntiat fratrem. *Lapideus est* (inquit cit: sup: Romanus Orator strom: l. 8.) *qui in fratre dum nec caput aureum, nec pectus argenteum, nec æreum ventrem, tibiasq, ferreas considerat; si minimum in pedibus testæ, inveniat, omnia pariter spernit, conterit, & desuper fulminans, ad ultimam impellit ruinam. Nec Vicarium Christus, nec Sponsam, nec Apostolos, nec Prophetas habuisset, si omni ex parte immaculatos coaptaret: Petrus negat,*

Prudentia Moysis in applicandis plagis Pharaoni.

Zelosus prudens, manus Dei dicitur.

Macula etiam in perfectis, non adeo curanda.

negat, Sponsa pulsantem repellit, Apostoli ligatum deserunt, Dauid adulteratur. Zelus Dei discretissimus esse debet: nimis ardentes & præcoces in ipso, plerumq; periclitantur, aut a Deo confunduntur.

Probatur Historicè.

709. Quod ipsum constat ex illa plerisq; non ignotâ, nam antiquissimâ, de S. Carpo Episcopo historiâ, relatâ ap: Raderum ex S. Dionysio Areop: Hic erat Discipulus S. Pauli Apostoli & Episcopus Cretens: conspicuus sanctitate. Compererat ille, quendam militiæ Christianæ tyronem, ad deserenda Christi signa, & ad idolorum culturam, ab alio inductum, quâ injuriâ Divinæ Majestatis ita exacerbatus est Carpo; vt utrumq; caput, tam seductoris quàm seducti, Orco devoverit, quia mediocri supplicio nullo vindicari posse tantum scelus, persuasum haberet: hæc ex corde precatus, imo imprecatus: & mox vidit cœlum subitò aperiri, JESUM innumeris Angelorum Legionibus, & magnâ circumdatum gloriâ in cœli cardine residentem: Subintùs verò spectabat ingentem hiatum terræ, & immensum tartareum chaos: duos autem illos viros stantes, trementes & miserabiles, quos terrificus Draco è barathro prorepens, nitebatur caudâ suâ ad barathrum detrahere. Cumq; iam ruituris similes essent; Carpus indignabatur, nondum eos cecidisse, impulsurus etiam, si copia fuisset. Inter hæc conspicit Christum, Cœlesti illâ sede consurgentem, ad miseros illos & infelices descendere, manum illis benignam porrigere, Cœlites quoq; ad ferandam opem miseris paratos se offerre. Ipsumq; iam Servatorem, dexterâ ad præcipites protensâ, Carpo dicere, ut si ei videretur, ageret in præcipitium miseros, pro quibus ipse sanguinem suum effudisset: sibi quidem certum esse, non deserere, etiam in extremo constitutos periculo, imò paratum se esse, pro iisdem, dixit, iterum Crucem subire. Tandem disparuit visio, Carpo autem didicit intempestivum zelum, in veræ charitatis affectum transferre. Affine huic illud, quod in vitis SS. PP. legitur: de quodam Eremicola, qui in alienos defectus, criticus nimiùm erat, & de facili exardescens in alienorum factorum judicio. Huic semel apparuit Angelus, cuiusdam recenter defuncti sistens animam: & inquit ei: Heus tu, qui Judicium omnium tibi vsurpas: fer sententiam, mandat Christus, de hac anima, saluandane aut damnanda. Erubuit miser, & meliùs sapuit, atq; cognovit, zeli nimiùm exardescentis & indiscreti pericula ac damna.

PARS II.

SS. DEIPARA,

Rubus incombustus.

DEspicabilius cæteris arboribus lignum, RUBUM videlicet, (qui pene idem est quod Rhamnus, teste Plinio) olim sub parabolis, concurrente communi voto lignorum, ad Regiæ Majestatis solium sublimatum fuisse legimus in lib. Judic: 9. *Dixerunt omnia ligna ad Rhamnum: veni & impera super nos.* Sentes acutè prominentes, coronam, veluti novo Regi, formare videbantur, & punctiui nimiùm aculei, ad exprimendum è lancinata cute cruorem, a natura proni, præmaturè regali investiebant eum Purpurâ. Nobiliori longè (putaverim ego,) Rubum illum Moysaicum sublimatum esse exaltatione, qui ex ipsa mysterii, quod præsefert, figuratione, ipsas præcelsas Libani supergreditur Cedros, dum Reginæ Cœlorum & universi totius, MARIÆ, singularem assumitur in typum, & quatenus incombustus esse cernitur; eius immaculatæ Conceptionis satis venustè declarat mysterium, arcanas suæ incombustionis subministrando nobis rationes. 710.

Judic: *Rubus, Rex arborum.*

Probatur Scripturaliter.

711. Tres se offerunt causæ, ob quas RUBUS ille undiq; circumseptus flammis, illismet non comburebatur, sed illustri lumine conspicuus reddebatur, quæ etiam mystico comparatæ RUBO, MARIÆ, illæsam à flamma originalis peccati, quæ per totam reliquam Adami prolem fæde est debacchata, exstitisse ostendunt. Primam igitur causam ipse textus insinuat Scripturæ: nimirum, quia illi RUBO præsens aderat DEUS, per specialem suâ assistentiam.

Apparuit

Apparuit in RUBO *Dominus.* Exod: 3. Dixi notanter *per ſpecialem ſuam aſſiſtentiam.*

Rup: Jam etenim tum in RUBO emicaſſe typum ſtatûs gratiæ, obſeruavit Rup: in Exod: l. 1. c. 14. in hoc ipſo, quòd Moyſi, unum roganti nomen populo denuntiãdũ, Deus duo ſimul libens prodiderit. De quo ille: *Ad unàm perconctationem, duo reddidit: duo inquàm nomina ſua deprompſit, quorum alterum, ſcilicet, Ego ſum, qui ſum, naturæ eſt: alterum verò, gratiæ & dignationis, videlicet: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob.* Quòd igitur ſingulariter iungeretur præſentiæ DEI Rubus ille, propterea illæſus a flamma euaſit. Eadem ut militet ratio pro immunitate RUBI noſtri Myſtici à flamma originalis peccati, recolendus ille canon gratiæ ex Canonica ep: S. Joann: Joan: c. 3. in quo, impeccabilitas ipſa, ex propinquitate aliqua contracta ad DEUM, tanquam a priori demonſtratur. *Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatũ non facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus.* Oporteret quidem univerſaliter, hunc ſeriosiùs explicare ſenſum literæ; ſed quia ad ſingularia, me, ipſum quod pertracto myſterium evocat, Lectorem ad Expoſitores, præſertim Cornel: a lap: remitto. Multus deniq; eſſem, ſi omnia iura producere vellem, quibus B. V. MARIA acquiſiuit titulum propinquitatis ſingularis ad Deum: ideo hæc videat Lector, quæ dicta ſunt Tit: FILIA SSS. TRINITATIS, & dicenda infra tit *SOROR Verbi.* Quibus ſuppoſitis ſic argumentor. Si ſecundùm verba dicta Apoſtoli, univerſaliter loquẽdo, naſci ex Deo, impeccabilitatis, in naſcente ſic, nota infallibilis eſt; quid, ſi ſingularius quis natus eſſe ex DEO cognoſcatur? certè longè robuſtius, pro omnis peccati ab eo remotione efformandũ ingerit ſe argumẽtum. Singulari autem, reſpectiuè ad omnem Creaturam, progenituràm, ſe a Deo prodiiſſe, gloriatur MARIA, dum ait: Eccli: 24. *Ego ex ore Altiſſimi prodivi primogenita ante omnem Creaturam:* in quo alluſiſſe illam opinatur Chryſt: Vega. Theol: Mar: n. 848. ad illud *ſpiraculum vitæ.* Gen: 2. quo DEUS animam innocentiâ originali donatam afflauerat Adæ. Unde idem Author, immunitatem MARIÆ a peccato originali, quaſi per legitimas ex hoc loco concludit conſequentias dicens: *Vt inclareret* (inquit) *B. Virginem, nullis naturæ lapſæ defectibus ſubiacuiſſe, ſed naturam integram, defæcatam, impollutam, innocentem, qualis inerat Adæ ante peccatum, nactã fuiſſe.* Venuſtè ſatis, ſimulq; modeſtè, antecedens illud, ex quo irrefragabili conſequentiâ, concluſerat Joannes, impeccabilitatem, verificari ſpecialiter de MARIA declaravit Alb. Mag: in illud: *Inveniſti gratiam apud DEUM:* ubi propinquitatem eius ad DEVM, ſic explicat. *Ipſa etenim invenit gratiam propinquiorem, quàm aliqua creatura, non tamen ſimpliciter, aqualis ſitûs, potuit eſſe cum DEO. Oportet ergo, ſi dicitur, quo ad aliquid eſſe apud Dominum; quòd hoc ſit reſpectu aliarum creaturarum.* Deniq; c. 237. in Marial: *Hæc omnia inveniſti apud Deum: apud, dico, propinquiſſima, ſimilitudine, dignitate, familiaritate, naturæ unitate,* Sed premamus iterum textum illum Joannis. *Non poteſt peccare, quia ex Deo natus eſt,* & novum utiq; ex hoc ipſo exprimemus argumẽtũ pro MARIÆ impeccabilitate, in primo inſtanti conceptionis ſuæ. Si etenim naſci ex Deo, eſt naſci per dilectionem & per actum charitatis, iuxta doctrinam Salvatoris ipſius: Joan: 14. *Qui diligit me, diligetur a Patre meo:* ex quo in confeſſo habetur apud Theologos, peccatum actuale nullo modo ſaltim ordinariè, pro eodẽ inſtanti eſſe compatibile cum actuali Amore Dei, in eadem anima: Beatiſſimam autem Virginem ſtatim in primo puncto conceptionis ſuæ, intenſiſſimo efferuiiſſe actu Amoris in Deum, docet, probat, & deducit ex ſententiis SS. Patrum Salazar: de Concept: Ex hoc ipſo impeccabilitas MARIÆ pro illo inſtanti evincitur. Sic etenim ratiocinari liceat. Certum eſt ex ipſo Angelico Doctore, Alberto M. & S. Bernard: Senen: qui citantur apud Miechou: in Laur: D. 88. n. 1. quod Beatiſſ: Virgo pro illo inſtanti Conceptionis habuerit perfectiſſimum uſum rationis, & præterea habuit quandam ſpecialem claritatem intellectui ſuo infuſam, quâ excellentiſſimi obiecti, ſ. Dei, perfectiones & bonitatem clariùs cæteris cognovit. Nec minoris perfectionis habuiſſe voluntatem, negari poteſt, quare expromptiſſimam eius ad quodq; amandum verum bonum, potentiam, ad ſummam illam excellentiam & Perfectio-

Impeccabilitas oritur ex propinquitate ad Deum.

MARIA, ſingulariter nata dicitur ex Deo.

Eccli:

Vega.

Alb: M.

Impeccabilitas MARIÆ, ex actu Charitatis in puncto Conceptionis eius deducitur.

Alber: Ber: Sẽ

MARIA in primo puncto Creationis, habuit perfectum uſum rationis.

fectiones Divinas, in eodem instanti, non exarsisse, quis tam violentus etiam cogitare poterit? Atq; sic flamma illa æternæ charitatis, flammam originalis peccati, pro illo instanti, a Virgine abigebat, ut Rubus incombustus appareret.

Probatur Figuraliter.

712. Et iam alteram immaculati Conceptus Virginei, idem Rubus reddet rationem, si a litera, ad id transeamus, quod ille sub figura præsignabat. Apparet itaq; Dominus in flamma: Scatet novitatibus visio: ignis & rubus, velut novæ creaturæ, contra naturam, decertare videntur, atq; sic mirâ omnipotentiæ Cœlestis virtute, dignum subsellium splendenti Majestati construere. Adlambens flamma, veprem, non in cinerem vertit, ut pallescat; sed ignito coronat flore: ardet non uritur, imbrem crederes perpluisse, non ignem. Ex altera parte, dumosum demirare virgultum: acuit aculeos in medio ignis, quasi ignem satagens cruentare, & pugnaci configere mucrone. Palæstra spectabilis adest: decertat spinea plantula, ut vireat: ignis, ut ardeat: uterq; victor euadit, prodigio naturarum. Extollit Rubus florentes vepres, & folia virentia pro lauru; & flamma victrix, non fumigante nube, obscuratur, pro triumpho.

Rubi Moysaici miracula.

Euseb: Super quo Euseb: ap: Lippomanum. *Ignis longè apparebat in RUBO pugnans, natura ipso freno còércitâ, ignis erat in Rubo, & rubus ignem habebat in sinu, & non comburebatur. Admirabile erat visum, & præter naturam spectaculum.* Causam tanti miraculi assignat Philo Judæus ap: Lippom: simulacrum quodpiam Divinitatis, in medio flammæ apparens, quod RUBUM defensabat ab incendio. Ait etenim ille: *Erat ibi RUBUS, plantula videlicet spinosa ac debilissima, a q. ea, à nemine admoto igne, repentè tota accendi visa est. Quam cùm ignis radicitùs occupasset, & ingenti flammâ omnes ramos ac cacumen teneret; ea tamen perinde manebat illæsa, acsi superne fons delaberetur, incendiumq; reprimeret, & quasi materia incorruptibilis esset, non ea esset igni in pabulum, sed contra, ea nutriretur ab igne. In medio verò flammæ, forma præstantissima visa est, quæ nulli harum rerum, quæ videntur, esset similis, divinissimum simulacrum.* Cornel: a lap: novitatis hic arguit Philonem, qui formam in medio Rubi prærimatus est; verùm Illustr: Zerda, Philonis partes tuetur, asseritq; ex communi censione Patrum, simulacrum illud Divinitatis, VERBUM ipsum ex MARIÆ utero incarnandum repræsentasse: imò iam exinde uterum Virgineum præsagiisse, in quo utraq; forma se copulavit, nempe & forma Dei, & forma servi, ubi primùm intemeratus partus, ex Virgine Matre, figurabatur: teste D. Germ: Const: *Nec rubus incorruptus & illæsus suam vim igne perduravit, sed propter MARIAM, quæ in mortali & ad corruptionem prona natura, ignem Deitatu portavit.* Ac præterea immunitatem eius ab omni culpa, seu immaculatam Conceptionem, ex meritis prævisis incarnandi VERBI processisse, mysterioſè per hoc demonstrabatur. A communi specie & qualitate secerni debebat creatura illa, in qua DEVS conspicua subsidebat manifestatione. Non similem visa est, nec habere sequentem, quæ DEUM erat baiulatura in sinu, atq; omninò a communitate segreganda. Si flamma illius RUBI, formæ illius Diviniſſimæ umbras delineabat, e medio quasi cordis eas producendo, quæ nulli harum rerum, quæ videntur, erant similes; Ergo MARIA, cuius typus, illa spectatissima novitas fuit, non debet in communi multitudine censeri: nam nulli harum rerum, quæ pensum peccati luunt debet esse similis, illa, quam Verbum in Matrem elegit, atq; prævisorum meritorum suorum virtute, eidem assistens, contra omnis peccati etiam originalis, communes flammas præmunivit. Quasi dicere vellem: Pugnet originariæ culpæ flamma, infringere Marianæ innocentiæ decus, cùm concipitur: natura ipsa ex Adami seminio fata deflectere conetur ad casum: ignis vorax tentet incendere spinetum: Nolumus enim a nostræ consortio naturæ, Virginem MARIAM dimovere, divinamq; seu Angelicam ei astruere, cùm a communi eam vindicamus periculo: his enim omnibus subjacuisse MARIAM, nisi præseruari debuisset speciali gratiâ a Filio, fatemur; Solùm asserimus, efficaciâ & virtute meritorum incarnandi ex ea VERBI, pronâ aliàs, còércitam fuisse naturam, & re-

Zerda.

MARIA in communi multitudine non cẽsenda.

stitisse

ſtitiſſe peccato, atq; incolumem a voracitate flammantis originarii peccati extitiſſe, ne, in ſimili natura, concepta Virgo, ſimile nobiſcum pateretur incendium. Circumſpectiſſimè igitur, amantiſſimus ſimulq; zeloſiſſimus propugnator Immacul: Ortûs Virginis Anſel: Doctor S. Anſel: l. 2. *Cur Deus homo?* c. 10. hoc Marianæ immunitatis Privilegium deſcripſit, taliter eam ab hominum conditione eximens; ut tamen ex hominibus exortam non negaret, atq; ſimul meritorum Filii ipſius gloriâ, tantò ampliùs eandem dignaretur: ſic enim ait: *Indiguit Virgo Redemptione & Chriſti Paſſione, non propter peccatum, quod infuerit; ſed propter peccatum, quod infuiſſet, niſi ipſemet ex ſpeciali privilegio eam præſeruaſſet.*

MARIA, *quomodo indiguit Redemptione & Paſſione Chriſti?*

Probatur Doctoraliter.

713. Inſinuat deniq; ſeipſam tertia ratio, cur ſpectabilis ille RURUS incombuſtus in flamma permaneret: ipſius nimirum fundi & terræ, quâ nutricabatur virgultum, ſanctitas, quam proinde morticinis calceamentorum calcandam prohibuit vox e Rubo erumpens. *Solue calceamentum de pedibus tuis: Terra etenim in qua ſtas ſancta eſt.* Exod: 3. Exod: Hìc iam tangitur Digniſſimorum MARIÆ Parentum, Joachim nimirum & Annæ probitas, & ſanctitudo, ut videantur & illi ad Privilegium immacul: Conceptionis Filiæ ſuæ aliquo concurriſſe modo, non ita quidem; ut illud mererentur Filiæ ſuæ de condigno; ſed diſpoſitiuo quodam modo, aut de congruo: ſiquidem Doctorum tam Antiquorum quàm Recentiorum tuetur authoritas, generationem MARIÆ abſq; vlla carnis rebellione ac fæditate fuiſſe, ſed eo modo, quo in ſtatu innocentiæ progignerentur Filii: plenè obedientibus judicio & imperio animæ, omnibus membris, a Parentibus ſuis Virginem proceſſiſſe: imò actui illi ſanctitatem quandam adſtruere audent aliqui. Digniſſimus ſanctitate & doctrinâ Doctor, S. Damaſc: Damaſc: Orat: 1. de Nativ: Deip: diſertè ſic affatur SS. Parentes iſtos. *Caſtè enim & ſanctè munere veſtro functi, virginitatis theſaurum produxiſtis.* Vinc: Ferr: S. Vinc: Ferr: ſ. 2. de Nati: V. *Lux dicitur illa generatio Virginis MARIÆ, quia ſine tenebra culpæ facta eſt: modò autem in generatione filiorum ſunt multæ tenebræ, propter intentionem carnalem & corruptam parentum: ſed generatio Virginis MARIÆ, fuit ut lux: de iſta luce habetur. 2. Reg: 23. ſicut lux auroræ oriente Sole, mane abſq; nubibus rutilat; ſic iſta conjuctio Ioachimi & Annæ luminoſa fuit.* Subtiliſſimus Guerra clariùs quid ſubnectit. *Tantâ B. Virgo in ſui Conceptione claritate & luce præfulſit, ut eius micantiſſimi radii, etiam Parentum conjunctionem & generationem actiuam illuſtrârint.* Guerra. Quorum aſſertum plurimum roborat authoritas ipſius B. V. MARIÆ reuelantis: quæ apparens S. Birgittæ l. 1. revel: c. 9. ſic eam allocuta fuit. *Ipſe DEUS conjugium parentum meorum tantâ caſtitate conjunxit, ut nunc non inveniretur caſtius conjugium. Et cùm ſibi nuntiatum eſſet ab Angelo, quòd Virginem parerent, unde ſalus mundi procederet, magis voluiſſent mori, quàm carnali amore convenire, & voluptas in ipſis mortua erat: tamen pro certo dico tibi, quod ex charitate Divina, & ex verbo Angeli nuntiantis, convenerunt carne, non ex concupiſcentia voluptatis, ſed contra voluntatem & divinâ dilectione. Et ſic ex ſemine eorum, per divinam charitatem, caro mea compaginata eſt.* Birgit: Atq; ſic terræ huius, Parentum ſcil: MARIÆ ſanctitudo, ſi non merebatur, ſignabat ſaltim Rubum, MARIAM intactam a flamma peccati originalis. Fateor D. Bernardum ep: 174. ad Canon: Lugdun. aliquid oppoſiti videri ſentire, dum ita ſcripſit. *An fortè inter amplexus maritales ſanctitas ſe ipſi conceptioni immiſcuit, ut ſimul & ſanctificata fuerit & concepta? Neq; hoc admittit ratio: quomodo namq; ſanctitas abſq; ſpiritu ſanctificante, aut S. Spiritui ſocietas cum peccato fuit? Aut certè peccatum, quomodo non fuit, ubi libido non defuit.* Quomodo ſolvat Chryſt: Vega hanc authoritatem Doctoris S. videndus eſt in Theol: Mar: n. 859. Ego breviter reſpondeo: S. Doctorem id tenuiſſe tunc, quando adhæſerat opinioni, quæ tunc magis probabilis habebatur, quam nunc defacto eſt, quæ negabat eſſe immac: Cõceptam MARIAM: utrumq; enim hoc ſecum connexionem habet tanquam ex ſuppoſito, quod obiter tantùm, (ſicut in epiſtolis contingit ſcribendis) pertractaſſe cenſendus eſt S. Doctor. Cæterùm cùm antiquioris S. Doctoris in oppoſitum adſit authoritas, aliaq; adminicula, & præterea ipſe etiã in aliis

MARIÆ *Parentes, ſanctè & caſtiſſimè generarũt eandem.*

MARIÆ *Parentes, ſuo modo concurrerunt ad immacul: Conceptionẽ eiuſdem.*

Vega.

operibus, quæ ut Doctor, & quasi ex Cathedra scripsit, faueat immac: Conceptioni MARIÆ (ut multoties ex citatis eiusdem authoritatibus in hoc etiam opusculo patet. v. g. Tit: Festũ n. 199.) sententiæ nostræ probabiliori firmiùs deinceps assensisse censendus est.

Probatur Miraculosè.

714. Hactenus illæsum à flamma originalis peccati RUBUM, Mariam, quasi ex intrinsecis probavimus locis; nunc etiam ab extrinseco adducere liceat argumentum: nimirum a Miraculo, in quo nonnulla devota Cultrix & Tutrix immaculatæ Conceptionis Mariæ ex rogo illæsa euasit, ut prodigio novo depingeretur in alio veluti in schẽmate, intacta a flamma originaria Conceptio Virginis. Factum enarrat Adamus Weber: Tract: de arte convers: Reg: 10. n. 85. & Bern: de Bustis ex *Mundo Mariano*. In quodam Italiæ pago, exorta fuit publica disceptatio inter Franciscanum & Religiosum cuiusdam alterius Ordinis, ex qua disceptatione, orta est alia quædam altercatio, inter Mulieres tertii Ordinis utriusq́; illius Religionis: quæ eò audaciæ processerunt, aut etiam fiduciæ ut illa tertii Ordinis S. Francisci, conditionem obtulerit, probandi rem per miraculum: Accendatur (inquit) copiosus ignis, in quem ambæ ingrediamur, ut quæ ex nobis combusta fuerit, falsæ opinionis fuisse comprobetur. Placuit conditio alteri, accenditur ergo rogus, quem pari animi constantiâ, sed non pari fidei veritate, ambæ ingrediuntur: ubi illicò Tertiaria illa opinionis contrariæ, primò in flammas, postea in fauillas redacta est. Tertiaria verò S. Francisci, zelosa assertrix Immac: Conceptionis, illæsa permansit, Rubumq́; a flamma originali illæsum, facto in seipsa miraculo, tantò gloriosiùs deprædicavit.

MARIÆ Conceptio miraculo illustrata illæsa mulere ab igne.

Probatur Symbolicè

715. Ingeniosè quispiam universum hoc RUBI, & immaculati Conceptûs Virginei mysterium, breui complexus est symbolo, Rubum illum Moysaicum depingens, Greges ovium undequaq́; venerabundè stupescentes ad ignis visionẽ, & Moysen, sese excalceantem: cui epigraphen subdidit. *Flagrat, non conflagrat.*

Rubus Moysaicus symbolũ Immac: Concept: Mariæ.

A Rubo denotare voluit MARIAM, flammâ verò, culpam signabat originariam, fortiori flamma gratiæ præseruativæ ab illa repressam, quam etiam zelus piorum a Virgine arcere conatur. Ovium Grege, multitudinem designabat in Ecclesia DEI, cultorum huius mysterii. Ac tandem Moyses, eos symbolizabat, qui omni morticino humanarum rationum deposito, nudâ fide, tot iam persuasi authoritatibus Scripturæ, a SS. Patribus accommodâ interpretatione applicatis MARIÆ, & tantâ multitudine sequacium allecti, piæ opinioni tandem adhærentes, Immaculatam, illæsamq́; eius Conceptionem venerantur. Quem Conceptũ, vt etiam Musa illustret domestica, applaudit taliter.

B

Fulget ab igne Rubus frondẽs, quẽ flãma coronat,
Te Virgo signat, quæ sine labe sata.
Grex ovium, cultrix pia plebs, mysteria cernit,
Ast colit, & zeli nobilis igne flagrat.
Exuit & Moyses, quæ mortis symbola præbẽt,
Ignaram flammæ, sic fateatur Adæ.

Epilogus.

716. RHamnum aut RUBUM locutum fuisse aliquando, quamvis ænigmaticè, attestatur S. Scriptura. Judic: 9. Dum etenim vocatus ad Purpuram, iam iam sceptra capesseret; asperum illud virgultum, nonnisi asperè imperare aliis quivit, atq́; sic reliqua ligna, primo statim affatu suo, fato rebelles affecit, dum dixit: *Si verè me Regem vobis constituitis, venite & sub umbra mea requiescite: si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & devoret cedros Libani.* RUBI, nostri incombusti, Mariæ immac: Conceptæ, longè diversum Imperium, quæ ita in animis zelatorum sui intaminati ortûs, regnare sibi complacuit; ut non sæviat: imò desævire in oppositæ sẽtentiæ Assertores, Bullis Põtificum prohibet sub censuris, quo fit, ut Regni sui rebelles nullos reputet, vel nõ diu tales patiatur: zelo etenim ab igne meliori huius Rubi inflammati, etiam cedri Libani, nobilissimi scilicet Scholæ alterius Doctores, multoties accedunt, & tanti mysterii admirantur, profitentur, atq́; tuentur, unà nobiscũ celsitudinem. Veniat igitur sorte bonâ, tuarumq́; precum intercessione, ô Immaculatissima in ortu tuo Virgo, ut quantocius in cultu tuo, illud quod in Patriarchæ nostri Francisci conti-

Judic:

C

D

Votum Authoris.

gerat ſpineto, renovetur miraculum, dum caſtæ carnis illius reſperſum cruore, in Roſas gratioſas effloruit; ita pariter, faxis Virgo, ut ſi quæ ſêticeta adhuc aliquarum humanarum rationum, fatigant incõbuſtũ Rubũ tuum illi ipſi citiùs puritatis Tuæ ſplendoribus perfuſi, in lilia & Roſas, thaumaturgâ Tua virtute transformentur, fiantq; magni zelotes & decoramenta immaculatæ Conceptionis Tuæ. Vtinam illa abbrevientur tempora & hebdomadæ, quando (iuxta reuelationem factam S. Birgittæ) per totam Eccleſiam Chriſti & univerſum Orbem concordi ſenſu, MARIA, Rubus, ab originaria flamma illæſus apparebit & deprædicabitur.

A M E N.

DECAS

DECAS VII.

SACRARIVM Timoris Domini.

Pro Annũtiatione B. V. Mariæ.

SS. DEIPARA.

Ne timeas MARIA. Luc: 1.

717. AUdistis hodie AA. dilectissimi (ut a verbis D. Chrysologi exordiar) Angelum cum muliere, de hominis reparatione tractantem. Audistis agi, ut homo cursibus iisdem, quibus dilapsus fuerat ad mortem, rediret ad vitam. Agit, agit, cum MARIA Angelus de salute; quia cum Eua Angelus egerat de ruina. Audistis Angelum, de carnis nostræ limo templum Divinæ Majestatis arte ineffabili constructem. Audistis, in terris DEUM, in cœlis hominem, Sacramento incomprehensibili collocari. Audistis inauditâ ratione, in uno corpore DEUM, hominemq; misceri, & fœminam ad supremam Matris Dei sublimari dignitatem, sed timentem: *Turbata est in sermone eius & cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Unde Angelus *Ne timeas MARIA, invenisti enim gratiam apud Deum.* Et quid inter tot & tam fausta nuntia times, quid trepidas Diviniſſima Virgo? quia fortè inveniſti gratiam. Timet, non qui invenit; sed qui perdit. Inveniſti Tu, concipiendo supernì Numinis gratiam, quæ pariendo demum, non perdidisti Virginitatis insignia. Quid times? quæ securitatem rerum concipis, & paris gaudia sæculorum. Timor non est, ubi Divinum agitur negotium, non humanum: ubi virtutis conscientia est, non pudoris. Quid times? quæ suscipis eum, quem timent omnia, quæ timentur? Quid times? cui Judex causæ, est assertor: integritas testis est, & innocentia. Sed oportuit sanè etiam tunc, Timoris Domini in Virgine enituisse donum, ac virtutem, quæ singulare est aliorum ornamentum, iuxta illud Psal: 32. *Timete Dominum omnes sancti eius.* Imò in ipso, qui fuit Sanctus sanctorum, CHRISTO, Isaias Propheta, (recensendo gratias eius & dona, quæ DEUS liberali manu in eum congesturus erat,) in spiritu timoris, tanquam in corona cæterorum, conclusisse legitur, ultimò addens post alia recensita. *Et replebit eum spiritu timoris Domini. c.* 11. Fiebat enim tunc MARIA (ut advertit Chrysol: ser: 144. de Annun:) *Magnum Deitatis Templum.* Et quia novimus, Sacrarium, fuisse Tẽpli Salomonici nobiliorem & principaliorem partem, aliàs Propitiatorium, dictã; (cùm iam cæterarum virtutum, ut virginitatis, obedientiæ, humilitatis & aliarum, Diviniſſimum illud Virgineum fanum, tanquam pretioſiſſima exornarent Aulæa,) oportebat, ut timoris Divini donum, locum SACRARII occuparet. Quoniam autem Beatiſſ: Virgo ab

Incarnationis quadam abdita enarrantur.

Psal:

Sacrariũ pars Tẽpli nobilior.

go ab Ecclesia DEI in officio Rom: SACRARIUM Spiritûs S. dicitur; igitur ego hodie eandem singulariter, ratione doni Spiritûs S. Timoris Domini, SACRARIUM *Timoris Dei*, deprædicabo: subnectens panegyri, nonnulla, in Timoris Divini recommendationē. Interim rythmicè salutando cum Angelo MARIAM, humiliter pro sancto timore supplico eidem.

MARIA Sacrariū Timoris Domini.

O Mater sancti timoris,
Miserere peccatoris:
Confige dono cœlesti,
Quidquid caro fert molesti.

PARS I.

Anima timorata, Sacrarium DEI.

718. NOn de mercenario solùm, aut servili timore erga Deum, (quamvis & iste suum pondus habeat,) sed præcipuè & singulariter nobis sermo hîc est de timore Filiali, nimirum de illa virtute, quâ quis Deum offendere timet, quatenus amat & reveretur eum, ut filius Patrem, quem aversum sibi non vellet experiri. Timor DEI, libitam denotat Deo subjectionem: non incutitur necessitate, sed voto: non de impendenti malo nascitur; sed de boni cœlestis amore, & placendi Deo semper, formatur ex desiderio: non vi, sed religione, non culpâ, nec de impulsu infirmitatis occurrit; sed disciplinâ virtutis exoritur: cùm videlicet homo, quieto & non extorto suffragio, DEUM esse Dominum confitetur, cui devovet corpus & animam, ut debita stipendia Creatori. Hunc timorem DEI religio vera parit, excipit ad cunabula viva fides, lactat sapientia cœlestis, & in adultam ætatem contemplatio Divinorum perducit. Tam ergo sanctè, tam piè, hæc cœlestis educata proles, in cuius corde sedem fixerit; animam huiuscemodi, meritò SACRARIUM DEI dicendam comprobo, alludendo ad ad aliqua, quæ sanctuario illi Moysaico convenisse noscuntur.

Timoris Dei multiplex differentia.

Anima timorata, Dei sacrarium.

Probatur Scripturaliter.

719. Primùm habetur de Sanctuario, quòd ille locus fuerit singularis, ubi habitaverat DEUS, responsa Moysi, cæterisq; sacerdotibus opportuna reddens, reverendus nimiùm cunctis, magnâq; circumspectione tractandus ita; ut nec summo sacerdoti ingredi illuc liceret, nisi indutus esset veste Aaronis, quæ erat pretiosissima: locusq; ille totus Divinus esse censebatur. Ita sanè est, quòd cuius præcordia debitè percellit timor DEI, ad quandam accedat Divinitatis singularem participationem: cùm talis, nullibi in terris cum quopiam alio, invenire possit assimilationem. Dicitur enim Eccli: 25. *Quam magnus, qui invenit sapientiam & scientiam: sed non est super timentem Dominum. Beatus homo, cui donatum est habere timorem DEI: qui tenet illum, cui assimilabitur?* Cornel: quidem a lap: in hæc verba sic ait: *Timens DEUM, non tam homo terrestris, quàm Angelus quidam cœlestis, è cœlo in terram lapsus videtur.* Cæterùm Did: Celada in Ruth: c. 2. §. 158. Divinitatis quandam in timente Deum fatetur accessionem, dum in timore emphaticè DEUM significari asserit, quandò illam Jacobi, per Labanum injustè molestati, querulosam perpendit expostulationem, quâ concludendo jurgium cum Labano, sic fatus est. Gen: 31. *Nisi DEUS Patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modò, nudum dimisisses me.* Quis est iste Isaaci timor, cui sui suorumq; incolumitatem Jacobus adscribit? Cum communi Interpretum, respondet cit: Author: *DEUS ipse, qui fuit DEUS Abraham, vocatur Timor Isaac.* Quasi dicat: DEUS, quem coluit Abraham, & quem timuit Isaac, quasi summum Numen, ac omnipotentem Majestatem. Sed iterum difficultas, cur DEUS pavidè timendus, Isaaci, seu hominis *timor* nominatur. Hunc locum sic elucidat Lipoman: *Et pavorem* (ait) *Isaac, id est, eundem Deum, quem super omnia Pater eius timebat, de quo loquitur Isaias, Dominum exercituum sanctificate, ipse timor vester, & ipse tremor vester: Et ut, quàm summè timendus sit, quàmq; super omnia timuerit Isaac, insinuet, dicit quasi in abstracto: Nisi Timor Isaac affuisset.* Ecce tibi (ait Celada) summum DEI Numen, omnipotentis Authoritas, & DEUS pavidè metuendus, Isaaci, id est hominis *timore*, designatur, quasi perfectus hominum timor, summi ac omnipotentis DEI e-

Sacrariū veteris legis quàm erat reverentia.

Eccli:

Cornel:

Celada.

Timor, nomen Dei supplet.

logia

logia quodammodò æmulari videatur. Portò sic Deus animitùs adest homini timenti Deum; ut cum timore, Dei elogia homo velut participet, nominisq; vicem reciprocet, & Deus summè timendus, humani *timoris* nomine nuncupetur: acsi cum nominis participio nec omnipotentiam quodammodò mutuaret timenti. Quid exageratius? Præclara sanè sunt & satis alta, quæ de timore Dei dicuntur, qui quodammodo indivinat timentis animam; sed noveris de perfectissimò Timore id tantummodò enuntiari. Vnde S. Augustᵘˢ perpendens illud Davidicum Psal: 118. *Confige timore tuo carnes meas.* quærit. *Quid est, confige timore tuo? timui enim a judiciis tuis. Si enim timuerat vel timebat, cur adhuc, ut à timore suo, Deus configeret carnes suas, orabat. An addi sibi volebat timorem? ut tantùm timeret, quantùm sufficeret.* Et quantùm sufficit timoris? ut, quantùm sufficit, Deus timeatur. Profundè Aerledus Rhievail: de Dei aspectu ad humanum timorem ita scribit in Advent: *Sic qui timebatur essentialiter, venit misericorditer.* Quid est *essentialiter*, timeri Deum? Quasi verò Dei timor tantus esse debeat; quòd Deo sufficiat, ut homini sit veluti connaturalis & medullitùs hærens, corporiq; & animo convisceratus, acsi ab ipsa essentia hominis flueret, ipsumq; integraret. Ita sanè est: si Deus timetur quantùm sufficit, quasi in essentiam hominis transivit timor ille. Quod innuere videtur textus Sapientis, Eccle: 12. *Deum time, & mandata eius observa: hoc est enim omnis homo.* Hinc David animo & corpore exposcit Deum timere, Deiq; timorem sibi animitùs convisceraré, ut *tantùm timeret, quantùm sufficit*, quo Deum *timeat essentialiter*, non physicâ, sed ethicâ essentiâ, quæ & piam vitam, & vitæ perfectionem informando, in Divinum quid, transformet hominem, qui nihil agat, nihil spiret, nihil cogitet, nisi quod timorem Dei oleat, ut sic justè Sacrarium Timoris Domini dici & esse mereatur.

Timor Dei indivinat animam.

Timor Dei, essentia hominis, quomodo?

Eccle:

Probatur Figuraliter.

720. Alterum, quo vetus illud SACRARIUM seu Sanctuarium Moysis commendabatur, fuit, quòd in illo conservaretur perpetuum monumentum mirabilium Dei: ibi enim habebatur Arca, continens in se tabulas Decalogi digito Dei conscriptas: vas plenum mānæ cœlestis: & virgam Aaron, quæ prodigiosè olim eruperat in florem & fructum. Ex communi sensu Expositorum, in hoc ipso idonea suggeritur Figura, ad explicandas mysticī SACRARII, scilicet animæ timentis DEUM, felicitates, quibus radicatus in illa timor Dei, eandem superabundare facit. Tabulæ enim cum Decalogi præceptis conservatæ in Arca, benè denotant intaminatam legis Divinæ observantiam: Manna verò symbolicè ex sensu S. Augustᵘˢ: Ambr: & Gregor: apud Sylv: Alleg: designat consolationes spirituales, quibus Deus sustentat in deserto huius vitæ eos, qui se à temporalibus & carnalibus separant. Virga verò frondescens & florens, non inconcinnè quadrare poterit ad ornamenta virtutum, & fructus Spiritus S. His tribus monumentis quantùm gaudeat & glorietur mysticum Sacrarium Dei, anima scilicet timorata, attendamus primùm ad tabulas legis: quid enim efficaciùs in perfecta observantia mandatorum conservat & promovet, quàm timor Dei: Vnde S. Greg: Nazianz: s. 24. apud S. Maxim: ait: *A contemplatione exordium non est ducendum, & in metu quasi in extremo desinendum; contemplatio enim frano caret, & fortassis præcipitem agit; Sed metu primùm, quasi initiatos purgatosq;, vel ut ita dicam, attenuatos, ita in sublime erigi convenit.* Et Severianus ibidem, eundem Timorem à radice legis non distinguit inquiens: *Initium salutis humanæ est Domini metus: & omnium bonorum, quæ in nobis sunt, radix, est lex Divina: nec verò Divina lex caret metu, nec metus lege. Lex enim ad ea, quæ præcipiuntur, ministro utitur metu. Metus autem eorum, quæ iam præcepta sunt, judicem habet legem.* Vnde Regius Psaltes, inter utrumque, scilicet inter legis observantiam & timorem Dei, indissolubilem agnovit societatem, dum dixit Psal: 111. *Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis.* Inde sequitur & *aliud*: nimirum, mannæ cœlestis, id est consolationum Spiritûs S. ubertas, & mira quædam jucunditas conscientiæ, quâ timorata semper perfruitur anima: de quo innuit idem Psaltes. Psal: 85. *Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.* In quæ S. Augustᵘˢ

Sedes Arcæ testamenti.

Anima timorata, felicitatibus superabundat.

Timor Dei, promouet observantiam mādatorum.

Greg: Nazian:

Psal:

Psal:

Sacrariū Moysaicū.

Auguſt: Auguſt: *Ergo timor in jucunditate eſt. Et quo jucunditas, ſi timor? nonne timor amarus ſolet eſſe? erit ergo aliquando jucunditas ſine timore, modò jucunditas cum timore. Nondum enim eſt plena ſecuritas, nec perfecta jucunditas. Ergo & jucunditatem aſpergat, & timorem incutiat, ut de dulcedine jucunditatis, perducat nos ad ſedem ſecuritatis.* Ruſus David: Pſ: 30. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te.* Quæ D.

Timor Dei adfert iucunditatẽ conſcientiæ.

Bonav: Bonav: c. 6. Diæt: ſalut: hâc brevi proſecutus eſt Paraphraſi, inquiens: *Timor Dei habet amœnitatem, ſicut Paradiſus dulcedinem & delectationem.* Hoc i-

Chryſo: pſum explicatiùs innuit S. Chryſoſt: hom: 18. ad pop: *Dei timor ſtabilis eſt immotuſq́, & tantam emittit lætitiam; ut nullius nos aliorum malorum ſenſus capiat: Deum enim, ſicut oportet, timens, & in ipſo confidens, voluptatis radicem lucratus eſt, & omnem habet lætitiæ fontem.* Tertium demum veteris SACRARII monumentum, nimirum virga Aaron, in anima pavente ad verba Domini, ſe ſymbolicè explicat, dum cœleſte hoc donum, omnigenæ virtutis chariſmatumq́; aliorum ſeminarium fit, quibus timoratum hominem, mirum ad modum efflorescere facit, & fructus eius ad maturitatem perducit. Diſertè id edocuit S. Laur: Juſtin: l. 2. de ſpir: anim: reſurr: *Huiusmodi timore correpti ô quàm ſalutaria concipiunt deſideria, conſilia provida, ſanctos cogitatus, affectus pios, vota caſtiſſima, ex quibus pariunt laudabilia opera virtutum, germina morum, fragrantiſſimos flores Spiritûs S. & uberes fructus: de quibus Apoſtolus: Fructus autem Spiritûs, eſt charitas, gaudium &c: Vides quàm fœcundus ſit huius ſancti timoris Domini conceptus, quamq́, fructuoſus exitus, per quem anima, placens efficitur Domino, commendabilis proximo, & utilis ſibi.* Et hæc eſt ſymbolica concertatio SACRARII Moyſaici cum myſtico, in contentorum æmulatione: ubi timorata anima, nobiliorem videtur tenere palmam, quia dum illud Moyſaicum, eſſe iam deſiit, & ut notat Corn: a Lap: in Exodi: cap: 25. tria illa benignitatis Divinæ in Hebræos memorabilia, ſimul cum Arca, per Jeremiam Prophetam, imminenti, Civitati & Templo, Babylonis monti Sinai conſepulta ſunt, & manent; Anima tamen timens Deum, triplici illo monumento, in dies gloriatur & gaudet.

Timor Dei, ſeminariũ omnium virtutum.

A *Probatur* Hiſtoricè.

Conſtat adhuc ex ſacra Scriptura, Sacrarium illud, fuiſſe locum immunitatis ſeu ſecuritatis: id enim liquet ex facto: dum tumultuantis populi evaſuri iram & manus, Moyſes & Aaron *fugerunt ad tabernaculum fœderu, quod poſtquam ingreſſi ſunt, operuit eos nubes.* Exodi 16. Idem omninò, aſt excellentiori modo, timoratæ competere animæ quis perneget? quæ a nullo ſibi trepidat malo, nec à Sathanæ machinamentis læditur, ſed ſemper de vitiis triumphat: quod fatetur Salomon: Prov: 14. *In timore Domini, fiducia fortitudinis.* Cui B alludit illud S. Aug: *Timor præſens, ſecuritatẽ ſẽpiternã generat.* Deſciſcas à timore Dei vel tantillùm; hoſtium ſeu dæmonum, & cunctorum vitiorum prædæ patebis. Longam recenſet ſeriem huius rei exemplorum ex Scriptura Paul: Oliva, quẽ ego breviter reſtringo. Balthaſar funeſtis characteribus in pariete viſis contremuit, poſtquàm verò à Daniele didicit per apices illos, extremas portendi ſibi calamitates, nec palluiſſe, nec unam fudiſſe lacrymam perhibetur: ubi ſibi funus imminebat, trophæis exornat Danielem, & cur? timuit quidem, ſed timor citò ceſſa- C vit, & ipſa ceſſatio timoris, mala accelleravit. Quid Caim? nonnè monitus à Deo & territus ne peccaret, pulſo procul timore, conſurrexit in fratrem, furebat, & perduellis vixerat. Heli, nonne ſenex & ſacerdos erat? tam ſerias Dei minas num pœnitendo mitigavit? nec filios còercuit, nec ſe correxit. Philiſthiim, cùm cognoviſſent Arcam Dei illatam caſtris Hebræorum, nonnè ingemuerunt, nonne timuerunt dicentes: *væ nobis* 1. Reg: 4. Sed timore excuſſo Dei, audite quid meditantur: *Confortamini & bellate.* Balaam, etiam poſt vocem aſinæ & An- D geli, non modicè territus, etſi non maledixit Iſraeli, quia non valuit; non ſemel tamen adniſus eſt, ut malediceret. Timebant iſti utiq́; Deum, ſed ſupra audivimus ab Auguſtino, *non tantùm timebant, quantùm ſufficiebat* ad ſalutem: timor proinde ille aſylum ipſis ſecuritatis non præbuit: SACRARIUM non fuit, utpotè ipſe minimè ſacer, quia tantùm ſervilis, & nimiùm imperfectus. Soliûs itaq́; defæcati ab

Sacrariũ Moyſaicũ, locus immunitatis. 721.

Exod:

Prov: 722

Timoris ex defectu, perditio multorũ, in exemplo.

Reg:

omni

omni reſpectu, filialis, reverentialis, ac ſancti timoris indoles eſt, conſecrare animas in SANCTUARIA DEI, & immunes ſecuraſq; reddere contra mala.

PARS II.

SS. DEIPARA, Sacrarium Timoris Domini.

722. SAcratioribus locis, divinam quandam ineſſe vim & virtutem, vel ipſe uſus comprobat quotidianus, ut nedum accedentibus propiùs, timoris cuiuſdam devoti & reverentialis, metum ſuaviter incutiant; ſed præterea, quamvis nullum ipſis ab hoſtibus ſubſit periculum, ſingularem ſui exigunt cuſtodiam ac circumſpectionem. Hinc præclarus ille, Judaici populi Dux, Moyſes, noverat licet apprimè, mirificum illud tabernaculi fœderis & Sacrarii, opus, quod aliàs ſancta ſanctorum appellabatur, ſingulari in ipſo præſentiâ Dei præmunitum fuiſſe, nec a quopiam eidem metuendum, quod etiam ipſimet cum Aaron fugienti præſtiterat Aſylum; nihilominus, cùm jam aliquot familiarum diverſarum millia, ad excubias tabernaculi applicuiſſet. Exod: 3. ipſius SACRARII ſeu ſanctuarii, ex Solis Levitis, numeroſam poſuit cuſtodiam, & Principem excubitoribus præfecit, ipſo mandante DEO. *Princeps autem Principum Levitarum Eleazar, filius Aaron ſacerdotũ, erit ſuper excubitores cuſtodiæ ſanctuarii.* Hoc utrumq; quàm idoneè explicet, ſingulare donum Spiritûs S. Timoris ſcilicet Dei in MARIA, quis non videat, ſi modo diligentiùs perpendat, exquiſitiſſimam Virginis, circa ſe ipſam cuſtodiam, & agendorum circumſpectionem; quod quidem donum ſpecialiter in ipſa enituiſſe cernitur, dum hodie ab Angelo ſalutatur.

Exod:

Sacrarii cuſtodes, ſoli Levitæ.

MARIÆ, Timor Dei, in Annuntiatione enituit.

Probatur Scripturaliter.

723. *Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio.* Narrat ſacer Evangeliſta Lucas, ſecretorum MARIÆ, intimus Cancellarius. Cùm audis turbatam, turbationem noveris fuiſſe, non ſervilis cuiuſdam, ex animi abjectione, aut delibatione corporis, procedentis pavoris argumentum, ſed ſancti timoris, pudoris, atq; admirationis concitatiorum affectuum evidens teſtimonium. Prudens enim hæc admiratio & turbatio in Virgine quam refert Evangeliſta, & rationalis timor, reſultauit ex ponderatione eorum quæ audiebat, & tantâ animi moderatione ac conſtantiâ commota eſt, ut cogitaret, *Qualis eſſet iſta ſalutatio.* Rectè ſuper hæc ſcripſit S. Bernardus *Turbata eſt, ſed non perturbata: turbata eſt, & non eſt locuta, ſed cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio. Quod turbata eſt, verecundiæ fuit virginali, quòd non perturbata, fortitudinis, quòd verò tacuit & cogitavit, prudentiæ.* Hìc iam huius Diviniſſimi Timoris Domini ſacrarii excubias vigilantiſſimas obſerva id eſt, ſolertiſſimam eius circumſpectionem perpende, in eis, quæ agenda eſſent vel tum agerentur, quàm tum, quo ad omnes ſenſus & internos, externos adhibuit Virgo. Quo ad internos animi motus, ipſo centoculo Argo fuit oculatior. *Cogitabat (inquit) qualis eſſet iſta ſalutatio.* Crediderim meritò, Paranymphum illum cœleſtem, dum è Conſiſtorio Terauguſtiſſimo SSS. Trinitatis, tot ex millionibus Angelicorum ſpirituum, unicus deſtinaretur legatus ad MARIAM, eminentiſſimâ doctrinâ & prudentiâ præditam fuiſſe Virginem, ad quam mittebatur, non ignoraſſe: unde ut caſtigatiſſimam & examinatiſſimam ad eam proferret orationem, adeò ſtudioſè cõcinnabat ſtylum, hinc & inde trutinabat voces, & Laconico quodam modo cum interciſionibus formabat periodos, teſi breves: ut ex cuiuſcunq; vocis prolatione, timendi vel dubitandi, Virgini non daretur occaſio. Cæterùm, ubi illuminatiſſimus Angelicus oculus, dubitandi aut potiùs prudenter a ſalutatione illa timendi, nihil advertit; timoratiſſima terſiſſimaq; mentis MARIÆ pupilla ad ea nictitavit, ponderans cuiuſq; vocis, omnes quaſcunq; habere poterat, ſignificationes. *Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* Gratia etenim illa, quâ ſalutabatur ab Angelo *Aue gratiâ plena*, juſtum dubium excitare poterat in mente audientis, de humananè aliqua, aut de cœleſti, gratularetur ſibi nuntius, & quamvis pro-

MARIÆ timoris in Annuntiatione motiva.

Bernar:

MARIA, in omnibus circũſpecta.

Gabrielis ſalutatio ad Mariam examinatiſſima.

vis provide Angelus, ut tolleret vocis æquivocationem, subitò addidir: *Dominus tecum*; adhuc tamen trepidasse ad verba Angeli dicitur: *Turbata est in sermone eius*: & cur? Sustulit quidem nuntius causam ambigendi de gratia; sed rursus iterum, sancti timoris nova terriculamenta subministravit, dum singularem in benedictionibus, inter omnes mulieres esse adjecit: *Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Assecutus est mentem Virginis Joan: Sylveira hìc, inquiens: *Præsensit Beatissima Virgo MARIA, ex modo annuntiationis, quòd Ipsa eligeretur in Matrem Messiæ, sine virginitatis læsione, & ideo turbata est, dum se videt ad novum & singularem maternitatis modum eligi.* En evidens timoris reverentialis in MARIA, quæ a tantæ dignitatis sublimitate quodammodò ob humilitatem exhorruit, testimonium legitur. Hanc ergo tam exquisitam de agendis circumspectionem tantò ampliùs & studiosiùs prosecuta est, dum audiens concipiendum Filium in utero, unicâ licet & brevi interrogatione *Quomodò fiet istud?* Cœlestem illum spiritum adeò constrinxit; ut quidquid poterat circa virginitatis privilegium suboriri timoris & dubii, omnem vocum ambiguitatem, longiori ad Virginem peroratione explicare, cogeretur, modum nouæ generationis Divinæ enarrans, plusquam lucidè. In quo satis clarè enituit timoratissimæ Virginis circumspectio, quoad inter nos motus animi. Nil justiùs, ut saltim breviter, perstringatur eiusdem, quoad sensus etiã externos, exquisita custodia & cautela. Prævenisse eam longè ante quis perneget, salutare illud Dogma Bernardi: *Vis o homo in periculo esse securus? time securitatem: vis esse a dæmone liber? Angelum de cœlo time,* Angeli hæc, auditu solo, excipiens verba, trepidasse legitur. *Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius.* O miram Divinissimi huius SACRARII custodiam! dum etiam pupilla, ne cœlitùs venientem nuntium cerneret, prohibetur! Et quamvis Græca versio communissimè habeat, loco *Quæ cum audisset. Quæ cum vidisset.* id ipsum tantò ampliùs commendat circumspectionem Ipsius, dum viso in specie humana seu viri, Angelo, serotino (ut communiùs asseritur) tempore, & dum (quod observat S. Ambr:) *eam solam in penetralibus, solus Angelus reperit, solam sine comite, sine teste,* inde turbari cœpit, & ne quopiam degeneri deciperetur affatu, a sermone trepidavit Angelico, strictissimoq́, adurgebat Nuntium examine, ex ipsarum circumstantiarum non vana consideratione. Dicit enim Luc: Burgensis. *Quamvis MARIA consuevisset apparitionibus & colloquiis Angelicis, quæ in spiritu fierent; non tamen huiusmodi, quæ fierent formâ humanâ, specie virili, eâ deniq́, majestate & fulgore.* Ex hac custodia visûs, collige in virgine aliorum sensuum sub hac Angelica salutatione moderationem & cautelam, vix enim brevissimum illud *Quomodo*, & salvificum Orbi *Fiat*, ad Angelum prolocuta, (ut scribit S. Alb. M. sup. Missus) assurgens ad verba nuntii ex oratione, capite & corpore inclinato, nuntia auscultavit cœlestia, atq́; sic maturans verba singula, quæ sibi dicebantur, non minùs actibus amoris, quàm reverentialis timoris eleuata, consensit Deo, atq́; sic Sacrarium facta est, Templumq́; Filii Dei.

MARIA in Annuntiatione, quàm pro virginitate solicita. Bernar:

MARIA in Annũtiat: Gabrielem nõ respexit oculo.

Alb: M.

MARIA quantaq́ reverentiâ auscultavit Gabrieli

Probatur Figuraliter.

724.

Et quoniam nonnullis, hic Timor, cuius SACRARIUM MARIA esse asseritur, eiusdem partim dignitati, partim perfectissimæ charitati, (quæ iuxta S. Paulum excludit, & procul pellit timorem,) aliquomodo adversari videtur, præsertim inquantùm Timor includit fugam mali imminentis, quæ cum quadam animi tristitia & anxietate esse solet; ideo Cœlestis Sponsa sub Figura MARIÆ, illum singulariter commendasse deprehenditur: quod, si Dogmate illustretur Thelogico, præclaram Timori Mariano instruet Panegyrim. Sponsa ergo illa Cant: 2. Personam repræsentat MARIÆ, sed Timore Dei, tanquam inpenetrabili scuto obarmata, imò iam quasi victrix gloriosa legitur, dum ait: *Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* In quibus verbis sui Sponsi, specimina amoris ostentat, fortunatamq́; se prædicat, & ad Sponsi mutuos amplexus evectam se asserit: Itanè Sponsi lævæ Marianum innititur caput ac ab ea suffulcitur? *Laua eius sub capite meo.* Fortunata equidem Domus MARIÆ, & nullam subitura ruinam, tali suffulta fulcro.

Cant:

Laua Spõsi, s. adversa, plerũq́, salutaris.

fulcro. Verùm adstupeo, quòd se felicem jactet, quia manus sinistra Sponsi, caput suum sustineat, & in ea, quasi in centro tuto conquiescat, siquidem à manu sinistra Sponsi, quis non timeat? quis non toto corpore perhorrescat? Ad sinistram eius depluent horrenda supplicia: fulminabit Judex calamitates & strages, verbis illis insertas. *Ite maledicti in ignem æternum.* Matth: 25. Quid igitur, quasi gloriabunda, fortunatam se dicit MARIA? Quid sibi de felicitate gratulatur, quòd sinistræ Sponsi, caput suum adhæreat? verùm meritò adgaudet MARIA, quia ex manu læva Sponsi, quæ tot timores incutit, fabrefiet scutum inexpugnabile, quo ignita hostium tela retundat mirabili facilitate. Vt hinc ediscas (ait Christoph: Vega Theol: Marian: p. 1354.) Timorem esse non solùm incipientium, juxta Origenem in cap: 8. ad Rom: *Parvulis Pædagogus est timor.* Et S. Basil: ac Nazianz: orat 21. Timorem vocat *primum incunabulum.* Ephrem: verò *scholam puerilem.* Sed Timor iste non solùm est incipientium in schola virtutis; sed etiam perfectissimorum, qualis fuit Christus & MARIA: inde est, quòd à læva Sponsi, quæ terribilis est, laudes quoq; suas deprompsisse MARIÆ libuerit, antequam ob amoris affectus amplexatam se à dextra Sponsi gloriaretur, priùs ob affectus Timoris Sancti, ab eiusdem læva suffultam esse gauderet. *Læva eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Ille autem timor in B. Virgine sic saluatur & explicatur, sicut explicari solet in Beatis, & in ipso Christo, in quibus fides timorem admittit, iuxta illud de Christo. Isai: 11. *Et replebit eum spiritus timoris Domini.* Et aliud de sanctis. Ps: 18. *Timor Domini sanctus, permanet in sæculum sæculi.* Itaq; (ut cum aliis Theologis loc: cit: asserit Vega.) Timor hic in Virgine, consistere poterat in quodam affectu reverentiæ ad Deum, propter ipsius eminentiam: qui affectus, actus timoris vocatur à D. Thom: 3. p. q. 7. art: 6. siquidem timor respicit malum, quod ab alio provenire potest: ille autem qui hoc malum invehere potest, superiori potestate gaudet in eum, qui tale malum timet, tametsi autem nullum timeatur ab eo, qui hanc præcellentem potestatem habet; semper tamen affectus ille reverentiæ, Timor appellatur, eo quodam modo, quo filius Heri, à quo sibi nulla imminet proximè pœna, reveretur Herum, quem novit habere potestatem inferendi plagas, & videt eam exerceri in servis dyscolis. Cui explicationi consentit & Suares de Incarn: d. 20. sect: 2. Sed adversabitur quis ex ratione, quatenus Timor connotat fugam mali. Occurrit itaq; S. Thom: dicens: Donum timoris, non solùm respicere malum, sed etiam bonum, malum ex consequenti, per se autem & principaliter, bonum: quod est commune cuiq; virtuti & dono: unde actus timoris Domini, non solùm versatur circa malum fugiendum; sed etiam circa præcellentem potestatem DEI, cùm quoddam bonum dicat, illam supremam revereri præcellentiam. Vel iterum dici posset, admitti debere donum Timoris in Deipara, iuxta explicationem S. Aug: l. 14, de Civit: c. 9. ubi ait: *Timoris casti nomine, ea voluntas significata est, quâ nos necesse est, nolle peccare, non solicitudine necessitatis, sed tranquillitate Charitatis.* Et sic fuga peccati, à DEO separantis, quam habuit B. Virgo, dicitur Timor: quia licet ipsa sciverit, se de facto ex gratia Dei non posse peccare; tamen noverat, quātùm ex natura sua, se esse capacem peccati: unde potuit etiam habere fugam peccati, non quidem imminentis, sed possibilis remotè. Et brevissime dici posset ex principiis Scoti 3. D. 34. Q. un: §. *Hu suppositu.* hoc donum timoris in Deipara, in re non fuisse distinctum (quidquid sit de nomine) à dono seu vittute humilitatis: atq; sic, sicut ex cōmuni omniū sensu, humilitas admittitur in Virgine; ita nec Donum veri Timoris Dei, eidem denegandum est.

MARIÆ Timor vindicatur.

S. Tho:

Aug:

Scoti sēsus de Timore in Maria.

Probatur Doctoraliter.

725. Enimverò nedum arguitivè; sed manifestè & directè, plurimi Doctores, Timorem Domini adstruere Beatissimæ Virgini leguntur: aliquos ex illis recenseo: Imprimis S. Chrysol: qui ser: 142. expendens illa verba Angeli confortare volentis MARIAM: *Ne timeas Maria,* sic ait: *Audistis fragilem nostræ carnis naturam, ad portandum totam Deitatis gloriam, angelicâ exhortatione roborari. Deniq; nè*

Chrysol:

niq́, nè tanto ponderi cœlestis fabrica in MARIA, subtilis nostri corporis arena succumberet, & in Virgine, totius generis humani portatura fructum Virga tenuis frangeretur, fugatura metum vox Angelica præcessit: ne timeas MARIA. Did: Vega, verba hæc Doctoris perpendens docet, quòd servilem tantùm timorem, quem putabat infuisse MARIÆ, Angelus voluerit abigere ab ea, timorem tamen filialem, qui alis se charitatis involvit, & cacumina virtutum inambulat, & ut dicitur Eccli: 25. *Qui se super omnia superposuit*, nequaquam amovere à MARIA, (ut quid sacrosanctum) intendisse. Richard: Laur: de laud: V. l. 6. *Mulier timorata fuit B. Virgo, & est similiter timor filialis, vel castus, collactaneus humilitatis: ideò Luc: 1. dixit ei Gabriel, Ne timeas MARIA. Timor autem præparavit in ea locum aduenienti Spiritui S. iuxta illud Isaiæ 66. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos. Pauperculus, propriè est pauper & humilis, qualis erat MARIA.* Christop: Vega iam supra citatus ait: *Ex dono igitur timoris reverentialis, quodam affectu, in Deum ferebatur MARIA, ex quodam Spiritûs S. motu, non tamen servili timore unquam mota fuit: quia licet alioquin timor iste bonus sit; non tamen speciale donum Spiritûs S. ex septem enumeratis: est enim imperfectus, neq́ illum propterea ulla schola admittit in Christo, & potiùs ad peccatores spectat: & licet in aliis justis reperiatur; nunquam tamen imperfectionem aliquam exuit: sed perfecta charitas, foras mittit timorem, utiq́ servilem.*

Vega.

Rich: Laur:

Probatur Miraculosè.

725. Sensum Doctorum firmare expedit à miraculosis visionibus. Apparebat frequentiùs famulæ DEI Birgittæ, Cœlestis Angelus, qui plerumq́; eâ audiente, varias concinnabat & enuntiabat de Arcanis MARIÆ panegyres: Inter quas præcipua fuit, dum semel, hæc illi retulisse scribitur, de admirandè timorata circumspectione MARIÆ in agendis. MARIA (inquiebat ille) vix perfecto usu rationis (quam felicitatẽ ei contigisse in primo statim immaculatæ suæ Conceptionis; multi asseverant) à Deo donata fuit, ut, quid Deus sit, probè cognosceret, & illicò eum amare cœpit ferventissimè, imò nedum amare, sed etiam timere: procedente autem ætate, timor ille adeò penetraverat viscera illius; ut inenarrabili circumspectione caveret à malo seu peccato: & præterea exquisitâ solicitudine attenderet, ut omnes actus, quos faciebat, fierent in eminenti gradu perfectionis: quamvis autem vigilantissima fuerit in internorum externorumq́; sensuum custodia; ita tamen omnia operabatur; ut à minima imperfectione, vel specie eius, sibi metuere videretur. Quis ergo ambigere audebit, inter præclara virtutum & donorum cœlestium insignia, solum donum Timoris Divini virgini defuisse, vel à ferventissimis actibus charitatis absorptum fuisse? cùm etiam derivativâ quâdam vi gaudeat in alios, illud cæteris communicando. In quo opportunè haberi potest lumen ex Historicis narrationibus.

Birgittæ revelatũ, quàm circumspecta Virgo.

A B C D

Probatur Historicè.

Hist: Soc: p. 1. l. 5. n. 83. refert, quòd Vallisoleti Anno 1545. instar miraculi haberetur, dum P. Faber, & P. Araozius, cum omni genere sexuq́, promiscuo versarentur innoxii. Nec dubitavit quidam Comes, in media Curia Regis jocari, dicereq́; Patres Soc: JESU, herbam quandam habere, quæ vim habeat interimendæ libidinis. Ea vox cùm sensim sparsa, ad aures quoq́; Regis perveniisset; ille Joannem de Zuniga Magistrum morum, ad Patres misit, inquisiturum de herba, cui P. Araozius respondit, omninò se habere talem herbam, quæ non modò contra libidinem; sed etiam contra alia vitia, præsentissimum sit remedium, eam autem communiter Timorem Dei nuncupari. Retulit Zuniga hoc responsum Regi, totaq́; id Aula cum approbatione audivit. Memorant iterum quorundam Terræ Sanctæ Annales, cuiusdam herbæ, quæ ad pedes statuæ metallinæ Salvatoris, hæmoroissam curantis, enata, usq́; ad illa tempora, vi quâdam divinâ, curabat similes infirmitates: Herbam ergo illam Timoris Dei habere si desideras, quâ ab ægritudinibus cureris animæ, & præsens contra quasve tentationes amuletum teneas; recurre ad SACRARIUM Timoris Domini, MARIAM, quæ ex Timoris sui sanctuario, donum hoc cœleste in corda fidelium mirè diffundit, ipsiq́; quodãmodo ingerminat illud: indeq́; nõ sine mysterio, apud Eccli: 24. *Mater* dicta

726.

Herba ad extinguendos motus libidinis quænam?

Herba miraculosa ad pedes statuæ Salvatoris enascens.

Sancti

Eccli: *Sancti timoris*: Vt veluti hâc plantulâ, ad pedes MARIÆ, cui ſupplicant, contra omnes æſtus libidinis, aliorumq; vitiorum impetus, immunes ſe tueantur. Ipſa etenim à S. Joan; Damaſc: Orat: 1. de Nat: V. dicitur. *Plantula feraciſſima Virginitatis, per quam pulchritudo Virginitatis, latiſſimè ſe ſe diffundit.* Hoc primùm probaſſe legitur in ſemetipſo, Patriarcha Soc: JESU S. Ignatius Lojola, qui cùm ab initio converſionis, de acquirendo timore Dei ad odiendum peccatum, nimiùm ſolicitus eſſet, cœleſti inſtinctu acceſſit ad Virginem baiulam Filii in imagine, & in eam defixis diutiùs luminibus, ſubitò timoris Dei dono totum ſe percelli ſenſit, quem B. Virgo, licet non ſemper perfectum, etiam violenter ingeſſiſſe quibuſdam legitur. Vnum, quod ante annos paucos contigiſſe ſcribit Concionator Hiſtoricus in Horto Mariano Alloc: 7. memoro. In primaria quadam Italiæ Civitate, meretricia quædam mulier, domum nefario mercimonio opportunam conduxerat, ſed mox eam hoſpitii pœnituit: advertit enim in pariete atrii, per quod in penetralia ſubeundum erat, recenti penicillo depictam Beatiſſimæ Virginis effigiem majeſtate plenam, eâ ſpecie, quâ à S. Luca depicta, in quibuſdam cernitur locis. Obſervavit propudioſa lena, non parum ſibi à flagitioſo lucro, propter timorem reverentialem Imaginis ſacræ deceſſurum, cùm & ipſa timidiùs ſcelus patraret, & adventantes proci rariùs adeſſent, Imaginem illam reveriti. Quare quæſtui ſuo conſulens, illud locatori renuntiat hoſpitium: quippè quòd muto etiam Imaginis contuitu, neſcio quod frigus amatoribus affunderetur.

Damaſc:

Ignatius Fundator Soc: Ieſu, a Maria donum Timoris Dei petit, & impetrat.

MARIÆ Imago, percellens timore, arcet a libidine quoſdam.

Epilogus.

227. QUare, rectiſſimum, ſanè Paul: de Barry in Parad: Hagiopil: c. 1. exerc: 6. ſuggerit conſilium iis, qui timoris Diuini vacuas gerunt animas, ut adipiſcendi huius cœleſtis doni gratiâ, ad hoc perauguſtum Timoris Domini Sacrarium, MARIAM ſcilicet, quæ Matrem ſe dixit ſancti timoris, recurrant. Ait etenim, adhortando ſodalem Parthenium ſic: *Hortor precorq; medullitùs, ut oculos frequenter in Deiparæ aliquam imaginem defigas cultu conſtanti & animo devoto: hæc eſt una illecebrarum pulcherrima, & longè utilior, quàm poſſit ulla alia tuis oculis objici: quantùm illic habebis oculorum, tantùm habebis in illam amoris: tunc in animum ſe virtutis deſideria ingerent, & ſtudium integritatis, inſtar germinis exumpet. In eius contemplatione, ſi oculos obfirmes, pari in Reginam Angelorum, pudore, reverentiâ ac modeſtiâ affectus, & plenus diſcedes.* Nec mirum: ſi enim Polemon juvenis Athenienſis petulans ac intemperans, aſpectu & ſermone Xenocratis Philoſophi, quem de pudicitia habuit, repentè mutatus eſſe dicitur: ſi inquam hoc potuit aſpectus viri probi, quid non poſſit aſpectus huius pudiciſſimæ Virginis? quæ Sacrarium ſancti timoris habetur. Lev: 26. Monebat olim in veteri lege populum Hebræorum Dominus: *Pavete ad ſanctuarium meum*: officinam Timoris, illum locum eſſe, indicans: O quàm diviniori, in nova lege, Orthodoxa Eccleſia gratulatur ſibi de Sacrario! nimirum de Te ô Beatiſſima! à qua Timoris Divini aliarumq; virtutum participat chariſmata. Ergo iam proni advolvamur valvis SANCTUARII huius, & pro tam ſingulari dono Timoris Domini, clementiam eius humiliter deprecemur, cum Principe Polono, Caſimiro, dicendo: Vt ſim Virgo

Timor Dei, expoſtulandus a Maria.

Polemon iuvenis petulans, aſpectu Xenocratis mutatus.

Eruditus & munitus
Divinis eloquiis,
Timoratus & ornatus
Sacris exercitiis.
AMEN.

SEMITA Salutis.

SS. DEIPARA.

Pro Visitatione B. V. Mariæ.

Abiit in montana, cum festinatione. Luc: 1.

728. ITinerantis hodie per montana Virginis, iam superioribus discursibus, aliquot perscrutati sumus arcana; novum iterum & singulare indagini nostræ objicit se mysterium, dum in domum Zachariæ, non aliter, sed per montana iter elegisse legitur. A A. In montanis etenim quæ viarum commoditas? quæ inter prærupta rupium, semitarum certitudo? quæ commeatûs & hospitiorum opportunitas? ubi vix pernicissimis damulis, idq; sine vestigio, currere contingit, aliquandò & innixis rupi cornibus, pendulis è saxo, vliter virentem cespitem admordere concessum, frequenter non sine ruina. Crediderim sanè, quòd ad domum illam Zachariæ, præter illas per montana difficiles ac molestissimas semitas, per valles & circuitum montium (ut mos obtinet) longè commodior & facilior haberetur via, curribus etiam onustis deducandis peridonea. Cur ergo MARIA non aliter, sed per montana, hanc piam & devotam, (potiùs, quàm per plana,) eligit peregrinationem? mox patebit mysterium. Plorans olim Propheta, lugentes etiam induxit vias. *Via Sion lugent, eò quòd non est, qui veniat.* Thren: 2. Sion, quis non novit montem vel in montibus, situm fuisse ædificium, juxta illud Psal: 2. *Super Sion, montem sanctum eius.* Montium nomine in Scriptura multoties veniunt apud Sylv: Alleg: Potentes sæculi, Principum, Regum, Dynastarum, & dignitatum tam mundialium, quàm Ecclesiasticarum excelsiores status, qui plerumq; elationis & fastûs spiritu elati, vias Sion, vias Domini, nimirum pietatis, & præcipuè, Christianæ humilitatis ignorare cernuntur, Dicit enim Vega in Jud: c. 11. *Rarus est, & singularis nobilis, qui Regni Cœlestis vias curvat.* Vanè etenim & falsè sibi persuadet illi, sublimitatem status sui, actus quoq; humilitatis etiam exiguos, plurimùm dedecere. Meritò ergo dicuntur lugere viæ Sion, sectatoribus suis destitutæ. Nam dum in quadrigis & curribus, usq; ad luxum superbiunt Magnates, & nec modicus ab illis in agone humilitatis formatur passus; sacras semitas, infensa urtica & palinurus superbiæ occupat, sicq; via salutis vel totaliter perit, vel nimis periculosè teritur. Itaq; hæc jam deplorata in montanis itinera, desertæ ac obliteratæ virtutis humilitatis semitæ, (quas adeò aspernantur dignitates sublimiores,) ut restaurentur, ipsa Augustissima Regina cœli & terræ MARIA, quamvis Deo ipso jam facta Virgo, hodie per montana & in montana iter suscipit, humile nimiùm per tres menses cognatæ suæ ministeriũ subitura, per id demissionis suæ exemplo novas excitat & facit salutis semitas, dum nobilissimos quoq; (quibus omnibus longè illa nobilior,) edocet vel in se ipsa, actus humilitatis, summæ celsitudini, minimè derogare. Meritò proinde eandem hodie SEMITAM salutarem fidelium deprædicabo: & ut malè de humilitate persuasis, meliùs consulam, actus huius virtutis, decus esse sublimium etiam Dignitatum, mihi priùs demonstrare incumbet. Interim breviter salutemus MARIAM.

Thren:

Magnatũ status, plerumq; viarum Domini ignari.

Vega.

MARIA viam humilitatis nobilissimos edocet.

Tu SEMITA fidelium,
Tu exemplar humilium:
Tene, tene hanc SEMITAM,
Qui ad veram tendis vitam.

PARS I.

Dignitatum decus singulare, humilitas.

729. IGnotam ante adventum Christi, viam vitæ fuisse, os olim asseruit Ambrosinum

Ambro: brosinum ser: 22. eò, quòd nullius adhuc resurgentis fuerit temerata vestigio; at ubi Dominus resurrexit, nota facta est, resurrectione plurimorum. Hinc ulteriùs procedens S. Doctor, similem quodammodo, quemq; aggratulari sibi posse, arbitratur, felicitatem: dum ita ait: *Vnde cùm Dominus in resurrectione sua dixerit: notas mihi feciſti vias vitæ; possumus & nos dicere Domino: notas feciſti nobis vias vitæ, qui nobis semitam manifestavit ad vitam: notas enim mihi fecit vias vitæ, cùm me docuit fidem, misericordiam, justitiam, castitatem:* quibus omninò adnumeranda est humilitas, quam ille cæteris luculentiùs, suos edocuisse reperitur, præsertim Matth: 11. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Cuius salutaris dogmatis obligationem, cùm fastus mundanus, ad solos despicabiles sæculo, aut ad ipsos Religiosos detorqueat; ideo hanc humilitatis semitam, quantumvis Regio pede, & sub coronato capite frequentiùs terere, quantùm expediat, & quàm honorificum sit, mihi comprobandũ est.

Vias vitæ, notas fecit Dominus: quas & quando?

Probatur scripturaliter.

730. Præstò adsunt Ecclesiastici verba, qui fastum quorundam confundens, quibus vel modica demissio animi, præcipitium totiùs honoris videbatur, acsi reverentiæ civilis signum exhibitum inferiori, insigne præiudicium dignitati eorum inferret, & invasor esset coronæ, itaq; talibꝰ, huiuscemodi homines aggressus est exhortamentis.

Humilitatis actus, honorem non minuit.

Eccli: Eccl: 3. *Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.* Ubi Sapiens, non pauperem, infimum, & abjectum apud homines statum pro mensura humilitatis assumpsit; sed summas celsitudines, & quidem ita, ut æmulâ quâdam inter Dignitates & actus humilitatis concertatione, nobiliora erigat humilitas trophæa in honoribus, ex circumstantia ipsa dignitatis, tantò ampliùs incrementata. *Quãtò magnus es, humilia te in omnibus.* Greg: Observat enim S. Greg: raram nimis in celsitudinibus conspici humilitatem. *Humilis rarus in potentatibus.* *Multi (ait ille) injustè ac tyrannicè regunt, pauci in plena justitia, pauciſſimi in mansuetudine & humilitate.* Et ideo, si piè præsidere aliis cupis, & gloriosiùs sceptra dignitatis tuæ tenere desideras; humilitatem in singulare decus adsci-

A sce: non semper ita purpura tua rutilet; ut omnes pallescant ad conspectam Majestatem: nec continuò splendor coronæ, subditorum oculorum acies à conspectu diverberet: umbra quoq; humanitatis & affabilitatis, ad quemq; regii fulgoris temperamentum sit, & si humiliando te Deo, ponis cũ Propheta in pulvere os tuũ, aut viliori obsequio pietatis te committis; pulvere hoc, purpura tua non vilescet, sed ceu gemmis pretiosissimis, actibus illis resplendescens, gloriosior gratiorq; Deo & hominibus apparebit, S. Bernardo attestante l. 2. de Consid: *Humilitas ornamentum Purpuræ.*

B *Nulla splendidior humilitate gemma, in omni præcipuè ornatu summi Pontificis. Quo enim celsior cæteris, eò humilitate apparet illustrior, & se ipso.* Nec mirum: in alio enim loco huius dicti videtur reddere rationem, dum ser: 4. in Missus, sic ait: *Non magnum (enim) est, humilem esse in abjectione: magna prorsùs & rara virtus, humilitas honorata.* Cui multùm congruit illud apud Tilman: in Catena: *Humilitas in honore, honor est ipsius honoris & dignitatis. Omnis dignitas, eò ipso dignitatis nomine indigna est, si humilia dedignetur. Humilitas autem sine honore, ipsa sufficit ad honorem: honor verò sine humilitate, se perducit ad confusionem.* Bern: *Humilitas honorata, magnum quid, sed rarum.* Tilman:

C Quis ergo vobis timor? quis metus? sublimes Throni, primæ Cathedræ, & celsæ dignitates, ab humilitatis exercitio? Derogat (inquiunt) summo fastigio, flexo poplite in templo diutiùs hærere, quem thronus Regius ad subsellium invitat, & fronte coronatâ pulverulentum terere pavimentum: dedecet primas Infulas sub humilioribus Xenodochiorum postibus, (infirmos visitando, consolando,) inclinari, quas Præsulea in Templis extollit celsitudo. Tremit tanquam ad probrum, assueta deportandis triumphalibus & D Ducalibus clavis dextera, si pro erogandâ stipe mendicis protendatur, cùm plerumq; Magnates ad pietatis, si quæ eis aliquandò lubent, opera, alienæ manûs ministerio perutuntur. Sed quantùm in æstimando hi aberrent, videant: & vel ipsius Ethnici Philosophi doctrinâ, meliùs sapiant. Plinius etenim junior, in suo illo celebri Trajani panegyrico, præclarè id expressisse legitur: ego pauca de multis pono: Cui (inquit) *ad augendum fastigium, nihil* Plin: *Humilitas sibi ipsi honor est.*

nihil ſupereſt; hic uno modo adhuc creſcere poteſt, ſi ſe ipſum ſubmittat ſecurus magnitudinis ſuæ. Princeps altiſſimus, Rex maximus, Monarcha ſupremus, nunquam magis ſecurus eſt de ſuâ magnitudine, nunquam magis tutam illæſamq; & inoffenſam habet ſublimitatem & majeſtatem, quàm dum ipſe ſe, ad humilis alicuius operis exercitium ſubmittit. Addit ille: *Neq; enim ab ullo periculo, fortuna Principum longiùs abeſt, quàm ab humilitate.* Nulla res longiùs à diſcrimine ſubmovet Principum felicitatem, quàm humilitas. Humilitate nemo ſuam profanavit Majeſtatem. Si itaq; Ethnici, fauſta omnia felicitatis Principum ſumebant ab humilitate, & cur orthodoxi Dynaſtæ, quorum ſummus Rex, Dominuſq; Dominantium Chriſtus, ut ait Theophilactus Archiep: Bulgarorum: *Non timebat minui gloriam ſuam, lavans pedes diſcipulorum ſuorum,* ab exercitiis huius virtutis, tanquam à ſummo dedecore pertimeſcant?

Theop:

Probatur Figuraliter.

731. Dabit non debile huic veritati lumen, mirabilis illa apud Ezechielem Prophetam quadriga, in qua cœleſte numen vectum pompaticè ſplendeſcebat: quatuor animalia, colla, feliciſſima quidem de jugo, loris ſubdiderunt, inter quæ homo & leo, ſibi dexteram vendicárunt. *Facies hominis, & facies leonis, à dextris ipſorum quatuor.* Aquila cæteris altior eminebat, bos ſiniſtram tuebatur partem. *Facies autem bovis, à ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor.* Indubium habetur apud Expoſitores Scripturæ, in diverſis his animalibus, diverſorum ſtatuum vitæ ſymbola præceſſiſſe, iuxta varias variorum explicationes: Theodoret: orat: 1. ait: *Leo, regnum (namq; hoc animal regium eſt) ſignificat, per vitulum ſacerdotium.* Cùm verò Aquila, quæ volatilium cœli dominatum tenet, Præſuleam ſuper fideles Chriſti optimè exprimat ſpiritualem juriſdictionem, aptiùs proinde Epiſcopalis dignitatis Typum teneat. Et ut par reliquorum illorum animalium fiat allegorica diſpartitio: *Bos* deſignet, ſtatus laborioſos & pauperes. *Homo* verò cæteros ſtatus mortalium, qui rationabilius & conformiter ad præcepta Dei vitam ſuam dirigunt, præſertim eos, qui exquiſitiùs operaturi ſalutem ſuam, contemptis omnibus humanis, jugo Chriſti colla ſua dedêre, quales ſunt religioſi. Trahitur itaq; glorioſè currus hic gloriæ Dei à quatuor animalibus, dum à quolibet illorum ſtatuum, per mali fugam, per mandatorum ipſius adimpletionem, colitur Deus. Sed nunquid trahitur hic currus ſine loro? Lorum apud S. Hier: ſup. Job: 30. ſignificat diſciplinam Eccleſiæ: apud Naxeram in Judic: 17. n. 66. denotat patientiam, humilitatem. Bos quidem, qui grave jugum ſuſtinere aſſuevit, facilè ſuſtinebit & lorum: idem credo de homine, præſertim de illo, qui iam voluntariè jugum Chriſti ſuſcepit, certè ſuſtinebit ille & lorum. Sed Leo, animal regium, nec minùs Regia Aquila, Regum, Regnorum uſitatiſſimum ſtemma, aureis potiùs torquibus & pretioſis monilibus aſſueta, vili morticinorum pelli & duro loro ſubdetne colla ſua? Ita ſanè, tunc enim pompaticè numen cœleſte, in quadriga procedit; dum ne boves, & homines, nimirum pauperes & Religioſi, lorum humilitatis aſſumunt; ſed præterea Leones quoq; & Aquilæ, hoc eſt Reges ſeu Dynaſtæ ac Præſules, ſimiles actus, qui nonnullis morticina videntur, ſaltim identidem exercere, cum aliorum exemplo, non aſpernantur. Et ſicut cœleſtibus illis animalibus, lorum illud ceſſit in gloriam & decus; ſic profectò humilitatis exercitium, in ſingulare illarum Celſitudinum, cenſendum eſt cedere ornamentum. Schema huius egregium habes in Scriptura. Et quidem pro Regibus exhibet in ſe Pater multorum Regum Abraham, Leoni meritò aſſimilandus: ex cuius ſemine prognatus. *Vicit Leo, de tribu Iuda:* qui etiam Leonem ſe probavit, fortiter, viriliter, in trecentis vernaculis quinq; Reges perſecutus, quos & cæcidit. Leo tamen iſte quàm ſubjugalis fuerit, & à loro humilitatis mirè effulſerit glorioſus, ut primus Patriarcharum cenſeretur, inſignis ille actus edocet, dum peregrinos tres comiter recipiens, etſi tantâ aulicorum famulorumq; quorum nuper 300. ad pugnam numeraverat, adeſſet copia, nullius miniſterio uſus, ipſemet lavandis eorum pedibus ſe accinxit: *Afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes veſtros.* Gen: 18.

Animalia 4. Ezech: ſymbola ſtatuum diverſorum.

Theod:

Abraham humilitate crevit.

Gen: Gen: 18. Demum ad omnia hoſpitibus præſtanda ſe ipſum obtulit. Ait ſacer ſcriptor. *Ipſe ad armentum cucurrit, & tulit inde tenerrimum vitulum & optimum.* ac ut ſimilia quoq; humiliter præſtaret hoſpitibus, compar virtute & dignitate Sara conjunx, ſerio ei demandat: *Dixit ei: tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes.* Super tanta demiſſione Abrahæ ſtupens S. Hieron: ep: 26. ait: *Ipſe pedes lavit, ipſe pinguem vitulum portavit humeris de armento.* Auxit humilitatis exercitium, dum coram prandentibus, tam præclarus, tam dives, annoſuſq; ſenecio ſtaret. *Poſuit coram eis: Ipſe verò ſtabat juxta eos ſub arbore.* Hìc detonant acriter SS. Patres contra faſtus nonnullorum, qui ſimilia ſervis Dei præſtare aſpernantur, præſertim S. Ambr: c. 5. *Advertimus officium Abrahæ, commendare humilitatem: Abraham ſtabat; tu primam accubitionis partem occupas. Ea humilitas invenit gratiam, ut promitteretur ei filius.* Niſſ: Benè concludit Did: Niſſ: vit: abrah: l. 7. c. 3. *Hinc accipiamus, quòd per exercitationem humilitatis, & demiſſionem, nihil detrahitur cuiquam de ſua dignitate, & celebritate in Domo Dei, ut propterea abjectorum officiorum procurationem ſeu adminiſtrationem, nemo defugere debeat.* Si demum plura, (quorum unum de Leonibus audiſti,) etiam in Aquilis ſeu in Præſulibus exempla deſideras, recentiores Hiſtorias conſule.

Probatur Hiſtoricè.

Plurima ad hoc propoſitum deſervientia collegit Tob. Lohner in ſua Bibliotheca. Primum eſt in Cœleſtino V. Summo Pontifice, qui poſt ordinem à ſe inſtitutum tam ſanctè vixerat; ut poſt totius biennii diſſenſionem, in illum unum & abſentem, Cardinalium vota conſpirarent: cuius etiam conſecratio, plurium, quàm ducentorum millium hominum concurſu celebrata fuiſſe dicitur. Ipſe tamen ob humilitatis amorem, vix menſe quinto exacto, nec quidquàm Regibus ac Principibus deprecantibus, eo honore ſe abdicavit. S. Gregorius M. ſimiliter ad Pontificatum vocatus, ſe in dolio exportari fecit ex Vrbe ad vicinum montem, & in antro latuit, donec igneæ columnæ apparitione proderetur. Sixtus V, obſcuris natalibus ortus, per jocum dicebat frequentiùs, ſe ex illuſtriſſima domo originem ducere: eam enim in qua ille natus fuit, per mille rimas ac ſciſſuras, ſolis lumine admiſſo, totam uno momento illuſtrari potuiſſe aſſeverabat, ut tumoris, ſi quem faſtigium ſummæ dignitatis inſufflaret, reprimeret faciliùs faſtum. Nobiliora ſunt, quæ narrantur a Surio, de S. Thoma Cantuarienſi Epiſcopo, qui quotidie tredecim pauperes convocabat, eiſq; genuflectens pedes lavabat, diſcumbentibus miniſtrabat, abeuntes cum doris dimittebat. De S. Paulino Epiſcopo Nolano, qui à cæteris poſtulabat, inter orandum nomen ſuum non pronuntiari, tanquam indignum auditu Deo & hominibus: Imò cùm S. Severinus oris eius effigiem depingi poſtularet, graviter ſtomachatus, eum acriter reprehendit, quòd id petere in animum induxerit. Deniq; ut humilitatis exercendæ ampliorem nanciſceretur materiam, ſtimulatus etiam à charitate, mancipium unius viduæ fieri voluit, & pro eius redimendo filio divendi. De S. Hugone Epiſcopo Lincolienſi id habetur, quòd dum quandam Eccleſiam muro exſtrui curaret; propriis manibus & humeris lapides & cementum artificibus ſubminiſtraret. Admiranda legere eſt ap: Manſi: d. 11. de S. Carolo Boromæo Cardinali & Archiep: Mediolanenſi, nedum ſanctitate, ſed & titulis getilitiis præclariſſimo, quos tamen ſupererogatoriis exercitiis humilitatis exornare ſtudioſiùs conatus eſt. Inter alia hæc referuntur. Sub habitu Cardinalitio indumenta portabat adeò lacera; ut cùm unum eorum, cuidam pauperi in eleemoſynam largiri vellet, hic ipſum accipere detractárit. In viſitationibus ambulabat pedes, proprioſq; ſervos multoties ab oneribus liberabat, propriis ea imponens humeris: cum viliſſima plebe familiaritatem inibat: cætera non capit locus, ut recenſeantur. Cæterùm quantùm eius humilitas honorata ſit coram Deo & Eccleſia, notarunt benè proximi ſeculi Scriptores. Ex quibus habes iam abundè probatum, quod ex humilitatis exercitiis, ſummis etiam Celſitudinibus, nihil decedat honoris, imò per hoc ſingulare illis accedat ornamentum. Vtinam ergo ampliùs non lugeant iſtæ

viæ

viæ Sion desertæ, viæ nimirum humilitatis, sed suos etiam in Dignitatibus reperiant sectatores.

PARS II.

SS. DEIPARA, Semita salutis.

733. EN quàm feliciter simulq; venustè, vel ex ipso nomine, MARIA, novus hic gloriæ Deiparæ accedit titulus, dum illud suo honorificentissimo junctum agnomini, illam esse mirabilem viam deprædicat: etenim ex Programmate: *MARIA IESV*, iste progignitur anagrammatissimus: *Mira es via:* qui non tam in transpositione & elementorum concinnitate; quàm in mystico sensu, sui fecunditate, honorem MARIÆ, & titulum præconceptum, non modicè nec viliter promovet. Quid enim, *Mira es via? An non* (ait Adrian. Lyræus Trisagii l. 1.) *illa est, quæ initiavit nobis viam novam & viventem per velamen.* Hebr: 10. id est carnem suam, Filium nempè, quem carne velavit, sive etiam per carnem suam, id est externum hominem suum, in quo tot ac tanta benè vivendi nobis exempla monstravit, ut de Ea, quæ olim de Sapientia, Scriptura expressit, dicere liceat: *Deduxisti eos in via mirabili.* Sap: 10. quod tum fieri videmus; cùm per maternarum virtutum vestigia non degener proles incedit. Sed primùm ante cætera, virgineas semitas & vestigia, quæ altiùs montanorum, visitando Elisabeth, petris impressit, ut Celsitudinibus, humilitatis exempla nota faceret, videamus.

MARIA IESV, anagramma: Mira es via.

MARIA viam novam initiavit.

Probatur Scripturaliter.

734. *Exurgens MARIA, abiit in montana cum festinatione in Civitatem Iuda. Et intravit domum Zachariæ &c:* Doctus Commentator Scripturæ. Anton: Escobar l. 8. de MARIA, ex præfatis verbis, multa colligit de Virgine præclara mysteria: inter quæ, præcipua sunt humilitatis Marianæ præconia, adeò; ut ex prima vocula *Exurgens*, ad profundissimam abyssum humilitatis in MARIA pertingat. Ait etenim. *Exurgens tunc præcipuè Virgo ostenditur, cùm profundissimæ humilitatis abysso addicitur. Nam cùm se Altissimi ostentasset ancillam: Ecce ancilla Domini; mox ab Evangelista, exurgens auolansq; in montana describitur.* Quid celsitudini tantæ cum tanta abjectione? Profectò eo ipso, quòd tantæ submissionis barathro addicatur, in perfectionis vertice collocata meritò ostenditur. Quò enim humilior, eò veraciter elevatior. De Christo Virginis Filio, Isaias ait: *Erit fructus terræ sublimis.* Nonnulli, ly *sublimis terræ*, adjectivum efficiunt, alii veraciùs illud fructui accommodant: *Sublimis erat fructus huius terræ.* Terram exponit S. Bonavent: & dicit esse Deiparam, Christum autem, fructum sublimem terræ Virgineæ appellat. Jam difficultas emergit. *Quomodo potest* (ait in speculo. c. 14.) *altissimus esse ille fructus, cuius brevissima est & humilis arbor? Quid sublimi fructui, cum humillima terra?* Respondet idem egregiè? *Certè arbor huius fructûs, MARIA, & altissima simul & brevissima: altissima, dignitate, brevissima, humilitate.* Imò, quia humilitate brevissima; ideò (ait cit: Escobar) necessariò est altissima, Dignitate. Quanta illa humilitas, quæ tam præcelsam Virginem constituit, ut Deum ipsum, infinitè sublimem, fructum posset exponere. Hinc est, quòd ut luculentiùs edoceret. Virgo, pulchro sibi fœdere copulari humilitatem cum Celsitudine, dum iam esset ad sublime Maternitatis Dei evecta; illicò humilitatis terit semitas, ad vile trium mensium circa cognatam suam ministerium properando, quarum simul difficultates, exemplo suo complanat. Quod observavit Dion: Carthus: dum ait: *Cùm MARIA, Mater Domini effecta esset; properavit ad suam cognatam, visitavitq; eam, & ministravit illi: Non ergo dedignentur Prælati ire ad inferiores.* Quibus verbis innuit Doctor, quascunq; sublimes dignitates ad sectanda Marianæ humilitatis vestigia invitari: ex quibus Regias etiam celsitudines, fausto firmoq; pede procedere posse in huius virtutis exercitio, vel in ipso Rege simul & Propheta, Dauide, probatum haberi, tenet *Pacianus* Barcilon: Episcopus, in Paræneſi ad pœnitentiam: dum etenim abjectioria opera pœnitentiæ persuadere fidelibus vellet, nè erubescerent luctus & sordium humilitatem, Davidis exemplo commonefaciebat, inquiens: *Nolite hanc sectaram timere, chariſſimi: sustinuit illam David: jacuit in*

Escob:

MARIA, terra sublimis.

MARIA properās in montana edocet humilitatē

Pacian: *quit in cinere sordenti, sacco insuper horrenti deformis: ille quondam gemmis affuetus & purpuris, texit in jejunio animam suam: cui maria, cui sylva, cui flumina serviebant, promissaq; divitias terra parturiens, madidus lacrymis, consumpserat oculos illos, quibus gloriam Dei viderat & infelicem miserumq; se confessus est, Pater Maria.* Expendit hic Præsul illa verba. *Pater Maria.* id est nobilissimi generis truncus: veluti dicat, si tam magnus celsusq; pudore non suffusus est, cùm in cinere & humilitate lamentans jaceret; quorsum erubescere vos debeatis, tantâ distantiâ inferiores. Disquire adhuc, quam ob causam, cum de regni opulentia, deq; aulæ luxu præmisisset, ad ultimum reservavit, ut subnecteret, *Patrem* fuisse *Mariæ*, videlicet ex optimo Rhetoricæ canone, qui monet ad eloquentiam spectare, ut amplificatio gradatim crescat, & quod amplissimum est, extremâ reponatur clausulâ: quò ergo concipiamus nobiliorem ex eo, quòd de eius stirpe MARIA nasceretur, quàm ob divitias, ob Regni purpuram, ob alia quæcunq; externa ornamenta, ideò post sermonem de imperio & thesauris, subintimavit *MARIÆ Patrem* fuisse: & meritò penitùs, nam quid gloriosiùs, quàm eius fœminæ dici Patrem, quæ DEI incomprehensibilis Genitrix? Lubens quidem huic, solertissimi Expositoris Scherl: Canticorum, Pauli Scherlogi Vestig: 24. n. 80. dogmatizationi adscribo; sed altius præterea iisdem in verbis mysterium observo. *Miserum se confessus es, Pater Maria.* Non ita etenim ex his verbis videtur crescere meritum humilitatis Patris MARIÆ, ex dignitate Filiæ, quin simul crescat & exemplo modestæ demissionis eiusdem: nam quam benè in spiritu noverat dignissimam sui Filiam; non ignorabat simul fore & humilem ancillam, cuius etiam non inobscurè memoratus est. Psal: 115. *Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Et cuiusnam ancillæ? non errabo si dixero, non alterius, nisi illius, quæ dum Mater fieret DEI, potensq; eò ipso Regina Universi, ancillam se dixit. *Ecce ancilla Domini.* nimirum, Beatiss: Virginis MARIÆ. Hanc etenim à Davide in spiritu Prophetico præscitam, imò quo ad nonnulla

David humilis, quia Pater Maria.

A nysteria in eius Psalmis prædictam præconizatamq; communiter asseverant Doctores: ut cuius ille Pater diceretur origine, idem illiusmet institutione & gratiâ, filius gestiret nominari. *Et filius ancillæ tuæ*, atq; sic, ut ex delibata præcognitæ filiæ exemplaritate, viam humilitatis, etiam in tam sublimi statu se cognovisse profiteretur. *Infelicem & miserum se confessus est, Pater Mariæ.* Vtinam hæc sacra humilitatis MARIÆ vestigia, quæ nonnisi prævisâ, Regem Patrem, strenuum habuêre sectatorem, nunc iam ipso facto itinerantis & properantis ad vile ministerium, novas huius virtutis exercitiorum excitent in nobis semitas: quibus, præeunte MARIA, sine ullo delectu personarum, adeò iam per Virginem complanatæ, ab omnibus decurrantur salutis viæ.

David præsciebat Mariam.

David filium se dicit Macur.

Probatur Figuraliter.

735. Cæterùm, cùm MARIA universaliter dicatur semita salutis; ampliùs adhuc aliquid in singulari dicendum est. Tres olim vias sapientissimus Salomon cognitu difficiles, & quartam planè incognitam deplorabat. Prov: 30. Prov: Ast si modo viveret (ut ait Andr: Lyræus cit:) una nobiscum, quod ante ignorârat, nunc probè conspiceret. *Viam scilicet aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam navis in medio mari, & viam viri in adolescentia.* Quadruplicem porrò illam viam, unâ, eâq; planè mirabili in MARIA, comprehensâ, quis non videat? quâ ipsa mortales omnes, ad vitæ æternæ felicitatem ducere non cessat: ac primùm, aquilæ via, (ut explicat idem Author,) quid aliud, quàm eius prudentiam denotat? quam Rom: Orator Cicero l. 2. Rhetor: in his tribus consistere docuit, nimirum, *præsentium ordinatione, præteritorum recordatione, & futurorum prævisione.* quæ triâ olim Deus, in dilecta sibi gente requisivisse legitur. Deuter: 32. *Gens absq; consilio & prudentia, utinam saperent & intelligerent, ac novissima providerent.* Saperent, ex comparatione præteritorum: intelligerent, ex consideratione præsentium: providentiam adhiberent in expectatione futurorum: a quibus, si mens humana deviat; rapitur per prærupta & invia vitiorum, viamq; salutis deperdit. Ideo, ut exemplo suo

Via quadruplex ignota Sapienti: explicatio de Maria

Aquilæ via, est Prudētia. Cicero.

Deut:

mortalibus præiret Ductrix aquila Maria, & provocaret pullos suos, scilicet clientes, illa tria munera prudentiæ in se perfectissimè expressit. Experimentis cæteris prætermissis, singulariter in hodierni Cantici ipsius *Magnificat*, hæc tria enituêre Ancillæ: *Sicut locutus est ad Patres nostros.* Ecce præteritorum beneficiorum dulcis rememoratio. *Quia fecit mihi magna qui potens est, Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.* ecce præsentium humilis & grata consideratio. *Beatam me dicent omnes generationes.* ecce futurorum oculatissima prævisio. Cuius proinde rectè symbolum est Aquila, utpotè, quæ mirâ pollet oculorum ad videndum acie, sicut Prudentiæ est prospicere, & omnia providere. Et exinde ab Ecclesia, SS. Deipara singulari honoratur titulo, dum in Litaniis Lauret: dicitur: *Virgo prudentissima. Secundò.* per viam colubri justitiæ virtus intelligitur: sicut enim coluber repens per terram, nihil aliud illi adimit, sed sua omnia ipsi relinquit, ubi alia animalia eam solent pessundare & extenuare; Ita Maria, de qua Psal: 44. *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus,* viam nobis justitiæ reseravit. Nedum enim censum Augusto, & par turturum, legi persolvit; sed etiam hodie Infanti Joanni amissam in Protoparente, visitatione suâ quodammodo restituit innocentiam. *Tertiò via navis in medio mari,* fortitudinem eius designat, quâ veluti navis Institoris de longè portans panem suum, contra fluctus & tempestates, procellosæ huius vitæ, fortiter incessit. Non eam Judæorum furor, non militum Romanorum sævitia, non plebis impudentia, potuerunt à Cruce filii dimovere. Mille telis impetebant illam linguæ, mille audiit maledicta, & tamen stetit hæc Mater in irato mari, mediis cruciatuum procellis inconcussa, quia Deo nixa, quia Divinæ voluntati devota: cuius Virgineæ fortitudinis, non vile hodie emicuit schema, cum tenella virago montosi itineris spretis difficultatibus, sublimia petrarum alacriter scandit per juga obsequium cognatis præstitura: cuius fortitudinis suo exemplo, fideles edocet, quo animo tempestates sæculi, & cætera, in via salutis, adversa, superanda sint. *Quartò.* deniq; *per viam viri in adolescentia sua,* sive ut alia versio habet *in adolescentula,* summam eius temperantiam & castitatem intelligamus, quâ virginitatem amplexa est, eo sanè tempore, quo hæc virtus non ignota tantùm, sed & exosa habebatur: cùm tanto huius virtutis amore exarsit, ut non solùm per omnem vitam virgo vivere; sed & Virginitatem Deo vovere prima omnium voluerit, ad multorum multarumq; millium mox secuturarum exemplum. Singulare specimen castitatis exhibuisse Virginibus, in eadem visitatione perhibetur Maria, docent enim non improbabiliter Theophil: Euthym: Niceph: ap: Veg: n. 1513. Beatissimam Virginem, completis tribus mensibus mansionis cum cognata, antequam Elisabethæ partus adveniret Joannis, domum in Nazareth remeasse, indecorum putans, Virginem, mulieris interesse partui: cùm consuetudo apud Hebræos invaluerit, & hucusq; perduret, etiam illas, quæ domi essent, pariente aliquâ fœminâ, alio divertere, ne partui adstent. Hæc ergo admirabilis illa via, hæc salutis SEMITA, quàm nobis tot virtutum micantibus exemplis, imò & ipso nomine suo, monstravit MARIA, ut cum Salomone exclamare liceat, verè *Viæ eius pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ.* Prov. 3.

Magnificat, canticum prudentissimum.

Coluber symbolū iustitiæ.

Psal:

MARIA, iustitiæ amans.

MARIÆ fortitudo in adversis.

MARIA excellens in temperantia & castitate.

Theop: Nicep: Euthy:

Prov:

Probatur Doctoraliter.

Quam benè huic titulo MARIÆ faveant Patres, videamus S. Greg: Nazianz: alcobuli nomine scribens ad filium eius: ubi trifariam assignasset viam, de tertia sic ait: *Hâc præclarâ viâ, ij omnes incedunt, quibus iam vita minimè in tertia est. Ter certè, quaterq; beati homines, in terra sublimiorem vitam agentes, cœlibes mundi contemptores, cœlipetæ, pauperes, tristes, humi cubantes.* Subsumit verborum Doctoris Interpres, Adr: Lyræus inquiens: *Et hac via est, quam nobis aperuit MARIA.* S. Bernard: hom: 3. I. Missus. *Ipsam sequens non devias, ipsam cogitans non erras, ipsâ duce non fatigaris, ipsâ propitiâ pervenies.* S. Athan: ad Decreta Nicænæ synodi. *MARIA præfecta est viis DEI apud Christianos, sicut Diana apud Gentiles, quæ in biviis aut triviis sedens, prætereuntes dirigat, quo itinere rectà, ne aberrent, incedant, in summis namq;* (teste Propheta) *excelsisq; verticibus supra viam*

736.

Nazian:

Bernar:

Athan:

in mediis

in mediis SEMITIS *ſtans clamitat, & dat*
German: *vocem ſuam.* S. German: Conſtant: ſer: 2. *Tutela tua, ô* MARIA! *immortalis eſt, & interceſſio, vita, & perfectio perpetua. Niſi enim Tu præires; nemo ſpiritualis euaderet, nemo in ſpiritu Deum adoraret: tunc enim ſpiritualis factus eſt homo; cùm Tu Deipara, Spiritûs S. habitáculum effecta es. Nemo Dei cognitione repletus eſt, niſi per Te ô Sanctiſſima. Nemo ſalvus, niſi per Te ô Deipara! Nemo periculorum expers, niſi per Te Virgo parens.* Explicatiùs, quamvis breviùs,
Venant: idem aſſeruerunt alii: Venant Fortun: ap: Polyant: Mar: *MARIA, via ad cœlos humano generi ſub tartara lapſo.* A-
Anaſt: naſtaſ: Antioch: *MARIA, via ſalutis no-*
Damaſc: *ſtræ.* Joan: Damaſc: in Paradiſ: B. V.
Trithe: *MARIA,* SEMITA *noſtræ ſalutis.* Trithem: de miracul: B. V. *MARIA, ſemita juſtitiæ pulcherrimæ.*

Probatur Miraculoſè.

737. Verùm præter teſtimonia Patrum, jure ſe promeritam huius tituli uſurpationem comprobare voluit Diviniſſima Virgo, quibuſdam miraculis, dum nonnullis erronibus, viæ Ducatum præbuit etiam ad ſalutem. Vir quidam Religioſus è ſacra D. Benedicti familia, valdè addictus myſterio MARIÆ itinerantis cum puero JESU & Sponſo Joſepho, in Ægyptum: dum piè illud meditaretur in itinere (quod ſcribit Carthag: l. 8.) contigit, eum ſemel in deſerto monte feris & graſſatoribus, in feſto, per denſam noctem aberraſſe, & ecce ei obvius quidam homo cum jumento, & venuſtiſſima mulier elegantem puſionem ulnis complexa, inſidens jumento, a quibus periculum edoctus, in viam eductus eſt: (gratiſſimâ recordatione commemorare ſolebat, non aliter ſe, ex horum interpergendum colloquio exarſiſſe, quàm diſcipuli olim euntes in Emaus) cumq; propè oppidum perveniſſent, illis ſubitò diſparentibus, quaſi ex ſomno experrefactus, & ad ſe reverſus dixit: Nunc ſcio, Sanctiſſimum Joſephum, Virginem Sponſam & puerum Jeſum, qui via, veritas, & vita eſt, mihi ſocios, conſolatores, & ductores extitiſſe. Nobilius quid & magis prodigioſum novo ſæculo, circa A. D. 1612. vidiſſe Italia ſcribitur a nonnullis apud Conc: Hiſtor: hiſt: 147. in Antonio Mazzagallo, Patriâ, Anconitano: hic nobilis

MARIA, errantem devotum deducit ad viam, occurrendo cum puero Jeſu & Joſepho Sponſo.

MARIÆ beneficio, cæcus cytharædus ductus Lauretũ.

erat cytharædus, ſimulq; facetus ludio, qui larvatus, plerumq; ſcenas hiſtrionicas, cum, non modico quæſtu & lucro, (quod prodigus facilè apud caupones abſumebat,) in Patria inſtrueret, per vicos & urbes aberrando eiuſdem infamis lucri gratiâ; Romam tandem pervenit, ubi opimum ſibi ex arte propudioſa promittebat quæſtum. Et quidem ab initio bellè procedebat ludus, & nuganti frequens aderat ſpectator: ſed dum ferveret ſcena, ludus mutatur in luctum: ſubitò cæcus Antonius factus ducem & baculum popoſcit, & ad angulum theatri interim a ſociis deducitur: ærumnoſis igitur circumvolvitur cogitationibus: intelligebat quidem plagam ab altiore manu infligtam; ſed de remedio non circumſpiciebat: pœnam ſenſit peccati, pertinaciam vitare nondum ſuſtinuit. In illo cogitationum æſtu, matrona quædam (ex voce conjecerat, & hæc ipſa Beatiſſima erat, ut infra audies,) ad latus adſtitit, & Antonium hiſce allocuta. *Satis datum eſt nugis, ſatis ſervitum eſt oculis profanis, nunc, ut te ipſum inſpiceres, Deus te luminibus privavit. Quàm tenebroſa ſit via peccatorum, te caſus hic docet: priùs diem animi, poſtea oculorum amiſiſti: periit tibi viſus, ne periret anima: vel cæcus agnoſce judicia Dei: nunc ergo relictis non ſpente ludicris, ſaluti tuæ conſule. In patriam & ad Deum vis reverti? in utroq; ducem me habebis.* Hæſit Antonius, & ſtupore defixus mirabatur, quid ſibi vellet fæmina, dux viæ? allabitur cæco radius è cœlo: videt intùs, quod non aſpexit foris: dicit acceptare ſe beneficium oblatum, ſecuturum, quo duceret ipſa: Sic ambo recedunt de theatro nemine interpellante, iter proſequuntur: in itinere plura audivit cæcus à Duce fæmina retroactæ vitæ eius reprehendentis facta, quibus, durus emolliebatur cæci affectus ad pœnitentiam, ut denſa expiraret ſuſpiria, ignorans, quis tam potentes animi pœnitentis cieret affectus: ſic progrediendo deveniunt Lauretum: in ipſo S. Ædis ingreſſu, iam ſe Matrona illa prodebat, quæ eſſet, cùm Antonio diceret, *ut Intraret ſecum eadem ſuam, & peccatorum ſarcinam deponeret.* Quibus peractis, Anconam uſque, viam proſequuntur, ubi ſub ipſa Civitatis porta matrona conſiſtens, monet cæcum, nunc

iter esse confectum, subitòq; a terris in cœlum recessit. Antonius iam, etiam fine oculis advertit se in Patria esse, moxq; a Civibus cognitus, rem totam enarrat, & deductum se a fœmina asserit, quæ eum Laureti in sacellum inducens, suum esse vocabat: hinc se nō ambigere, quin illud factum favoris ac officii erga se immeritum, a Deipara profectum fuerit, cui per omnem vitam frigidè quidem cultum impendisset. Vbi demum, ad Ecclesiam Patrum Soc: eleemosynis victitans, cum sanctitatis opinione ultimum vitæ diem clausit.

Probatur Historicè.

738. Notavit Justinus, quod Semiramis, famosa Ægypti Regina, (quæ magnitudine animi sexum suum excessisse videtur) victrix multorum Regum, (ut perpetuum facinorum glorioforum suorum relinqueret monumentum,) sumptuosa quædam ut erigeretur columna, mandavit, cum tali inscriptione: *Vias meas pecuniis stravi, quas nec fera quidem prius ambulaverunt*, viarum facilitatem, præferens tot glorioſis victoriis: O incomparabiliter glorioſiorem, quis non prædicet MARIAM? quæ non pecuniis; sed suæ sanctissimæ vitæ exemplis, fidelium vias stravit & complanavit, imò se Ducem viarum præbuit, ipsa non minùs Princeps itinerantium, quia initium viarum Domini effecta iuxta illud. Prov. 8. *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Septuag: vertunt *Dominus creavit me, initium viarum suarum.*

Semiramidis gloria, a viis publicis reparatis.

Prov:

Epilogus.

739. QVid ergo miremur SEMITAS MARIÆ per dura montana ad cognatam Elisabeth? dum eam, tot aliis præstitisse itinerarium salutis, conspicimus luculenter. Sidonius l. 2. ep: 2. tradit, in primitiva Ecclesia, primam literam nominis Petri, pro saluo conductu Christianis fuisse, vt salui & securi pericula viarum evadendo, ad locum pervenirent: Quis bonus id abnuat? vel primæ literæ MARIANI Nominis, majorem vim inesse, ut omnes infestas hostium phalangas, quæ circumstant vias nostras, intrepidè perrumpat, & salvos undiq; per viam salutis conducat? Nicephorus, antiquus Historiæ Ecclesiasticæ scriptor memorat, inter alia Templa, Constantinopoli, Beatæ Virgini, a Pulcheria Augusta, magnificè exstructa, etiam unum fuisse, cui, ab Indigete & Præside Deipara, *Hodigetria* seu *Ducis via* nomen fuit impositum. Hanc nos igitur *Hodigetriam*, hanc vitæ Ducem, præeuntem tot virtutum exemplis, sequamur MARIAM: hanc in viis ignotis, in salebris impeditis, in ascensibus arduis invocemus: hanc exoremus, ut suo ductu reducat pedes nostros in viam salutis, ne quâ a recto tramite deflectentes, per abrupta vitiorum feramur. Hanc enim sequentes (ut ait Mellifluus) non deviamus, hanc rogantes non desperamus, hanc cogitantes non erramus: hâc tenente non corruimus, hâc duce, non fatigabimur, hâc propitiâ, ad beatitudinis Regnum perveniemus: donante Filio eius JESU Christo, cui cum Patre & Spitu S. omnis honor & gloria.

AMEN.

Litera P. saluus conductus antiquorum Christianorū.

Templum Hodigetriæ seu Ducis viæ, apud Græcos famosum.

SICLVS ad pondus Sanctuarii.

SS. DEIPARA.

Pro Purificatione B. V. Maria.

Vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo. Luc: 2.

740. MIrum sanè vel invitis ingerit se oculis spectaculum, in hodierni S. Evangelii prælectione. A. A. Non sanctior, nec humanior Parens ulla Templum subiit Jerosolymis, MARIA Matre Domini; nec ullus, ex adytis tam ferox prodiit Sacerdos, quàm Simeon. Quæ enim illa fuit humanitas, quâ Virgo Filium avulsit a sinu suo, ut abdicatione sibi tam dispendiosâ, senis sinum locupletaret pariter & recrearet? qui verò rigor inhumanior, quàm qui Simeonem efferavit, ut pro filio, ferrum reponeret Matri, dicens: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Justum, differi non audeo Simeonem, cùm eum Lucas justum appellet: Quomodo eum suspicer Numinis contemptorem? quandò illum Dei vox timoratum renuntiat in Scripturis: *Homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste justus & timoratus:* Timoratum & justum non inficior Simeonem, id enim extat in annalibus Dei; Sed minùs mitem, sed paulò crudiorem videre mihi videor: siquidem non calamo exaratum illud est in corde MARIÆ, sed ferro. *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Ferrum stringit senex in Virginem, non ut cutem perstringat, nec carnem perforet, nec ut ossa medullasq; pervadat, sed ut animam feriat, & perfodiat; & tamen a Spiritu S. hoc artificium didicisse, attestatur S. Lucas. *Et Spiritus S. erat in eo.* Ergonè ferociam sub columbæ Magisterio didicerat ille? Sed Gordium hunc nodum, vel potiùs latens mysterium solvet S. idem Evangelista, si verba illa attendantur: *Vt facerent secundùm consuetudinem Legis pro eo.* Et quæ nam illa lex? Num: 18. præceptum erat, ut primogenitus oblatus in templo, SICLIS argenti quinq; a Parentibus suis redimeretur, quæ lex a Beatissima Virgine, observata est, & persoluta Sacerdotibus, ut fatentur omnes apud Sylveiram in Evang: Q. 16. n. 60. Sed quare expressè S. Evangelista huius redemptionis mentionem non facit? Adeò difficile hoc est, ut dicat doctissimus Salmeron, quòd non de omnibus a nobis potest dari ratio. Aliquam tamen subodorari licet, devotionis gratiâ, rationem. Porrò profundioribus de causis MARIAM, SICLUM seu nummum DEI a Patribus appellatam infra audiemus. Moysaicos igitur persolvisse SICLOS Sacerdotibus, parùm habuit MARIA, nisi simul soli supremo Numini mysticos alios obtulisset, nimirum se ipsam, sistendo se in Templo cum Prole: SICLUS ergo hic, cudendus erat edoctâ a Spiritu S. sacerdotali Simeonis manu, Vulcania ignis cœlestis in corde Virginis, focíq; instruendi & incudes: atq; veluti ferrum gladii, in validum adaptandum erat malleum, ut SICLUS hic expressior, figuratiorq; appareret. Ergo hodie Almam Deiparam, sistentem se in Templo cum Diviniſſima sua prole, dum contemplor, atq; eam variarum virtutum renitere speciminibus conspicio; SICLUM ad pondus Sanctuarii, eandem appellabo: priùs tamen quorundam falsarios SICLOS, seu talenta, quæ non sunt ad pondus sanctuarii, exactiùs observabo. Interim breviter salutemus MARIAM.

niti redemptio.

Sylve:

MARIA, Siclus, seu Nummus Dei.

MARIÆ gladius animam non corpus penetrat.

Siclis quinque, Primoge-

O Nummosa! pretiosum
Tu Filium speciosum
Redemptorem redemisti,
SICLIS quinq; quos pendisti.

PARS

PARS I.

Contra abusum talentorum.

741. Num: Etiam nunc quodammodo hebraizat Deus, dum SICLOS non amat, nisi eos, qui, ut olim Num: 7. ad pondus Sanctuarii reperiantur. Monetariam enim quasi videtur exercere ille cum hominibus, dum, pro varietate gratiarum, diversa diversis elargiens dona, metallum veluti, materiamq; subministrat, ut inde quisq; operum suorum fabricatione, SICLOS meritorum multiplicet, exprimendo in illis virtutum figuras, dum operatur in talentis sibi concessis, sive intellectûs perspicacitate, sive in quinq; sensuum usu, sive in rerum temporalium abundantia, quod solerter observavit S. Greg: M. hom: 9. in Evang. Fateor libenter, quòd à plurimis cudantur hi SICLI studiosissimè, sed plerumq; non ad pondus Sanctuarii. Quis edisserat, quantò applicationis studio a nonnullis mens excolitur ad doctrinam? quantis conaminibus obsequuntur sensibus, ut suis fruantur? quas oportet devorare laborum periculorumq; difficultates pro temporalium acquisitione ac conservatione? SICLI tamen ipsorum, nimirum opera, non sunt ad pondus Sanctuarii, id est, ut placeant Deo? Doctrina enim sine spiritu, sensus sine custodia, & mortificatione, aut temporalium bonorum fruitio, sine timore Dei, SICLI quidem speciosi, sed minimè pretiosi, & qui in statera meriti, æquum pondus apud Deum exæquare non possunt.

Nummi sunt talenta à Deo cuiq; concessa.

Conatus nonnullorum vani.

Probatur Scripturaliter.

742. Celebris habetur, & quo ad primum valdè opportunus ille locus S. Scripturæ, ubi D. Paulus, donum linguarum, (quod scientiæ latentis prodromus est & testis,) si pietatis internæ nervus & charitatis in pectore latentis organum illius non informetur spiritibus, vanum & inutile arbitratus Cor: est, dum ait: 1. Cor: 13. *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero Prophetiam, & novero omnia mysteria, & omnem scientiam; et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Arguit implicitè in exemplo sui S. Doctor, eos, qui præpostero quodam in studia charitatis, & in studia doctrinæ aguntur conamine, & interdum, si inter mensas nobilium jactabundi, abstrusiora cæteris tacentibus oggerunt, aut si de cathedra detonant fastuosiùs suadâ rariori; credunt se, utinam etiam non glorientur, Tullios vel Demosthenes, imò Paulos in Areopago fulminantes, licetsi ipsimet frigeant in studio orationis, cæterisq; pietatis exercitiis, & animam exsuccam spiritu portent in corpore, quod voluptuosè pertractant, novi isti Orbis Apostoli. Tinniunt quidem gratiosè hæc cymbala æraq; sonantia, aliis; sed sibi tacent, cæteris aliquando cum lucro, sibi nihilominùs damno non modico, dum enim student aliorum, ut putant, saluti; ipsimet Evangelium dediscunt, humilitatis, orationis, & similium privata negligentes exercitia. SICLOS quidem in parte colligunt aut cudunt meritorum; sed non omninò ad pondus & libram Sanctuarii, ac intaminati meriti, quale plena & defæcata expostulat Charitas. Ille etenim concionatur ut Paulus, qui jejunat ut Paulus, qui vapulat ut Paulus, qui rapitur in orationibus ut Paulus. Paulus alterâ manu tenet Pentateuchum, ut Romam instruat, alterâ tenet virgas, ut carnem concidat. Paulus ut JESUM Crucifixum prædicet, non superbit in stola micanti, sed nervos parat ut castiget corpus, nè fortè cum aliis prædicaverit, ipse reprobus efficiatur. Sine his, excellentissimus etiam ac doctissimus Concionator, Saulus est mihi, non Paulus. Et ut ait difertissimus Oliva: *Non est quid gratuler tali, effossam foveam, in qua sepeliat aliena vitia, quia quantùm verborum effundit, tantùm infundit fœculorum:* acuto hoc epiphonemate tangens nonnullos voluptuosos verbi Dei, quamvis facundos Præcones, focios convivasq; Dynastarum. Quid dicam de subintrantis furtivè, si facta dictaq; succedant, vanæ gloriæ fascinatione? hæc plerumq; si præoccupat mentem, in tantùm talento scientiæ, de valore meriti detrahit; ut ad pondus Sanctuarii, vel parùm aut nihil vale-

Scientia sine charitate, nihil prodest.

Scientia fastuosa arguitur.

Abusus talenti scientia reprehensus.

Prædicator, socius mensæ, parùm vel nihil valet.

hil valeat, adeò, ut plùs quandoq; de radiantis ſublimis doctrinæ fulgore timendum ſit prædicaturo, in ſuperba aulæis cathedra, quàm ei, cui, mediocri cum ſit inſtructus talento, de humili pulpito ſimplicibus ſimpliciter ſermocinandum occurrit. Utinã ſcientia talium Solem indueret, qui & lucet, & ardens calefacit, & non ſolo ſtellarum fulgore niteret, ſub quo interdum alget & ipſe, dum charitatis flammas non excitat, doctus, ſed frigidi cordis Præco: his etenim ne tandem turpiter cadant, non ſufficit levâ manu ſuſtentari, exiguum enim eſt tanto periculo firmamentum: ſed ut olim Apoc: 1. viderat. *Ioannes virum inter aurea candelabra, qui habebat in dextera ſua ſeptem ſtellas*, magnâ vi & robore auxiliorum Dei, quod dextera denotat, ſuſtentari exigunt, utinam vel ſic, a præcipitio & ruina ſecuri ſint! Cui remotè alludit Rupert: l. 2. in Apoc: *Iam iſto dicto timor ſalubris conſtringit, quia ſic ſtellæ iſtæ in cœlo ſunt, ut eas teneri oporteat, nè cadant in terram nam: de cœlo ſtellæ plurimæ ceciderunt, & de ſtellis facti ſunt Principes tenebrarum. Qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua ſimul innuit terribiliter, ut qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat, non enim ſtat ſuâ virtute, ſed dexterâ Domini ſuſtinente.* Et ſanè. Cherub ille ſcientiarum plenus, decore gemmarum tam ſplendido dum enituit, ſorduit: ideoq; luxit plorans à caſu, quia nimium luxit præ faſtu. Nigredo illi inter ſplendores ſuborta eſt. Quia ſtetit, cecidit, ſcientiæ pondere preſſus. Pluſquam egregiè Paul: Oliva in Gen: c. 21. acumine ſuo alludens ad illud Saræ. *Riſum fecit mihi Dominus.* & ad aliud, nimirum ad Rachel, quæ pariens Beniamin, & ſi ille multorum Ducum in ſua tribu Pater futurus eſſet, quia tamen matri parienti, necem intulit, eum filium doloris appellari mandavit. His inquam breviter tactis, patheticè neſcio, quam alloquitur Religionem, quæ ſciolis fortè gloriabatur filiis. *Utinam* (inquit) *Religio quoq; non tam citò exultaret in filiis ſuis! Proficit ille, alius profecit? Noli gaudere. Riſum fecit ſcientia, ſed mundo non tibi. Si neſcis, luctum tibi, ſibi riſum nutrit ſciolus vento doctrinæ circumactus, ſe ſuaq; etiam excidio tui promovere ſataget. Vellem, ut expenderemus, an riſum fecerit nobis DEUS in Iſaaco noſtro, de quo tam magna & prædicantur, & prædicuntur. Tu verò, qui eruditione præpolles, noli videre. Nam eloquentiâ tuâ, quàm plurimi vivent, tu verò peribis. Duces & Reges trahes poſt te, aſt poſt Chriſtum non ibis. Quid verò proderit mundum lucrifeciſſe, ſi anima tua detrimentum patiare.* Ex his diſce, eminentem doctrinam, SICLUM quidem & talentum DEI eſſe, ſed ſi charitati, quæ humilis eſt, non maritetur; SICLUM eſſe non ad pondus Sanctuarii, id eſt, non eſte ad libram intaminati meriti.

trit, luctum verò Religioni.

Probatur Figuraliter.

Iterum SICLORUM ſeu talentorum uſurpatione veniunt ex mente M Gregorii quinq; ſenſus humani, qui ſer: 9. in Evang: ſic ait. *Et uni quidem quinq; talenta, alii duo, alii verò commiſit unum. Quinq; etenim ſunt ſenſus corporis, videlicet viſus auditus, guſtus, odoratus, & tactus.* Qui dum ſtudioſè, & ad normam legis Divinæ cuſtodiuntur ne exerrent, tributum quod Creatori a nobis debetur ex aſſe ſolvitur, imò ex infima talentorum horum negotiatione, ingens aliorum SICLORUM, videlicet meritorum, adnumeratur lucrum. Quodſi vel unius huiuſcemodi talenti, per abuſum ad vetita, vel neglectum, deficiat pretium, reliquorum omnium perit æſtimatio, quamvis illa exquiſitiſſima haberentur. Non aliter etenim hi æſtimantur SICLI, nimirum quinq; ſenſuum ſolers cuſtodia, niſi ad pondo & libram Crucis, nec enim aliter, niſi ad quinq; vulnerum Salvatoris pretium, valor eorundem ponderatur. Ingenioſè id ipſum obſervatum ſub figuris, reperio, à Berengoſio Abb: l. 1. de Inv: Crucis c. 6. ap: Bàézam Fig: l. 9. c. 9. §. 38. ubi primùm tributi illius, quod Joſeph Prorex Ægypti, dum terram univerſam Regionis illius in partem còëmiſſet Regis, datis populo frumentis, expendit rationem: *Quintam partem Regi dabitis, quatuor reliquæ permitto vobis in ſementem & in cibum.* Gen: 47. quod ſic ad morale pertrahit dicens: *Sicut ex præcepto Ioſeph, quinta pars frugum Ægyptiarum, data eſt Regi, ita quinq; ſenſus noſtri deferendi ſunt in obſequium DEI, utpotè pro quinta parte, quæ debebatur Regibus, quinq; ſenſuum noſtrorum cuſtodiam Divinis mancipemus*

743.

Senſus quinque humani, talenta Dei ſunt.

Gen:

Prædicator doctus ne cadat, indiget validis auxiliis è Cœli.

Scientia, plurimis ruina occaſio.

Oliva.

Sciolus vento doctrinæ circumactus, ſibi riſum nutrit

mus legibus. Ac demum ad legalium illorum SICLORUM, quos pendi pro quolibet mandaverat per Moysen Deus, descendens, significationem, simulq; ad vulnera quinq; alludendo Salvatoris, taliter præconceptam prosequitur Allegoriam. *Nisi* (inquit) *ad exemplum legalis Sacramenti primogenitum hominis redimamus quinq; SICLIS argenti, nihil nobis quinq; vulnerum CHRISTI profecerе vibices, quibus in ara Crucis, quinq; sensuum nostrorum voluit sanare cicatrices.* Quid pulchriùs? quid ad propositum nostrum accommodatius? Innuitur enim duplex dogma: & quod in quinq; sensibus nostris, quintam partem teneamus, quam summo Regi debemus, per eorum ad licita usum, custodiam ab illicitis, & mortificationem cuiuslibet sibi congruam: & præterea, ut sciamus, pro his iisdem sensibus, stetisse quinq; vulnera Christi, quorum non gustat virtutem, qui, ut debet, quinq; sensus suos non custodit. Inde etenim animæ nostræ fortitudo apparet, dum excubiis positis ad singulas portas sensuum vigilat homo contra adversantia, nec aliter plena hominis securitas habetur, nisi de universis sensibus custoditis. Hoc profectò mysterio Sponsus dilectam, inexpugnabilem appellavit turrim, aiens: *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Et in quo hæc turris David, adeò inexpugnabilis & munita? Ait D. Laur: Justin: l. de humil: c. 6. *Meritò tanquam turris David perhibetur esse mens eorum, qui introrsùm intra mentis secreta residentes, etiam ad sensuum corporalium januas spirituales, excubias ponunt pro ipsius munitione ac defensione, neminem adversariorum introire patientes, qui valeat voluptuosas pernicioſasq; suggestiones ingerere.* Sic enim sedulò invigilans quinq; sensibus, ingentia comparat fructuum spiritualium lucra, & suaviter, quasi in quinq; carminibus, ut olim de Salomone dicebatur. 3. Reg: 4. *Fuerunt carmina eius quinq; millia,* Deo & sibi de triumpho adgratulatur. Ait etenim Glossa: *Quinq; millia propter quinq; sensus, quos qui in diversis virtutibus bene regit, beatus est: & per eos, quasi carminum quinque millia Domino canit.* Unde monebat S. Hyeron: ep: ad Geruntium, ad singulas sensuum seriò vigilandum portas: *Hæc siquidem sunt portæ animæ nostræ, per quas ad illa sæculi blandimenta descendunt, & per quas, sensus carnis introeunt, per quas, nisi latè, strage factâ, viam virtutibus fecerimus, nunquam ad Regem veræ pietatis pervenire possimus.* Cavendum igitur, ne, si v.g. sola oculorum scandala sustulerimus; in gustu, aut in tactu scandalis manentibus, totum virtutis opus evanescat, & unius SICLI alleviatò, ob negligentem curam vel eius abusum, pondere, reliquorum omnium abstinentia, totum amittat pretium.

Crux Christi, est libra ponderū seu meritorum.

Sensuum custodia & usus, stat in eorū mortificatione.

Laur: Justin:

Sensus quinque qui bene custodit quinque millia carminum canit.

Hieron:

Probatur Historicè.

744.

Temporalia bona talentum à Deo.

Ultimò tandem. temporalium bonorum copia, rerumq; prosperitates, talenti quoq; etsi comparativè ad dona spiritualia exigui, nomine nuncupantur plerumq; Et quidem talentum hoc aut SICLUS, non leviter æstimandus venit, ut pondus meriti habeat. Usus quippè mundialium bonorum, cui Timor Dei pretium non auget, SICLUS ad pondus Sanctuarii, seu ad meritum, dici nequit, præsertim in illo, cui manus est ad pauperes parca, rapax verò ad aliena, fastus & similia scelera divitiis sociantur. Vnâ id comprobatum volo habere historiâ, vulgari aliàs: de Eulogio Lapicida, qui cum esset conditione plebeius, operamq; suam fingendis saxis elocaret mirè in Deum pius, sobrius, castus, & præcipuus liberalitate in pauperes, quos nocturno conquirens tempore, quidquid ex diurno congesserat labore, omnia erogabat: tandem ob imprudentis cuiusdam Eremicolæ importunas, quas ad Deum pro eo fundebat preces, ut ille eleemosynarius ditaretur, numine sic permittente, dum antra excavat, scrutaturq; saxa Eulogius, ingentem auri thesaurum reperit improvisò. Subitò ex paupere dives factus, simul ex pio peccator sublimia meditatur, statumq; pristinum dissimulans, convasatis rebus, ex Thebaide Constantinopolim se confert, ubi multis artibus, quas facilè aurum suppeditat, tandem in aula Imperatoris Justini senioris, Prætorianorum Præfectus constitutus, in tanta prosperitate, totum se sceleribus dedit. Interea rapitur in visu ad judicium Christi ille Eremicola, qui vadem se obtulerat olim pro

Eulogio Lapicida, divitiæ quantùm nocuêre.

lim pro anima pauperis Eulogii, dum pro divitiis deprecaretur: perterrefactus prodigio, currit Constantinopolim: Eulogium de periculo salutis monituru accedit, sed suo malo, nam ut Impostor cæditur vulneribus: è domo ejicitur: verùm intercessione Deiparæ, temerariâ illa sponsione pro Eulogio liberatus, redit in Thebaidis eremum. Eulogius, magnâ brevi succedente Imperii orientalis mutatione, exauctoratus, ad infimam deducitur sortem: profugus in Patriam, ad pristinum latomi redit officium: pietatis antiquæ repetit officia pauper ex divite factus: probavitq; in se, ex abusu prosperitatum, talenta rerum temporalium etiam cœlitùs data deperire, animamq; de vita æterna periclitari. O quam multis aureus iste SICLUS divitiarum, exitio fuit!

PARS II.

SS. DEIPARA, Siclus ad pondus Sanctuarii.

PRæsagâ quadam futurorum figuratione, illos Moysaicos SICLOS apud Hebræos, per symbola, quibus insigniebantur, expressisse reperio, recte siclo assimilandam fore MARIAM, nimirum apud Arian: Montan: l. de mensuris, qui refert SICLOS illos in uno latere habuisse urnam cum Manna, in altero verò latere, habuisse virgam Aaronis floridam: quorũ utrumq; ex sensu Patrum, typum fuisse Deiparæ, quis ignoret? *Vrnam Auream continentem Manna cœleste*, MARIAM dixit Epiphan. ser: de laud: V. Quæ eadem a S. August: ser: 19. ad fratres. *Virga Aaron frondens & fructum faciens appellatur.* Magnam ergo connexionem similitudinis impressæ, habere censendus est, cum legalibus SICLIS, SICLUS Mysticus, MARIA. Sed a figuris, ad materiam SICLI istius potiùs descendendum est, ut pretium eius appareat, & ut ad pondus, non tam Sanctuarii, quàm ad ipsius Dei stateram, fuisse evidentiùs comprobetur.

Siclorum Moysaicorum figuræ notabant Mariam.

Epiph:

August:

Probatur Scripturaliter.

745. Primum est, propter quod Beatissima Virgo, SICLUS ad pondus Sanctuarii, dici esse meretur: quia nimirum Siclus Redemptionis nostræ facta est, dum carnem propriam, Filio Æterni Patris, in qua nos redemit, concessit, quam hodie comparens cum Filio in templo, veluti Redemptionis SICLUM in ulnis suis deportat, æterno Patri offerendo. Vnde ab aliquibus Patribus *corredemptrix generis humani*; ab aliis, ut a S. Catharina Senen: a S. Antonino etiam *Redemptrix hominis perditi*, appellata est: in quo asserendo præcipuus est S. Thomas Villanus Archiep: Valentinus, dum Conc: l. in Assump: sic ait: *Accepit MARIA peregrinum, induit Chananæum, pavit quoq; famelicum, abundanti pectoris lacte: panem de Cœlo ipsa pavit, Angelorum panem ipsa satiavit ubere de Cœlo pleno, neq; solùm hoc, sed etiam Captivum redemit.* Quæ verba ultima possunt quidem aliquomodo referri ad ipsum in Persona Christum, quatenus, ut dixi in exordio, hodie dum offertur a Matre in templo, quinq; Siclis redemptus esse per eandem dicitur, ex mente Patrum interpretantium hodiernum Evangelium; Cæterùm cit: S Doctor id magis asseruit respectivè ad genus humanum, cuius illa corredemptrix aut Redemptrix appellata est. Ingeniosissimè etenim idem S. Præsul ad comprobandam asserti sui veritatem, usus est illo celebri S. Script: loco Prov: 9. ubi Spiritus Sanctus quendam sic alloquitur Filium. *Fili spopondisti pro amico tuo, defixisti manum tuam apud extraneum; illaqueatus es verbis tuis, & captus sermonibus propriis, redde debitum, sta sponsioni.* Huic loco suaviter placeat immorari, & dignationem primùm Filii Dei ponderare. Profectò genus humanum, post peccatum Adæ, erat maximè obstrictum ære alieno, cumq; solvendo non esset, captivitatem contraxit sub dura cacodæmonis servitute: at Verbum Divinum, nimio amore in hominem, perculsum, Patri æterno pro homine fidejussor spopondit. *Oblatus est, quia ipse voluit:* in natura tamen Divina nihil erat, unde posset solvere, quo captivitatem redimeret hominis. Instabat autem Pater æternus, quasi illis verbis. *Fili spopondisti, redde debitum, sta sponsioni.* Quid consilii iniit fidejussor Filius? qui unde pro humani generis servitute redderet, nõ habebat: nullâ enim aliâ solutione redimi poterat peccati dira servitus, ni-

Thom: Villan:

Prov:

Peccati debitum, quantum

si solùm morte, vel aliâ æquivalenti pœnâ: quam verò pœnam sustineret VERBUM impassibile? quæ mors? quæ strages invaderet immortalem? A MARIA igitur, redemptionis totius nummum seu instrumentum accepit, quo arctissima vadimonii vincula solvens pro debito peccati, dissolveret ac disrumperet, chirographum antiquum obliteraret, contractum rescinderet, atq; sic fidejussionis suæ obligationem penitus aboleret. Quod concludant verba S. Doctoris. *Venit ad Virginis mensam, & inde numerosam accepit pecuniam, quam redderet creditori: accepit namq; carnem, unde Patri redderet pro debito, quod sibi fecerat ex servo, tot pretia peccatorum. O quàm plenè solutum est ab eo peccati debitum! o quàm bene numeratam pecuniam creditori dedit super Crucis Mensam! quot flagella, quot alapas, quot punitiones, quot vulnera, quot iniurias, quot lacrymas, quot tormenta, deniq; atrocissimam mortem. Ecce captivi pretium, quo solutus est ab ergastulo. Pretium ergo Redemptionis* CHRISTUS *persolvit: sed hæc, mulier* (MARIA) *dedit illi ut persolveret. Ipse Redemptor est, sed ab illa accepit, unde redimeret. O quantùm tibi debetur Virgo Beata? quid tibi pro tanto beneficio retribuemus?* Beatissi: ergo Virgo MARIA auri argentiq; pondus dedit, scit: humanitatem, quâ VERBUM Divinum, fidejussor, a tanto ære alieno liberaretur: & quasi, captivum, sponsionisq; vinculis detentum redemit. Quo tamen non obstante, etiam in primo illo sensu superiùs insinuato, respectivè etiam ad personam CHRISTI, posset dici Redemptrix MARIA, inquantum scli: redemit illum, seu emit, oblationis Moysaicæ pro puero persolutione, favet etenim idem S. Præsul in Conc: hoc Festo, dum sic ait: *Statutum est veluti decreto, ut omnis primogenitus venderetur. Exod: 13. Et cùm ille Virginis Primogenitus nascer etur, ipse quoq; emeretur a matre, non sibi soli, sed mundo: & per hanc eius emptionem, in omnia illius opera mundus actionem sortiretur & ius.* Ex quo scitè eliciunt aliqui, cur proditor ille nefandus, suspendium potiùs delegerit; quàm aliud mortis supplicium, nempe qui fur erat & latro: huius autem criminis pœna taxata est a legibus, suspendium: deprehensus igitur in latrocinio, dum Christum à MARIA emptum, hominibus à Patre supero donatum, furatus fuit, ac Judæis vendidit, tanto furto, à conscientia propria, tanquam à Judice comprehensus, in Crucem agitur. Unde gratiosè nimis & dulciter licitatur cum Christo idem S. Præsul. *O Bone IESU! iam noster es, & duplici iure: Te Mater emit nobis, noster es, quia datus: noster es, quia emptus: duplici te iure possidemus.* Ex his collige inæstimabile pretium & pondus SICLI MARIÆ, tum ratione carnis submini-stratæ Redemptori; tum ratione persoluti pro Primogenito suo, pretii.

MARIA nummum suppeditavit Filio Dei, quo redimeret nos.

MARIA ipsum Christum redemit siclis oblatis pro eo.

Iudas qui a fur, suspendio periit.

Christus, duplici iure noster.

Probatur Figuraliter.

Sed iterum amplioribus cogitatibus, latus nimis aperitur campus, cur SICLUS dici possit, & debeat MARIA. Si etenim Purificationis eius seriosiùs perscrutemur mysterium; reperiemus facilè, tot eam in anima sua adnumerasse SICLOS, & illos Patri Æterno simul cum Filio obtulisse, in gratum Sacrificium; quot in huius legalis Ceremoniæ ad amussim observatione, virtutum effulsit speciminibus. Quinq; illi SICLI pendendi a Parentibus pro Primogenito, per legem demandati, egregie præfiguravisse videntur quinq; virtutum actus, quos Beatissima in summo perfectionis gradu, dum purificaretur in Templo, exercuit, & Cœlesti præsentavit Patri. Primus SICLUS fuit actus profundissimæ eius humilitatis: cùm enim purissima ab omni labe etiam originali haberetur, peccatricis mulieris speciem assumens, cætui aliarum, purificationem sui expectantium, adjuncta est. Unde Joan: Sylveira in Evang: l. 2. c. 5. asserit, MARIÆ in purificatione humilitatem esse Mysterium absconditum, cuius profunditas exactè explicari non potest: & quamvis aliquæ virtutes MARIÆ aliquatenùs declarari valeant; tamen ipsius humilitas, minimè. Moysi præcepit Deus tabernaculum facere: & modus & constructio operis maximè exponitur, quid in introitu, quid à tergo, ac utroq; latere fabricandum, quale tectum ac operimentum: de hoc satis latè Exod: 76. habetur. De pavimento verò seu inferiori parte, nec verbum habetur. Juxta Ruper: & Bedam, hoc tabernaculum, typus fuit MARIÆ, quo ipsius dotes & habitus adum-

746.

Sicli quinq; Mariæ, virtutum quinq; exempla in Purificatione.

MARIÆ humilitas in eius Purificatione, mysteriũ absconditum.

Rup: Beda.

adumbrantur: pavimentum innuit humilitatem eius, & licet de aliis multa dicantur; ad ea tamen, quæ ad humilitatem eius ſpectant, verba non ſufficiunt, præſertim ſi tam profundè humiliata in templo, conſideretur: de quo Card: Hailgrinus in c. 6. Cant: *Virgo MARIA ſemper in hiſtoria humilis, ſed ſemper multo humilior, quàm videtur.* Alter Siclus, fuit Actus ſupererogatoriæ Paupertatis ipſius, in vilitate oblationis: cùm etenim Beatiſſ: Virgo amplam ex Parentibus ſuis hereditatem habuiſſet, & paucis ante diebus Auri, thuris, & myrrhæ, à quolibet ex tribus Regibus, recenter Nati adorato ribus, in magna quantitate accepiſſet abundantiam; omnia illa, (ut communiter aſſerunt Patres, nominatim S. Bonaventura medit: l.) in pauperes diſperſit: non agnum itaque, quæ divitum erat oblatio, pro filio offert, ſed columbas, quæ pauperrimorum erat ſacrificium, inquit Abul: *Non decebat enim, ut qua pauper erat, divitum oblationem ſubitò offerret, ab omni enim faſtu erat Virgo aliena.* Tertium SICLUM obſervare licet in deſæcatiſſimo timore Dei, quem in obſervanda lege Virgo ſervavit, ingenti quâdam fortitudine animi, iter illud in Jeruſalem ad Templum Hieroſolymitanum aggreſſa. Excitat enim circa hoc quæſtionem S. Auguſt: lib: 2. de Civ. cap: 12. *Cùm iam ſollicitus eſſet Herodes, perculſus Magorum nuntio, quòd natus eſſet Rex Iudæorum, quomodo potuerunt, completis diebus purgationis, tutò cum IESU aſcendere in Ieruſalem ad Templum, ut facerent circa eum ſecundùm legem Domini.* Deinde diligenter didicerat a Magis Herodes tempus ortûs Stellæ, dum naſceretur infans: optima ergo illi eſſe poterat occaſio, poſt quadrageſimum diem, puerum ad ducendum in templum obſervare, & ei iterum inſidiari, ſi fortè gladium in illa communi cæde puerorum evaſiſſet: juſtè ergo metuendum erat MARIÆ a periculo pueri. Solvere itaq; nituntur quidam hanc quæſtionem per miraculum ex Abulenſi. Ait etenim ille: *Dato quod eſſet bellum inter Hebræos & hoſtes ſuos, & obſedeſſent hoſtes Civitates Iudæorum, & ipſi eas ſolas deſererent euntes in locum Sanctuarii; hoſtes nullo modo intrare poſſent in eas ad poſſidendum vel pradandum: Fiebat autem hoc: quia Deus immittebat quendam terrorem in corda hoſtium, ita, ut non auderent invadere Iudæos.* Simile quoq; ſperare poterat miraculum MARIA contra potentiam Herodis, dum Templum Jeroſolymitanum, cum puero adeundo, legi pareret, nihil ſibi eſſe timendum: Cæterùm Eſcobar l. 10. ſect: 1. n. 68. aliter putat & ad S. Auguſtini reſpondet quæſtionem: nimirum: MARIAM (quã nihil latebat eorum, quæ ad Filii gubernationem attinebant) etiam præviſo periculo illo ab Herode, fuiſſe progreſſam in Jeruſalem, idq; mirâ fortitudine animi & Timore Dei, in ſervanda ipſius lege obfirmatam. Cui favet S. Anſelmus in Matt: c. 2. qui inquit. *Quamvis Parentes eius timerent Herodem, tamen non ſunt auſi tranſgredi legem, quin ad templum puerum deferrent.*

Hailgri:

MARIA Paupertatis exhibet exẽplum in Purificatione.

Abul:

Auguſt:

Maria fortitudo, contra inſidias Herodis, dũ iret ad Purificationem.

Abul:

Iudais peregrinantibus in Ieruſalem, hoſtes nocere non poterant, ex miraculo.

Eſcob:

Anſel:

Legis obſervatio.

Probatur Doctoraliter.

Quartus deniq; SICLUS, quo dives apparuit hodie in Templo SS. Deipara, fuit eximia eius in genus humanum charitas, quâ pro redemptione ipſius amoroſiſſimè obtulit Filium, in medullatum Deo Sacrificium. Pretium huius Sicli a ſolis Patribus exquiramus. Incipiamus ab admiratione S. Cyrilli in Caten: D. Thomæ. *O profunditatem ſcientiarum, ſapientia & ſcientia Dei! offert hoſtias, qui per ſingulas hoſtias honoratur cum Patre.* Jam autem de Charitate, quâ MARIA obtulit Filium, ſic ait S. Bernardus. *Hodie per manus amoroſiſſimæ Virginis, tanquam à communi Matre Salvatoris & ſalvandorum, in Sancto DEI Templo, communi Perſonæ ſubjacẽte, Sanctiſſimo Simeoni, tanquam Authentico, & legitimo mundi procuratori, humano generi facta eſt donatio IESU Chriſti, DEI & Hominis, atq; Eccleſia Sponſa DEI in poſſeſſionem doni inſtructa eſt.* Et iterum tom: 1. ſerm: 51. c. 4. Penſando charitatem Patris Æterni ac Matris Virginis, fatur admirabundus. *O mira circa nos utriuſq; Parentis IESU CHRISTI pietatis dignatio! ô inæſtimabilis Dei & Virginis Dilectio charitatis! qui ut ſervum redimerent; communem Filium tradiderunt propter nimiam Charitatem, quâ Deus & Virgo nos miſeros peccatores dilexerunt.* Sed his omnibus gratioſiùs, tenerrima verba D. Thomæ Vill: auſcultemus, qui Beatiſſ: Virginem, Æternum Patrem, hunc in modum alloquentem introducit: *Suſci-*

747.

Cyrill:

Bernar:

Idem.

Thom: Vill:

pe Pater Omnipotens, ſuſcipe hanc oblatio A *nem, quam Tibi offero pro toto mundo. ancilla tua: ſuſcipe communem Filium, Tuum ab æterno, meum in tempore: ſuſcipe nunc de manibus Ancillæ Tuæ Sacrificium hoc matutinum, tibi quondam in Crucis brachiis offerendum in Sacrificium veſpertinum.*

Probatur Miraculoſè.

748. Quintum tandem & ultimum appello SICLUM oblationis MARIÆ, intaminatiſſimam eius Virgineam integritatem, quæ ſpeciali modo, in legalis huius ceremoniæ adimpletione, etiam miraculoſè eluxiſſe legitur. Rem taliter refert Cantiprat: in append: e xempl: Tempore Bonifacii Papæ, cùm Judæi ex S. Joſepho genitum, pertinaciter contenderent; Cæcus eo uſq; illos convicit, ut polliciti ſint Chriſtianam fidem ſuſcipere, ſi CHRISTUS ex Virgine natus viſum ei reſtitueret: id ubi, concurrente toto Clero, in Feſto Purificationis factum eſt, & cæcus magno ſubitò ſplendore circumdatus, Reſponſorium de illibata Virginitate MARIÆ cecinit; quingenti Judæorum converſi ſunt, reliqui fugam arripuerunt. Imo in ipſa actuali Purificatione MARIÆ ſimile accidiſſe miraculum aſſerunt nonnulli. Refert enim Toletus opinionem Celſi apud Eſcob: citt: iam loco n. 16. Simeonem juſtum præ ſenio fortè, ab aliquot ante annis cæcitate laboraſſe, & tunc primùm recepiſſe oculorum lumen, cùm in ulnis natum Chriſtum ſenſiſſet, unde illud cecinit. *Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.* Ex quo colligere licet, iſtud contigiſſe miraculum, ad hoc etiam, ut per illud Virginitas MARIÆ declararetur, ſiquidem (ut ſcribit Juſtinian: Miechov: in Lit: Laur: ex Tymotheo Jeroſolymitano,) ubi deinde Simeon conſpexit Infantis Divini Matrem; ex luminis, quo circumdata undiq; fuit, ſplendore, eandem non vulgarem agnoſcens Matrem, quia ſimul Virginem, integritatem eius veneratus, eam à communi mulierum cætu ſegregari voluit, de quo luculentiùs habes titulo *Nobilitas.*

MARIÆ miraculũ in cæco, Feſto Purificationis.

Simeoni viſus reſtitutus in Purificatione Mariæ.

Probatur Hiſtoricè.

749. Etiam ab humanis veterum Siclis aliquod mutuare lumen, piaculum non reputabit pretioſiſſimus SICLUS, MARIA. Valer: Pier: Hieroglif: l. 29. c. 13 ſcribit, nummum ſeu Siclum fuiſſe Romanis ſub Aurelio Commodo: in quo ipſe Commodus, ſub Herculis imagine, ob devictam Ægyptum, pede dextro Crocodilum, (quo Ægyptus ſignabatur,) conculcabat, dextrâ verò, Ægypto ſiſtrum ſeu cymbalum prætendenti, ſpicas porrigebat: quo deſignabatur Clementia victoris, quam inſcriptio nummi indicabat, in quo legebatur: *Indulgentia Auguſti.* Porro S. Joan: Damaſcen: Orat: 1. de Nativ: & 1 de Dormit: ait. *MARIÆ pretioſa anima, Deo pecunia.* Talis Siclus ac nummus, nobiliori longè modo, illa dici meretur, dum hodie in templo cœleſtem repræſentat Herculem, qui infantiæ ſuæ meritis, ſat maturè, mundanas Ægipti iam hodie detriumphare incipit vanitates, tantâ ſuâ, & matris ſuæ abjectione, dum veluti peccator redimi voluit ipſe, & Matris ſuæ dignitatem, ſub ſpecie, legi obnoxiæ mulieris, apparere: atq; ut efficaciùs a cymbalis, ſcilicet a deſideriis vanitatum, mortalium abſtraheret corda; ſpicas gratiarum porrigit, gratias ſ. ſingulares per interceſſionem Matris ſuæ hodierna die elargiendo. Quodſi comprobare tibi placet exemplis; habes nonnulla ſat egregia, etiam de Polonis quibuſdam ſacerdotibus, ſub tit: *Decus Eccleſiæ n* 142. Convenit plurimùm & ſtylus inſcriptionis illius Sicli *Indulgentia Auguſti:* ſpeciale etenim quid per longam confeſſionum experientiam (aliquid de proprio addere liceat) probavi, hoc currente Purificationis feſto, graviſſimos etiam peccatores, quodam extraordinario compulſu, ad pœnitentiam incitari, ſerioſiùs ſuas facere exemologeſes, uſq; ad lacrymas conteri & melioris vitæ aſſumere propoſita, quam *indulgentiam* peccatorum conſecutos crediderim non aliter, niſi per MARIÆ preces & patrocinium, cùm S. Damaſc: in Paracl: eam nominet, *Indulgentiam peccatorum noſtrorum.* & S. Alb: M. in Matt: *Indulgentiam propinationis pœnitentium & gementium.*

Nummus dictus Indulgentia Auguſti. Damaſ:

Purificationis feſtum privilegiatũ, ob converſionẽ peccatorum. Damaſ: Alb: M.

Epilogus.

750. SICLOS ergo iam appretiavimus MARIÆ: Quare concludendus videtur diſcurſus noſter, verbis iam cit: S. Thomæ Vill: *Venite nunc cupidi, venite ad nundinas fideles! vanalis hodie Deus in* Th: Vll:

us in Templo proponitur, adſtat ſuper gradus Sacerdos omni volenti emere CHRISTUM vendens: properate, emite, non magnum pretium, quinq; Siclis hodie ſalus & vita comparatur: non de marſupio, ſed de corde hos SICLOS expetit, ut donetur. Da igitur quinq; Siclos, & accipe Deum: da pro peccatis dolorem, pro beneficiis gratitudinẽ, pro myſteriis laudem, pro teipſo timorẽ, pro ſe ipſo amorem. Et, ſi hæc monetaria cui deficit, ad menſam nummariam, nimirum MARIAM accedat, Sacros ibi mutuabitur Siclos, merita virtutum eius implorando, pro tam immenſi theſauri conſecutione, ſupplente inopiam noſtram MARIA. Moris erat antiquis Ethnicis, argenteum SICLUM ſeu nummum vitâ functis in os inſerere, ad perſolvendum Charonti naulum, ut proſperè ſtyge tra-

Chriſtus cuiq; ad emendũ expoſitus.

MARIA menſa nummaria.

A jectâ, ad campos Elyſios transfretarent. Meræ inaniæ ac præſtigiæ fuêre. Gravis hìc ac ſolida veritas, quòd SICLUS MARIÆ, ſeu ſanctum nomen ipſius, commeatûs in alteram vitam liberrimi, ſalutare ſit præſidium, quod vectorem collocat in portu ſalutis æternæ, & ſymbola hæc fideliter reddita, hominem Cœleſtis menſæ facit eſſe convivam. Hoc ergo aureo Siclo, ut & tu in hora mortis tuæ dives ſis & ſecurus, dum moriendum erit; MARIÆ nomen in ore tene, interim autem devotè frequenta illud.

B MARIA Mater gratiæ,
Mater miſericordiæ,
Tu nos ab hoſte protege,
Et mortis horâ ſuſcipe.
A M E N.

Siclus, ori defunctorum imponebatur, ut ſerviret pro naulo Charonti.

SOROR Verbi Divini.

SS. DEIPARA.

Pro Aſſumptione B. V. Mariæ.

Soror mea reliquit me ſolam miniſtrare. Luc: 10.

751. RAptum ſe iri hodie cum Paulo ad tertium uſq; Cœlum, ſperaverat Orator Romanus Paul: Oliva, recurrente Feſto Aſſumptionis (Strom: l. 6.) ut harmonias plaudentium Virgini Seraphin exaudiret, & ecce mox indoluit, cum in Bethaniam ſe per Evangeliſtam trahi advertit, ut ibi SORORIS de SORORE querelas audiret, A. A. Ita ne? ergo nihil in triumpho glorioſo MARIÆ induci opportunius nobiliuſvè potuit, quàm ſtridor Marthæ? Egregiè quidem, quantùm ad ſenſum Theologicum, id ad laudem, non ad vituperium domûs illius, ſubſervire affirmat idem Orator: laudabilis enim eſt querimonia actionis, quoties à contemplatione abducitur. Felix domus, in qua, Martha adlaborare, adeſſeque ſibi Mariam, id eſt contemplationem, exoptat. Nulla dulcior vox haberi debet, uti vox iſta

C Marthæ, abſentiam cauſantis SORORIS ſuæ Magdalenæ. Magna pars felicitatis & laudis, dum duæ Sorores iſtæ, actio & contemplatio, ſtricto ſibi fœderantur vinculo; Nihilominùs ſymbolicè hæc Evangelica SORORIS de SORORE (laudabilis utiq; ut iam dixi) querulatio, ſeu potiùs pium unius deſiderium, venuſtè alludere videtur hodiernæ ſolemnitatis Myſterio. Pro SORORE enim una, cogita Germanum MARIÆ Fratrem, nimirum Chriſtum. pro altera Sorore Mariam, quæ

D etiam germanam ſe eius dixit. Fratris nomine eundem compellando: *Quis mihi det te Fratrem, ſugentem ubera Matris.* Cant: 8. Cuius nomenclaturæ indagando cauſam Idiota part: 14. contemplatione 3. ita ait. *Soror CHRISTI MARIA, per caſtiſſimam, ſinceram, & ferventiſſimam dilectionem, quæ ſolet eſſe inter fratrem & ſororem.* Porrò Germanus hic Sororis

Contemplatio iuncta actioni, felicitat hominem

MARIA Soror Fratris ſui Chriſti: quo ſenſu?

Idiot.

Sororis MARIÆ, non paucos ante annos triumphaliter cœlos ascendens, sedit a dextris gloriæ Patris, ut ministraret saluti fidelium, mediator simul & advocatus apud Deum factus: de quo testatur Apostol: *Habemus Advocatum apud Patrem, Iesum Christum iustum.* Joan: 1. Joan: 2. Et quia Sororem suam Mariam, utpotè Magisterio & solatio Ecclesiæ primitivæ peropportunam, adhuc in terris relinquere oportebat; solus interim Advocati apud Patrem fungebatur officio, & quodammodo, veluti si molesta pateretur tædia, dicere videbatur: *SOROR mea (MARIA) reliquit me, solam ministrare:* idq; adeo, ut neq; sibi videretur plenè glorificatus, non dum glorificatâ SORORE suâ MARIA: Gvarr: in eius enim Persona inquit Guarr: Abbas s. 2. de Assumpt: *Nec satis glorificatus videbar mihi, donec & tu glorificeris:* Hæc ergo pia, Germani SORORIS MARIÆ desideria, (si tædia dici nequeunt) hodie iam solvuntur, dum MARIA glorioſè in Cœlos assumitur: illa etenim Germana Christi, non solùm ob proximam similitudinem virtutum & gratiarum cum eo, dum adhuc uterq; viveret in terris; sed etiam in Cœlis, ex ratione sublimitatis gloriæ, SOROR Verbi Divini meretur dici: qui titulus MARIÆ, ut tantò meliùs pro Panegyri hodierni triumphi famuletur, eundem maturis solidabo fundamentis: de quadam Mystica cum Deo cognatione perutile præmittendo morale. Interim Salutemus breviter MARIAM.

Scandis Virgo, linquis ima,
Fratri Christo simillima,
Soror eius appellaris,
Dum ad Cœlos sublimaris.

PARS I.

Cognationis cum Deo per gratiam ius, unius lethalis peccati noxâ deperditur.

752. COgnationis Cœlestis genus, quod non a sanguinis aut familiarum mutua inter se communicatione; sed a similitudine virtutum, gratiarum, & præsertim à semine gratiæ originatur, longè priori præstantius esse, pridem id, apis illa Christi argumentosa, Cæcilia famula Dei, ex S. Scripturæ floribus collegit. Hæc etenim Virgo glorioſa (ut Brev: Rom: enarrat) Evangelium Christi in pectore suo semper gerens, a quo diebus & noctibus non vacabat, perpendendo fortè illa Salvatoris verba: *Quicunq; fecerit voluntatem Patris mei, ipse Frater & SOROR mea est,* memorandum illud de cognatione spirituali, toti Ecclesiæ mellificavit Dogma, dum sic Tiburtium, Sponsi sui fratrem allocuta esse legitur. *Hodie te fateor meum esse cognatum, quia amor Dei, te fecit esse contemptorem idolorum: sicut enim amor Dei, mihi Tuum Fratrem fecit Conjugem; ita te mihi fecit cognatum.* Quod ipsum a fortiori asserendum venit de gratia sanctificante, quæ cùm ex Doctrina S. Petri, 2. Petri 1. *efficiat nos consortes Divinæ naturæ;* ad quendam propterea consanguineitatis seu cognationis cum Deo titulum, sublimat mortales, hoc tamen cum discrimine, quòd, dum temporales cognationes gradus suos habeant, hæc sola ipsos ignoret, unum solum & indivisibilem admittens, utpotè dimidiatam iustitiam perosa.

Cognatio vera ex virtutum & vita similitudine.

Probatur Scripturaliter.

Pro quo, primùm accommodatissimus est ille locus S. Scripturæ desumptus ex Canonicas Jacobi, ubi Apostolus commendans observationem legis Divinæ, præsertim de Charitate proximi, quam appellavit ibi, Legem regalem. *Si* legem (inquit) *perficitis regalem, secundùm Scripturas: diliges proximum tuum sicut te ipsum. Quicunq; autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Difficilis est explicatu iste locus, proinde variè, a variis explicatur interpretibus, quorum tamen sensus omninò inter se connexi sunt, inquantùm iste locus adductus est ab Apostolo contra errorem communem tunc inter Pharisæos, qui censebant, unum & alterum præceptum legis transgredi, non esse peccatum, nisi quis omnia præcepta aut potiorem eorum partem transgrederetur. Singularis est, in hoc explicando loco, Ven: Beda. dum inquit. *Qui in uno offendit, fit omnium reus, non quòd omnia legis præcepta violaverit; sed*

753. Jacob:

Peccatũ unum totam legẽ violat.

Beda.

rit; sed quòd legis auctorem contempserit, eoq; præmio meritò careat, quod legis cultoribus propositum est. Explicatiùs adhuc S. Chrysost: Hom: 35. nam rem similitudine declarans ait: *Fit omnium reus, quia perdit Dei amicitiam, gratiam, & vitam spiritualem, atq; incurrit mortem spiritualem animæ, & reatum gehennæ, perinde, ac qui toto corpore armatus, exceptâ unâ parte, in illa lethalem plagam accipit, quæ illum occidit aquè, acsi in omnibus cæteris membris plagam lethalem accepisset: sicut ergo plaga unius membri, vitam adimit & cæteris; ita peccatum unum v.g. ebrietatis, non tantùm adimit vitam sobrietati contraria; sed & cæteris virtutibus.* Et rectè, imponit enim plerumq; dæmon nonnullis, de quadam dimidiata persuadens eis justitia. Nam si apertâ audaciâ in omne scelus eos præcipitare niteretur, exhorruissent: igitur per partes molitur: delinit quosdam quarundam virtutum amore, ut cùm has se colere videant; inter honestos & timoratos, occupari a se locum putent, dumq; ob unam & alteram virtutem sibi de bona blandiuntur conscientia; negligunt de gravibus mandatis aliquod, cuius despicientiâ cæteri labores redduntur inutiles. Expaverat olim Petrus, Joan: 13. videns ad pedes suos provolutum Salvatorem, ut eius ablueret pedes: officiosus discipulus recusabat, sed non placuit hæc obstinatior in Magistrum Religio. *Si non lavero te, non habebis partem mecum,* id est partem in Regno Cœlorum. Antiqui pedum sordes, ex sensu DD. venialia explicant peccata: horum quantacunq; moles non excludit Paradiso; cæterùm si menti insideat etiam talium multitudo, istæ leves noxæ, dispositivè Olympum claudere dicuntur, quatenus ad lethalem facilè pertrahunt culpam. Sed quid vetat? construamus id de mortali vulnere, non, quòd hac tantâ plagâ tunc ex inobedientia Simon affectus sit; sed si ulterius Magistri sui restitisset jussionibus, & proteriter ablui repugnaret; gravem passus fuisset ruinam, & Princeps ille Apostolorum, lethali propter inobedientiam irretitus fuisset noxâ: num ideo in sempiternum a facie Dei projiciendus? *Non habebis partem mecum.* Siccine unius piaculi spongiâ, oblitterarentur tot præclarissimorum Petri facinorum encomia? sanè non dicimus quidem, ob cuiuscunq; lethalis culpæ vitium, aboleri omnem antiquæ justitiæ memoriam; imo ob priscorum actorum suavem recordationem lapsis Deus præparat auxilia, quibus adjuti postea per pœnitentiam abluant illas maculas, docente Paulo: Hebr: 6. *Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri & dilectionis.* Quibus verbis consolabatur Apostolus lapsos. Sensus itaq; illius pronuntiati a Salvatore, est, quòd si vel uno tantum mortali peccato contaminetur anima; in instanti totam illicò amittit gratiam: omnium cæterarum virtutum opera, & aliorum præceptorum adimpletiones mortificantur in ratione meriti, atq; fic, si in tali statu homo ille ex huius vitæ communicatione decederet; inanes eius futuros anteactos labores: ita Basil: M in Reg: Interrog: 233. cùm disquirit: Numquid ex omnibus rectefactis, si unum tantum abfuerit, is propterea salutem adipiscatur? Respondet. *Cùm multa sint tam in veteri, quàm in novo Testamento, ex quibus plenissimè veritatem huius quæstionis possimus intelligere, satis esse arbitror homini fideli, vel illud unum de Petro judicium, qui, cùm ei talium ac tantorum rectè factorum testimonium fuisset datum a Domino, ac eo modo appellatus atq; Beatus laudatus, ubi una tantùm in re ab obedientia visus est discedere, atq; hoc ipsum non ex negligentia, superbiave, sed ex reverentia, honoreq; adversus Dominum suum; propter hoc ipsum tantùm ei dicitur: nisi lavero te, non habebis partem mecum.* Ex quo patet, quod cognatio mystica cum Deo per gratiam, in uno consistat indivisibili, pereatque, uno solo perdito, cum omnibus cæteris, unius scl: legis violatione.

Chryso:

Dæmon lente disponit aliquando ad transgressionẽ legis.

Joan:

Venialia peccata pertrahũt ad lethale

Probatur Figuraliter.

754. Miserat quondam legatos suos David ad Hanon Ammonitarum Regem, quos ille insigni contumeliâ affectos remisit: dimidiam scl: barbam rasos. Reg: 7. c. 10. O terribilem injuriæ formam? Qualis confusio viri dimidia cum barba! adeo puduit Davidem; ut non affatu, non conspectu suo dignatus eos fuerit, donec in plenitudinem capilli excrevissent: Equidem barba apud veteres, virorum gloria fuit, sicut in fœmina, capitis coma: indicatq; mysticè

Basil:

Reg:

Barba, virorum gloria, si-

cut coma capitis faminarum.

mysticè animorum virtutem, nam hæc illorum gloria & decor præcipuus. Quis igitur est fortis prudensq; David, qui cum dimidio etiam faciei ornamento servos aspicere nolit? nisi Deus Creator, qui ad dimidiatam virtutem quodammodo erubescit, & se negat animæ claudicanti in via Domini. Fortassè ob hanc causam primus se

Gen: abscondit homo. *Timui* (inquit Gen: 3) *eò, quòd nudus essem, & abscondi me.* Quid tum, si nudus? Num Dei oculos quidquam latet? nonne antequam peccares, nudus quoq; fuisti? nec tamen fugere, vel occultari curabas.

Ambr: Rectè Ambr: l. de Parad: c. 13. *Et ante quidem nudi erant, sed non sine virtutum integumentis: nudi erant propter merum simplicitatem, & quod amictum fraudis, natura nesciret.* Verecundabatur itaq;

Nuditas virtutum causa verecundia.

coram Dei vultu apparere Adam, eò quod virtutum gloriâ despoliatus esset: At quomodo nudum se Protoplastus refert? nonne ipse consorsq; eius infelix, *eò quòd cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus & fecerunt sibi perizomata.* Cur igitur abdidisse se memorat, quod nudus esset. Equidem rectè, erat enim malè vestitus Adam: nam partem unam pudoris texerat, alia membra corporis patebant: metuebat seminudus, semivestitus, Dei se sistere præsentiæ. Hinc iam explicat se ratio, quare semirasos legatos

Iustitia dimidiata, seminudum vestimentum, Deo invisum.

David contueri recusavit. Venustè dixit apud Tilmanum in catena, Stephanus Anglicus, in præfatum Regum locum. *Malunt autem filii Hanon, id est Maligni spiritus, ut media pars radatur, quàm tota.* Nam certè, quam ob rem, non totam omninò abradi barbam jusserit Tyrānus? num? quia diabolo utilius sit animam aliquibus florere virtutibus, quàm nullis omninò? sed quo pacto in dæmonum, hoc, lucrum cedere potest? nempe si virtutum omnium præsidio destitueretur anima; horrore quodam enormissimæ paupertatis & nuditatis perstringeretur, & quâdam sui miseratione excitata, forsitan vestiri optasset: modò autem fallaci quâdam dulcedine blanditur sibi, cùm & honesti quasdam a se amari partes contemplatur, nec usq; adeo inopem semet arbitratur: propterea quamvis in peccato se esse sciat; differt conversionem, & vitiis, quæ nimium diligit,

A ad longùm indulget, nec meminit, ad condemnationem sufficere vel in uno perseuerasse scelere. O astutia filiorum Hanon! qui non totam eradere barbam servorum David cupiant; sed aliud remanere, aliud cadere! noverant enim cum dimidiatæ barbæ ornamento, Regis sui conspectu non fruituros. Superat longè hostis infernalis astus hanc filiorum Hanon fraudem, & tyrannidem. Nonnullis quidem quasi dimidiatam applicat barbam, dum per unius peccati perpetrationem, gratiâ Divinâ spoliatos permittit interdum aliis virtuosis operibus vacare,

Dæmon Rasor improbus barbarũ quo sensu.

B eleemosynis v.g. jejuniis, de quibus illi, perseverando in peccato, sibi blandiuntur. Novit etenim ille, si in unius peccati, usq; in finem perseveraverint malitiâ; in conspectum æterni Regis nunquam admittendos, sed in æternum ad tenebras exteriores damnandos. Prætulit quidem & ille Pharisæus Luc: 18. pulchrum quasi capillamentorum suorum ornamentum, dum in Templo sic orasse auditus est. *Ieiuno bis in Sabbatho, decimas do de omnibus, quæ possideo*; oculis tamen Divinis sic ornatus displicuit, postpositus publicano. *Dico vobis, descendit hic justificatus in domum suam, ab illo.* Et cur? eò

Luc:

C quòd virtutem Pharisæus non integrasset, in novacula superbiæ accipiens dolum, *Non sum* (inquit) *sicut homines injusti, raptores, adulteri,* Atq; sic unius piaculi noxa, totam justitiam eius confudit, viluitq; miser coram Deo: super quæ meditatus M. Greg: l. 19. Moral: 12. acriter ingemuit dicens: *Victa est per abstinentiam gula, destructa ventris ingluvies, superata est largitate tenacitas, avaritia depressa, quibus hoc laboribus actum credimus? Sed ô quot labores, uno vitio percussi cecidêrunt! quanta bona, unius culpæ gladio sunt perempta?*

Pharisæus corruit, stante Publicano cur?

Greg:

D *Probatur* Historicè.

755. Rem ex recentioribus Historiis fortè efficaciùs illustraturus, horrendum aliquid describere volui ex Grammat: Religiosa P. Abrahæ Discalc: Aug: Eremit: Hugoberto Regi Angliæ erat filia, ob nimiam pulchritudinem sui, a pluribus monarchis expetita in matrimonium: hæc se sibi elegisse Sponsum JESUM, testata Patri, petiit, ut in Virginitate & pietatis exercitiis illi deser-

viret: &

viret: & impetravit a Parente, ut copiosa vectigalia pro sustentatione eius cum selectiori devotarum Gynæceo, in quadam solitaria Civitate degenti, subministrarentur. Ubi Principissa illa cum suo comitatu, intantùm, exercitiis omnibus in oratione, jejuniis, mortificationibus, & cæteris virtuosis actibus, enituit; ut æquè miraculum naturæ, sicut etiam gratiæ, crederetur. Cùmque hanc methodum vitæ prosequitur; a morte præventa, diem suum obiit. Post solemne funus, Matronæ nobili, (quæ eam à Juventute educaverat,)vehemens subortum desiderium sciendi, quid cum Principe piissima, in illo statu ageretur, pro quo etiam precibus apud Deum institit: & ecce, dum vice quâdam in oratione vigilaret, repentè portæ conclavis apertæ: orcina intrant spectra: in quorum medio, species mulieris ignitis constricta catenis, induta vivis scorpionibus, quorum unus major, Cor arrodebat, ut misera anima ejularet: quæ tandem sic affata est trepidantem Dominam. Scias, me esse Filiam Regis Hugoberti, tuam olim Amicam: consternata tantò magis Domina, cogitare cœpit, & dicere. O Domine Deus! ubi est rectum judicium tuum? quomodo est possibile, ut tam honesta vita, tam severè puniatur? Ah Deus! quis ergo salvus fiet? Hæc verba, sic mortua refutavit. Scias, me esse causam suæ damnationis, non Deum: qui mihi mandavit, eam, ad meum quidem majorem pudorem; sed & ad aliorum cautelam, manifestare. Notum tibi est, quemadmodum ego ab incunabulis lectioni sacrorum librorum addicta fui, & dum ipsamet fessa eram, curavi mihi prælegi ab aliquo Ephæbo, erga quem nonnihil amore ferebar: semel dum lectionem finisset, amicabiliter petiit osculari manum meam, quam etiam ei porrexi: quòd cum postmodum sæpiùs peteret, ter, quater id permisi: ventum tandem est, quod cum eo amiserim Virginitatem: perpetratô peccatô, sic confessa sum Confessario meo: Reverende Pater accuso me, quòd nescio qualem petulantiam cum aliquo Ephæbo commiserim, unde ille vehementer & minùs prudenter invehi cœpit, dicens: Quid est hoc Sereniſſima? aliquid tale: sic rubore suffusa dixi, tantùm in cogitatione habui: ad hæc Confessarius adhuc imprudentiùs egit: neç in cogitationibus decet tantam Personam: hinc animo cecidi, & dixi, me, tantùm id somniasse, sicq; reticens peccatum, absolutionem accepi, non tamen absoluta fui postmodum, ut Deus occultum meum dimitteret peccatum: cœpi pauperibus largas eleemosynas distribuere,carnem affligere, sperans me consequi misericordiam DEI: DEUS verò omnia illa opera remuneravit, dando mihi inspirationes, ut saltem semel confiterer peccatum. Tandem in ultimam decidi infirmitatem, in qua plures accepi similes illuminationes, imo vocem cœlitus audivi. *Confitere, est quidem tardè, sed adhuc tempus:* cœpi vocato Confessario confiteri, dixiq; ah! quam magna peccatrix sum ego. Confessarius autem mihi dicebat, has esse tentationes diabolicas, eas proinde non curarem, monuit: paulò post venit mortis hora, & sic obij: subitò ad judicium rapta, & justissimè a Christo his tortoribus tradita in æternum, damnata sum. His dictis cum magno fragore, acsi mundus rueret, spectrum disparuit, ingentem, & diu durabilem in conclavi relinquens fætorem. Ex quibus omnibus hanc irrefragabilem sequi consequentiam quis negaverit, per unius peccati reatum, totum jus cognationis cum Deo per gratiam deperdi.

Exemplũ terribile, de quadã Regia filia, pia aliàs, ob unius peccati reticentiam condemnatâ.

PARS II.

SS. DEIPARA Soror Verbi Divini.

SORORIS nomen,non vulgare quid denotat, nec ad solum consanguineitatis nexum, adeo strictè sumendum est: Apud veteres etenim, sub huius nominis significatione, nedum veniebant amicæ, uxores, atq; Sponsæ, quod patet in Canticis, in quibus frequentiùs eadem, quæ nunc Sponsa, SOROR iterum appellatur; sed latiùs etiam hoc extendebatur nomen, dum excellentis virtutis alicuius habitus, Sorores dicebantur. Et hoc modo loquendi usus esse legitur Salo-

756.

mon ad quendam, dum ait: *Fili, dic*
Prov: *sapientiæ, SOROR mea es. Prov: 7.* quod
ipsum singulariter hodie in sensu ac-
commodatitio, non incongruè usurpari
posset, & derivari in Personam Filii
Dei, quasi id eidem a Patre diceretur:
MARIA *Fili, dic Sapientiæ, SOROR mea es.* Et
dicitur quæ hæc sapientia? Respondeo ex S.
sapientia Ernesto Prag: c. 60. *MARIA, est sapien-*
& Soror *tia, quam Dei Sapientia, IESUS CHRISTUS,*
Filii Dei. *super salutem & omnem pulchritudinem, di-*
lexit. Hæc igitur, SOROR, maximè ho-
die, a Filio dicitur, ut sub huius simi-
litudinis allegoria, sublimitas gloriæ e-
ius, & jus, (quod ex titulo SORORIS
in illam dimanat,) ad summam præ cæ-
teris puris Creaturis beatitudinem, fa-
ciliùs declaretur.

Probatur Scripturaliter.

757. Tria præcipuè sunt, quæ SORO-
RIS nomenclaturam alicui adscisc unt:
unum, quòd ejusdem Parentis sint Fi-
lii: alterum, ratione similitudinis inter
duos: tertium, ratione mutui inter ip-
sos amoris. Hæc tria demonstrant
quodam excellentiori modo, Mariâ, SO-
ROREM fuisse VERBI, ratione grati-
arum, antequam adhuc probent Soro-
rem eiusdem extitisse, ratione gloriæ.
Primùm ergo, quod præcipuum est,
nimirum Beatiss: Virginem eodem Pa-
MARIA, tre, quo & Verbum, quantùm ad gra-
Soror Ver- tias & privilegia prodiisse, id compro-
bi, eodem bandi modus suggeritur in S. Scrip-
cum eo, tura Cant: 5. dum dicitur de Sponsa
Patre na- MARIA. *SOROR nostra est, & ubera non*
ta, etsi *habet, quid faciemus SORORI nostræ,* Hæc
diverso enim verba premens S. Gregorius Niss:
modo. hom: 4. in Cant: asserit, id de Virgine
dici, respectivè ad Patrem æternum,
Greg: qui simul Pater VERBI est. *Sicut* (in-
Niss: quit ille) *rosa inter spinas; sic SOROR no-*
stra inter filias, non amplius propinqua, sed
Soror: post quam ergo facta est flos, nec à
spinosis læsa fuit tentationibus, quominùs li-
lium esset, oblita populi, & Domûs Patris
& Matris suæ, aspexit ad verum Patrem,
& ita vocatur Soror Domini. Unde etiam
Laur: a S. Laur: Justin: ser: de Purif: dici-
Justin: tur Virgo, Filia æterni Patris, & S.
Gregor: Nazianz: ex hac ratione, sic
fantem ad Filium suum Virginem in-
ducit. *Simul atq; nata sum Patris tui, ut*
arbitror, ex mente summa, me meus nutrit
Pater: Quid ergo mirum, communi Pa-
tre natam cum Verbo Divino, SORO-
REM dici VERBI. Ingens profectò

A ait Christoph: Vega. Theol: Mariæ: Vega.
n. 1793. Celsitudinis Marianæ encomi-
um, Sororem VERBI esse, & vocari,
quod nec Spiritui S. competere potest.
Hinc idem author excitat quæstionem,
cur scl: Spiritus S. non sit, nec dica-
tur Filius Dei, nec Frater VERBI
DIVINI: relictisq; aliis subtilibus ra-
tionibus, adhæret illi, quam assignat
Richar: de S. Victore & Alensis, nimi- Rich: Vi-
rum, quia paternæ naturæ proprium ctor: A-
est, aliam a se Personam gignere, cui lensis.
naturali proprietati Patris, perfectè si-
milis filius nascitur fæcundus ad pro-
ductionem Spiritûs S. Cùm autem i-
B pse Spiritus Sanctus hoc non habeat,
nam non gignit aliam à se Personam;
propterea non adscribitur ipsi germa-
nitas cum filio. Hanc autem Germa- *Spiritus*
nitatis consanguineitatem, (quâ caret *S. procé-*
Spiritus Sanctus, quia nec est, nec di- *dendo a*
citur Frater VERBI Divini, eò, quòd *Patre, cur*
fæcunditate careat ad producendam *non dica-*
Personam Divinam,) MARIA Virgo, *tur Filius,*
singulari Dei privilegio consecuta est. *nec Fra-*
Verè enim dicitur Mater Filii Dei, *ter Verbi.*
quem verè genuit: propterea potest
vocari SOROR VERBI Divini, & quia
juxta Nazianz: supra, ex mente Patris
æterni prodiit tunc præcipuè, quando
C ab eodem Patre accepit fæcundam
virtutem ad producendam Personam
Divinam, juxta illud Gabrielis, Luc: 2. Luc:
Virtus Altissimi obumbrabit tibi, id est, ef-
ficiet, ut sis velut imago Patris, ac
proinde in Divinam prolem fæcunde-
ris. Hactenus præfatus Theologus Ma-
rianus Vega. Accedit & alterum, ut
Soror Verbi nominetur MARIA, ex-
cellentissima nimirum quædam simili- *MARIA*
tudo ad Verbum incarnatum: si enim *proximè*
Christus, quà Deus consideretur; ad *super o-*
eius similitudinem nulla propiùs ac- *mnem*
cessit Creatura, quàm Mater eius, si- *puram*
mulq; SOROR, MARIA. Sic edocen- *Creatu-*
te S. Bonaventura Sermone 2. de an- *ra acces-*
D nunt. *Hæc enim in tantùm DEO proxima* *sit ad*
fuit, tantaq; sanctitate resplenduit; ut cre- *Deum.*
atura aliqua non unita VERBO, nec perfe- Bonav:
ctior, nec majoris boni capacior sit. Quod
si verò Christus, quo ad humanitatem
& corporis formam accipiatur, S. Cy- Cyrill:
rillus asserit, magnâ Dei providentiâ
factum fuisse, quòd Christus Dominus
cum Matre sua simillimi moribus & *Christus*
effigie essent, idq; ut occurreretur bla- *cum Ma-*
sphæmiis Hæreticorum, qui addubita- *ria effig.*
turi erant, an Christus ita Deus esset; *& mor.*

ut erusv

bus sibi similimi.

ut verus etiam homo defacto existeret: atq; sic oportebat esse Matrem & Filium sibi etiam in omnibus similes, ut facilius comprobaretur ipsum esse nedum Deum, sed & hominem. Pulchrè hanc omnimodam similitudinem inter Christum, & MARIAM deduxit Hugo à S. Victore, dum de VERBO incarnato sic fatur: *In cœlo qualis Pater, talis Filius; & in terra, qualis Mater, talis Filius: in cœlo incorruptus & sublimis; in terra cum Matre, Virgo, & humilis: in Cœlo Imago Patris; in terra imitator Matris.* Unde idem Doctor in Cant: 7. c. 39. compellat Mariam, tanquam *Christi speciem, pra omnibus speciosam, Christo similimam.* Tertium autem, quod complet & signat Sororis germanam consanguineitatem, est amor mutuus cum illo, cuius Soror dicitur. Quis edicat? quis edisserat amorum MARIÆ & JESU adinvicem reciprocationem? de hoc auscultemus S. Cyprianum, & Bonaventuram. Cyprianus Tract: de Nativ: Dñi N. sic ait: *Parvulus sugens ubera, purâ Alimoniâ utebatur, & fons sacri pectoris defacatum edulium, ori mundissimo infundebat: sed & cor Matris, quadam dulcedines, quæ & humanum superant intellectum, imbuebant: erat utriq; mira jucunditas, cùm pia Sanctæ Matris, & devota humilitas, & Sancti Sanctorum immensa benignitas confœderatis affectibus mergerentur.* Clariùs aliquid S. Bonaven: in speculo B. V. *Quis dubitare potest, omninò in charitatis affectionem, transisse viscera MARIÆ, in quibus ipsa, quæ Deus est, charitas, novem mensibus requievit.* Jam itaq; Sororem Christi, ex triplici capite, adhuc in terris fuisse MARIAM, habemus: SOROREM quoque eiusdem in Gloria, iam contemplemur sub figura.

Hugo. Victor:

Cypr:

Christum & Mariã inter, qualis amorum reciprocatio.

Bonav:

Probatur Figuraliter.

7581 Grande illud patientiæ spectaculum Divinissimus Job, post plagas, ærumnas, & casus tristissimos, dum iterum pristinæ sorti a Deo restitutus fuisset; in locum consepultorum inter ruinas filiorum, rursus alios septem suscepisse legitur, & tres filias eximiæ pulchritudinis, quas, contra morem usitatum aliis, sorte suâ, in mediâ hereditate fratrum gaudere voluit, imparitatem sexûs, venustate in fœminis supplente. Job: ult: *& fuerunt illi septem filii, & tres filiæ: non sunt autem inventæ mulieres speciosæ, sicut filiæ Iob, in universa terra: deditq; eis Pater suus hæreditatem inter fratres earum.* Si quandoq; summa imis comparare concessum est, cæteris licet imparibus, nunc fortè, in gloriosa Virginis Assumptione nedum licet; sed id & expedit, ad faciliorem Marianæ gloriæ explicationem, quæ cùm præcipua fuerit (ut demonstratum est) in terris SOROR Christi; etiam in Cœlos sublimata, singularem, et, si non communem, simillimam tamen, quantùm pati potest creatura, gloriæ Verbi accepisse pro hereditate beatitudinem, credenda est: ut sic, quæ in vita, gratiarum & virtutum venustate cæteras supergrediebatur creaturas, & tantò ampliùs appropinquabat Filio; in Patria quoq; tantò sublimiori honore exaltaretur, & proxima Filio, simillimâ dotum Cœlestium refulgeret majestate, communem quasi cum Filio participans hereditatem. Piè ac eleganter Gvarr: Abb: ser: 3. in Assump: in hanc hereditatis sortem, dum introducit Mariam, sic alloquitur eandem. *Perge MARIA, perge secura, in bonis Fili, fiducialiter age, tanquam Regina, Mater Regis, & Sponsa: Requiem quæris, sed amplioris gloriæ est, quod tibi debetur Regnum & potestas: individuum habere cupis imperium, cui tecum in carne tua & uno spiritu indivisum fuit pietatis & unitatis mysterium.* Si verò (quod sine ullo inconvenienti posse fieri arbitror) placeat ulteriùs allegoriam ampliare ad tres etiam in Divinis Personas, Patrem sc: Filium, & Spiritum Sanctum, qui, saltim ex eo, quòd sibi in natura omnimodè sint similes, imò æquales esse creduntur, fratres quodammodo, in sensu accommodativo appellari possent, cum quorum singulis specialem contraxisse affinitatem MARIA a Patribus docetur, nam ab eisdem Filia Patris, Soror, & Mater Filii, Sponsa Spiritûs Sancti communiter appellatur; tunc tantò venustiùs figura hæc Mysterium Assumptionis Beatæ declararet. Inter hos etenim Fratres, in tantùm hereditatem accepisse SOROR MARIA crederetur, inquantùm ab omnibus tribus SSS. TRINITATIS Personis, simul & singulariter, præterea, speciali honore dignata est in sui assumptione: Primùm etenim sic eidem

Job:

MARIÆ gloria in filiabus Iobi figurata.

MARIA Soror Verbi ob similitudinem beatitudinis in gloria.

Gvarr:

MARIÆ cum Christo indivisum Imperiũ & beatitudo.

Personarum triũ in Divinis fraternitas, quo sensu.

MARIA Soror triũm Personarum qualiter.

Geome: aggratulatur Joann: Geometra ap: Celad: de Ruth: §. 309. ita inquiens: *Gaude, quæ Regem genuisti sola, Polorum cœlestiumq́, Tibi est a Triade, alter honos.* Expendit Celada emphesim sententiæ. *Tibi est a Triade alter honos.* Quasi a Deiparæ dignitate, sic MARIA excellat reliquorum cœlituum honores, & augustum Summæ Triadis honorem æmuletur; ut illi sit *a Triade honor alter* Triadi suppar, cui honores reliquorũ cœlituum junctivè sumpti, minimè cõparentur, nec in illa honoris serie censeantur. Præter hunc honorem assumptæ, etiam figillatim, à qualibet Persona Divina, singulares in Mariam descripsit dignationes S. Bernardin: Sen: tom: 3. ser: 11. art: 7. c. 1. dum primò occurrentem ei ascendenti repræsentat Patrem. *Primò* (inquit) *per quandam appropriationem occurrit B. Virgini Pater, & amplexátur sponsam castissimæ dilectionis, singularissimæ facunditatis, solicitissimæ educationis: Hanc ergo sponsam, coram* Ber: Sẽ: *Cœlesti curia æternus Patet, dulcissimè amplexatur & recognoscit Matrem unigeniti Filii sui.* Deinde de occursu Filii subjungit talia. c. 2. *Secundò occurrit ei ipse Filius, in suæ gloriæ majestatis, omnibus manifestans, hanc esse verissimam Genitricem suam, quæ ipsum concepit, peperit, & nutrivit, atq́, in assumpta natura fideliter sociavit: proinde reverentiâ filiali, ut Matrem dignissimam, eam dicitur adorâsse.* Tandem, Spiritûs S. occursum Virgini c. 3. sic describit. *Tertiò occurrit Virgini gloriosæ ipse Spiritus S. recognoscens fornacem amoris, & officinam stupendæ operationis, de qua, & in qua fabricatum est corpus mundissimum Filii Dei: ostendit autẽ Spiritus Sanctus expressè electis, quòd in hac officina & per eam fabrefecit, quidquid in gratia munificum operatur, atq́, in hac totum ignem operationis recluſit, quem unquam dare disposuit Creaturæ rationali.* Tantam ergo à SSS. TRIADE, in Cœlos assumpta SOROR eius MARIA, inter illam superaugustissimam Fraternitatem, specialis cunctis creatis, Beatitudinis hereditatem accepisse, & possedisse gloriatur, & gaudet.

MARIÆ à SSS. Trinitate honor specialis.

MARIA Assumpta figillatim a qualibet Persona SSS. Trinitatis salutata.

Probatur Doctoraliter.

759. Huic glorioso MARIÆ titulo, ex duplici iam adducto fundamento, cõprobato, favent præter iam adductos, Idiot: & alii Doctores. Devotissimus Idiota par: 14. contempl: 3. MARIA, SOROR *benedicti Filii sui, cuius cor vulnerasvit, Cant: 7. non vulnere doloris; sed vulnere charitatis, ipsum ad amorem suum delectabilem attrahendo, ut eam diligeret profundo & toto corde.* Item. *SOROR Christi, quiâ CHRISTUS, est Filius Dei Patris per naturam, & ipsa specialissima Filia est eiusdem Patris per gratiam, ut tantò speciosior sit SOROR CHRISTI, quoniam ambo unus sanguis, & una caro effecti sunt. SOROR etiam CHRISTI, quia per naturæ identitatem ei conformis, & connaturalis, & hereditatis æternæ comparticeps: summè etiam dilecta ab ipso, quia carnem suam nemo odio habuit: & si simile à suo simili noscitur & ab ipso diligitur; quantò B. Virgo natura fuit mundioris, & moribus ac virtutibus Christo fuit similior; tantò amplius ab eo dilecta est, tanquam specialis SOROR.* Quæ authoritas, vix non omnia, quæ immediate superiùs in duplici adduximus probatione, videtur compendiâsse. Deinde, quòd Beatiss: Virgo ob specialem cum Filio communicationem in gloria, dicenda sit SOROR eius, adest Richardus à S. Laur: de laud: V. l. 6. *MARIA SOROR Christi, quia cohæres eius, & communicans cum eo Regnum Patris, hæres Dei, & cohæres Christi.* Sed inter hæc luculentiùs testatus est id S. Alb: M. ser: 51. de sanctis: dum in illa translatione Sponsæ Salomonis, adumbratam existimans Dei Genitricis Assumptionem, sic fatur. *Igitur verus Salomon, videlicet Filius Dei, transtulit hodie B. Virginem SOROREM suam Matrem, & Sponsam de Civitate David, hoc est de Ecclesia militante, in domum speciosissimam, quietissimam, & eminentissimam, utpotè super omnes Angelorum ordines fabricatam. Et verè decebat, ut illa, quæ erat virtutum decore speciosissima, & bonis operibus opulentissima, & pace Cordis quietissima, necnon & Divina Contemplatione eminentissima, talem domum inveniret.*

Richar: M.

Alb: M.

D *Probatur* Miraculosè.

760. Perpendimus iam argumenta, cur ex parte animæ suæ, Beatissima Virgo, simillimam omninò gloriæ Filii sui possederit in Assumptione sua beatitudinem, ob quam etiam singularis eius SOROR dicta est: cæterùm etiam ex parte glorioſi corporis eius, cum quo in Cœlos Assumpta, ut magis & ex asse SOROR CHRISTI comprobetur, possumus adscisсere non vilia adminicula. Ac primùm in modo resuscitationis

Mariani Corporis gloria singularis.

tionis carnis suæ ad vitam, se simillimam Resurgenti Servatori ad gloriam, probavit MARIA, & quidem prodigiosè. Scimus gloriosè Resurgente Redemptore nostro, ad cumulandam Triumphatoris pompam, monumentis apertis multorum quoq; corpora resurrexisse, & visa fuisse in sancta civitate, testantibus id Evangelistis. Huic omninò persimile factum aliquando legimus, ad exornandum Tryumphum ascendentis in Cœlum MARIÆ, annuâ semel recurrente Assumptionis solemnitate in Hybernia. Refert Broudinus in Propugnaculo Fidei, rem nimis prodigiosam l. 3. c. 20. de martyribus Hyberniæ: Sub tyrannide illa Anglicana Elisabethæ, furiosæ fœminæ, iniquis constitutionibus illius non adhæserant S. Ord: Cisterciensis Alumni Monasterii Magyenſis: quapropter impetu facto a satellitibus Elisabethanis in Monasterium, 40. simul Monachi, unà cum suo Prælato, in ipsa Ecclesia, coram Aug: Venerabili necantur crudeliter, ac securibus decollantur, ipsâ Vigiliâ Assumpt: B. V. Mariæ: ex hac strage solus evaserat senex quidam Religiosus, quem oblivione, vel contemptu in vivis hostes reliquerant. Hic videns, precum vespertinarum tempus instare, dolere cœpit, quòd tali die nullus in domo supereſſet, qui posset easdem canere: & oculis lacrymas, amore Dei, & SS. Matris eius, nostræq; præcipuæ Patronæ, expressas copiosè fundens, chorum intravit, ubi omnia sedilia Religiosis oppleta reperit. Videbat in gutture singulorum circulum rubeum, eô locô, quo carnificum securis penetrârat, & caput a corpore diviserat: habebant coronas in capite, & palmas in manibus, cœperuntq; canere: *Deus in adjutorium meum intende*, Vesperasque, ut de similibus Cantoribus sperari poterat, absolverunt. Simili ergo Pompâ, adornare voluit Salvator Resuscitatæ Matris triumphum, ut Soror, etiam quo ad hoc, minimè discreparet à Fratre.

Assumptionis B.V. M. Festo 40. Monachi ab Elizabethanis necati, resuscitati canunt vesperas.

Probatur Historicè.

661. Ultimò tandem, quod ad complementum perfectæ similitudinis Sororis MARIÆ cum Christo pertinet, est, ejusdem in corpore glorioso, cum quali & Filius ascendit in Cœlos, assumptio. Annal: Ecclesiastici testantur, dum ultimò capta esset a Turcis Constantinopolis, duas SORORES Constantinopolitanas captivas, in diversorum Dominorum servitutem veniſſe: & dum iam viderent in dissitas & diversas Regiones sese abducendas a Dominis, sororini affectûs mirè agitabantur stimulis, ampliùs seipsas non conspecturæ: igitur valedicentes sibi, in ultimo osculo & amplexu, ambæ expiravêre. Tantùm valuit humanus amor ad mortem: quantùm putamus a contrario, ad vitam valeat amor cœlestis, & Divinus, præsertim si excellentissimus sit, qualis interceſſit inter Sororem MARIAM, & Fratrem eius glorioſum Christum. Conspecturæ se nunquam amplius, Sorores illæ, mortis confixæ jaculo, ultimo in amplexu misere corruêre; Soror MARIA, ad primum amplexum admissa cum Filio, & numquam ampliùs ab eius avellenda conspectu, quomodo non debuit proficere ad vitam? & quidem specialiter, ut etiam quo ad corpus suum glorioſa in cœlis appareret, omninò simillima Filio, de quo S. Bernard: Sen: tom. 3. ser: 11. *MARIA fuit Ierusalem, quia ipsa exstitit, Dei visione mirabiliter illustrata. Bis dicitur Is: 51. Elevare Elevare Ierusalem, consurge, ut elevationem tam animæ, quàm corporis, in gloria ostenderet: & ut ad Christi similitudinem, a mortuis glorioſa resurgeret.* Et quidem hoc ipsum magno peccatorum commodo eveniſſe observat Ant: Escob: de B. V. l. 12. obs: 3. n. 35. dum inquit: *Etenim Christo Domino, (qui arcus apud nos erat Patrem emolliens) in judicem mutato, Virgo corpus suum purissimum, Patri, ac Filio objiciens, carnem nocentissimam (peccatores intellige) veniâ donat.*

MARIA cum corpore glorioſo in Cœlum assumpta.

Sorores duæ Constantinopolitanæ, divellendæ à se, in amplexu, mutuo emortuæ.

Bernar:

MARIÆ resurrectio in corpore glorioſo prodest terrigenis Escob:

Epilogus.

762. SORORES VERBI audistis dici MARIAM; ast ad plenitudinis etiam suæ gloriæ exprimendum honorem, Soror nostra, & Soror peccatorum, (ut consanguineitatis titulo eisdem opituletur,) appellari non recusat. Abraham olim sui discriminis in Ægypto præscius, ad Saram confugit dicens: *Dic, obsecro te, quòd Soror mea sis, ut bene mihi sit propter te, & vivat anima mea ob gratiam tui.* Gen: 12. Nec fefellit illum spes sua, nam *Ægyptii bene Abra-*

MARIA Soror dicitur peccatorum, ad opitulandum ipsis.

Gen:

ne Abraham usi sunt propter illam, fueruntq; ei boves & oves. Quid dubitas o peccator! quisquis apud Deum periclitaris, confugere ad hanc Patronam cum simili prece. *Dic obsecro te, quod* SOROR *mea sis. &c:* Ego quidem tibi me trado in vilissimum mancipium: tu vero mihi Te non deneges in SOROREM. Sic precanti patrocinabitur Virgo, serenabitur Judex, omniaq; feliciter contingent. Ita hunc locum expositum invenio apud D. Bonav: speculo Virg: c. 6. (cuius etiam verbis concludendo istum discursum, sic supplicemus Assumptæ Virgini.) *O Sara nostra, dic obsecro, quod Soror nostra sis, ut propter Te bene sit nobis a Deo, & ob gratiam Tui vivant animæ nostræ in Deo. Dic inquam charissima Sara nostra, quòd sis* SOROR *nostra, ut propter talem* SOROREM *Ægyptii, id est dæmones, nos revereantur: ut etiam, propter talem Sororem, Angeli nobis in acie conjungantur: ut insuper propter talem* SOROREM, *Pater & Filius & Spiritus S. nostri misereatur.* Quibus in unitate, æterna laus & gloria. AMEN.

Bonav:

Votum Authoris ex Seraphico.

SVNAMITIS Chori rosei.

Pro Festo SS. Rosarii B. V. M.

SS. DEIPARA.

Quid videbis in Sunamite, nisi choro Castrorum. Cant: 7.

763. EN iam iterum, solemnem illam, quæ olim Salomonis nuptias splendidè adornaverat, instaurari Pompam, videre mihi videor, dum Rosarianæ Confraternitatis ordinatissimos cuneos conspicio & audio, undiq; vocibus & laudibus Christi & MARIÆ suaviter concrepantes, ut meritò recurrat illud Salomonicum: *Quid videbis in* SULAMITE, *nisi choros castrorum.* A. A. Bellatrices quasdam, Rex ille solymæus, ex virginibus adolescentuliq; conscripserat phalanges, quæ phaletratæ, umboneq; & aliam armaturã indutæ, Pyrrhicam inibant lusitationem & saltus, Martium quidpiam, non tam spirantes, quàm simulantes: ita enim serenæ, & placidæ ad hastiludium comparebant; ut non tamen omninò tranquillam frontem more Virginum, quæ gynecæo semper clauduntur; sed torvam aliquantùm, ob militares spiritus, præseferrent: atq; sic inter suaves, tum vocum, tum instrumentorum modulationes, dum diviso agmine tripudiarent, pugnæ cuiusdam militaris figuram repræsentabant: propterea cunei illi, chori castrorum, appellabantur. De quo latè agit Scherlog: vestig: 35. in Cant:

Nuptiæ Salomonis, phaletratarũ virginum cuneis adornata.

His verò cohortibus, non alius Dux vel Antesignana præerat; nisi ipsa Salomonis Sponsa, SULAMITIS, aut ab aliis, SUNAMITIS dicta, quam Div: Hieron: Ep: 7. ad Nepotian: interpretatur: *coccineam seu purpuream.* O quàm longè jucundiorem, hodie spectare licet Pompam & apparatum, vel in sola nova SUNAMITIDE MARIA *de Victoria*! atteste id, & explicante Dyonisio Carthus: qui in Cant: art: 21. sic ait: *MARIA, SUNAMITIS, in qua sunt Chori castrorum, eò, quòd potens sit nos adjuvare, & tueri: est enim in ea acies virtutum firmissima, & omnium spiritualium armorum insuperabilis vis: & habet ad manum, Cœlestium spirituum victoriosam militiam, suo imperio obedire promptissimam, per quos potest juvare, victoriamq; conferre.* Cuius SUNAMITIDIS accedit ad gloriam, solemnitas hodierna, dum etenim purpureas, nam Rosariano cultu jucundè rubentes, numero Confratrum cohortes; in ijs Sacratiora SUNAMITIDIS novæ contemplor castra: quæ dum validissimis, totiesq; iteratis orationibus, Pater, & Aue, Cœlum petière; Orientalem Helluonem Regnorum, Turcam Othomanum, felicissimè confecerunt du-

Dyon: Carth:

MARIA Sunamitis castrorum.

Rosariani confratres, castra rosea.

runt, ductante & opitulante sua SUNAMITIDE, MARIA. Hos itaq; castrorum roseorum Choros, solemni recurrente die, SUNAMITIS hæc coccinea, MARIA, de Rosario, annuatim educit, & evocat, non solùm, ut tanti beneficii renovet memoriam, & ad debitas DEO reddendas gratias, exstimulet populorum animos; sed præterea, ut se novam cœlestem SUNAMITIDEM tantò luculentiùs comprobet, demonstrans, edocens, & commendans, Chori sui coccinei, quem ducit, & cui præcinit, præstantissimas, artificiosissimas, laudatissimas, privilegiatas, efficacissimasq; modulationes: quod ipsum dum probandum assumo; priùs quosdam turbatores Chori huius Rosei, observabo. Interim breviter salutemus MARIAM.

Salve fortis, simul mitis,
Speciosa SUNAMITIS:
Dramma tuorum castrorum,
Nos edoce roseorum.

PARS I.

Quinam Turbatores Chori Rosei?

764. LUgubre olim Jeremias, vates Domini, intonaverat lamentum, super perturbatos ab Assyriis, canentium Deo Ordines, & dissonos, præsertim ex pravitate vitæ, populi fidelis concentus. Thren: *Senes* (inquit) *defecerunt in portis, juvenes de choro psallentium. Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster.* Thren: 5. Omninò quid simile & nunc, dolenter ingeminandum venit mihi, dum Sacratissimi Rosarii tripudiantes conspicio choros: Etsi etenim ex singulari Dei providentia habeatur, quòd Rosei isti concentus, & devotio in Virginem Sacratissimam, nedum non deficiant; sed in dies crescant, & per latepatentes utriusq; Orbis plagas tantò ampliùs propagentur, & stabiliantur; nihilominùs chorus iste, non sine hoste manet aut perturbatore. Habet ille suos Assyrios, nimirum Hæreticos, cultum huiusmodi, & modum eius, acerrimè reprobantes, imò etiam ex ipsis orthodoxis, propriisq; Confratribus, observo aliquos, quibus dum lingua cordi, & mores vocibus non consonant; eo ipso facer hic Devotionis chorus conturbatur, & pessundatur.

Probatur Scripturaliter.

765. *Rosarii hostes sùt Hæretici.*

Primos itaq; hostes Chori Rosariani, Hæreticos esse observo. Huius enim tempestatis sectarii, tanquam legitimi, antiqui serpentis, partus, calcaneo Deiparæ Virginis insidiantes, (ut ex Divino oraculo prædixit Moyses,) multifariam, multisq; modis Rosarianos choros, quotidie, hodie autem præcipuè, cùm in solemni processione suaviter modulantes MARIÆ audiunt, acerrimè persequentes, consuetudinem salutandi MARIAM, & numerum certum salutationum, tanquam superstitiosum quid, & temerarium appellitant, & non minùs processionibus orthodoxorum, inter quas solemnior habetur hodierna, petulanter insultant, idololatriaq; crimen imponunt: Sed Deo auspice, & Davidicis Rosariorum fundis instructi, ac orationum scutis obarmati, Goliathanam hæreticorum molem breviter hic successivè prosternemus, atq; hostes istos pestiferos, ac turbatores a Mariano choro propulsabimus. Et in primis, quòd salutemus Mariam, hoc suadet Scriptura, dum S. Evangelium in exemplum fidelium suggerit, & præsentat Gabrielem salutantem *in Ave*, MARIAM: *Ave gratiâ plenâ.* Luc: 1. Mandabat toties in Epistolis suis Apostolus, salutare Fratres etiam ex nomine, imò etiam scribendo ad Romanos 16. quandam aliam mandavit salutare Mariam, quæ multùm laboraverat pro fidelibus. Ergo nec vetasse credendus est salutare MARIAM, Matrem JESU, quâ nullus, pro fidelium salute laborasse ampliùs potuit, nec potuisse, cogitari valet, & quæ sola parturivit & educavit Redemptorem, in salutem generis humani. Impius hæresiarcha, Calvinus, impiè oblatrat huius Salutationis usum, eumq; temeritatis inculpat, in hunc modum. *Temerè sibi alienum officium usurpant Papistæ, quod Deus Angelo commisit.* Stulta tamen objectio: quid enim consequentiæ habet: Angelus salutavit MARIAM, ergo nobis eandem salutare vetitum: nam si cum Angelis canimus Deo, *Gloria in excelsis*, cur non cum Angelo MARIAM Salutabimus? Raphäel olim

Mariam salutare iteratò, non est superstitiosum sed religiosũ.

Luc:

Salutationis Mariæ, Patronus S. Paulus.

Ange-

Tob: Angelus salutavit Tobiam. Tob: c. 1. *Gaudium tibi semper: Pax tibi:* ergo nefas est tibi iisdem verbis salutare alium? Licet imitari Raphäelem officiosè salutantem, cur non Gabrielem, religiosè? Delirat ergo Calvinus, dum putat, morem illum, salutandi Virginem, sic soli Angelo injunctum fuisse; ut nemini Salutationem illam repetere liceat. Audiat antiquissimum Dionys: discipulum Pauli, quomodo Deus mandando hanc salutationem Gabrieli, eam devolvi voluerit & cæteris inferioribus Angelis, imò in totam intellectualem derivari substantiam. c. 7. de Cœlesti Hyerarchia. *Primum* (inquit) *ordinem pro captu suo ab hac Divina bonitate illustratum, tanquam Hyerarchiam, bonitatis speciem gerentem, scientiæ de* DEO *differendi, etiam eos ordines, qui ipsum sequuntur, participes fecisse.* & rursus c. 15. *Unaquæq; substantia intellectualis, datam sibi a Diviniori uniformem intelligentiam, providâ virtute dividit, & multiplicat ad inferioris sursum ductricis analogiam.* Sed non minùs desipere videtur eidem, Hæreticus, dum adversus huius salutationis usum objectat, frustra nos Virginem salutare, cùm salutatio ad præsentem dirigatur Personam, non ad absentem, Virgo autem absens est a nobis, cùm illa in Cœlo, nos in terra habitemus. Sed errat miser toto Cœlo, siquidem Virgo nostris rebus interest, maneat licet in cœlo: quod enim Angelis concessum, qui in Essentia Divina nostras necessitates vident; Angelorum Reginæ denegari non debuit? Potuit Elisæus Propheta l. 4. Reg: c. 4. 5 speciali Dei dono, absens corpore, vidisse puerum munera accipientem; quidni MARIA iam triumphans in cœlis, ex singularis visionis Privilegio, supplicantium obaudire salutationes? unde S. German: ser: 11. de Assumpt: sic Beatam alloquitur. *Spiritus tuus, o* MARIA! *vivit in æternum, & caro tua in sepulchro corruptionem non sustinuit: omnia observas, & contueris, & inspectio tua ad omnes se porrigit.* Item D. Maximus ser: de S. Nazario. *Non clauditur locis, quod diffunditur meritis: invocasti ubiq; Mariam, ubiq; te exaudiet ille, qui honoratur in* MARIA. *Moderante itaq; eo, qui pensat vota tua, dispensat munera sua: in tantùm vicina præsentia efficacis præbebitur Advocata; inquantùm fuerit fides devotè suscepta.* Adsunt & alii Hæretici, qui in precationum numerum, quibus constat Rosariana Devotio, acerrimè invehuntur, ac sacrilegæ superstitionis notam illi inurentes irridentes: quod scilicet quinario Dominicarum orationum, & quinquagesimo Angelicarum, & quindenario decadū, ad integrum Virginis Rosarium implendum utamur. Sed quomodo etiam in Scriptura laudabilis sit usus observandi numerum, plenusq; mysteriorum, audiant caput Doctorum, S. Aug: lib: 11. Civit: dum ait: *Numeri ratio nequaquam contemnenda est, quæ in multis Sacrarum Scripturarum locis, quàm magni sit æstimanda, elucet diligenter intuentibus, nec frustra in laudibus Dei dictum est: Omnia in mensura, numero, & pondere dispositisti.* Non etenim numerus ille orationum Dominicalium, & Salutationum MARIÆ, mysteriorum præcipuorum Fidei, quorum fit a recitantibus rememoratio, viduus est: quæ si scire cupit curiosus Hæreticus; interroget ex Rosarianis Confratribus quemq; & discet: utinam salutariter.

Aug: Numeri ratio nō contemnenda in Scriptura

Probatur Figuraliter.

766.

Sed plura adhuc sunt, quibus, in Rosarianæ devotionis exercitio, obgannit pravitas hæretica, nimirum ritus pius hodiernæ solemnis processionis. Sicut etenim olim in veteribus Romanorum triumphis momus erat, qui ad triumphantis gaudium & fastum temperandum, eius mores, gestaq; canino admorderet dente; sic hodie hæretici sacrum hunc, ac religiosum Processionis hodiernæ, prout & omnium aliorum, ac triumphandi ritum, carpunt, subsannant, mordent, quin etiam abominantur, & execrantur, nos blasphemorum, Idolatrarum nomine afficientes, maximè cum vident in iisdem SS. Sacramentum, Imagines Beatissimæ, aut statuas sanctorum deportari, de novo, eoq; superstitioso ritu, a Gentilibus usurpato, condemnantes; Sed cæcutientes hi Endimiones videant sub Figura laudabile, quod ipsi in re damnant, ut grande piaculum. Inter plura alia, quæ ex veteri lege possent adduci de processionibus, seu choris laudantium, aut invocantium Dominum, hodiernæ processionis laudatissima præcessit Figura, in deductione Ar-

Haereticorum blasphemiæ contra publicas processiones refelluntur.

Salutationis Angelicæ usus licitus & laudabilis.

Dion:

MARIA in Essentia Dei, necessitates nostras videt.

Reg:

Germ:

Maxim:

one Arcæ illius teſtamenti iterata perquàm ſolemni. Quarum prima recenſetur Joſ: 6. ubi ad expugnandam Jerichontinam urbem, juſſit dux ille, cunctos bellatores Iſrael, ſemel per diem circuire urbem, ficq; facere ſeptem diebus: ſeptimo autem die, præcedente Arcâ, clangentibus Sacerdotibus ſeptem tubis, quarum uſus in Jubileo, eandem circumitionem imperavit fieri ſeptem vicibus, cum totius populi frequentia. Et iterum, cum a Philiſtæis cæſi, fugatiq; eſſent Iſraelitæ, mox majores natu dixerunt 1. Reg: 4. *Afferamus ad nos de ſilo Arcam fœderis Domini, & veniat in medium noſtri, ut ſalvet nos de manibus inimicorum noſtrorum: miſit ergo populus in ſilo, & tulerunt inde Arcam fœderis Domini exercituum, ſedentis ſuper Cherubim.* Sed accommodatior rei noſtræ videtur figura, in illa ſolemniſſima deductione eiuſdem Arcæ Domini, ab Inclyto Rege Iſrael, David: hic etenim, audito, quàm inſignibus domum Obededon locupletavetat Deus benedictionibus, quòd Arcam Teſtamenti ad menſes aliquot in domo ſua habuiſſet; pretioſiſſimum hoc munus in urbem reducere, & in Tabernaculo, quod honorificentiſſimum apparârat, collocare conſtituit. Igitur, tum pro Divina reverentia, tum pro Regia magnificentia, plurimos undequaq; convocavit Sacerdotes, Levitas, Cantorum ordines: tot nablorum, Cymbalorum, tubarum, aliorumq; inſtrumentorum genera adhibuit, adeo; ut ad ſenorum paſſuum proceſſus, ſeptem ſacrificarentur tauri, ſeptemq; Arietes, 2. Reg: 6. & Paralip: 1. c. 15. quaſi ubicunq; Arca Dei ſiſteret, tot meritò Aræ erigerentur. Ipſe vero Rex David, Regio depoſito cultu, amiculo, ſeu Ephod lineo indutus, coram Arca Dei piè ſaltabat, ac geſtiebat, quem videns de feneſtra Michol, Saulis Regis Filia, & Uxor Davidis, eum deſpexit, ſubſannavit, & imminuti cerebri notâ ſignavit. Genuinus planè Typus legitur in hoc Dominicæ Arcæ progreſſu, hodiernæ Roſarianæ Proceſſionis, in qua, a tripudiante populo, victorioſa Virgo MARIA, in ſuis deducitur honorificentiſſimè imaginibus, cùm ex vulgari & communiſſimo Doctorum ſenſu, ipſa, in Arca Teſtamenti figurata perhibeatur, quæ, quia longè feliciori auſpicio, quàm olim illa Arca per Jordanis alveos populum Iſrael, per Ærythræi maris undas, contra Turcarum numeroſiſſimas, armataſq; naves, Chriſtianam, exiguam licet, deduxit claſſem, quâ Orientalem Machometi profligavit arrogantiam: hodierno propterea ab univerſis populis honoratur trophæo, totve geſtientis plebis adornatur hæc Pompa cætibus, Quid miraris? quid blaſphemas infidè hæretice veneranda Imaginum myſteria, cultumq; eorum? qui damnare non audes David adorantem, Arcam, Figuram MARIÆ. Tauros ille, arieteſq; in honorem illius tam numeroſè mactabat; nos noſtræ MARIÆ, quæ Salvatorem portabat mundi, ſuaves concentus, & vota litamus. Irriſus ab uxore David dixerat: *Ludam, & vilior fiam*; nobis cantus hic, & tripudium, quo celebramus Mariam, pro gloria eſt. Tuum dedecus ſit, (ô ſuperba Hæterodoxorum Michol,) tam pia, tam ſacra, blaſphemare: tibi etenim, (ut illi priori filiæ Saul,) uſq; in diem mortis non naſcitur Filius, ſcl: non affulget Spes ſalutis æternæ, quæ pariter oggannis Arcæ Domini, Matri Dei, ſolemniis eius ſubſannans: quarum proceſſionum tempore, (præſertim in urbibus, ubi Catholicis ſunt permixti Hæretici,) interdum ex feneſtris aſpiciens, interdum in plateis, interdum ad menſam ſedens, & inter pocula jacens, ac mactans, noſtra ſacra irrides: & audes, Ethnicas, Paganas, idolatricas appellare obſervationes. Apage ergo ab iſto Mariano choro, virgineorum Drammatum perfida perturbatrix: triumphabit ſemper in choris caſtrorum SUNAMITIS, MARIA, quæ cunctas hæreſes in univerſo mundo ſola interemiſſe dicitur: tu vero præ invidia tabeſces.

Michol irridens David, Figura Hæreticorum.

Probatur Hiſtoricè.

Verùmenimvero etiam illos perturbatores Chori Mariani, obſervari innui, qui Roſeos licet decantent concentus, recitent Roſaria ore, geſtu tamen ſeu corde ad tactum non conſonant: aut ſi ad tempus, utcunq; his piis exercitiis vacant; de facili chorum deſerunt, vana & illicita ſecuti: & tales, Præcentrix SUNAMITIS, MARIA non amat in choro ſuo, utpotè Dramatibus ſuis concinnendis, non re-

767.

dè idoneos. Notavit etenim Paulus Scherl: Scherlog: in Cant: Antilog: 1. n. 41. ex antiquis Doctoribus, dramata nuptialia, qualia SUNAMITIS illa, cum suo choro ceciniſſe ſcribitur, ſic decantari debuiſſe a Puellis; ut geſtu & actione exprimerent, quod voce melodâ proferrent: proinde Drama, ob confictas ex propoſito actiones, quaſi fabula, canticum illud appellabatur. Adverte ergo quilibet ſodes Roſariane: ſi etenim Roſeum canticum canis linguâ, cor tamen tuum ad tactum piorum affectuum geſtire non ſentis; aut ſi non curas probitate morum conſonare, ſeu imitari pro tuo poſſe, MARIAM; Canticum tuum, non eſt SUNAMITIDIS huius Drama: tali etenim, non verè colitur MARIA, atteſtante S. Hieronymo: ſer: de Aſſump: *Tunc verè colitis & amatis* MARIAM; *ſi imitari velitis ex toto corde, quod amatis.* Tales profectò Chorus Roſeus ingratè ſuſcipit concentores: tantò magis, ſi tam vocibus, quàm moribus nutent, ſacra Roſarii exercitia, ad vana & illicita converſi, deſerentes. Facetum quid adludere licet ex Weber de Arte converſandi Reg: 6. ſect. 15. de quadam perſonata Domicella, alias ſimia, de genere majori ſimiorum, adeo ad quoſvis actus civiles & aulicos, docilis, ut perfectiſſimè Domicellam apprimè inſtitutam repreſentaret: hanc igitur quidam nobilium, perbellè undiq; veſtibus ornatam, & pro more aliarum fæminarum, larvâ ſeu Maſcarettâ in facie contectam, chirotecis verò, in manibus, demum in pedibus, pretioſis calceamentis ornatam, dum ad quendam actum publicum, medio Gynecæo Ducis Ferrarienſis, introduxit; omnes etiam nobiliſſimæ fæminæ, ob comitatem morum, quos ſimia illa fingebat, præſtantem Domicellam diu opinabantur, præſertim dum inter cæteras Domicellas, choreas egregiè & ad tactum tripudiaret: en caſu contigit, pomum cuidam è manibus elabi in terram, quo viſo ſimia, omnis oblita diſciplinæ, larvam detrahit, ad naturæ jura rediens, pomum faucibus pedibuſq; invadit, chorum univerſum perturbat, atq; ſic cognita pro beſtia, à prænobili illo choro Domicellarum, ut beſtia, exturbata eſt. Similem te cogita huic ſimiæ, quiſquis ex Sodalium SS. Confraternitatis es, qui ob vanas, tantò peius, ſi ob illicitas occupationes, voluptatulæ cuiuſpiam illicio attractus, conſueta ſodalitio Tuo exercitia deſeris, malens vacare vetitis. Sacrum etenim Gynecæum MARIÆ profanas, vivens quaſi beſtialiter, Chorumq; quodammodo modulantium Confratrum, tuæ diſſonantiâ vitæ non modicè perturbas, SUNAMITIDI eius ſcl: MARIÆ factus odibilis, (abſit, ne dicam,) ab hoc Sacratiori ſodalitio, proximè repellendus.

Dramata decantari ſolita voce ſimul cum geſtu.

MARIÆ cultus, imitationem eius poſtulat.

Simia fingens ſe diu Domicellam, pomo prodita.

Roſariani Fratres non bene diſciplinati arguuntur.

PARS II.

SS. DEI PARA, Sunamitis Chori roſei.

HOdie iterum in ſolemnis Proceſſionis Roſarianæ triumpho, ſtupenda inſtaurari miracula video, & admiror, quæ olim (ſubmerſâ in profundo maris ſuperbiâ Pharaonis,) conſpexerat & audierat Ægyptus: Ibat etenim tunc, inter diviſiones aquarum, ſecurè populus, perſequente ſe licetſi Pharaone: ibat verò, læto pede per fundum maris, flores & roſas calcando: ut refert Sapiens: *Et in Mari rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio, per quem omnis natio tranſiit.* Sap: 19. idq; Mariâ, Sorore Moyſis, ducente Choros mulierum, quibus apud Hebræos, ſeparatim à viris incedere conſuetum erat: quæ tandem choris illis fæminarum, Præcentricem egiſſe legitur: ſic enim Exod: 15. ſcriptum eſt: *Sumpſit ergo Mariâ, Prophetiſſa, ſoror Aaron, tympanum in manu ſua, egreſſæq; ſunt mulieres omnes poſt eam, cum tympanis, & choris: quibus præcinebat dicens &c.* Tuam ego hìc, Diviniſſima Virgo, in hac Maria, intueor magnificentiam, ac bonitatem, quæ fideles populos, pioſq; Sodales cultûs tui, per vaſtum huius amaræ vitæ deducis mare, adeo ſtudioſè; ut Roſarianæ Sodalitatis gratiis, cuncta tentationum limoſa exſiccans, floreſq; virtutum adgerminans, animabus Confratrum, viam huius ærumnoſæ vitæ, placidè allevies, atq; in ſingulare, viatorum ad terram promiſſionis, ſolamen, novum

768.

Sap:

Exod:

MARIÆ typus, Maria Soror Moyſis.

Roſeis

Roseis cohortibus tuis, veluti primaria ac præstantissima Sunamitis *Chori*, præcinas Drama & canticum Rosarianum, cuius speciales, contemplari liceat nobis commendationes.

Probatur Scripturaliter.

769. Primum ergo, & principale est, quod istius Sunamitidis Rosariana commendet Dramata, est, quòd sint præstantissima, principaliter quidem ex contextu seu materia: Rosarii enim cantica, nihil aliud planè sonant; nisi ipsam S. Scripturam: nihil cogitandum suggerunt; nisi veneranda, eaq; principalia mysteria nostræ fidei, per eandem Scripturam revelata, quam ipse supremus, capellæ chori istius, Magister ac Director, nimirum Spiritus S. edocuit. Materia hæc, Rosario tantam excellentiam tribuit; ut meritò inter omnes precandi formulas, caput extollat. Religiosissimus ille vir Thomas à Kempis in Enchyrid: Monachorum cap: 5. de materia Rosarii hoc dignum protulit elogium *Inter omnes preces & laudes DEI, nil, Pater noster, est sanctius, nihil Ave Maria dulcius, & Angelis jucundius: omnia vota & desideria Sanctorum, oratio Dominica excellit: omnia dicta Prophetarum, & melliflua verba Psalmorum & canticorum, plenissimè ac perfectissimè in se continet: Omnia necessaria petit: Deum summè laudat: Deo animam conjugit, & de terra ad Cœlum levat: nubes penetrat & Angelos transcendit: Beatus, qui attente singula verba Christi pensat.* Author istius primæ orationis non est homo, non Angelus, sed ut testatur Evangelium, ipse summus Doctor & Magister Cœlestis, JESUS Christus, Dominus noster: *Qui namq; fecit nos vivere, docuit & orare.* inquit S. Cyprianus: Cùm enim ignoraremus, quid peteremus; ideo, ne vagaremur incerti, petendorum, nobis hac oratione formam præscripsit, ut ipsam devotè dicentes, confidenter speremus, postulata impetrare. Docuit id S. Aug: ser: 126. in hæc verba. *Quia stupida mens hominum & ignara Cœlestium, nec scire, nec invenire poterat, quemadmodum Deum dignè precaretur; ipse verus Dominus & Magister ostendit & docuit, quomodo debeamus orare.* Idem sentiendum de materia alterius compartis Rosarii, scl: de *Ave Maria*. De quo superioribus discursibus abundè satis habes, & mox infra,

Rosarianarum precum præstātia, ex contextu.

Rosarium modus orandi præstantissimus.

Thom: Kempen: de Rosario testimonium.

Cypria: *Orationis Dominicæ Author Christus cur?*

Aug:

A aliqua discès a Doctoribus. Præstantiam huius Rosei Dramatis collige iterum ex objecto istius precationis: nam in se continet totam vitam & Passionem Salvatoris nostri JESU Christi, ac Beatissimæ Matris eius: Quoniam præcipuum, in quo SS. Rosarii vis consistit, est, mysteria vitæ Christi & MARIÆ rememorari, ac devotè considerare: fidem, quam de eisdem mysteriis habemus, renovare, indeq; ad virtutum studia exercenda se animare. Cætera verò, quæ in eo exercentur, uti sunt 15. *Pater & Ave Maria* 150. quæ, Rosarium continet, non sunt principa-
B lia, sed quasi media, quæ ad primum principale, hoc est ad rememoranda mysteria vitæ Christi & Mariæ ordinantur. Forma tandem & modus Rosarii excellit alias preces, tum facilitate, tum brevitate, tum frequenti eiusdem orationis repetitione, quæ ipsa acuit affectum orantis, intendit pia desideria petentis, & summè delectat animum repetentis, quod enim sapit semel gustatum; provocat utiq; ad iterum gustandum, ut ampliùs sapiat. Scio quidem a Calvino, superstitiosum appellari multiloquium, Rosarianarum precum formulam: imò prohi-
C bitum id asserit ille a Salvatore, quando dixit: Matt: 6. *Orantes, nolite multum loqui:* Simile quid Ecclesiasticus, Cap: 7. *Ne iteres verbum in oratione*; Sed noverit perfidus, non rectè repetitionem Angelicæ Salutationis, dici multiloquium: est enim continuatio quædam pia sanctæ orationis cum innovatione ferventiorum affectuum, & majoris devotionis. Numquid multiloquium fuit, ter repetita oratio Christi in horto? numquid multiloquium Davîd, tam sæpè misericordiam implorantis? numquid multiloqui Seraphim, qui continuò SSS. TRI-
D ADI. repetunt, *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Aliud ergo est multiloquium; aliud multùm precari: ut scribit S. Augustı: ep: 121. ad Probam, inquiens: *Absit ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si fervens perseverat intentio: multùm loqui, est in oratione rem necessariam verbis superfluis agere.* Et Lactantius lib: 4. c. 28. de eiusdem S. salutationis repetitione agens, ac si vellet Calvini blasphemiam refutare, sic scribit. *Quid enim mihi adfert causa, cur precari pro salute fi-*

Rosariū continet vitam Christi & Mariæ.

Rosariū commendatur ex facilitate brevitate repetitione.

Matt:

Eccli:

Multiloquium quale reprehensū in S. Scriptura.

Augustı:

Lactan: *lute filiorum semel, religiosi, & idem decies repetere & facere, superstitiosi esse hominis arbitretur? si enim semel facere optimum est, quantò magis sapius? si hora prima, ergo & totâ die: si una hostia placabilis; placabiliores utiq, plures hostiæ: quia multiplicata obsequia merentur potius, quàm offendunt: non enim odiosi nobis videntur hi famuli, qui assidui & frequentes ad obsequium fuerint, sed magis chari: Cur igitur sit in culpa, & nomen reprehensibile suscipiat, qui aut filios suos magis diligit, aut Divos satis honorat? laudetur autem, qui minùs?* hactenus Lactantius. Hinc S. Bonav: in spec: Virg: c. 4. ajebat,

Bonav: *Certe MARIA nos salutat beneficio & consolatione; si nos eam frequenter salutamus servitio, & oratione. Libenter nos salutat cum gratia; si libenter eam salutamus, cum Aue MARIA.*

Probatur Figuraliter.

770. Alterum est, quod cedit in commendationem Dramatum Rosarii Sunamitidis nostræ MARIÆ, quòd sint figurata: cùm sciamus etiam apud musicos, Cantum Figuralem, excellere chorali: Figurata autem Cantica Rosarii ex eo nominavi, quia in veteri lege plurima inveniuntur, quæ sacratissimarum harum precum figuram præsetulisse videntur. Talis dici posset illa Psal: oratio David Psal: 34. *Oratio mea, in sinu meo convertetur.* Rosariana enim Devotio, quodammodo convertitur in sinu, dum devotionis affectus ad dicta iam, iterum redit. Similiter pulchrè præludebat Rosario, illa oratio hominis, de qua Eccli: 18. *Cum consumaverit homo, tunc incipiet:* idq; ex eadem repetitionis ratione. Sed missis hisce, tria alia reperiri in Sacra Scriptura dramata, quæ typicè Roseis videntur prælusisse Canticis, idq; congruè, nam respectivè ad tres Rosarii partes. *Primum* est illud auditum ab Isai: Isaia c. 6. dum alternantibus choris, (prout etiam mos est Confraternitatis huius,) canebant Seraphim, sedenti in Throno *Sanctus, Sanctus, Sanctus. &c:* Hìc advertere oportet, istud Seraphinorum Trisagium, tum fuisse decantatum in cœlis; dum Incarnationis mysterium decerneretur, mittendumq; se in carne, ad redimendum genus humanum, Filius Dei expostularet. *Ecce ego mitte me.* Quo audito Seraphim, Incarnationem Filii Dei, excellentissimo illo celebraverunt Cantico, *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Sic etenim illud explicavit S. Bonav: *Sanctus in Corpore,* quòd ex Spiritu S. conceptus: *Sanctus in anima,* nam plenus gratiæ & veritatis: *Sanctus in Deitate,* nam infinitus in Perfectionibus. Et quid porrò agunt aliud Terrestres Seraphini, Rosariani nimirum Fratres, in prima devotionis suæ parte; dum eam decantant? nisi eadem Mysteria Incarnati VERBI laudibus celebrant, extolluntq; sine fine, quasi dicentes *Sanctus Deus, Sancta Mater eius,* dum benedictum fructum ventris MARIÆ appellant, & toties illud, *Sancta Maria,* ingeminant atq; proclamant. *Secundæ* verò partis, nimirum dolorosæ, accommodam apprehendo Figuram, in illo Cantico, quod olim in Babylonia, & in medio succensæ fornacis, tres cecinêre pueri innocentes, conspecto quarto in medio sui, qui eos ab igne consumente præservaverat, Dan: 3. Dan: Hi etenim, advocata omni Creaturâ in gratiarum actionem pro tanto conservationis beneficio, quasi alternantes effingendo sibi choros, cantabant. *Benedicite omnia opera Domini, Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.* Nec laudibus hisce suis finem imponentes, nescio quibus religiosis canticum illud reliquisse videntur, dum sic ad extremum decantasse audiuntur, apud vulgatam. *Benedicite omnes Religiosi Domino Deo deorum.* Porrò Filius iste hominis, qui quartus apparuerat in fornace inter illos, figurasse videtur Christum, cui sua Crux fornax fuit, nobis autem ab igne æterno liberatio: frequenter enim legitur, illũ in Evangelio usum fuisse his terminis, se Filium hominis appellitando: Confratres autem Sanctissimi Rosarii, (quia in suis Canticis, illos in fornace Babylonica iuvenes, æmulari videntur,) alterno inconantes choro, commodè in ipsismet repræsentari merentur. Quid tandem illi Religiosi, quibus ad continuandum & prosequendum, relictum a Pueris observavimus canticum, denotabunt? non alios convenientiùs puto, quàm Religiosos Inclyti ordinis S. Patriarchæ Dominici, qui extinctam ad passionem Christi devotionem, & obliteratam in cordibus mortalium tam eximii beneficii recordationem

Rosarii recitatio, figurata in veteri lege.

S. Bon: *Sanctus, Sanctus &c: in honorem Incarnationis decantatũ a Seraphim.*

Pueri tres in fornace Babylonica, Canticũ consumãdum reliquêre Religiosis

radicatorum ordo, a Puris Babylonicis praesignatus in Cantico.

dationem, iterum suscitaverunt, novisq; præconceptis vocibus, ac totis lacertis, secundæ partis Rosarianæ detonantes mysteria, per totum orbem divulgare & continuò instaurare non desistunt. *Tertiæ* tandem Parti, Gloriosæ scilt, præivisse Figura videtur in Cantico Apocaliptico, quod se audisse fatetur Joannes, Apoc: 19. *Post hæc audivi, quasi vocem turbarum multarum, in Cœlo dicentium Alleluia.* Conticuerat quidem non nihil chorus ille, sed iterum assumendo voces, auditus est dicere: *Amen, Alleluia.* Imò mandante voce a Throno, ad ulteriora excitabatur Cantica. *Et vox de throno exivit dicens: Laudem dicite Deo nostro omnes servi eius.* Hinc adeò, canentium in altum crevêre voces; ut dramata illa per vicos undequaq; audirentur, sic prophetante Tobia. Tob: 13 *Per vicos eius cantabitur, Alleluia.* Ex communi sensu Patrum, *Alleluia*, est Drama seu Canticum iam lætantium de gloria cœlesti: adeoq; optimè connotat Rosarianos Fratres, qui dum Rosararii Gloriosæ partis mysteria concelebrant & meditantur; quodammodo gaudia illius Patriæ, in Christi & MARIÆ glorificatione prælibantes, & præcipuè hodie, per vicos & plateas in solemni processione Gloriosum Drama Beatorum intonant & modulantur, per quod fidelium mentes & desideria ad illa interminata Beatorum gaudia accenduntur. Ex quo iam constat specialis commendatio Dramatum Roseorum Sunamitidis nostræ MARIÆ: quòd scilicet non vulgari, sed figurali stylo, habeantur efformatæ.

Apoc:

Rosarium in Apocalypsi figuratum.

Tob:

Probatur Doctoraliter.

771. Tertiam Dramatum Roseorum Mariæ commendationem adstruit ipse chorus dignissimus Doctorum, quorum ore hæc cantica, laudatissima esse reperiuntur. De Angelica Salutatione, quæ potissima est pars huius Dramatis, sic ait S. Basil: *Salutatio Angelica, est Arcus & Sagitta, quibus hostes vulnerantur, lancea, quâ confodiuntur, gladius, quo percutiuntur.* S. Bernardus de eadem ait: *Est castrum SSS. TRINITATIS, in quo residet majestas Deitatis.* Canisius l. 3. c. 2. *Salutatio Angelica, non solùm hominibus in terra; sed etiam Angelis in Cœlo, ad lectissimam honorandam Virginem, est unicè accommoda.* Hugo Card: SS. Rosarii dum laudes colligit; in decem dictionibus Salutationis, reparationem hominum observat, *Aue, Maria, Gratiâ, plena, Dominus, tecum, benedicta tu, in mulieribus.* & ait: *Hucusq; durat Angelica Salutatio, decem dictionibus consumata, & meritò, quia per illam erat Angelorum ordo decimus reparandus.* Ant: Escob: l. 7. de Maria sect: 2. n. 39. quæritans, num utilis homini, mortali crimine saucio, recitatio Rosarii? sic Respondet: *Recitatio Angelicæ Salutationis, primum Angelos decet, scl: Virgines, deinde conjugatos pudicos, at nunquam lascivos peccatores. Abstineat igitur fœdus hædus, ab agnorum exultatione.* Tandem favorabiliora ex Ghilelmo, de Rosario subnectens, ait: *Non abstineat* (etiam ille) *Rosarii enim vi, petulcus hædus, in agnum convertitur. Ideo Pastor Virgini in Canticis ait: pasce hædos tuos: Virginis hædos, vocitat illos Doctor, qui Salutationis Angelicæ assiduarumq; precum recitatione, opem ferente Deipara, ad meliorem sese frugem recipiunt.* Nec mirum est, Dramatis huius Rosariani, in tantùm apud Doctores excrescere præconia, siquidem Chorus iste, sub ipsius Spiritûs S. gubernatur Magisterio & directione: quod idem Escobar specialiter observavit ibidem. *Spiritus* (inquit) *Sanctus, coriphæus est Rosarii, ab Angelis & hominibus recitati.*

Basil:

Bernar:

Canis:

Hugo.

Escob:

Ghilel:

Probatur Miraculosè.

772. Et iam ipsa miracula, prædictis tribus agglomerant quartam commendationem Dramatis Rosariani, nimirum quòd dicantur, & sint Cantica Privilegiata: nam si in ore & auribus piorum, sacræ istæ resonent modulationes; etiam naturæ quodammodo, & cursus rerum ordinarii mutari alterariq; videntur. Ad Orphæi olim lyram, lapides, Thebarumq; mœnia subsaltasse memorant fabulæ Pòétarum; veriùs quid connotat sacra Scriptura, contigisse Saulo Regi, ad illam privilegiatam citharam David, dæmonem prodigiosè propulsantem. 1. Reg: 16. *David tollebat citharam & percutiebat manu, & leviùs habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus.* Simili planè modo non subsistit dæmon, ubi Rosarium recitatur, neq; devotos, & clientes eiusdem Cōfraternitatis aggredi præsumit, non solùm, quatenus ex Davide audit illa mysteria,

Rosariana Cantica privilegiata.

myſteria, ut futura & figurativa; ſed ut iam actu exiſtentia & completa, prout dicit Joann: Andreas de Roſario apud Coutinum. *Impoſſibile fere eſt, hanc devotionem manere in homine, ſine mutatione dextera Excelſi.* Ad has etenim Sacratiſſimi Roſariani Dramatis modulationes, tot quaſi lapides & ſaxa tripudiaſſe vidiſti; quot ſuperioribus diſcurſibus obſtinatos & deſperatos peccatores, beneficio, & pertinaci, ſeu conſtanti ſacræ huius devotionis formulâ, plenè a peccatis converſos ad Deum, in lætitia cordis exultaſſe legiſti. non citra miraculum; de quo vide Tit: *Corona n.* 110. de admiranda cuius dam ex Albigenſibus converſione. Deinde Tit: *Lectulus, n.* 379. de Alexandra, Concionibus S. P. Dominici converſa. Quibus accumulare placuit non citra prodigium, totius cuiuſdam monaſterii ad meliorem frugem converſionem, ſuffragante SS. Roſarii devotione: quod noſter Carthag: lib: ult: de mirandis B. V. M. exſcripſit ex Alano Rupenſi & Alberto Veneto §. III. Cùm Regulus quidam, ex uxore ſua plures ſuſcepiſſet Filios, & unam filiam; ut ad maſculam prolem pinguior perveniret hæreditas, filiam in monaſterio quodam concluſit Sororum valde indiſciplinatarum, vanarum & vagarum, ubi mille oſtia lapſuum ob familiaritatem cum ſæcularibus patebant. Hæc ergo Dynaſtæ Filia, dum eſſet adhuc novitia, nec erat inter diſſolutas Sorores, quæ præcepta vitæ religioſæ ei daret; à ſolo Confeſſario, (cùm eſſet docilis & flexibilis naturæ,) apprimè de Precum Roſarianarum methodo inſtructa fuit, quorum recitatione & praxi magnam animi quietem, morum inſignem puritatem, ac mutationem in meliùs, brevi acquiſivit: ac tandem profeſſa facta, multoties a laſcivis tentata, ſub præſidio huius devotionis cuncta evaſit pericula: cui etiam in viſione oblata fuit Epiſtola à Beata Deipara Virgine, per quam in exercitiis Roſarianis confortabatur, & monita quædam eidem dabantur. Annus abierat, cum Abbas venit viſitandi cauſâ monaſterii, in quo pene tota collapſa cernebatur vita Religioſa: dum ſemel de remediis ſalutaribus cogitat; de nocte excubans, vidit lucem quandam, quæ illius Monialis (Joanna illa vocabatur) cubiculum undequaq; colluſtrabat: media in claritate, Cœli Reginam conſpicit, Angelorum agmine ſtipatam, quibus Joanna ſociata, precibus inſiſtebat: ſimul aſpexit propè cellulam Joannæ, dæmonum multitudinem, ſeu ſpectra beſtiarum, quæ Deiparæ juſſu relegatæ, ad aliarum fatuarum Sororum cubicula tranſierunt. Hoc viſo Abbas pene exanimatus, ut ſe collegit; Joannam accerſit: viſa narrat, ſciſcitatur: quæ ſint vitæ eius praxes, officia, artes, exercitiaq; virtutum, ratio precandi, quibus tantam promeruit Hoſpitam, ſcitatur. Joanna ſe Roſarium recitare reſpondit, & ex Virginis præſcripto vitam ſuam ordinare. Miratus Abbas vim devotionis Roſarianæ, in eam adducitur ſpem, ut monaſterium illud ope eiuſdem reformaret. Ergo roſaria plurima comparat, ornari ea, & poliri, quàm pulcherrimè jubet. Suum cuiq; Sorori donat, nullo non die recitandum. Id Virgines ſtudioſè facitant, quod tantam fecit mutationem in Monialibus, ut quæ vanæ & vagæ antea non bene olebant; deinceps ſilentio perenni aſſuetæ, & a caſtitatis inſidiis quàm longiſſime remotæ, a roſea devotione fierent ubiq; bonus odor Chriſti, ob religioſorum morum fragrantiam. Itaq; Dramata hæc roſea, privilegiata meritò dicenda, quibus tanta vis mutandi flectendique mortalium animos, probata eſt ineſſe.

Coutin:

Roſarii quædam miracula.

Roſarii devotione aſſumptâ, totus Conventus Monialium reformatur.

Roſarii oratio, immutat diſſolutos animos.

Probatur Hiſtoricè.

Hic alludere venuſtat ex Bidermano l. 2. acromat: 2. de illa Ansberta nobiliſſima fœmina, coniuge Bertulphi comitis Germaniæ: quæ Fidicinis aſſumptâ ſpecie, (dum vir ſuus in bello ſacro, à Saracenis captivus fuiſſet, & triennio iam in ærumnoſo detineretur carcere,) fidium ſuarum modulatione & cantu ſuaviſſimo emancipaſſe eundem ſcribitur. Nam cum Peregrinum confiƈta, adduƈtaque ad Principem, paulatim cœpiſſet pulſare teſtitudinem; ſenſit ilicò hominis frontem ſerenari, ut tandem totum hominem occuparet. Jam cæna vocabat; & unà, putativum juvenem comitari, dapeſq; concentu ſuo condire jubet: Epulis, menſiſq; remotis, Orphæum ſuum opiparè habere voluit. Dum per aliquot dies illic com-

773.

Anſberta Comitiſſa ingenium in liberando Cõiuge a Saracenis.

lic commoratur; vidit manè captivos, ex ergastulis ad lapicidinas deduci, & inter hos virum suum Bertulphum: & cùm decimo post die, tyrannus, quid vellet, petendi audaciam citharædo faceret; liberum ille Bertulphum dimitti postulavit, & impetravit. Accitus ad tyrannum Bertulphus mortem præsagiebat, & ecce libertate donatur. Redeunt in Patriam uterque, sed Ansberta pro coniuge non agnita a viro, (quæ fidicen putabatur,) nisi deinde in Patria: atq; sic, non minùs fidem suam in maritum; sed & artem inventiosam comprobavit. O quàm fortunatiores vos Confratres Rosariani appellare licet Orphæos! quàm modulatiora longè Psalteria vestra, quibus dulcisona Sunamitidis vestræ MARIÆ personatis Dramata! horum etenim suavitate ipse capitur & miteſcit Deus, atq; misericorditer plurimorum peccatorum dissolvens catenas, etiam sceleratissimos in libertatem filiorum Dei gratiosè adscisit, precationum vestrarum vi, & Augustissimæ vestri Chori Sunamitidis, MARIÆ scl: interventu.

Rosarii modulatione, Deus miteſcit.

Epilogus.

774. LYræus Trisag: Mariæ l. 1. notavit ex Godigno, in Abasia florem reperiri nostro Heliotropio similem, qui mille folia habet admirandæ varietatis, (Æthyopes vocant *Ghoy, aulam:*) cui natura addidit aviculam pulcherrimam, *Supiniminim* dictam, quæ innumeris coloribus distincta, cardueli, magnitudine est par: hæc tempore, quo flos apertus est, nusquam abit, perpetuò eum circumvolat, aves omnes arcet, majores pulsu alarum, minores rostro: si quid in flore sordescere videat rostro purgat, singulatim folia percurrit, concinnat, deinde expansis alis inibi, solvitur in concentum. Quid per florem hunc bellissimum intelligas? quàm dulcissimum Jesum totum floridum, quia Nazarenum, Matremq; eius florentissimam, quorum tot folia, quot mysteria vitæ. Quid per *Supiniminim* avem, flori suo invigilantem? quàm vos, dilectissimi Rosariani fratres, qui ad horum florum, laudibus confovendam pulchritudinem, sacras quotidie agitis excubias, roseisq; concentibus vestris, Sunamitidis vestræ, Mariæ chorum indefessè tenetis. Rectè de vobis usurpaverim illud Propheticum Isi: c. 35 ubi describens sub allegoria viæ & semitæ Deiparam. *Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur,* antecedenter posuit. *Orietur viror Calami,* Septuaginta legunt, *erit lætitia avium,* Cyrillus legit, *Factus est avium concentus & lætitia.* Faxint itaq; Superi! ut quos nunc roseis vestris devotè colitis Dramatibus; eosdem in Patria Cœlesti, novo triumphantium Beatorum juncti choro, concelebrare Cantico valeatis. AMEN.

Flos, quē avis custodit, pectinat, tuetur ab avibus, eiq; modulatur.

Isai:

TALIO MIRABILIS

SS. DEIPARÆ.

De qua natus est IESVS. Matt: 1.

Pro Nativitate B.V. Mariæ.

775. EXoriente novâ & lucidâ Lunâ, Deiparâ, omnium gaudiorum nuntiâ, totus exultat Orbis. A. A. Nemo ab huius diei jubilo & alacritate secernitur: non Deus, non Angelus, non homo, non Cœli Orbis, non volucres, non animalia: sicut omnibus nascitur; omnes in exultantis lætitiæ admittit consortium. Appositè German Patriarcha Constant: orat: de Nativit DEIparæ, ait. *Commune totius mundi gaudium, ex iustis hominibus, Ioachim & Annæ, hodie nobis exortum est, laudatissima nimirum illa, omnisq; planè reprehensionis expers, Virgo.* Luna

Germ:

MARIÆ Nativitas, totius orbi

bis exultatio. go. Luna prima Mensis, præsertim septimi, (quem Hebræi modernum numerant Septembrem,) iisdem Solemnissimi Festi initium fuit, ut ait David:

Psal: Psal: 80. *Buccinate in Neomenia Tuba, in insigni die Solemnitatis vestræ.* quando scl: fidelis populus, gratificaturus Deo vero pro beneficiis, sacrumve quodammodo redditurus TALIONEM, certare cum Domino, imparibus licet donis, videbatur, immolando preces & holocaustomata. Solemnissimus itaq; & nobis Mensis iste est: ait etenim

Hugo. Hugo Card: in psal: cit: *Hoc est Thema in Nativitate Beatæ Virginis, quæ est in Septembri. Tunc enim nata Beata Virgo, progressa est nova Luna in insigni die solemnitatis. Dies illa insignis est, quia multis Prophetarum oraculis præsignata.* Dies hæc, ingens materia exultationis, nedum universæ creaturæ; sed ipsi Creatori admodùm concupiscibilis, in quo, inter natam Annæ Filiam & Conditorem eius, ad miraculum usq; invicem certatum est muneribus. Prodibat illinc, immensa ac plusquam mágnifica liberalitas in puellam, supremi largientis;

MARIA in sui Nativitate certabat cum Deo muneribus. æmulabatur, vix natæ grata pietas Infantis, ut ad rationem dati singularem Datori redderet Talionem, cui nulla alia par esset creatura. Prodit ex Anna Virgo, sortita nedum animam bonam; sed superplenam cœlestium charismatum donis; en iam protinùs, dona donis redonat Creatori: ut enim Deus, Homo nasceretur, Carnem suam tenellam & Virgineam in obsequium Maternitatis eius offert. Quod ipsum ingeniosè, Ecclesiastica disciplina subinnuisse videtur, quando Nativitatem Virginis celebrando, nec Parentes eius recenset, nec felicis ortûs texit historiam: non cunabula, non fascias Puellæ Evangelicis recolit monumentis: sat illi est, *de qua natus est IESUS, qui vocatur Christus.* Vtquid, Nativitas Filii, Maternæ nativitatis festum est? Quid tenellæ infanti, cum Genitricis Officiis? Certè nativitatis Filii, MARIÆ nativitas, exordium est, nedum vaticinium. Ergo, si licebat o-

Chrys: lim S. Chrysostomo, Joannem adhuc in utero Matris suæ, cogitare, ad Præcursoris munera se accingentem, & dicentem. *Exibo, præcurram, & prædicabo omnibus: Ecce Agnus Dei*; cur non indulgentiùs liceat asserere, iam natam puellam, in utero Annæ illuminatissimam, præsagamq; futurorum; Carnem suam obtulisse Creatori, in Maternitatis eius ministerium, ut sic admirabilem quendam DEO suo redderet Talionem. Quod luculentiùs explanaturus, hodie natam Virginem, hocce novo TALIONIS venerabor titulo: præmittens & comprobans dogma illud morale. *DEUS talis nobis, quales nos Deo.* Interim breviter salutemus MARIAM.

MARIA Talionem reddidit Deo, vix nata.

O stupenda! o Miranda!
Tu, o Virgo! veneranda,
Deum quando genuisti;
TALIONEM reddidisti.

PARS I.

DEVS talis nobis, quales nos Deo.

776. EA DEI summi Indoles, imò natura est, ut de meritorum formâ, præmia exsculpat, seq; quasi conservum agat & comitem, dum servis suis, operarum solvit mercedem, obsequijsq; Creaturæ, reddit pro retributione Talionem. Eo utiq; habitu invenitur Deus ad præmium; quo inventus fuerat homo ad servitium. Eas formas in se munerator repræsentat Cœlestis; quas fidelis servus, in servitiis assumpsit, non tantùm meritis reddens quantitatem, etiam qualitatem, sedulus rimator, vestigando: Idque, ut liberaliorem se demonstret, dum non dedignatur figuræ utilitatem subire, quâ multiplicet donum, ex pondere scilicet & ingenio. Nec alius genius, quatenus Judicem punientem afficit: ipsi etenim, modus peccandi in homine, pœnæ, eidem infligendæ methodum, normam, & regulam subministrat, ut tam bonis, quàm malis, æquissimus ponderator actionum, rependat Talionem. Vtrumq; reperio in S. Scriptura.

Deus non tantùm substantiam meriti, sed & modum præmiat.

Deus per ea punit, per quæ quis peccat.

Probatur Scripturaliter.

777. Plurima habentur in sacro codice loca, ex quibus hæc quædam Analogia affectuum inter Deum & hominem satis edocetur. Quorum primus sit ille Prov: 8. ubi clarè innuitur mutua inter Deum & inter hominem amoris communicatio, ut ad dilectionis creatæ formam, Divina quoq; efformetur.

Prov: *Dei amor ad normã*

Ego (inquit

efformatus Amoris Creaturæ in ipsum.

Ego (inquit Sapientia æterna Deus) *diligentes me diligo.* Et Jacob 4. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Et similiter in malo. Oseæ 4. *Oblita es mei, Ego quoq; obliviscar tui.* Item 2. Paralip: 15. *Si dereliqueritis Dominum, derelinquet vos.* Appositè satis, Præsulum gemma, D. Augu: singulare observavit mysterium in illis verbis Sapientis de Christo ut Deo, Sap: 7. *Speculum sine macula & candor est lucis æternæ.* Speculum, naturæ est Crystallinæ, lucis capacissimum, tam purum & limpidum; ut omnis expers sit figuræ: si suam quis in illo formam conspicere voluerit; vivam illam repræsentabit. Spectat quis speculum inflaminatis ob iram oculis; non alios cernit in speculo oculos: consulit alius speculum vultu sereno atq; in risum propenso; persimilis e speculo vultus elucet: inflectit corpus, movet labia, contrahit frontem; speculum hos omnes motus, vivâ imagine repræsentat: ita & Deus, *Speculum sine macula,* vivas repræsentat Imagines omnium, qui se in illo videre volunt: Si erga Deum sordidè avarus fueris; ille erga te parcus erit: sin vero liberalis; & ille non secùs, imò liberalior. Audi S. Doctorem, in locum præfatum sic scribentem. *Sicut in speculis, omnibus motibus atq; omnibus actibus, quibus, qui speculum intuetur, movetur vel agitur; iisdem etiam ipsis, etiam imago, quæ per speculum formatur, actibus & motibus commovetur vel agitur, in nullo prorsus declinans; ita ut Deus.* Unde aliquando, hoc loco Scripturæ usus est Agapytus Diaconus, scribendo ad Justinianum Imperatorem, quem simili omninò Augustini exornavit conceptu, dum eundem ad clementiam exhortaretur, si similem experiri in se cuperet Deum, sic dicens: *Sicut exquisitæ speculæ, tales monstrant vultum apparentias; qualia ipsa sunt archetypa, nitidas videlicet nitentium, tristes autem tristantium; eodem pacto, iustum Dei Iudicium nostris Actionibus assimilatur: qualia enim sunt, qua a nobis præstantur; talia ipse nobis, pari referens, exhibet.* Unde etiam fit, quòd iisdem rebus puniantur homines acerbissimè; quibus utebantur in deliciis voluptuosè, vindice Deo reddente Talionem. Ausus est quidam Matt: 22. sine veste nuptiali, Cœlesti Mensæ, nocturno convivio adesse, quem videns Dominus ait: *Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum intenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.* Audio hunc mitti in tenebras, non audio mitti in ignem. Cur, cum omnibus reprobis ignis sit paratus æternus, hunc, non ignis sed tenebræ excipiunt? erat quidem iste de cincinnatis & crinitulis adolescentibus, qui nocturnis tenebris agunt vitam lascivientes, quibus sic uti modò, tenebræ nocturnæ sunt ad delicias; ita tunc eosdem tenebræ ad æternos cruciatus excipient. En B. Aug: ser: 1. de Martyr: *O quisquis es flagitiosus, qui soles propter tua mala facta, & propter lasciva adulteria, non solùm tenebras non horrere, sed quarere: qui soles plus gaudere, quando lucerna extinguitur! non tales tenebras habebis, ubi gaudeas: ubi te voluptatibus carnis oblecteris: non sic erunt illæ tenebræ: quomodo erunt? ibi erit fletus & stridor dentium, Tortor sine defectu, tortus sine defectu.* Ita sanè cœlestis exposcit TALIO, ut ipsæ illæ res, quæ tibi modò solatia ministrant; tunc, cum ad finem vitæ ventum fuerit, æternorum tibi gemituum materiam suggerant. O quàm non infrequenter, (ait Caietanus) *Pœna manifestat culpam:* ac si diceret: hoc ipsum agit nobiscum Deus, quod nos cum ipso. Venit Christus in Betsaidam, Mar: 8. *& adducunt ei cæcum, & rogabant eum, ut illum tangeret. Et exspuit in oculos eius, impositis manibus suis interogavit eum, si quid videret. Et aspiciens ait: video homines, velut arbores, ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit videre, & restitutus est ita, ut clarè videret omnia.* Sed quis tantas moras texuit? priusquam huic cæco perfectè visus restitueretur a Christo, cùm ipse velocissimus in exhibendis beneficiis toties fuisse legatur, qui uno verbo sanabat cæteros, & mortuos vitâ donabat modicâ dictione? Respondet Euthymius, quòd cæci morem & modũ æmulatus fuit Christus. Erat in cæco initiò modica fides; modicum ergo illi lumen Christus reponebat: augescebat fides; augescebat & visus: & quanta fides incrementa faciebat; tanta & visus. *Augmentum fidei, augmentum promeruit sanitatis,* ait ille. Exiguam fidem, obscuro visu; majorem, perspicaciore remuneravit & compensavit. En quanta vicissitudine Talionis con-

Deus talis homini, qualis homo Deo.

Augustin:

Agapy:

Matt:

A

B

C

D

Pœna similis peccato.

Aug:

Deus nobis cum hoc agit, quod nos cum ipso.

Mar:

Euthy:

certat cum homine Deus.

Probatur Figuraliter.

778. Id ipsum ut venustiùs eluceat in Figuris, accipe prioris schema in fideli Deo Abraha. Accingitur ille, ut jussa Domini de sobolis victima compleat. Sanguinis & pyræ instrumenta capessit, gladium nimirum & ignem, & in montis verticem ascensurus, famulos alloquitur. *Expectate hic cum Asino, ego & puer illuc usq; properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos.* Gen: 22. Communis nodus est, quem urget Origenes. *Dic mihi Abraham? verum ne dicis ad pueros, quòd adores & redeas cum Infante, an fallis? si verum dicis; ergo non facis eius holocaustum: si fallis; tantum Patriarcham non decet fallere.* Juvat ad explicationem textûs, subjicere ex Ambrosio: *Quod addidit, ad vos revertemur, prophetavit justus, quod ignorabat: ipse enim solus disponebat redire, immolatô Filiô, sed Dominus per os eius locutus est, quæ parabat.* At, quid ais bone Præsul? Igitur Deus linguam Patriarchæ conduxit, ut eius motibus loqueretur. Quid loquitur? *Revertemur ad vos.* Deus ergo, qui loquitur, se reversurum spondet, se etenim indicat, cùm *revertemur* ait. Quomodo revertatur ille, qui quamvis eat non discedit: nec patitur immensitas eius, quòd locum deserat, quem sustentat. En habes Divinæ remunerationis ingenium, & TALIONEM. Divinitas æquali lãce rependit, quòd senex Abraham in naturæ aggreditur stuporem. Vix ille parat in Filii iugulo miscere gladium, DEO obediens; cùm Pater Cœlestis æmulatur prodigum: & Vnigenitum pro unigenito offert eâ celeritate; ut quando Isaac descendebat de monte; Divinum Filium, tanquam in vera Imagine repræsentaret, in eoq; tanquam in vero typo, Filius Dei descenderet: Ideo Deus se reversurum esse pronunciat: quippe redeunte Isaac, non expectatâ temporis tarditate, in qua Deus se hominem exhiberet, iam Filius Dei sub vivo simulacro se perhibebat. En æquale ad hominis obsequium Divinæ gratitudinis Sacramentum. Quàm velox Divinitatis retributio! non expectat temporis plenitudinem, quo Pater summus Vnigenitum det mundo: non præstolatur auarus: illicò dat Abrahæ, ut a quo Filium accepit ex animo, quamvis non ex igne; Filium, Cœlestem det in umbra, priusquam in carne ad redimendum genus humanum, eum mittat, ut major esset retributionis æqualitas & TALIONIS similitudo: iam etenim Isaac imaginem portabat Divini Filii. Huic meditationi, ne vana cuipiam videatur, facem præfert S. August: de Civit: lib. 16. c. 52. ubi facto Abrahæ comparans locum Pauli ad Hebræos, sic ait: *Fide præcesit Abraham, in Isaac tentatus: & unicum obtulit, qui promissiones suscepit: ad quem dictum est: In Isaac vocabitur tibi semen, cogitans, quia & ex mortuis excitare potest Deus. Proinde addidit: per hoc etiam in similitudinem eum adduxit. Cuius similitudinem? nisi illius, de quo dicit Apostolus: Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Ecce iam similitudo Filii Dei in Isaac, quo redeunte e monte, Filius Dei redire putabatur. Verùm cur parcit Isaaco Deus, qui proprio Filio non pepercit? nam æqualis quodammodo videtur hic TALIO. Potuit quidem non sequi occisio, tametsi efficax Patris voluntas præiret: par utiq; uterq; Parens erat in occidendam sobolem, amore: & ideo Abrahæ dictum: *Accipe Filium, quem diligis Isaac.* Septuagin: vertunt, *Quem dilexisti* quod magìs exprimit Paterni affectûs teneritudinem, observante Ambrosio c. 8. de Abraham, *Quare* (dicit) *non quem diligis, sed quem dilexisti? quia morituros plùs diligimus.* Satìs ergo Abrahamo erat, dilectum Filium immolare in pectore, ut vicissitudinis TALIONE, dilectissimus Patri Filius, sibi redonaretur in umbra, scil: in Decretis æterni Patris repromissus. Elucet non minùs luculenter Figura pro vindicis Dei TALIONE, quem ille exercere solet puniendo peccatores, in illius infelicis epulonis pœna. Luc: 16. Affligebatur ille intolerandâ siti, & Abrahamum obtestabatur, Lazarum ut mitteret, *qui intingeret extremum digiti sui in aquam, & refrigeraret linguam eius.* Ergo, si descendere Lazarum oportebat, ubi cruciabatur epulo; propè hũc fontes decurrebant aquarum, vel, qualis Tantali, puteus aliquis: cur igitur ad vicinas aquas non proficiscitur, & pleno haustu arentibus cur non subvenit faucibus? Chrysologus propterea eum ab-

Deus pro Isaac animo oblato, Abraha rependit suô Vnigenitô.

Isaac, Personam Vnigeniti Dei repræsentabat.

August:

Ambro:

Luc:

Chrys

Epulonis pœna, similis delicto.

eum abstinuisse narrat, quòd constricta præpeditaq; haberet brachia ser: 3. de Divite: *Ergo iuxta te est aqua; & si iuxta te est, quare de proximo non sumis. quare? quia iunctæ sunt manus tuæ.* Sed percunctari iuvat, quam ob rem alligata sunt Divitis brachia? nempe ut aquarum vexaretur aspectu, nec consolari ab eis possit, vinculis detentus. Et hoc iterum quorsum: quia paria tormenta ferre Lazarum cogebat antea ille: adstabat ianuâ projectus contra mensas lautissimas, intuebatur ciborum affluentiam, & cùm vel micas expetisset, prohibebantur à crudelissimo Hero famuli, ne præberent: itaq; vinciebantur servorum manus a Domino, ne opitularentur, fuit itaq; scelus Divitis inhumana sævitia còércens, & impediens, ne visis frueretur escis Lazarus, justè talia experitur ipse, ut cùm intueatur aquas, refocillari ab eis non possit. *Meritò Dives,* (subiungit Chrysologus) *devinctæ sunt manus tuæ, qui solutis debilitate Lazari manibus subvenire contempsisti.*

Probatur Historicè.

779. Id ipsum strenue confirmat de suo penu Historicus allegatis exemplis, quæ Nierembergius l. Stromat, in unum congessit c. dum ita scribit: Electo ad fastigium Romani Imperii Henrico IV. dextram amicitiæ tesseram primùm dedit Rudolphus Sueviæ Dux, sed non majori constantiâ, quàm patitur cupiditas, Imperium affectavit, adversus Henricum arma movit, ferro dirempturus jura diadematis. Uno prælio jactatâ Imperii aleâ, tam feliciter Henrico cecidit, ut præcisam hostili ferro dexteram suam alterâ manu prensans Rudolphus lethali vulnere saucius, & moribundus dixerit ad Proceres suos: En dexteram, quæ juramentum præstitit, quæ fædus sanxit, & fregit; vobis authoribus has pœnas dedit. Dabitis & vos Deo vindici. Leo IV, Orientis Imperator, avaritiâ perfidiæ adjectâ, impudentissimus coronam auream carbunculo illustrem ex Sophiæ templo sublatam in caput suum extulit, totâ die triumphaturus; vix nefandis temporibus sacra insederat corona gemmeo carbunculo nitens, cum teterrimo ulcere carbunculus morbidus ex impio enatus capite, instantem sacrilegii ex-

A plicavit pœnam. Acerrimus ulceris dolor, primùm in febrim, deinde in rabiem, egit Leonem, qui paucos post dies inter miseros ejulatus, scelestum evomuit spiritum. Ingens similiter saxum demissurus nefarius homo in caput Optimi Imperatoris Henrici III. per Auenninum transeuntis montem, dum opportunitatem facinoris captans rupem præparat, attollit, & movet, impar immenso ponderi, ipse cum saxo præceps devolvitur, ipso flagitii instrumento peremptus: iuxta Siracidis effatum: *Qui volvit lapidem, revertetur ad eum.* Tarpeia quoque, Capitolium Pa-
B tris custodiæ commissum, proditura Sabinis, postulavit flagitii mercedem, quidquid sinistris lacertis gestarent Romani, scilicet: armillas aureas, gemmasq; lævum gravantes brachium: ast illi Capitolio potiti, armillarum congestu, adhuc spirantem obruerunt puellam. Ea itaq; Numinis Indoles esse liquidò comperitur, ut plerumq; pœnam peccati non aliam adsciscat, nisi quam ipsum flagitium suggerit, ut sic cuiq; iustum reddat Talionem.

PARS II.

C SS. DEIPARÆ, Talio mirabilis.

780. ANtiquissimus Pater S. Proclus orat: 1. apud Celadam in Ruth: §. 33. n. 6. legitur nonnunquam Beatiss: Virginem appellasse *Salutaris commercii nundinas.* S. vero Ernest: Prag: Marial: c. 35. eandem nominavit *Mercatricem sapientissimam.* Allusisse his credo Patres, ad Deiparæ genium, quo illa pro ingentibus beneficiis gratificatura DEO, excellentissimâ quadam commutatione, & singulari compensationis
D modo, certabat cum illo, volens, quantùm possibile esset creaturæ, ad pondus & mensuram ac proportionem dati, mirabilem solvere ipsi TALIONEM. Non decebat etenim veram Matrem Dei, vulgarem cæteris creaturis inire cum Deo Nundinationem, quæ omnem quoad statum gratiarum, supergreditur creaturam, sed peculiare quid concedi debuit Matri Creatoris, ut in dato & accepto, cum Creatore ipso, luderet TALIONEM. Quem obstupescēs

MARIA, nundinæ salutaris commercii.

MARIA Mercatrix sapientissima.

Proclus. Ernest.

inclytus & Sanctiſſi: Princeps Polonus Caſimirus, ſic profatus eſt.

Nam quod eras, perſeveras,
Dum intacta generas:
Illum tractans atq; lactans,
Per quem facta fueras.

Etenim dum hodie vix prodiit ex utero Matris, non tantùm ornatiſſimâ in animâ gratiarum Monilibus; ſed etiam innocentiſſimâ, donata à Conditore ſuo, carne, illicò non tantùm actibus fragrantiſſimis charitatis, animam ſuam conſecravit Creatori; ſed etiam quodammodo Carnem pro carne rependens, Virgineam eandem carnem, in miniſterium Maternitatis obtulit Filio Dei, in tantùm; inquantùm in illis prædeſtinationibus & Ideis æternis, Neonatæ conſenſus in Incarnationem, ex utero ſuo fuit prævisus.

MARIÆ vix natæ iam prævisa in Incarnationem Filii Dei ex vtero ſuo conſenſus.

Probatur Scripturaliter.

781. Facem præferat probationibus, ille locus S. Script: Eccl: 24. *Et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo*, quẽ Eccleſia Dei uſurpat in Perſona Beatiſſ: Virginis, inquantùm nominatur Mater Creatoris: quod nedum cedit ad gloriam Matris; ſed ius quoq; ipſius ſingulare connotat ad carnem propriam, quam Filio Dei ceſſit, dum in Tabernaculum quaſi, conceſſit. Apoſitè hìc ait Cornel: a lap: *Deus Filius eſt, in carne & Humanitate, quam aſſumpſit, quaſi in tabernaculo.* Ad hoc ergo tabernaculum, ius ſuum MARIA recognoſcit, dum ſuum illud appellat, *requievit in tabernaculo meo.* Hinc S. Methodius orat: de Purif: auſus eſt, ipſum DEUM, Debitorem eſſe MARIÆ, affirmare, ajens ad Beatam ſic: *Euge! Euge! qua debitorem illum habes; qui omnibus mutuatur: Deo enim, univerſi debemus; Tibi autem ipſe debet.* Sed præſtantius longè, ex verbis, ipſius SS. Virginis Cantici *Magnificat*, lubeat aſſerti noſtri depromere argumentum: Ait illa: *Magnificat anima mea Dominum.* Plurimùm adlaborant Expoſitores in explicando. quomodo veridicè MARIA dici poſſit *Magnificáſſe Deum*, qui plenus eſt ex ſe in magnificentia: & quidem multifarium ex his verbis eruunt ſenſum diverſũ, ita tamen: ut omnia, laudes accumulent Virginis. Joan Gerſon, Cancellar: Pariſienſis aſſerit, his verbis ſignificari gratitudinem Beatiſſi; pro beneficiis a Deo acceptis: ait iterum Tract: in *Magnificat*, ſic alloquendo eandem. *Tu Virgo ſacrata non ingrata beneficiis Dei, more priſcorum, novum Canticum edidiſti, conſonans eis in exordio & dicens: Magnificat anima mea Dominum.* Juvat non modicum eundem ſenſum S. Anton: 4. p. lit: 5. c. 12. §. 1. qui refert, quòd Maria dum viveret, vocata a quopiam, ſemper *Deo gratias* reſpondebat, ne vel illa parvula hora reſpondendi, a laude Dei ceſſaret: ſemperq; in gratiarum relatione verſabatur, nil dulcius, nil fructuoſius, nihil hoc dignius eſſe arbitrata. Alii, inter quos S. Bonavent:, interpretantur id de Actibus charitatis: ait Seraphicus, ſpecul: Virg: c. 4. *Anima, quod amat, hoc magnificat, & in hoc exultat. Idcirco anima MARIÆ DEUM decentiſſimè magnificavit, & in DEO firmiſſime exultavit, quia Deum excellentiſſimè amauit.* Cæterùm, hi modi magnificandi Deum (ut paulò ſupra innui) communes habentur cuiq; Creaturæ rationali, ùt gratificanti DEO pro beneficiis: licet etiam & hi ipſi reſpectu Beatiſſ: longè excellentiori modo in illa habeantur; ideo ſingularem oportet inveſtigare modum, quo Mater Creatoris, magnificaſſe Deum ſuum agnoſcatur: & ille non alius erit; niſi per communicationem carnis ſuæ Virgineæ incarnando Filio Dei, quam ille, liberæ donationis titulo, ab illa accipere voluit. De quo Aloyſius Novarinus in Vmbra n. 934. *Noluit Omnipotens carnem ſumere ex MARIA, non dante MARIA Carnem, idq; ob futuram Matris dignitatem & gloriam.* Porrò de Filio Dei in carne nato cantat Breviarium Rom: in Veſp: Nativit: *Rex pacificus magnificatus eſt:* Et quænam huius Regis magnificentiæ majeſtas, ac Pompa? ſplendor quis in vili præſepio? in ſtabulo, ac in medio duorum animalium quis inquam Magnificus? Trabea ſanè carnis, quâ a Virgine donatus erat, ac demum eam indutus Deus homo, inter homines apparuit, Regis huius, tota Magnificentia fuit. Licuit olim Apoſtolo Paulo gloriari, quòd in carne ſua glorificandus eſſet Chriſtus, eò, quòd carnem ſuam ad mille ærumnas & paſſiones pro Deo, eiuſq; Evangelio obtuliſſet. *Magnificabitur* (inquit) *Chriſtus in corpore meo, ſive per vitam, ſive per mortem.* O quàm æquiorè & ſingu-

Cornel: à lap:

Metho:

MARIÆ dominiũ in ſuam carnem.

MARIÆ debitor, DEUS.

MARIA magnificat Deum: quomodo?

Gerſon:

Anton:

MARIA ſemper in in gratiarum actione.

Bonav:

Amor in Deum, magnificat Deum,

MARIA ſingulariter magnificavit Deum.

Chriſtus Rex pacificus.

Chriſti magnificentia, Caro ex Maria aſſumpta.

ad Philip: 1.

& singulariori iure gloriandum venit Virgini! quæ carnem suam litavit Filio Dei, ut in ea viveret, & moreretur ipse Deus. Coincidit in parte cum eodem conceptu & sensus Rich: a S. Laur: qui illum pertractans locum Psal: 8. *Elevata est Magnificentia tua, super Cœlos*, sic ait: *MARIA dicitur Magnificentia Dei, quia magnificata est á Deo, & magnificavit Deum, passivè scl: & activè.* Ubi tribus magnis enumeratis, quæ fecit DEUS MARIÆ, tandem ait: *activè: quia ipsum magnificavit, se tantùm sub eo humiliando; sicut, quod in se nõ movetur, alterius humiliatione exaltatur.* Et quando se MARIA magis humiliavit, quàm dum consentiens Incarnationi, dixit: *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* Luc: 1. Tunc ergo exaltatus est magnificentiùs Deus; quando ab humillima Virgine, mirabili TALIONE, carnem pro carne accepit.

Rich:

Psal:

MARIA, magnificentia Dei.

MARIÆ humiliatio, Dei. exaltatio.

Probatur Figuraliter.

782. Huius reciprocationis in donis, inter Christum & MARIAM, præcessisse quis perneget nobilissimum Typum, in Sponso & Sponsa. Cant: 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Iste textus, etiam quoad literalem sensum, perdifficilis videtur Expositoribus sacris, & veluti quædam manca oratio, adeo; ut S. Bernard: ser: 67. dixerit. *Truncа & minùs conveniens ista locutio. Quid est hoc quod dicit: Ille mihi, & ego illi. Nescimus quid loquitur, quia non sentimus, quod sentit.* Si ergo in litera tam difficilis; quantò putabimus, in significationibus, magis mysteriosus est iste textus? Cæterùm unum se ex verbis paulò evidentius prodit, nimirum jucundissimum amoris inter Sponsum & Sponsam certamen, ubi nedum affectibus; sed muneribus quoque, abutrinq; decertatum est, vix non ad æqualitatem, laudes pro laudibus, xenia pro xeniis, aurum pro auro, poma pro pomis, sacro quodam TALIONE in alterutrum mutuò sibimet rependendo: quod observavit Academicus Pòéta, Josephus Biezanovius in Cant: dum ligato pede, & cæcutienti oculo, sic processit.

Cant:

Verus amor redamat, donis certatum vicissim:
Officiiq́, pares sunt in amore vices.

MARIÆ certamen cum Christo in redonando. Bern:

Cordibus primùm decertatum est inter Sponsos, JESUM & MARIAM. hoc est amoribus: sic etenim S. Bernardus ser: 58. Cant: *Ille mihi & ego illi. Ille mihi, quia benignus & misericors est; ego illi, quia non sum ingrata. Ille mihi gratiam; Ego illi gratiam pro gratia. Ille meæ liberationi; ego illius honori: Ille saluti meæ; ego illius voluntati: Ille mihi & non alteri, quia una sum columba eius; Ego illi & non alteri: nec enim audio vocem alienorum.* Quod idem Pòéta strinxit carmine.

Cor si dilectus cara donavit amica,
Cor quoq́, dilecto donat amica suo.

Ad xenia tandem devenit certamen, ubi Sponsus, quatenus Creator, Sponsam suam innocentissimâ munerat carne, in qua ipsa hodie ex Dignissima nascitur Anna Matre, sed non minùs & illa, generosâ indole, redonat sponsa dilectum, immaculatam suam offerens carnem eidem incarnando, iam Mater dicta, dum nata, idq́; omnimodâ dâti & accepti servatâ proportione, imò quasi identitate, cùm dicat Magnus August: *Caro Christi, est caro MARIÆ:* O præstantiam muneris! o stupendam Creatori suo in donis retaliationem! O immensam in Deum suum MARIÆ liberalitatem! ratione cuius in aliquo sensu dicitur Beatissima (ut sentit S. Bernard: Sen:) ipsius Dei, in universum genus humanum, superasse vel adæquasse beneficentiam: ait enim ille Tom: 1. ser: 61. *Sola benedicta Virgo MARIA, plùs fecit Deo vel tantùm; (ut sic dicam;) quantùm fecit Deus toti generi humano:* quod ibidem latè satis deducit per enumerationem S. Doctor, & a primo ordiens, sic ait: *Primò namq́, Deus formavit hominem de limo terræ, sed MARIA formavit eum de purissimis sanguinibus suis, & purissimâ carne suâ, quæ prævalet omnibus rebus mundi.* Bonum hoc, quod dedit MARIA Deo, tantò præstantius, quantò magis de proprio: quid enim magis proprium hominis, quàm sua Caro. Xenium hoc obtulêre quidem Deo, etiam SS. Martyres; sed MARIA longè nobiliori modo donationis: illi etenim fundendo pro Deo sanguinem vitamq́; ponendo, rem simul cum jure ad rem, sanctâ quâdam iacturâ, propter Deum perdebant; hæc autem, (ut vitam haberet in carne Deus, sanguinem & Carnem suam ad id ipsi communicando,) rei simul & iuri suo ad rem cessit, dum ab Angelo requisita, consensum præbuit.

Xenia inter Christum & Mariam.

August:

MARIA, quasi plus fecit Deo, quam Deus homini, creando illum.

MARIA offerens carnem suam, plus fecit quã Martyres cur à

buit. Elegantem ad præfatum locum Scripturæ propositoq; nostro accommodam auscultare lubeat interpretationem Aponii ap: Celadam in Ruth: §. 323. *Dilectus meus mihi, & ego illi: Dilectus meus præstat mihi gratiam, redemptionis insigne, adoptionis clarissimam libertatem. Et quid ego illi? voluntatis obedientiam, conservandæ integritatis studium.* Preme illud, *voluntatis obedientiam:* quæ tum excellentissimè iuxta Patres in illa enituit, dum expostulata ut incarnationi in utero suo, Filii Dei consentiret, respondit. *Fiat mihi, secundùm verbum tuum.* Imò in huius Xenii quod, MARIA de carne redonavit Deo commendationem, singulare quidpiam adnotavit Joan: Sylveira in Apoc: c. 1. n. 437. quod scil: ex carne Virginea adjuncta Divinitati, aliqualiter participaverit Christus sanctitatem & Pulchritudinem, pro quo citat Authoritatem Galfridi Abbatis conc: 34. sic in illum locum Apoc: 1. *Caput autem eius & capilli erant candidi:* sic dogmatizantis: *O caput candidum purissimum Salvatoris ex intemerata Virgine conceptum! o capillos æquæ candentes sine ullo culpæ contagio, dignatissimas eius necessitates! hanc nobis lanam albam, eius albæ, candida Virginitas protulit, imò etiam hanc nobis Cœlestis Regio nivem misit: propterea siquidem candor iste lanæ comparatus, & nivi, quòd ineffabili quodam sacramento conveniunt, materia carnis, & forma Cœlestis: solus enim qui in carne humana, sed non lege venit humanâ, utrumq; candorem singulariter in seipso, carnali videlicet pudicitiæ & Cœlesti gloriæ sociavit.* Complet deinde Abbatis textum ipse Sylveira, dum dicit. *Et ideo candor Capitis* CHRISTI, *non solùm lanæ albæ nec solùm nivi comparatur, sed utriq; ex utroq; enim scil: ex carne Virgineâ & Divinitate ei sociata, prodiit integritas, sanctitas, & Puritas Christi:* hinc iam clariùs elucet præstantia TALIONIS, quo redonavit Creatorem MARIA.

Celada:

Christus aliquomodo, a Maria, sanctitatē participat.

Joann: Sylvei:

Galfrid:

Probatur Doctoraliter.

783. Sed fulciat dogmatizationem nostram consensus plurium, ultra allegatos iam, Doctorum: indulgeamus ut inter eos primùm, coronatum & imperiale loquatur caput, Leo Augustus: qui orat: 1. & 2. debitum Euæ, pro costa Adæ, ex qua creata fuit perpendens, illud modo primùm per novam Evam neonatam MARIAM exsolutum & redditum, devotè contemplatur & innuit: dum sic dicit: *Nobis nata est puella, ex eodem quidem, atq; Eva figmento, quæ tamen Evæ emendatio sit.* & deinde orat: 2. *Subsumens ait: Ex qua, dum novus Adam accipiet corpus, antiquus ille Costæ debitum recipiet. Nimirum* (ut explicat Celada in Ruth: §. 1. c. 3. n. 5.) *Eva ex veteris Adæ costa materiata fuit, & Deo opifice in mulierem ædificata, obæratáq; grandiori debito, cui nunquam solvendo fuit &c: At dum Eva secunda, Deipara inquam, hodie nascitur Deum paritura, superabundanter debitum exsolvit, dedit enim secunda Eva novo Adamo, præstantiorem formationis materiam, dum ex suis purissimis visceribus, secundum Adamum, Christum Deum inquam, generavit.* Vix non idem nisi sub diversa Allegoria loquitur Rich: Laur: l. 2. dum locum illum script: *Sindonem fecit, & cingulum vendidit &c:* exponit per applicationem ad Beatam inquiens: *Hanc vestem nobis quodammodo vendit, quando eam nobis largitur, & inde a nobis glorificatur. Hanc etiam sindonem sibi tunc fecit, quando castitatem vovit, & tunc vendidit, quando per votum Virginitatis Filio Dei placuit, ut incarnaretur ex ea.* Quibus verbis hic Author implicitè innuit, Filium Dei, sumptuosioris commercii nundinas cum MARIA iniisse, cùm pro tot impartitis MARIÆ, gratiarum Privilegiis, vicissim ab eadem ex purissimis eius visceribus materiam incarnationis suæ accepisset. Venustissimè satis Rupertus suâ Paraphrasi, hunc utriusq; inter MARIAM scil: & JESUM expressit TALIONEM, super illa verba Cant: 1. *Ecce Tu pulcher es dilecte mi & decorus:* dum sic in persona Virginis fatur: *Ille veraciter in me veneratur, quòd sua sum Mater, & Virgo. Ego in illo adoro, quòd sit Deus & homo: dico ego, Ecce Tu pulcher es dilecte mi & decorus. Dicis mihi, Ecce tu pulchra es, & ego dico tibi, ecce tu pulcher es. Ex quo ego pulchra facta sum, ex eo tu qui semper pulcher fuisti, pulchrior factus es: nam verè pulchritudinem tuam adauxisti, quòd dum Deus esses, Homo dignatus es fieri.*

Celada.

MARIA, quomodo debitum ab Eva, reddidisse Adæ adstruitur.

Rich:

Rupert:

Cant:

Christus pulchrior ex Maria.

Probatur Miraculosè.

784. Habes iam, amice Lector, mirabilem MARIÆ TALIONEM, quo pro donis & carne sibi donata, carnem similiter Deo illa rependit, demirarisq;

eius in-

eius ingenioſam nimiùm cum Creatore commutationem, modumque, quo nulli alteri creaturæ licuit, colludere Deo: ſed ut noſcas pretium ipſiuſmet donati per MARIAM; præſtantiam & pretium carnis ipſiuſmet, quo æſtimabatur apud Deum, ut intelligas, neceſſum eſt. De quo auſculta verba Angeli ad S. Birgittam, miraculoſè eidem apparentis. Hæc etenim ſancta famula Dei, dum de Conceptione Mariæ in utero Annæ ſeriosiùs vacaret contemplationi; comparet eidem viſibiliter Angelus plurima ipſi revelans & perorans de Beatiſſ: Virgine, l. Revel: de ſer: Angelico: inter quæ, hæc præcipua ſunt: deſcribendo namque Mariani Corporis formationem a Deo adhuc ab æterno præordinatam, dixit: *In illo increato* (intellige ſanè, id eſt, non creato adhuc, ſed aliquando futuro) *Corpore, 4. elementa, ſcil: Ignis, aër, aqua, & terra, quamvis etiam increata* (hoc eſt, nondum creata) *tunc eſſent, in hunc modum Divino aſpectui æternaliter apparebant: Quod ſcil: aër in eo corpore, ita levis fieri debebat; ut contra Spiritum S. unquam non efflaret. Terra quoq; creari debebat tam bona & tam fructifera; quòd nihil in ea creſcere poſſet, quod ad omnia neceſſaria utile non eſſet. Aqua ſic tranquilla; quòd undecunq; venterum turbines efflarent, nulla unquam procella in ea penitùs moveretur. Ignis etiam tam altus; quòd eius flamma & calor, manſioni, in qua Deus ipſe erat, appropinquaret. Verè ſine omni ambiguitate credendum eſt, quòd materiam illam, ſtatim quando in Annæ utero concepta & collecta fuit, de qua, MARIA formari debebat, ipſe Deus, plùs illam diligebat, quàm omnia humana corpora, a viro & multere generanda per mundum univerſum. O MARIA! hoc tu ipſum es: ſic & talis ab æterno, Divino aſpectui increata adſtitiſti, ac deinde de ſupradictis tam puris & claris elementis, materiam tui corporis benedicti habuiſti.* De hac ergo tam pura, tam pretioſa, tam Deo præ omnibus dilecta carne, dum MARIA per conſenſum, Filio Dei obtulit; nonne generoſa liberalitate, mirabilem Creatori ſuo præſtitit, ſolvitq; TALIONEM? veridicè ſemperq; Deipara, & mater ſui Creatoris nuncupata.

S. Birgittæ revelatio facta, de præſtantia carnis Mariæ.

Elementorum in corpore Mariæ contemperatio præſtantiſſima.

Probatur Hiſtoricè.

785. Adnotandum aliquid venit ex Hiſtoricis Eccleſiaſticis. Refert S. Cyrillus: in Concilio Epheſino acriter fuiſſe agitatam quæſtionem, (urgentibus è contra, Ebionitis & Neſtorianis,) circa hunc principalem Titulum MARIÆ, quod nimirum diceretur *Mater Creatoris:* an MARIA verè poſſit appellari Deipara. Totâ igitur die certatum eſt ab utrinq; rationibus: circumquaq; Eccleſiam populus fidelis tædioſè expectabat nuntium, quid concluderent Patres pro honore MARIÆ, aſt dum ad veſperam iam audiunt conveniſſe Patres in titulum Deiparæ, populus cum facibus præibat unumquemq; Patrum, mulieresq; acceptis thuribulis, gratiſſima thymiamata ſufflabant procedentibus ad hoſpitia ſua Patribus. Aliqui addunt Hiſtorici, quòd in Altari majori Eccleſiæ duo apparuerint Angeli cernentibus Patribus, qui imaginem Beatiſſ: Virginis thurificabant, quaſi applaudentes de tituli huius cõfirmatione: & quaſi facto ipſo profiterentur, MARIAM talis tituli non aliter meruiſſe prærogativam, niſi quia pro carne, in qua creata fuit, carnem reddidit Creatori, admirando TALIONE. Nec eſt, quod mentem terreat Orthodoxam tam ſublimis nomenclatura MARIÆ, ut eruditè evincit Doctor Angel: 3. p. q. 16. art: 10. & omnis Theologia Quæſt: de communicatione Idiomatum, dum ait: Non inficiamur equidem, Beatam Virginem genuiſſe Chriſtum, ſolùm quatenus *hic homo eſt:* & licet Chriſtus, quà homo, non ſit Creator, ſed creatura, hæc enim particula, *quà homo*, naturam humanam deſignat, quæ eſt creata; quà tamen eſt, HIC HOMO, non eſt Creatura, ſed Creator, quia ly *hic*, indicat ſuppoſitum, quod eſt Divinum, & Perſona VERBI, conſequenter non eſt creatura ſed Creator. Cùm itaq; Beata Virgo exſtiterit Mater huius hominis, puta Chriſti; profectò exſtitit Mater Dei, & vera Deipara ac Mater ſui Creatoris. Nunquid & Mater Regina generat Filium & Regem? nemo etenim ut Rex gignitur, niſi ut homo, & tamen ratione eiuſdem ſuppoſiti, quod dicitur & acceptatur a populo ut Rex, dicitur verè Mater Regis? & cur Maria, non appellanda Deipara, ſeu Mater Dei? quæ communicatâ carnis ſuæ ſubſtantiâ ad generationem Filii Dei in carne, verè & propriè concurrit, quamvis

Epheſinũ Concilium concludit pro titulo Deiparæ: quod & miraculo confirmatum eſt.

MARIÆ titulus Deiparæ vindicatur, tanquã proprius & verus.

quamvis naturam Divinam attigisse non potuit, nec debuit. Vide quantùm profuit MARIÆ, mirabili cum Deo decertasse TALIONE.

Epilogus.

786. Prov: GLoriasse olim legitur ipsa increata Sapientia, quòd Deo suo semper & feliciter colluserit, dum Prov: 8. sic locuta auditur. *Delectabar per singulos dies, ludens coram eo, omni tempore, ludens in Orbe terrarum.* Hoc idem mysticè de Sapientia creata, scil: de Virgine Deipara, intelligendum asserit Cornel: a lapid: Quadrat plurimùm lusui TALIO prænominatus, quo MARIA pro carne carnem referens, Deo, lucrosâ nimis commutatione, collusisse cernitur. Jam ergo restat o Beatissi: ut tibi universa, etiam excellentissima atq; Angelica creatura, tam admirabilem adgratuletur TALIONEM, cui ipsa nec in minimo suppar: imo necessum est, ut congaudeant Tuæ incomparabili felicitati, cuncti, quæ ita scivisti & potuisti ludere cum DEO TALIONE; ut lucrum redemptionis totius generis humani, inde prodiret: Itaq; cùm vilitas nostra aliter nequeat, Te gratis mentibus pectoreq; gratulabundo, huius saluifici TALIONIS inventricem & Auctricem, verbis S. Petri Damiani veneramur, dicentes: *Meritò igitur o Beatissima MARIA, diceris Parens Parentis, oriens orientis, Fons Fontis vivi, origo principii: quia ille ex te prodiit per materiam Carnis, qui caput est & initium omnium rerum, per essentiam Deitatis, CHRISTUS IESUS Filius tuus:* cui cum Patre & Spiritu S. laus, gloria, honor, & imperium, per infinita sæcula sæculorum. AMEN.

Corn: a lap:

Votum Authoris.

Damia:

THERISTRVM PRÆNOBILE
NVDITATIS NOSTRÆ.

Pro SS. Scapulari B. V. M.

SS. DEIPARA.

Stabat autem iuxta Crucem, Mater IESV. Ioan: 19.

787. QUis non demiretur! quis non doleat? depravatam temporum, dixerim potiùs, morum conditionem, milleq; lacrymis quis non deploret stolidam mortalium vesaniam? qui dum peccata peccatis accumulant, nefasq; unum plurimis iungunt nefandis; theristra quærunt, ut scelus obumbrent: volunt esse, & non videri peccatores. A. A. Nullum quippe delictum est sine voce, *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra:* ait Deus ad fratricidam Caim, Gen: 3. Ab ipsis latibulis qui obumbratur, retegitur peccator. Ipsa etenim scelerum patrocinia & excusationes in rostris publicis, condemnant plerumq; & advocant supplicium, & quod umbraculum fuit ad culpam, lux fit ad pœnam, detegitq; peccatorem. Meritò commonitus David, tunc adhuc scortator 2. Reg: 12. *Tu fecisti absconditè; ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis.* Veriùs, sed dolentiùs dicam cum Bernardo: *Utinam moderni Nòe, id est huius temporis peccatores, Præfecti, Prælati, relinquant nobis aliquid, quo a nobis possint operiri:* adeo etenim prolapsa est virtus, & crevit licentia peccandi; ut plerumq; nullus subsit charitati fraternæ aut filiali modus, eosdem excusandi, dum delinquunt: siquidem undiq; corruit verecundia, imo sub ipsis velamentis, & artificiosis THERISTRIS, tantò magis seipsam prostituit, & tam Divinis, quàm humanis oculis patet & promicat velata turpido. Hodie nihilominùs, dum

Peccatores esse, non tamẽ tales videri, cupiunt mortales.

Gen:

Reg:

nùs, dum sub cruce stantem audimus Beatissimam, *Stabat autem iuxta Crucem Mater IESU*; novum quoddam & salutare peccatoribus pœnitebundis licet spectare operculum, & quasi generale scelerum nostrorum THERISTRUM.

Crux operimentum peccatorum nostrorũ.

Primùm quidem illud cogito: expansum in Cruce, Salvatoris nimirum Corpus: secundariò verò & symbolicè, sacram Scapularianam vestem, quæ à Scapulis, imò ab omnibus dirè dilaniatis membris Christi, miram quandã, operiendorum peccatorum derivavit virtutem, ita tamen; ut amictus iste uterque, MARIÆ debeatur: De primo igitur, a quo derivantur Privilegia secundi, sic per Ezechielem prædictum invenio c. 16. *Expandi amictum meum super te.* Quæ verba perpendens Did: Bäeza: de Christo Figurat: l. 11. c. 3. §. 14. sic ait: *De sola MARIA accepit Dominus pallium, quod in Cruce extenderet, ut sub illo peccata hominum operirentur, & absconderentur.* Ex cuius consideratione profundiori, mysterii, nova erumpit laus & Panegyris Deiparæ SS. ut ratione sui patrocinii, & specialiter privilegii vestis Scapularianæ, nobile THERISTRUM operiens peccatores intituletur. Et hæc quidem materia hodiernæ Panegyris, ac scopus sit: interim vanitatem eorum, qui turpitudines suas, sive moralibus, sive physicis, obnubere satagunt THERISTRIS tantisper censurabo, nunc breviter salutemus MARIAM.

Ezech:

MARIA Theristrũ seu operimẽtũ peccatorum.

Tu quæ nubem ullam nescis:
Pulchritudine clarescis:
Sub tua nos veste tege,
Foue, serua; atq; rege.

PARS I.

Vanitas arguitur Theristrorum, tam moralium, quàm realium.

788. CElebris est apud Diodorum Siculum l. 5. Gambri scytharum Regis ausus, qui & innoxium hospitẽ interfecit, & eius pellem appensam Apollini dicavit. Nescio an placuerit falso etiam Deo munus, quandoquidem homicidam monet de periculis, ad quæ illum pellis oblata vocabat.

Gambri Rex Scytharum, deauratâ pelle oc-

A Timet Rex scelestus, & piaculo addit piaculum: cupiens enim nefariam tegere oblationem, pellem auro multo deauravit: quid plura? iam pellis aurea facta, quas non traxit hostiles classes? quorum non incendit animos? atq; ita mille præliis homicidâ interempto Rege, vindicatum est. Hoc faciunt picta & deaurata primùm scelera: enimvero, dum peccatum sub aureis peplis excusationum sacratur, vindicaturq; aut minuitur a culpa; aut dum lasciviens cutis, turpitudinis hamus, in mille spectantium mortes animæ, *sub venta textili* (sic Theristra vocavit Petronius) extenditur, prostatq; caro etiam

B sub Pala, & sub nebula linea pene nuda; miro modo acuit suum venenum, milleq; trahit mortes & pericula utriusq; proinde censuram eorum subeamus.

cisi, vult Deos placare, sed perperam.

Probatur Scripturaliter.

Adeo inescatam, amorisq; proprii veneno infectam, se experitur humana natura; ut quamvis splendidiùs meridiano emicet, & prodat se, in homine peccatum, quod reum condemnet; illicò tamen quæruntur ingeniosa THERISTRA, & opercula sceleris, ut ipsum nefas, nonnunquam virtutis

C induat speciem, aut saltim sub excusationum peplis latens, vitium esse non videatur: sic etenim levicularum rationum & causarum operculo, teguntur crimina, ut non perorent ad veniam; sed tantò magis de delicti demerito munerari contendant, dicuntq; sibi necessarium, quod ad voluptatem obsequitur: nam cæcucientes de qualitate bonorum, quod ad delicias utile est; illud non honestum tantùm, sed & necessarium persuadent. Quod, quantorum malorum causa & origo sit, expressit Divinus Psaltes, dum pro

D aversione huius pernicioso THERISTRI, sic cor suum solicitè deprecatus esse legitur. Psal: 140. *Non declines cor meum, ad excusandas excusationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem.* Sensus est, quasi dicat, non permittas cor meum cogitare de excusandis peccatis, sicut facere solent homines, qui operantur iniquitatem. Notat Blanc: hìc: *Excusare excusationes*, esse Hebraismum, quo significatur excusatio vehemens, & obstinata, variis prætextibus involuta. sic Hebræi dicunt

789.

Excusationes in peccatis redargu-ta.

Psal:

Excuſatio peccatorum, iniquitas iniquitatũ.

morte mori, vitâ vivere, prælia præliari, iudicia iudicare, quibus rei certitudinem aut vehementiam declarant. Grandis ſanè iniquitas, multarumq; iniquitatum fons, frivola ſceleris excuſatio, dum præſertim quis, in quæ vitia ſe pro libitu dat, excuſat ſe, de neceſſitatis impulſu. Fit utiq; ob ambitioſi faſtûs amorem, in famulantium grege, in generoſis phaleratiſq; equis, pretioſis rhædis, opipatiſq; conviviis, quod quis ſubſtantiam non ſine offenſa Dei, cum creditorum ſuorum quandoq; injuria, diſperdit, tamen equeſtris ſibi formam nititur perſuadere, ut crimen prodigalitatis excuſet, quaſi nemo aliter poſſet vivere in Curia, quem nobilis ſanguinis, elogia, imagineſq; commendant. Sumptuoſus, quas obligurit impenſas; eas tamen non prodigalitati, ſed indulgentiæ occaſioni adſcribit, & in meritum ſæcularis ſplendoris deducit, quod de luxuriæ fontibus manat. Vlciſcitur ille, vix pœnitendam leviſſimi ſermonis injuriam, & ſicam pro verbo reponit; nec tamẽ iram illegitimam cenſet, quam inflexibiliter credit, defendendæ nobilitatis eſſe coactionem. Negotiator, quòd maria, ligno periclitante onuſtoq; mercibus, tranet, ſterileſq; pecunias, uſurarum fœtum parere cogat; de alimento liberorum excuſat, avaritiamque, providentiam appellat: atq; ſic palliata iniquitas diligitur ad mortem, dum culpa excuſatur ad noxam. Excuſationes igitur peccatorum dicuntur a Pſalte, verba malitiæ, multiplicant etenim diverſas malitias: ſæpè etiam fiunt contra fidem, dum rejiciunt neceſſitatem peccandi in fatum, vel Stellas: S. Augu: id attigit in Pſal: *Sedent* (inquit) *& computant ſydera, interualla, curſus, volubilitates, ſtatus: motus attendunt, deſcribunt, conjiciunt: Docti & magni videntur: totum hoc doctum & magnum, defenſio peccati eſt: eris adulter, quia ſic habes venerem. Eris homicida, quia ſic habes Martem. Mars ergo homicida non tu? Venus adultera, non tu? vide ne pro Marte, & Venere tu damneris.* hæc Augu: Hic deniq; adſert excuſationes Manichæorum, qui ſe electos vocabant. Non ego peccavi, dicebant, ſed gens tenebrarum, id eſt dæmones, quia ſumus illis commixti, (ut fabulantur:) rectè autem Sanctus hic Pater concludit: *Tran-*

Luxum & prodigalitatem multi excuſant exigentia ſtatûs ſui.

Excuſationes prodigalium vindicativorum, avarorũ tangũtur.

Peccata in fatum, nec in ſydera deterquẽda.

Peccata in dæmones non refundẽda.

Auguſt:

Tertul:

Excuſationes in peccatis, militant contra fidem, & alias virtutes.

Chryſo:

Oliva.

Ficulneorum veſtimentorum in Protoparentibus myſteriũ.

Confeſſio nuda peccati, irã Iudicis placat, quã proritat, palliata excuſationibus.

A *ſi ad vituperationem tuam, & laudato Deum: redi ad verba Pſalmorum & dic: Ego dixi: Domine miſerere mei, ſana animam meam, quia peccavi tibi. Ego dixi, ego peccavi, non fortuna, non fatum, non gens tenebrarum.* Tertulianus autem excuſationes huiuſmodi eſſe contra fidem expreſſè docet l. de coron: milit: c. 11. *Non admittit ſtatus fidei, allegationem neceſſitatis: nulla eſt neceſſitas delinquendi, quibus una eſt neceſſitas non delinquendi.* Latè de hoc cit: ſupra Comment: Pſal: egit, ac ſimul ingenioſè cæteras virtutes fingillatim proſecutus eſt, quibus adverſantur excuſationes peccatorum, tandem
B generatim addidit inquiens: *Excuſatio peccati in omnes virtutes militat, quia peccator eo ſe velo tutum putat: & ſecurus cum ſceleratis ambulat, modò ſe nube excuſationis tegere poſſe confidat.* Hinc S. Chryſoſt: eas vocat, præcipuam viam mortis, & armaturam diaboli, dum ita ſcribit in hunc Pſal: *Hæc eſt præcipua via interitûs, quando anima, quæ peccavit, excuſſo timore, excogitat excuſationes & prætextus quoſdam ad ignaviam: hæc ſunt potiſſima arma diaboli.* Appoſitè ſatis ſervit cogitatio P. Olivæ ſuper Protoparentum ficulnea perizomata, quibus aliquomodo ſuum obtegere conaban-
C tur peccatum, in quibus ille obſervavit, tanquam in typo, damna excuſationum: dum ſic ait: l. 12. ſtromat: *Peccavit Adam manducando, ſed Iudicem non ſuſtinuit, niſi poſtquam aſſutis foliis eſt veſtitus. Fortè diſtuliſſet Dominus ſententiam; ſi poſt reatum velamenta ſceleris non quæſiſſet: ſed qui reum non quæſierat, coopertum requiſivit: cùmq; eum verbis illis compellaret: Vbi es; gravius videtur tuliſſe latibulum tranſgreſſoris; quàm inobedientiam comedentis. Hinc rectè monuit Siracides Eccl: 7. Non te juſtifices ante Deum: quoniam agnitor cordis ipſe eſt.* Fallitur itaque, qui ſubtili THERISTRO ex
D cuſationum, ſuorum criminum turpitudinem obtegere nititur: magis ſiquidem Judicis iram irritat, quem nuda confeſſio peccati facillime placat.

Probatur Figuraliter.

Sed non minorem meretur reprehenſionem fœminarum perlucida veſtis, & Theriſtrorum abuſus. Intantùm etenim muliebre ingenium iam in multis luxuriat; ut ficut corporis vitia tectiùs abſcondit; ita pudicè tegenda,

Fœminarũ ars in peplis, quibus se veſtiunt, ut nudæ appareãt.

genda, veſtibus etiam denudat, ut ſub perſpicuo tegumento, periculoſiùs trãſpareant, & ipſa fœmina, nuditate intexta videatur. Talia etenim pepla ſub metonymia figurando Deus per Prophetam, non iam adulterii & fornicationis illicia, aut ſigna; ſed ipſa adulteria, & fornicationes appellaſſe legitur. Oſeæ 2. dum ſic alloquendam ſtatuit Jeruſalem: *Auferat fornicationes a facie ſua, & adulteria ſua, de medio uberum ſuorum, ne fortè expoliem eam nudam.* Sed quæſo, quomodo exſpolienda dicitur? quæ iam nuda aſſeritur: expoliari nemo poteſt, niſi veſtitus. Myſterioſè ſatis alluſit his Propheta ad veſtes & ornamenta, quæ ita tegunt corpus; ut gratantiùs illud denudent: pellucido ſerico, fumo potiùs dicas artificiali, obnubunt pectus, ut de ſubnigrore, nudati candor micantiùs tranſluceat: hinc illud Tertuliani dictum de Alexandri Magni Medica veſte. *Pectus, textu pellucido tegendo, nudavit.* Notabatur apud Prophetam, Jeruſalem, de luxu, & abuſu ornamentorum, & præſertim Theriſtrorum: per alium etenim Prophetam, abſq; omni figuratæ locutionis involucro, acrem ſuper his ſceleribus commonitionem accepiſſe illa legitur, nimirum per Iſaiam c. 3. *In die illa, auferet Dominus à te ornamenta calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & ſpecula, & ſindones, & vittas, & THERISTRA.* Sicut igitur per Metonymiam, ſignum pro re ſignificata ponitur, idq; frequentiſſimè; ſic etiam, licet non ita ſæpe, res ſignificata pro illius ſigno quandoq; uſurpatur. Sic ergo, quia in meretrice, multa ſunt, turpis illius quæſtûs non ſigna ſolùm; ſed etiam inſignia, inter quæ præcipuum, nudatum pectus, vel tenui obtectum ſyparo, ad captandos rivalium oculos pernicioſa lenocinia: Ideo in Jeruſalem corrupta, dum Theriſtra conſpiciuntur; adulteria, & fornicationes videntur: quaſi idem ſit ubera nuda portare, vel molliter contecta proſtituere; quod & fornicari, vel adulterari. Ex hac doctrina biblicè peritis notiſſima, Sanctius, nobilis Commentator, dum locum Prophetæ exponit; ita fatus eſt paraphraſticè. *Quoniam ipſa, non uxor mea, & ego non vir eius, auferat fornicationes ſuas a facie ſua, & adulteria de medio uberum ſuorum. Quaſi dicat: dicite ergo illi, ſi uxoris Nomen tueri vult, ut à facie ſua meretricios fucos ac lenocinia, tum etiam inſignia impudicitiæ venalis in pectore ſubmoveat, ne fortè expoliem eam nudam.* Nimirum facie, ceruſſæ candore, & rubricetæ adſcititio colore fucata, Veneres Cupidineſq; fragrans, Theatrum ipſum fornicationis nuncupatur: quin & fœmineum pectus, & ubera obviis virorum aſpectibus palàm proſtituta, etſi textili nebulâ, aut fumo pellucido, nudata dum teguntur; ſic de proximo, negotium libidinis peragunt; ut inſignia pudicitiæ venalis, meritò nominentur, & adulteria in medio uberum, quaſi in æde veneris, & libidinis Sacrario, expedito oculorum congreſſu peragantur. *Ne fortè expoliem eam nudam.* Iterum hic reflectit ſe eruditus interpres Celada in Ruth: c. 2. §. 226 n. 2. atq; ſingularem comminantis Dei obſervat in verbis prædictis Energiam, dum ita ait: *Mirum ſanè eſt, & valde mirum, quòd Cœleſtis Sponſus, zelotypiæ angore ſtimulatus, fornicationes & adulteria hic tacitus intermittens, fucatæ ſumptuoſiùs faciei fornicationes, & nudi pectoris, uberumq; tegmine nudata adulteria, acerbiùs incuſet. Ne autem illorum tegmen, ingenium libidinis, mulieres excuſent, addit: Ne fortè expoliem eam nudam. Profectò nuda, adhuc poteſt exſpoliari ornamentis illis, quibus pectus & ubera velando, denudat. O malè amictam nuditatem! o textilem è bombycea nebula amictum, tegenda pectora propudioſe nudantem! Non benè opinor nuditas excuſatur amictu, cùm amictus nuditati periculoſiùs & & impudentiùs lenocinatur. O Theriſtra, gratas oculorum inſidias! o pudicitiæ ſtrages! o libidinum theatra! o Veneris ſacrarium, meretricio veneno æra intoxicans! Sanè fucatæ comptiùs faminarum facies, & ubera impudenter nudata, obviæ ſpectatorum libidinis exprompta lupanaria ſunt, & vulgare Veneris Theatrum, quibuſvis oculis pervium. Vtinam, ſi animam non curant, famæ ſaltìm ſuæ, honeſtatiq; caverent nobiliſſimæ fœminæ quæ ſuperbire ambiunt de tali uberum nuditate, vel Theriſtris, quæ meretricio cenſentur in ornatu, & impudici quæſtûs inſignia habentur.*

Theriſtra ſeu pertucida veſtimenta, nudationes uberum, adulteria, & fornicationes, dicuntur.

Oſeæ.

Tertul:

Iſai:

Ubera nuda, theatrum mentalis fornicationis.

Celad:

Theriſtra pellucida, inſignia ſunt meretrium.

Probatur Hiſtoricè.

In deteſtationem tam pernicioſi abuſus, expedit quædam recenſere breviter

Alexandri 7. zelus, contra laſcivos ornatus mulierum.

viter exempla: Alexander VII. Pontifex ſumm: magnò in hos depravatos ſæculi exarſerat mores, qui, ut hoc incendium reſtingueret, omnia fulmina diſertiſſimorum Concionatorum laxari voluit; atq; illud pro authoritate ſua, quâ major non eſt in terris, præcepit, ut levem, & laſcivum incedendi modum, denudandorum præſertim, aut leviter tegendorum uberum, reformaret ad exemplum Domicellarum Perusinarum, quæ huius præcepti obſervantiam in manibus Epiſcopi voverunt, & tenuerunt. Contigit autem ut quidam ex Perusinis, vir nobilis, nec ſe, nec uxorem hocce voto adſtringi velle, palàm affirmaret: en ſubitò uterq; conjunx ad mortem lecto dejicitur, & infirmatur: qui ut manifeſtam Dei manum ſenſêre, ambo vovent, ſe velle (quam illi vocitabant) reformationem amplecti; & ſubitò ſanati ſunt. ap: *Engelgrave pro Feſto S. Martini in Empireo.* Hic idem Author refert ex aliis, magis quid prodigioſum: quòd dum quædam huius farinæ fæmina, valdè indecentis habitûs peramans, & cultrix, deveniſſet ad mortem, Divino fuit privata viatico: ubi enim Sacratiſſimam Hoſtiam Sacerdos communionis gratiâ porrigeret; ecce tibi duo Angeli de Cœlo præſtò adſunt, ſummâ reverentiâ eam de manibus Sacerdotis auferentes: regreſſus verò ille in templum, eandem Hoſtiam in calice repoſitam ſuper altare, maximâ cum admiratione reperit. Proinde nedum præſentis ſæculi prædicatores, ſed antiquiſſimi etiam Patres, huiuſcemodi THERISTRA, & artificioſas denudationes, (ex quibus promiſcuè, viri ſenes, juveneſq; flammas concipiunt) acerrimis comminationibus a populo Chriſtiano propellere conati ſunt. Hortabatur S. Hieron: in c. 1. Sophon: dicens: *Ableganda ſunt ea indumenta, quibus amicta corpora nudantur potiùs, quàm operiuntur.* Clamabat Tertulianus etiam deprecando l. de Virg: Veland: *Oro te ſiue Mater, ſiue ſoror, ſiue Filia, ſecundùm annorum nomina dixerim, velà caput* (tantò magis, pectus & ubera) *ſi Mater, propter Filios; ſi ſoror, propter Fratres; ſi Filia propter Patres; omnes in te ætates periclitantur.* Sed iam ab his infamibus Theriſtris, (ſiue quæ prava politices ſubtilium excuſationum in peccatis, ſibimet filat, ut ſcelus operiat; ſiue quæ mulierum texit in animarum perniciem inſidioſa induſtria,) tranſeundum eſt ad ſacratius novum MARIÆ THERISTRUM; nimirum S. Scapularis nobile veſtimentum, cuius privilegio, Virgo Diviniſſima, nuditatem noſtram enormitateſq; peccatorum, clementiſſimè obtegit, diſſimulatq;.

Perusinarum mulierum votum abſtinendi a veſtitu laſcivo.

Pœna eorum, qui noluêrunt abſtinere ab ornatu laſcivo.

Famina luxûs in ornatu cultrix, ab Angelis prohibetur a viatico, ſublatâ hoſtiâ.

Hieron:

Tertul:

Ornatus laſcivus, periculũ omnis ætatis & ſtatûs.

PARS II.

SS. DEIPARA, Theriſtrum prænobile nuditatis noſtræ.

792. Pier:

INter ſuperſticioſæ antiquitatis monumenta, hoc etiam adnotâſſe legitur Val: Pierus Hierogl: l. 35. c. 25. conſuetum veteribus fuiſſe, ſimulacrum fidei, ſeu fidejuſſionis, albo quodam THERISTRO ſeu velamine obtegere: de quo Horatius carmin: l. 1. ode. 35. Horat: *& albo rara fides colit velata panno.* Id enim primùm ſinceritatem notabat, quæ requiritur in fidejuſſione, a qua omnis fucus longè abeſſe debet. Quapropter juſtè magnanimiterq; olim fecêre Romani, qui clade Cannenſi acceptâ, cùm Hannibal quibuſdam captivis redimendi ſe poteſtatem dediſſet, acceptâq; ab eis fide redeundi, liberos dimiſit, dum illi non redirent, indignatus, apud Senatum Romanum expoſtulavit: quod factum ægerrimè tulit Senatus, & omnes atrâ infamiæ notâ mulctatos, Hannibali reſtituit. Deinde & aliud, ſub illo Theriſtro fidei latebat myſterium; ſiquidem ſub eius velaminis beneficio, noxiis, & captivis vita indulgebatur, dum fide ſubarrhati Sponſionis, liberi dimitterentur. Prænobile in hoc velamine præceſſiſſe quodammodo Præludium ſacri Scapulariani veſtimenti, & Theriſtri, quis negaverit? ſub cuius privilegio, devotiores animæ fidem quandam & Sponſiones cum Beatiſſima Virgine ineunt & paciſcuntur, Sacræ Confraternitatis Cathalogo adſcripti, aliquas liberè aſſumunt precum, aut jejuniorum obligationes, viciſſimq; a Virgine ſingulari redonantur favore, quòd eius titulo, quamvis captiui aliquando peccati, non tamen ab juſta ira vindicis Dei cor-

StatuaFidei, velo albo obtecta, apud antiquos cur?

Fidem datã non ſervãtes, infames Romanis.

Scapulare SS. fidejuſſionis inſigne.

Dei corruunt instantaneè, utpotè sub Teristro, & tegmine Scapulariano subducti, & saluati, ipsis opitulante MARIA: à qua venit id, quo velare & operire peccata nostra possimus.

Probatur Scripturaliter.

793. Benedixisse olim Divinus Psaltes, aut potiùs benedictionem aggratulatus fuisse, legitur, terræ cuipiam priuilegiatæ, cui nedum producere germinis prolem concessum; sed scelerum etiam quorumcunq; enormitatem contegere indultum. Psal: 84. *Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob, operuisti omnia peccata eorum.* O quàm dispar, benedictæ terræ huius, ab illa maledicta, conditio! Clamabat illa, prodebatq; peccatum, ut absorberet homicidam; hæc cooperit, ut saluet peccantem. Interrogat Dominus Caimum de Abele, non ut ignorantiam prætendat; sed ut ostendat, quàm patens sit malitia percussoris: quippe ait: *Ubi est Abel frater tuus? qui respondit, nescio: Numquid custos fratris mei sum ego? dixitq; ad eum, Quid fecisti: vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Absconderat Caim fratris cadaver; & terra operuerat, ut ait Iosephus & Procopius: & modò etiam mendacio apposito volebat magis celare facinus: sed quo ille celabat; eò magis peccatum manifestabatur clamore sanguinis, non enim a mendacio, nec à terra iam tum maledicta, operiuntur peccata hominum. Terram ergo hic Psaltes benedictam, nominat MARIAM (ex sensu Blanc: in hunc locum, & Bàczæ de Figurat: c. 3. l. 11. §. 14.) ipsa etenim texuit pallium, quo penitùs possunt operiri peccata, & obumbrari. Et quando Cain, nec mendacio, nec terrâ facinus suum potuit operire, quomodo tot tantaq; peccata hominum, operta sunt? Non quælibet terra id præstare valet, sed terra Virginea, & benedicta, quæ germinat nobis operculum peccatorum nostrorum. Rem pulchrè elucidat Richar: Laur: l. 8. de laudibus Virgi: inquiens. *Operuisti omnia peccata eorum, ne videret ea homo ad imitandum, vel ne videret ea ipse peccator in judicio ad erubescendum, diabolus ad eridendum, & accusandum, ipse Deus ad puniendum.* Ecce tibi, quomodo de sola MARIA accepit Dominus pallium, quo operirentur, & absconderentur peccata nostra. Isaias c. 6. post ostensum thronum, in quo Deus sedebat, ait: *Seraphim stabant super illud, sex alæ uni, & sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius.* Si requiras, cuius faciem velabant? Chrysost: Chaldeus, Forerius, Vatablus, putant, quòd velabant facies suas. Sic enim ex Hebræo legunt. Verùm D. Cyrillus, Hugo, Hieron, & Petrus Damiani existimant, quòd velabant faciem Dei: & quidem (ut notat Cornel: a lap:) utrumq; verum erat: nam interposito velamento inter Deum & Seraphim, tam manebant Seraphim obvelata, ne viderentur; uti manebat velatus Deus. Sed illud verbum nobis expendendum est, quòd ait *velabant.* Si enim Grammaticos consulamus, per verbum illud explicatur res nondũ perfecta, ut artifices in operibus suis adhibent illud *facichat*, vel *excudebat*, ut exprimant nondum à se esse perfectum. Seraphim ergo velabant facies suas, & faciem Dei: hoc est, non adeo perfectè velabant. Et cur non perfectè velabant? respondet cit: Bàcza: quia non ab Angelis, nec ab ulla alia creatura, sed ab una MARIA venit velamen illud, quo & humanæ culpæ operirentur, & absconderentur prorsus Deo, ne illas videret ad pœnam. Quò spectans Epiph: orat: in Assump: ait: *Aue gratia plena, quæ habes radium de cœlo lucidis facibus coruscantem, utpotè solum Christum: Virgo plurium nominum & multocula, effecta es Seraphim incomprehensæ visionis, quæ inventa es velamentum quoddam intellectuale corporis universalis.* scil: Ecclesiæ: En iterum vel ex uno verbo Doctoris, *dum velamentum intellectuale* Ecclesiæ, Mariam appellat, prodit nova laudis eiusdem scaturigo, quæ etiam in sacrum Scapularianæ vestis Theristrum, seu velamen, non inconcinnè derivari videtur: dum etenim SS. Virgo *intellectuale vestimentum* dicitur; ingenium quoddam singulare & industria specialis, eidem a S. Doctore adstruitur: quâ fit, ut pro modico habens, quòd submnistratâ carnis materiâ Filio Dei, illâq; in Cruce extensâ, totius humani generis contexerit nuditatem; etiam præterea, novis & novis in dies artibus, singulorum nunc quoque satagit celare enormitates: inter quas MARIÆ industrias

Pſal:

Terra maledicta, prodit peccata.

MARIA Terra benedicta, operiens peccata.

Richar:

Iſai:

Cyrill: Hugo. Hieron: Damia:

MARIA velamen Dei, ne videat peccata noſtra ad puniendũ.

Epiph:

MARIA, velamentum totius Eccleſiæ ratione SS. Scapularis.

MARIÆ induſtriæ variæ, in

tegendis enormitatibus noſtris.

duſtrias, ſingulariter eminet S. Scapularianæ veſtis Privilegium: hoc etenim velamine obtectus, etiam Homo peccator, donec pœniteat, tantò magis, ſi iam pœnitere incipit, iras vindicis Dei evitat: imò Marianæ interceſſionis præſidio, contra inſultus tentationum, & acriora pericula inferni, ipſius Dei, potenti præmunitur auxilio, adeo; ut ſub ipſius Dei Scapulis, quilibet Confratrum, ſactum Scapulare indutus, commorari cenſeatur: quod ipſum vel ex verbis illis Davidicis rimari licet, dum Pſal: 90. dixit: *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis.* Cur potiùs Scapulis ſuis (quærit Illuſtriſſ: Zerda in Judith: c. 3. ſect: 4. n. 28.) quàm manu obtegere, & defendere fideles dicitur Deus? meditatur ergo ille, innui per id, nonniſi aſſeclas ſuos à Deo penitus obumbrari, idemq; eſſe poſt eius Scapulas ire, obſervareq; tergum, ac a Scapulis eiuſdem operiri, ne volitans ſagitta pectus impetat: qui enim poſt latas hominis Scapulas graditur, a procero robuſtoq; procedentis corpore obumbratur & tegitur. Veſtram hic Dilectiſſimi Fratres Scapulariani intelligite felicitatem, quibus Scapulæ Dei & Virginis, quodammodo obumbrant: ſic etenim vobis ex Sacro Scapulari promicat ſecuritas & tutamen, atq; ſalutis quædam ab umbra veſtimenti Cœleſtis, certitudo. Quare Chaldæa, nominatum Textum ſic legit. *Umbrâ Divinitatis obumbrabit tibi, & ſub umbra gloriæ eius ſecurus conſiſtes.*

Pſal-

Scapulare, a Scapulis Dei dictum, quibus ille obũbrat Confratres.

Probatur Figuraliter.

794. Niſi ſcirem ſub concha latere margaritas: moreſq; Patriarcharum, dum nonnihil maculoſi apparent, ſydera arcanaq; parturire: ac veluti ex capite venenoſi Draconis pretioſus eruitur lapis, venenorum præſtantiſſimum Antydotum; ſic ex eiſdem, ſacratiora prodire myſteria, & ſalutares doctrinas; nunquam auderem, ab illis præſertim fœminis, quarum non omninò laudantur in Scriptura, opera, emendicare aſſimilationes, & trahere allegoriam. Duæ quidem, ex ſtudio & ingenio, celebriores cæteris, occurrunt fœminæ, ut MARIÆ exornent Panegyrim, & arcana, veſtis explicent Scapularianæ. Prima ingerit ſe cum THERISTRO,

A ex inceſtu quidem damnabilis Thamar, ſed laudabilis tandem in Evangelio, ob partum Regium, Chriſti Genealogiæ adnumerata, Mat: 1. *Iudas autem genuit Phares & Zaram, ex Thamar.* Matt:

Hæc itaq, (ut legitur Gen: 38.) dum viduata viro, enixè deſideraret dilectæ Deo familiæ Jacob, per Filios propagationem, adeoq; expeteret ſocietatem Principis domûs, nimirum Judæ Patriarchæ; aſtu fœmineo, ex parte quidem culpabili, fraudem injuſtam Judæ eludens, THERISTRI ſub velamento contecta, exoptatis potita eſſe legitur deſideriis. Gen:

Depoſitis viduitatis veſtibus, aſ-

B *ſumpſit THERISTRUM, & mutato habitu ſedit in bivio itineris, quod ducit Thamnam, eo, quòd creviſſet Sela, & non eum accepiſſet maritum: quam cum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem: operuerat enim vultum ſuum, ne agnoſceretur, ingredienſq; ad eam &c:* Nominatiſſimus inter alios ingenioſos Allegoriarum Scripturæ adinventores, Petrus Bercorius Dictionar: Moral: T. 3. verb: *Mutatio,* a Thamare alludens ad peccatricem animam, a Juda Patriarcha ad Chriſtum, colligit hinc pulchrum & ſpecialem modum converſionis a peccato: dum ſic ait. *Procertò, ſi ſocietatem Iudæ Patriarchæ, id eſt Chriſti, volumus habere;* C *neceſſe eſt, quòd veſtes viduitatis, id eſt peccata, quæ animam viduam fecerant, ante omnia dimittamus per contritionem: quòd autem ſedeamus in bivio conſcientiæ noſtræ, per ipſius examinationẽ: & inſuper mutemus habitum, id eſt veterem & inhoneſtam converſationem: & quòd ulterius ſumamus* THERISTRUM, *(quod erat genus nobilis veſtimenti) id eſt, quòd acquiramus virtutum & meritorum ornamentum, ac perfectionem.* Sanum & ſalubre audio conſilium ac remedium: cæterùm, ſiquidem virtutũ ac perfectionis exercitium, longioris temporis expetit moras; Theriſtri huius negotium, neceſſarium quidem, D ſed operoſum eſſe exiſtimo, præſertim Thamari illi, ſcl: peccatrici animæ, in qua debilis tantummodo de commiſſis affulget pœnitudo: quid ergo aget miſera hæc vidua, ut faciliùs ſocietur per gratiam, Judæ, nimirum Chriſto? Si proprii Theriſtri velamine, ſc. virtutum ornatu, tam citò utendi non adeſt illi facultas; ergo ab aliis, nobilis veſtimenti mutet, & mendicet ornamenta, nimirum a MARIA, Textrice nobiliſſima,

Anima peccatrix vidua: quid capiat conſilii.

MARIA Textrix nobiliſſima.

bilissima, quæ partim immensorum meritorum suorum virtute; partim precum singulari efficaciâ, S. Scapularis contexuit vestimentum, ut ij, qui hoc Cœlesti operimento contecti, pœnitentiæ remedia quærunt, citiùs Christo socientur: atq; sic, dimanante a sacra hac veste, virtute ac privilegio, singularibus ad pœnitendum verè, Dei auxiliis adjuti, & perfectè contriti, nedum peccatorum suorum coopertionem; sed etiam plenam eorundem abolitionem assequantur. In quo plurimùm excellit admiranda ars, ingenium, ac prudentia Beatissimæ, quam ideo Barthol: de Pisis l. de Laud: V. Fructu 2. *Michol, ex prudentia*, appellavit: quæ etsi posterior habeatur Thamare in Scriptura; in typo tamen MARIÆ, secunda esse non vult: utpotè Filia Regis, uxorq; Davidis, nobiliori schemate, Scapularianæ vestis privilegia, & figuratiùs quàm prim-, explicat, quando virum suum, ut eum saluasset a gladio hostili Saulis & ira, in statua sub stragulorum operimenta servavit: de quo sic Scrip: 1. Reg: 19. *Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum & pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis.* Pro statua legunt Septuaginta: *Iecur* ut exponit Josephus l. 6. antiq: c. 14. sic dum ait: *Parato lecto, tanquam ægrotanti, stragulis, jecur capræ recens exemptum, subjecit, diluculoq; venientibus, quos Pater ad Davidem miserat, ostendit lectum opertum, & quòd palpitatione jecoris stragula moveri viderent; maritum eius ægrum anhelare persuasit.* Similia leguntur & ex Tertuliano ap: Arcones in Isaiæ c. 2. v. 22. d. 2. Quæ omnia, si de MARIA, & de peccatore fugiente iram vindicis Dei exponas; egregiè privilegia sacri straguli, seu operimenti Scapulariani in hoc legeas: dum etenim Confratres suos pientissima, simulq; prudentissima Michol, Maria advertit, peccatorum enormitate quandoq; in statuas obrigescere, & vix aliquibus, aut nullis piis ad pœnitendum moveri motibus; Capræ, vel potiùs Agni immaculatissimi, Filii sui jecur sub stragulis ponit: id est, ex vi meritorum Passionis ipsius, efficaciores confratribus impetrat gratias: ut spiritibus Cœlestibus animati, sub stragulo sacri Scapularis, non inanimatæ videantur statuæ: atq; sic efficit, ut Maria præsidio & consilio, iras Dei punientis euadant, sub Theristri huius Scapulariani privilegio.

Scapulâ-rianiFra-tres, in tentatio-nibus sin-gulariter protegũ-tur.

MARIÆ typus Mi-chol, ope-riens Da-vid.

Reg:

Joseph:

Jecur ca-præ, sub stragulis posuit Davidẽ.

Scapula-rianæ ve-stis sub præsidio, iram Dei vadunt peccato-res.

Probatur Doctoraliter.

Breviter quidem, sed universaliùs, & sub diversis similitudinum allegoriis adornant hunc titulum Beatissimæ, SS. Patres, quando THERISTRUM hoc nuditatis peccatorum, Ecclesiæ, & eiusdem singulare patrocinium, partim sub nomine Opertorii, partim sub nomine vestis, aut tegumenti explicant ac deprædicant. Sententiosè S. Germa: Constant: orat: 2. in Præsent: B. V. ait: *MARIA, est operimentum nuditatis nostra.* Et iterum idem ser: de Nativ: V. *MARIA, est velamentum secundum, sanctorum: in qua mundi propitiatorium, & obumbratio, ipsis Cherubim excellentior.* S. Joan: Damasc: in Paraclet. B. V. & in Octæc: Græc: *MARIA, tegumentum nostrum. Tegumentum ad eam recurrentium. Tegumentum animarum nostrarum.* Leo Imper: orat: de Assumpt: B. V. *Maria tegumentum, totum mundum continens, & conservans.* Deinde Rich: Laur: alludendo ad Rahab, quæ exploratores terræ, paleis lini contegens, incolumes servavit, sic ait: l. 12. de Laud: B. V. *MARIA, Rachab Ierichontina: sicut enim sua Mater abscondit Filium suum sub Pallio, quando Pater vult verberare: sic MARIA,* refugientes ad se, & Christi justitiam formidantes.

795.

Germ:

Damasc:

Leo.

Richar:

Probatur Symbolicè.

Author Stellarii Mariæ ex ordine Carmel: Discal: Polonus, Stella 21. ingeniosè volens exprimere Beatiss: Vir: in contegenda nuditate peccatorum industriam, depinxit fœminam poma colligentem, & componentem in canistro ad divendendum, quæ in fundo canistri illius, viliora, in propatulo verò pulchra & grandiora collocabat: & hoc ideo, ut vilia pulchris contegerentur, aliàs nihil æstimanda, Epigraphe adjiciens: *Ut pulchris fœda tegantur* & tandem sic inquit. Hoc ipsum quadrat Deiparæ: cùm etenim illa animam peccatoris offert Deo, eius abscondit fœditatem, pulchris intercessionibus ipsum obtegendo. Libenter quidem DEUS poma sumit: unde Sponsa Cant: 5. *Veniat Dilectus meus, & comedat fructus pomorum suorum.* & iterum Cant: 7.

796.

MARIÆ Sacer a-stus, in contegẽ-dis pec-catis no-stris.

Cant:

Omnia

Omnia poma nova & vetera, Dilecte mi, ſeruavi Tibi. Quæ ſunt iſta poma? homines ipſi. Verum dixi: nam mors, uncinus pomorum, id eſt hominum appellatur, juxta illud Prophetæ: *Vncinum pomorum ego video.* Poma igitur ſunt homines: ſed heu turpia plerumq; & æruginoſa ac putrida! nam quis ſine putredine peccati invenitur? ac proinde nec digna ſunt, ut a pulcherrimo Deo acceptentur. Sed mactè animo: Virginem invenio ſapientem; O verè Sapientem! incarnatam enim ſapientiam progenuit. Hæc inventioſa Virgo modum adinvenit, fæditatem pomorum obtegendi; vel enim illa condecorat ſuis interceſſionibus ſpecioſis, vel pomis Paradiſi, ſcil: Cœleſtis gratiæ impetratæ à Deo admiſcet, inter quas, ſingulare quid cenſeri debent gratiæ ac Privilegia S. Scapularis: huic enim confraternitati inſcripti Sodales etiam perditiſſimi etſi eſſēt quaſi æruginoſa poma, tamdiu latitant, & ſacri huius Theriſtri conteguntur beneficio; donec gratiis Cœleſtibus, ad preces MARIÆ conceſſis adjuti, à putri peccatorum liberenter, ac tandem per pia Confraternitatis exercitia, & aliarum virtutum actus, novam ſpeciem odoris & ſaporis reaſſumant, atque in poma Dilecto gratioſiſſima, transformentur. Quod ipſum iam ſuperioribus diſcurſibus Tit: *Cuſtodia* n. 121. Item *Fontes Carmeli* n. 222. Item *Pigmentaria* n. 569. patuit in plurimis peccatoribus, ope Scapularianæ devotionis a barathro criminum vindicatis, quò remitto Lectorem.

Probatur Hiſtoricè.

797. Ex penu Hiſtorico lucem aliquam dabit nobili huic THERISTRO, (quod in ſacra Scapulariana contemplamur veſte,) admiranda illa veſtis, quam habuiſſe refertur nonnulla Regina: quæ veſtis, amuleti cuiuſpiam contra animi motus, & triſtitiam, vim præſetuliſſe ſcribitur. Auctor eſt Ælian: l. 12. c. 1. mortuo Theridate, quodam Eunucho, (quem liberalis forma, Regi Perſarum, Artaxerxi, ſpecialiter commendârat,) tanto Regem mœrore atq; triſtitiâ, eius mortem defleuiſſe; ut nulli par ſolatio eſſe videretur: tandem verò ne totus contabeſceret, rogaſſe Uxorem ſuam Aſpaſiam, ut quoties Regem inviſeret; amiculo illo ſeu Pallio Theridatis ſuperveſtita intraret: quo fiebat, ut dolori medicina daretur, & ſolatium languenti propter amici abſentiam, adferret, quidquid vellet, a Rege obtentura. Non multùm abeſt, imò longè miraculoſius cenſendum, quod Lyræus de Paſſ. l. 6. c. 3. narrat ex aliis, de tunica inconſutili Salvatoris, quam Pilatus pretio còémerat a milite illo, cui obuenerat ſorte: dum etenim ob injuſtam Chriſti cædem Romam ad Tiberium citaretur mulctandus; tunicam illam ſubinduit. & ita ſe ſtitit Cæſari: ingredienti itaq; conclaue Imperatoris Pilato, aſſurrexit Tiberius, & omni furore, quem ante conceperat, depoſito, humaniter eum recepit, remiſitq; non ſine honore. Mox ubi abierat, ſceleris atrocitate Cæſaris animum occupante, vulnus ante inflictum recruduit, ut Pilatum iterum revocaret, ſed rurſus ad conſpectum illius, ira animo excidit, nec minùs benevolè quàm ante, eum tractavit: id multoties factum: tandem ſecretum proditur, tunicæ illius beneficio id contingere, quâ ultimatè exutus Pilatus, dum ad Tribunal Cæſaris comparet; iam animi motu concitatior apparuit Imperator, & exilii ſententiam in eum pronunciavit. Vulgaris iam inter Authores habetur opinio, veſtem illam inconſutilem Chriſti, manibus Matris ipſius Beatiſſimæ, fuiſſe contextam, adeoq; nedum ex attactu ſacratiſſimæ carnis Chriſti; ſed etiam ex Virgineis Deipa: manib9 ſãctitatẽ quãdã cõtraxiſſe. Superſticioſum illum Reginæ Aſpaſiæ amiculum, non adeo apprehendo; ſed ad inconſutilem Salvatoris veſtem, non ſtupere nequeo, ubi etiam beneficium ex manibus Mariæ derivatum adverto, cuius vi, ac virtute, ſceleſtiſſimi Chriſticidæ Pilati, ne mulctaretur, obtegebantur crimina: Veſtram in hac veſte Chriſti, S. Scapulariani Sodales legite felicitatem; quam ex ſacri amiculi, ſeu THERISTRI Scapulariani, in dies participatis. O quoties contra fæditatem vitæ veſtræ, & nuditatem virtutum, Judex Cœleſtis iras minatur, vindictam præfefert, ut puniat, fulmina parat, ut plagis feriat; ſacro tamen ſi contectos advertat Scapularis velamento; Matris ſuæ dilectiſſimæ, (à cuius quoq; offerentis illud ſervo ſuo Simo-

Ælian:

Veſtis Theridatis, amuletum

triſtitia Regis Artaxerxis.

Veſtis inconſutilis Chriſti, texta manibus Mariæ, ſaluat a periculo Pilatum.

suo Simoni Angelo, manibus, sacratius evasit eiusdem interuentu, quasi fæditatem ille non videat, interdum indulget moras, donec pœniteatis.

Epilogus.

798. EAndem quoque, quam olim de novò creata terra experta est, adgratulari licet tibi pie Scapulariane Sodalis felicitatem. Apparebat illa inanis & vacua, Gen: 1. sed inassequibili consilio Conditoris factum, quod duplici THERISTRO quasi, & velamine, nuditas eius contegeretur, (nè adhuc incultæ turpitudo appareret) tenebris scl: & aquâ. *Tenebræ erant super faciem abyssi, & Spiritus Domini ferebatur super aquas.* Tenebras quidem in se MARIA ignorat; tenebrarum tamen beneficium quodammodo præstare hominibus videtur, ut cui Spiritus S. obumbravit, ut conciperet Filium Dei; eadem obumbret peccatoribus, ne irati Dei oculos provocent ad vindictam. Aquam etiam, Rich: Laur: l. 9. de laudibus Virg: nominavit Mariam. Felicem itaque vestram sortem, Scapulariani Sodales, est, quòd gratuler, quibus in duplici Scapularis pecia, MARIA obumbrat, & contegit vilitatem quandoq; vestram. Sub huius ergo Sacratissimi THERISTRI præsidio, ita agite salutem vestram; (ut quos MARIÆ opitulatio ad tempus protegit peccatores, & quorum coram Judice culpas excusat, eorum quoq; nuditatem quasi non advertat) ut tandem perfectam vitiorum abolitionem per pœnitentiam assequti, ac nuptialibus omnigenarum virtutum vestimentis induti, Cœlestis Judæ, nimirum Christi, societatem æternam, sub istius salutaris THERISTRI beneficio, adipisci valeatis. AMEN.

Gen: *Terra inculta adhuc, duplex providit Creator opertorium.*

Maria obumbrat peccatoribus. Rich:

TINCTVRA præstantissima.

Pro Festo Immacul: Concept: B. V. M.

SS. DEIPARA.

De qua natus est IESVS. Matt: 1.

799. ET cur quæso, cùm una fæmina primò generanda paratur, tot generationum proponitur Liber, tot pretiosæ Purpuratorum micant Tincturæ, quot Reges recensentur, & Duces, imò Rex ipse Regum, Princepsq; Principum illicò appingitur nondum genitæ Matri. *De qua natus est IESUS.* A. A. Si scire desideras causam, noveris velim, non vulgaris Filii, Vulgarem esse non decuisse Matrem, & Regis Regum Genitricem iam murice Regio Tinctam purpurascere oportuisse. Ait etenim S. Tho: Villa: de Nativit: Virg: *Nobilissima igitur fuit Virgo MARIA secundum Progeniem, & Illustrissima, qualem decebat esse Matrem Dei futuram: neq; enim rusticam esse decebat & Vulgarem, ne aliqua obscuritatis, & ignobilitatis nota redundaret in Filium.* imò S. Andreas Cretens: hodiernæ festivitatis in sermone, ingeniosè id ipsum videtur obsevasse, dũ conceptam Virginem dixit, *Muricem, quo arcana VERBI incarnationis lana infecta seu tincta est.* Ex quo colligere liquet, singulari quadam TINCTURA, id est dono gratiarum, in conceptione sua Beatissimam resplenduisse. Ita sanè est: Adscititium quodammodo a Regum Principumq; Progenitorum eius decus, quo Regio, Virgo tingitur, sanguine, suum quidem, sed minùs principale meretur pretium & æstimationem: aliud etenim habetur, quod priori longè excelluit, nimirum TINCTURA illa purpurea, quam Beatissima MARIA, in primo Conceptionis suæ puncto, sibi concreatam, ex ipso conchylii latice accepit & hausit: originalem intelligo sanctitatem & gratiam,

Christi Matrem oportebat esse non vulgarem sed illustrissimã. Th: Vil: Andr: Creten:

MARIA Murex Purpureus.

am, in qua concipitur immaculata, præseruata singulariter a DEO, ex prævisis meritis Passionis Filii sui: quo Privilegio cæteris creaturis est nobilior, nam in illa gratia statim confirmata apparuit, tanquam TINCTURA præstantissima & Regalis. Unde Eam appellare non est veritus Petrus Cellensis, *Purpuram conchylii sanguine tinctam.* Huius ergo Præstantissimæ Regiæ Tincturæ, nimirum, originalis justitiæ, qua donata fuit B. V. MARIA in sui Conceptione, encomia deprædicaturus, cùm, aliunde assumptis rationibus iam alibi collaudaverim; nunc ex solius conchylii, scl: Filii ipsius circumstantia comprobabo: explicando nimirum, quomodo Immaculata eius Conceptio, originariè a meritis Passionis Filii processit ita, vt sine ullius peccati mixtura, in ortu suo, omni puritate donata, apparuerit: priùs tamen perpendam & pensitabo: quantùm iuvet vel noceat bona vel mala primæ ætatis morum TINCTURA, ut ita ab oppositio res meliùs eluceſcat; interim Salutemus MARIAM.

Petr: Cellen: *MARIA Purpura, conchylii, Christi scl: sanguine tincta.*

O Prænobilis TINCTURA!
Tincta Filii purpurâ,
Peccati nescis Mixturam:
Te condidit Deus puram.

PARS I.

Tinctura prima animæ, fortis est adhærentiæ.

800. PLusquam vulgare, nec mirum, quia veridicum, habetur illud: *Quod nova testa capit, inveterata sapit:* cuius sub similitudinis umbra, denotare voluit antiquitas, quantùm iuvet vel noceat, in juventute prima, quæ veluti mollis lana est, bonorum vel improborum morum imbui tincturâ. Nescio enim quid habet illa ætas tenacitatis indomabilis: tardè & vix, quos colores accepit, deponit, atq; visa ad tempus obliuiſci antiqua, revertitur facillimè ad adsueta, quâvis datâ occasione. Tanti interest, rudes annos illos, siue in bonum, siue in malum flexisse. Quam cùm molliori lanæ indideris tincturam, seu formam, rarò delebunt futura tempora: confopire poterunt aliquantulum; extingvere penitùs, paucis concessum. Non est, quod Astrologos consulamus, de bono vel malo pueri vitæ, & morum progressu: noli astris hærere: Tincturam primam juventutis inspice, & recè divinaberis. Splendescet ille proborum morum ornamentis, si rudem illius recentemq; juventam conchylio intingi vides pietatis: & è contra, panno menstruatæ fædior apparebit, si cuius primitias ætatis, nugis, ignaviâq; infici conspicis.

Ætas prima, quomodo excolenda.

Divinandum de senecta, ex prima ætate.

Probatur Scripturaliter.

Quantùm attinet ad primum, scil: ad TINCTURAM gratiæ & virtutis, (cui tenella ætas teneriùs adaptatur, & statim Cœlestium harum vnctionum species in ipsa emicant,)in illa adultioris ætatis & senectæ purpuram & ornamenta virtutum, ac gratiæ denotari, id vel ex Angelo didicerat Zacharias Luc: 1. cum de puero prænunciasset, fore ut Judæorum corda emolliret. Quod, ut sciremus, viri facinus ex Indole proventurum vagientis, priùs illum expiandum in utero; tum deinde in Jordane, eum asserit expiaturum plebem Israelis. *Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero Matris suæ, & multos Filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum.* Pendebat enimvero ingens illud decoramentum Præcursoris, à primo colore ætatis, & ideo pelliceum clamantis etiam in Aula, nedum in deserto, ad purpuram non erubuit Herodis Regis, dum se adhuc inter secũdinas, & ventrem Maternum, in sanguinibus exercebat ad pugnam intrepidus Athleta: *Exultauit Infans in utero eius.* Ita utiq; Autumnalis vindemiæ copia pendet ex germine floreq; vernantis primò palmitis. Reprehendit propterea Christus discipulos non immeritò, a quibus arcebantur pueri, nè Magistro propiùs accederent, ex manu benedicentis illis, Tincturam gratiæ accepturi, Matt: 19. *Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim Regnum Cœlorum.* Quod ipsum mysterioſè edocuisse legitur, iam iam abiturus ad Patrem Redemptor, dum Petro, Apostolicæ Coronæ apici, significare placuit, quâ morte clarificaturus eum esset: & benignè quidem, ac per-

801.

Luc:

Ioannis juventa ad pietatẽ exercita.

Christus, cur parvulos adamabat?

Matt:

amanter,

amanter: indigebat nimirum tantâ consolatione Simon, quæ non tam necessaria fuit commilitonibus: negaverat nempe Magistrum fædâ admodum levitate, scil: ad puellæ contremefactus vocem, vixq; poterant conscientiæ territamenta ad tam insigne delictum aliter satis leniri, nisi conceptâ beatæ in Domino mortis certâ fiduciâ. Sed percipiamus interemptionis formam.

Joan: Joan: 21. *Amen, Amen dico tibi, cùm esses junior, cingebas te, & ambulabas, ubi volebas: cùm autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quo tu non vis.* Et quidem Cruce moriendum Petro insinuabat Christus; quæ com-

Chryso: munis est expositio: sed Chrysostomi Cõmentarius aliquam facessit remoram Hom: 87. in Joan: cum ait: *Cur superioris vitæ meminit? sed cùm advenerit senectus, tum fortior eris atq; præstantior.* Maldonatus de hoc clarissimè. *Solent juvenes fortiores esse etiam animo, quàm senes: significat autem Christus fore, ut è contrario Petrus fortior sit, cùm senuerit, quàm cùm erat juvenis.* Verùm obsecro, quæ huius explanationis commodatio cum Evangelii dictione? nam oppositum omninò, Christi sermo indicare videtur, fuisse videlicet Simonem in juventute robustum, in seris annis debilem atq; infirmum: quippe dum vigeret prima ætas; nullius egens adminiculis, ipse iter capessurus cingebat se, fluxamq; vestem colligebat; senior autem & tantùm non decrepitus præter Scipionem, etiam ministrorum implorabat opem, qui, ne caderet, sustinerent. Sic igitur conciliari posse ista putat Paulus Scherlog: in Cant: Antilog: V. n. 40. Cingendi quidem vocabulo, præstat intelligamus adumbrari mortificationem: docet enim id Gregor: Hom. 13. in Evang: idq; vulgariter recipiunt omnes: verùm laboriosior est illa pœna, quæ ab extrinseco venit: nam & unusquisq; non ita operosè suo quidem marte, proprioq; quasi instinctu apud se nato, aut jejunabit, aut cilicio, flagellatione, aliâue formâ corpus in servitium rediget, quæ, si reluctantem peragere cogat externa vis; ingemiscet & dolebit supra modum: itaq; concinnè indicat Saluator, Valentiorem fore in Petro, extremi curriculi mortificationem, quàm fuerit primæ ætatis, quod scil: juvenis,

Grego:

A ipse sibi violentiam inferret, senex ab alio dura faciliùs pateretur: *cum autem senueris, alius te cinget & ducet quò tu non vis.*. Non illepida hæc sunt, iam ad nostri propositi institutum. Puto ergo ostendere voluisse CHRISTUM, quàm ob rem senescentis Apostoli mortificatio, robustior euasisset: nimirum, quòd adolescens etiam passionibus domandis invigilasset: veluti diceret, quoniam tu cum junior esses, cingebas te, exorsus ab adolescentia mortificationis studia; hoc inde consequeris, ut cum grandævus fueris, mortificationis summum fastigium attingas: itaq; crescet in dies vigor mentis, & longè excellentior quidem apparebit senectutis virtus, sed ideo hæc excellens virtus, & valida, quòd initia hauserit a viridi ævo: scilicet, etiam cùm esses junior, cingebas te & crucifigebas carnem tuam cum concupiscentiis; inde ad extremam periodum transfusum est robur. Hìc igitur est planiùs expositum, quòd mysteriosa Chrysostomi subinnuebat oratio. *Sed cùm advenerit senectus, tum fortior eris atq; præstantior.* Adeo igitur Analogizat in virtute juventus cum senecta. Eandem credideris indolem esse vitiorum, ut quæ in infantia fata sunt flagitia, eadem oporteat in viro & sene damnare, adeo; ut miraculo suppar sit, vel illo emineat; si senectus aliter tincta appareat, quàm erat juventus.

Juventus bene disciplinata, senectam reddit morigeratam.

B

C

Probatur Figuraliter.

Demus per ista, lucem Apostolo ad Hebræos scribenti, c. 11. qui postquam recensuisset prodigia capitalia, quæ Deus à condito Orbe ad superatam Jericho, per veteres Patriarchas operatus fuisset; tandem ad longum cathalogum subdidit: *Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace: & quid adhuc dicamus?* Ergo quæ post Rahab servatam patrata sunt ostenta, Paulus relatione indigna arbitratur: Quorsum id, *Quid adhuc dicamus?* quasi quidem eius miraculi, per quod Rahab salutem consecuta est, comparatione, subsequuta reliqua stuporem non mereantur: aut potiùs significauerit, hoc circa Jerichontinam meretricem commissum, miracula vetera universa, quæ præcesserunt, superasse. *Quid adhuc dicamus?* quasi asserat,

802. Hebræ:

D

commemoratô miraculô factô cum Rahab, (quo seruata est, ne periret, Dei vindice irâ depopulante,) supervacaneum esse, alia narasse miranda: hoc enim adeo illustre facinus est; ut se solo sufficiens sit Omnipotentiam commendare. Sanè referebam ego (ait quasi Paulus) quid Abrahæ accidisset? quid Filio ipsius Isaaco? quid nepotibus Jacob, & eius seminibus? sed verebar non satìs ostentam per hæc numinis Potentiam: quare ulteriùs progressus sum & edocui, quid Moyses, quid Josue perpetrassent: tandem veni ad Jerichontinæ stabulariæ salutem: hic sistere volui libens & inquiens, *Quid adhuc dicam?* Nam tam grande est hoc solum portentum; ut eô narratô, non sit aliud necesse de summa Potentia & virtute sciviſſe. Tacent universa miracula & præterita, & subsequuta, si cum hoc conferantur. Verùm quid tam exquisitum in hoc prodigio, ut cætera miracula, rari & insoliti nihil habere videantur? Respondet aliquis, meretricem fuisse luxuriæ deditam veneris mancipium: porrò iam difficile esse, ut de hac sentina quisquam emergat, salutemq; assequatur, ut nihil existimauerit Paulus, quô virtus omnipotentiæ clareret illustriùs, quàm ex huius narratione facti. Benè ista: sed habeo, quod interrogem: annon adolescens ille bonorum Paternorum consumptor, cùm prostitutis mulieribus gazam perdidit, quandoquidem dissipasse substantiam luxuriosè vivendo dicatur? At hic salutem consecutus est, rursusq; in Patris gratiam admissus: cur itaq; Evangelista ad huius conversionem non exclamat, nec stupescit, tanquam ad rem omnibus modis insuetam; quemadmodum Paulus, recensens Cauponariæ Hierichontinæ ad Judaismum transitum, & in eo perseverantiam, singulari stupore afficitur? sanè adolescens iste, optimam sortitus educationem in domo Parentis (erat enim illi Pater, recti imprimis amans) & ipse ex virtutis præscripto primam ætatem consumpserat: valedixit postea justitiæ, & sobrietati, in longinquam profectus regionem, factus sceleratissimus, ille quondam optimus. At quamvis vitiorum cæno, & imprimis meretriciis amoribus se altè immersérat; sed quoniam in pueritia, & juvenili ætate, pectori adhæserat virtus & consuetudo rectè agendi; non fuit adeo difficile illi ad priora iterum remeare. Inde est, quòd & Christus Dominus, narratâ ipsius adolescentis pœnitentiâ, nequaquam admirabundus exclamavit, quemadmodum aliàs nonnunquam fecit: non enim mirandum erat, reverti ad primos mores, quos in primæua didicerat ætate: imò mirabile foret, si ad hos non rediisset iterum. Mulier autem illa, quæ exploratores admisit, à primis annis sub Veneris merùit vexillo, mollia castra sequuta, nunc autem post derelictum turpem quæstum, rursus ad antiqua, & quibus junior assuefacta fuit, non rediisse, sed castâ mansisse usq; in finem, non tantùm prodigii instar est; sed miraculorum maximum: idcirco Paulus hoc imprimis ostento, Omnipotentiam Divinam æstimavit. In quo fauet Theodoret: c. 11. Hebr: *Est autem jure admiranda Apostolica sapientia, vel potiùs laudanda Divini Spiritùs operatio, quòd Moysi, Abraham, & Noe & Henoch, & aliis, alienam & meretricem conjunxerit, ut & fidei ostenderet potentiam, & Judæorum deprimeret supercilium: sexcenta enim eorum millia propter infidelitatem consumpta sunt in deserto; hæc autem, quæ ab Abrahæ cognatione procul aberat, & à lege aliena impudicè maguam vitæ partem transegerat, per fidem salutem est consecuta.* Miratum itaq; Paulum in hac fœmina putat Theodoretus, quòd cùm priores vitæ annos in impudicitiis triviſſet; per fidem sit consequuta salutem, in qua & perseueravit, Judæis labentibus in Idololatriam, vincente illos muliere & Ethnicâ & fornicariâ. Hæc autem ideo commemorata a Gentium præceptore, ut fidei ostenderet potentiam: non enim aliud Divinæ & infinitæ virtutis excelsius argumentum existimavit; quàm feciſſe, ne fœmina assueta ab adolescentia de corpore quæstum facere, quas postquam artes semel reliquit, ad easdem iteratò non reverteretur. Adeo tenax est mali in juventute tinctura; ut ni miraculum singulare interveniat Dei, elui in senecta non possit. Callebat sanè vir Dei Jobtes hanc Philosophiam, dum dixit Job. 20. *Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius, & cum eo in pulvere dormient.* Non modo antecedentem pueritiam adolescentia mox se-

Luxuriæ liberari ab habitu magnum prodigiū.

Iuventæ recta institutio, etiam sceleratis quandoq; prodest ad resipiscendum.

Perseverare, assuetum libidini, in proposito castitatis, specimen insigne virtutis.

Theod:

Job:

Iuventutis vitiá, commoriuntur plerumq; homini.

mox sequens non corriget; sed collactaneam pubertatis nequitiam senectus nutriet, ut uno conditorio excipienda sit. Binos ergo in tuo funere sterni loculos imperato, tibi alterum alterum perfidiæ collactaneæ, cum qua, ius sepulchri habebis.

Probatur Historicè.

803. Oliva.

Breviter, sed argutè aliqua exempla ex sacra Historia collegit P. Oliva l. 1. Stromat: ostendens, quàm firmæ adhærentiæ sit virtuosa Tinctura tyrocinii ætatis, ut non facilè, etiam in periculis euanescat: inquit etenim: *Ubi adoleuit cum Diuinitate infantia, humanitati juventus non succumbet. Miraris impollutam Iosephi pudicitiam in Ægypto, minis, blanditiisq; Dominæ non emollitam? accusavit puer petulantiam fratrum, oditq; in filiis ancillarum scelus pessimum, ergo stipata liliis pueritia, risit adulta carbones, sulphuraq; intemperantiæ. Goliam David elisit in acie, sed prafocárat ursum in pascuis, Pastor puer. Casta Iudith in Holofernis conopeo; sed casta antè domi fuit, à viro aliena post sui viri decessum, qua enim juventutem dicaverat pudori; fædari grandior, nec a victore, potuit, & valuit e castris castior regredi cum manubtis hostium in Bethuliam. Nemo Samuelì grandæuo, aut rapinam objicere potuit, aut injuriam; sed puer ante, coram Heli ministrauerat Domino. Nunquam Iacob, fratris sui Esau inquinatissimis moribus acquievit, Bellum enim ei vel in utero indixit, carpsitq; nasciturum. Vix ullum dabis debellatorem criminum in scripturis, quem non puerum videas triumpho suo præluxisse: contrà: in infantia fata sunt flagitia, quæ in viro, seneuè damnasti.* Huc prospexit oculatissimum illud Areopagitarum Senaculum, qui puerum assuetum studiosiùs Cornicum oculis eruendis advertentes, judicanteq; id perniciosissimæ indolis esse signum, quæ postea multis malo futura esset, si adoleuisset; eundem capitis damnavêre: ne fortè vir factus ruberet in sanguine Civium, cui puero placebat TINCTURA crudelitatis in Cornicibus.

Virtus robusta in pueritia, robustior fit in adultiori ætate: cõprobatur exemplis Iosephi, Davidis Iudithæ.

* * * *
* * *
* *
*

A

PARS II.

SS. DEIPARA

Tinctura præstantissima.

804. *Tinctura laudes, super pretiosos lapides.*

NOn à vili quopiam & abjecto, putaueris quæso, desumptam Allegoriam, dum Imma: Conceptam Virginem, præstantissimæ TINCTURÆ Nomine appellari obaudis: hanc etenim auro, cunctisq; pretiosis lapidibus prætulisse videtur Diuinissimus Jobtes, B cùm Cœlestis sapientiæ indagans inter terrena, aliqua vestigia, (dum cætera recensuisset;) pro supremo, Tincturæ mundissimæ assumpsit comparationem inquiens: *Nec adæquabitur ei topazius de Æthiopia, nec Tinctura mundissimæ componetur.* Hanc autem TINCTURAM in immacula: Concepta Virgine, colorem & primum decus rationalis animæ cogita, nimirum gratiam & sanctitatem eius originalem, quâ præmunita exstitit contra pessimam & communem Filiorum Adæ TINCTURAM labis. Et quoniam Tinctura purpuræ, quæ cæteris præstantior æstimatur, dum tingit, vel tingitur, suos fucos & adulteria admittit (ut notant C naturalistæ) spuria enim est & citò evanida, si ex verme & succo herbarum fiat, & tantummodo solius Conchylii, (quod nobile pisculi genus est) si rubeat de sanguine, ad Solis radios non pallescit, Regumq; destinatur trabeis. Heu originariam Protoplastorum Tincturam gratiæ, quam vermis seu serpens toxico respersit, & succus paradisiacæ arboris infecit labe peccati! Soli Immac: Conceptæ Virgini ex ipsius Conchylii, nimirum CHRISTI, prima, potiorq; cæteris debebatur guttula de sanguinibus ipsius, quæ animam Beatissimæ, sanctitatis præstantissimæ intingeret, coloraretq; Tincturâ, ut ab omni peccati fuco & admixtura, immunis, purpurea, & trabeæ Filii sui, ex præuisis meritis eiusdem, idonea, in primo sui exortu appareret.

Job:

Gratia Dei, Tinctura nobilissima animæ.

Purpurea tinctura ex sanguine pisciculi, sola non pallescit ad Solē.

Christus conchylia.

Probatur Scripturaliter.

805. Sed quoniam, quidquid gratiarum & sanctitatis in MARIA colitur, totũ

D nedum

nedum ex meritis pendet Humanitatis Christi; sed etiam, & quidem principaliter originatur ab Hypostasi Verbi, cùm Deus sit conditor primus gratiæ & sanctitatis: ideo primùm incumbit, excellentiam gratiæ & sanctitatis, quam accepit in Conceptione sua B. V. MARIA, venari ex Divinitate Filii. Quod ingeniosè satìs attentavit & evicit Doctissimus Præsul Almarien: Jos: Zerda Acad: 2. sect: 5. n. 37. comparans Seraphicum illud apud Isaiam Trisagium, cum Trisagio MARIÆ, quod ei accinit Gabriel in salutatione, ter eam allocutus. Miraberis fortè, cùm Seraphim Trisagium illud, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Is: 6. indefesso concrepent concentu, nec ab una quiescant cantilena? Sed mirari desine: nam iuxta Ambro: d. 3. de spirit: S. omnia elogia sanctitatis, cedunt huic præconio: cætera attributa, quasi lineæ sunt; hæc centrum est, ait ille. *Nihil pretiosius invenimus, quo Deum prædicare possimus, nisi ut Sanctum appellemus. Quodlibet aliud inferius Deo, inferius est Domino.* Huius ergo Dialogismi, quod auscultavit Propheta, intelligamus arcana nonnulla, nostro proposito peropportuna: sciendum itaq; est, qualisne, ex tribus, Persona, Prophetæ mentem in tam gloriosum arripuerit spectaculum. *Vidi Dominum sedentem.* Non desunt Patres, qui Patrem æternum fuisse affirment. Consule de hoc Damasc: in Epist: de Trisag. Basil: ser: 4 cont: Eunom: sed adest pro Filio in Divinitate, imò pro Filio Virginis, nempe Christo, Joannes Evangelista c. 12. agens de Christo, dum sic fatur. *Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.* Anne? quia post Trisagium, Seraphim addiderunt: *Plena est omnis Terra gloriâ eius.* Vidit quippe Joannes gloriam eius Joan: 1. *Gloriam, quasi Vnigeniti a Patre.* Gloria igitur hæc iam in terris effusa, sedentem super solium Dominum, admonet esse Filium Virginis, in cuius utero ceu in terræ medio salutem operatus, qui Seraphicam edocuit cantilenam, & in Triadis Trisagium instruxit dicentes. Jam te conduco ad MARIAM, ut exploremus, an Tergeminæ Sanctitatis in illa personuit accentus. Certè assuetus Angelus superno Trisagio, cùm nuncius adest ad Virginem, vix triplici verbo fermè transactam salutauit, *Aue gratiâ plena* En semel sanctitas innuitur, nam Gratia, sanctitatis fons est: *Dominus Tecum:* iam iteratò: nam per immensitatem Deus est in creatura, cùm præsertim creatura adest ei per gratiam: similitudo enim & amicitia præstat contubernium. *Inveniſti gratiam,* ecce iam tertiò. Vide Cœlestis Ales, quòd Cœlum deseruisti, nec laudationis tuæ assumptum, TRINITAS est, sed Virgo: anne asueta vox Trisagio, te in Trisagium admovit? Non insscius Gabriel, sed devotus, Sanctitatem Virginis demiratus, ab omni labe mundam contemplans, per Trisagii modos, quos recinere superiùs consueuerat, eius puritatem explicuit. Ternarius numerus eximiam indicat amplitudinem, præclaramq; explicat perfectionem: unde ter *Sanctum,* Hebraicâ phrasi dicitur *Sanctissimum:* ideo ergo sanctissimus dictus æternus Filius, quia sanctitatis coronâ supernè redimitus, dum carne a Virginis utero circumdatus. Sic insolitum sanctitatis Filii Dei descripsit progressum S. Alb: M. in c. 1. Luc, ad illud. *Quod nascetur ex te sanctum. Si igitur, quod nascetur, multas & differentes habet rationes sanctitatis: est enim ut Deus, sanctum essentialiter; ut Homo autem, Sanctum Sanctorum, & ut sumptum de Virgine, sanctissimum.* Singularis processus iste est, dum in tertio summam exaggerat sanctitatem, quæ etiam suo modo derivatur in MARIAM. Si etenim ex sensu plurium non indoctorum, in Trisagio, plenitudo sanctitatis denotatur; ergo cũ similiter Angelus, ternam protulit sanctitatem & gratiam, Trisagii morem desumens, summam gratiam & invariabilem ac intaminatam eidem adstruxit, sanctissimamq; in Conceptione sua, (quod summum gratiæ est) declaravit. Accedit & aliud, quod meditari fas est in novo Trisagio MARIÆ: Ternario numero quandam æternitatem præfignari: quam ob rem in præfixo loco Isaiæ, Trisagium per æternitatis vocem explicuit Chaldæus *Sanctus in sæcula sæculorum:* atq; propterea fortè additum est ab Ecclesia aliquando, Trisagio illi, *Sanctus immortalis.* Ergo Ternarius numerus (ait cit: Zerda n. 39.) ex Trisagio Cœlesti ab

Angelo

Trisagiũ Seraphicum applaudit Immacu: Concept: B. V. M.

Isai:

Ambro:

Damasc:

Basil:

Joann:

Gabriel in Aue, depradicat Imm Conceptionem B. V. M.

Alb: M.

Christus tripliciter Sanctus.

Christus ex Maria sanctissimus.

MARIA ter sancta in sua Conceptione.

Angelo ad Mariam decantatus, dum trifariè ex gratiæ charismatibus eam salutavit, conspicuæ eius sanctitatis non solùm perfectionem; sed & cuiusdam æternitatis expressit participium, ut nullo, etiam exiguo momento Maria non sancta apparere non posset. Rem sic complano: nullum tempus a sanctitate sequestratum fuisse innuit, sed a primordio, dum illa conciperetur, gratiam hausisse, nec tenebris perpendisse sub originaria noxa tributum, utpotè, cui inferendus parabatur, qui Trisagium audit: nec pati decebat aliquod spatium intercipi sanctitatis, eius, quæ Genitrix Sancti Sanctorum futura: ideo Gabriel, vocabulum æternitatis ex Cœlesti syllabo transcribit ad Virginem, melosq; illi canit, quod resonis nervis superi Spiritus modulantur: ut quam sanctitas à generationis diluculo invaseras; Divinæ Sanctitatis præconaretur stylus. Restat fruî sancto Bernardino Sen: tom: 2. ser: 51. art: 1. c. 1. *Tertia* (inquit) *fuit in MARIA sanctificatio Maternalis, & hac removet culpam originalem & confert gratiam. Hæc fuit in B. Virgine. Sanè Deus ipse æternus, sic illam benedictam Matrem suam, talem condidit, & sanctificauit in tempore; qualem eam sanctam elegit in æternitate: & talem tam nobilitate naturæ, quàm perfectione gratiæ condidit Matrem; qualem eum decebat habere suam Majestatem: quia de ea debebat sumere, quod in æternum sibi esset unitũ unitate Personæ.* Venustè profectò Bernardinus sanctitatem, quæ originis vitium excludit, adstruens in Virgine, tertio quoq; verbo æternitatem assumit, quasi in sanctitate participium habuerit. Ab originario censu Mariana Sanctitas immunis est, quia æternitatis modum delibavit, in qua non est vicissitudinis obumbratio. Sed quod semel est, æternum manfit & manet. Innuunt verba Senen: & aliam subtilitatem, dum dicunt priùs MARIÆ sanctitatem præviſam, quàm Maternitatem decretam: nec etenim noxâ fædata, antequam Sanctitate à sordibus arceretur, potuit in Genitricem definiri. In ea ergo sanctitate, quâ in æternitate in Matrẽ electa est, etiam condita fuit, & concepta in tempore, nobilem hanc sanctitatis TINCTURAM a Divinitate & Sanctitate Filii participando.

MARIA nunquam apparere potuit non sancta.

Ber: Sẽ:

MARIA si noxa peccati fuisset fædata, in Matrem Filii Dei electa non fuisset.

A *Proatur* Figuraliter.

Sed iam oportet, ut ad Conchylii ipsius, scl: Humanitatis CHRISTI, illiusq; Passionis ac Crucis attendamus efficaciam, & ubertatem: ex quo singularis, & præstantissima hæc originalis gratiæ promanavit TINCTURA: Non aliter enim B. Virgo, ne commoveretur, aut labesceret in communis peccati inquinamentum, formata & constabilita fuit, quàm Crucis meritis, & sanguine Filii sui, prævie inuncta & signata. In nili Fluminis ripas exponitur Moyses infans, sed piæ matris sedulitas famulata est speciosο infantulo, quæ ne immergeretur fluctibus, arculam construens, bitumine linitam, ne per rimulas intrarent fluctus. Exod: 2. *Sumpsit fiscellam scirpeam, & linivit eam bitumine ac pice.* Hebræa & Oleaster legunt: *liniuit luto RUBRO*, quod Creta vocatur. In arcula hac, seu fiscella, Beatissimam Virginem agnovit S. Ambr: in c. 6. Apo: in sigillo tertio scribens, ait enim: *Per fiscellam scirpeam, B. V. MARIA designata est. Mater ergo fiscellam scirpeam, in qua Moyses ponebatur, præparavit, quia sapientia Dei, quæ est Filius Dei, B. Virginem elegit, in cuius utero, Hominem, cui per unitatem Personæ conjungeretur, formauit: per bitumen verò, quod ab aquis solui non potest, Virginitatem MARIÆ, quæ nullo æstu carnali violari potuit, intelligere possumus. Per picem autem, quæ custos est bituminis, humilitatem, custodem cæterarum virtutum.* Sed non est prætereundum acumen Alberti magni, qui per lituram arculæ, Dei protectionem agnouit, quâ undequaq; clausa fuit & munita Deipara, ne aquarum vel peccati originalis fluctus, in eam irrumperet: in c. 1. Luc: ad salutationis exordium, mysticè sic fatur. *MARIA significatur per fiscellam scirpeam, in qua vagit noster Moyses, Legislator, & Dux, & Liberator populi: qua bitumine linita fuit intùs, præsentiâ Deitatis: extra, continentiâ perpetuæ castitatis, ne alicubi subintraret aqua, & submergeretur flumine noxæ.* Unde sensum complendo Doctoris Andr: Arcones in II: c. 2. Dist: 8. ait. *Extra castitas, intus Deitas tutatur MARIAM, ne fissuram inueniret peccati stillicidium & fluentum, quâ posset irrumpere. Nec sine mysterio fiscella vocitatur scirpea, vel herba sine nodo: de qua Terentius.*

806.

Maria ab originali præseruata, ex Passionis Christi merito.

Exod:

Fiscella Moysis, Figura MARIÆ.

Ambr:

Alb: M.

Arcon:

MARIA fiscella bitumine gratiæ contra

riginale, præmunita.

tius: Inimicus nodum quærit in scirpo: *Generis humani hostis nodum originalis peccati quærit in MARIA, sed non inveniet.* Contexta igitur, & compacta fiscella Virginea & theca, & repositorium DEITATIS, ne innatans huius mundi æquori, fatisceret peccato, solido obturata est bitumine gratiæ, ne tenuia spiramenta Conceptionis suæ, inimicum peccati susciperent imbrem.

Sanguis Christi bituminans Arcam scil: Mariam contra originale fluentum.

Sed quis iste limus tenax & solidus, Marianam bituminans arcam, arcens peccati originalis fluentum? nisi sanguis Christi, qui eam strenuè obstruxit. Recte legit Oleaster *liniuit luto rubro* ut terra rubra, & purpureus bituminis color, sanguinem Christi innurat, qui eam a peccati colluuie protexit, & seruavit. Id ipsum colligere est, ex verbis MARIÆ, Sponsæ gloriantis, quæ ut sacram hanc immaculati sui ortûs, ex ipso conchylio Christi, nobilitasset TINCTURAM, botrum sanguineum pectori applicuit, & appressit, ut salutares extillaret sibi guttas, id est, pectus suum ornavit & munivit, insigni redemptionis, Cruce nimirum.

Cant:

Cant: 1. *Botrus Cypri, dilectus meus mihi:* in utraq; enim dictione Botri & Cypri, latet mysterium. Cyprus Hebraicè, est Copher. *Botrus redemptionis:* & pro verbo illo *Botrus*, est in eius radice *Sachel*, ut notat Alexicon Complutense:

Maria botrum inter ubera collocat, ut se redemptam fateatur per Crucem.

significat (inquit) supponere in modum Crucis: unde apud Chaldæos & Indos, Crux dicitur Maschal. Itaq; Deipara, (quæ in hoc Cantico fatur) JESUM & Redemptorem suum inter ubera collocat, sicut uvæ botrum ligno adhærentem clavis percussum: Botrum inquam suæ Redemptionis singularis appendit in modum Crucis, ut insignia suæ redemptionis ostentet: quia tantò plùs pro Matre Crucifixus & mortuus ille; quantò eam majori charitate dilexit. Jure

Dionys: Carthus:

ergo Dionys: Carthus: in illa verba. Cant. 4. *Vulnerasti cor meum, soror mea Sponsa,* inquit. *Quantò quis ad majorem beatitudinem est electus; tantò amplius videtur Christus pro ipso passus: cùm itaq; ad excellentissimam felicitatem & gloriam, Dignissima Virgo electa est ab æterno; nonne pro ipsa, pro eius amore, pro eius salute, specialissimè crucifixus est Filius eius, & ipsa verissimè dicere potuit illud Apostoli: In fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Adeoq; quid quid vnctionum gratiæ etiam originalis, emicat in MARIA, de Conchylio Christi, eiusq; purpureo sanguinis murice, credendum est hanc Tincturam præstantissimam promanâsse.

Probatur Doctoraliter.

807.

Addunt non modicum dogmatizationi piæ robur cæteri SS. Patres: & primùm, sub similitudine TINCTURÆ purpureæ, originalem innocentiam ei ex meritis Filii directè attribuunt. S. Ernest: Prag: in Marial: c. 6. *MARIA, Purpura Regis nostri, tincta,* TINCTURA *mundissimâ, scil: Filii sui. quâ melior nulla cogitari potest.* Greg: Nicome: orat: de concept: B. V. *MARIA, purpura Regia in sui Conceptione, contexta, quâ futurus nunciatus est omnium Regis adventus, hominum, qui inimici erant, præuiè reconciliatio sancita, & trophæa adversùs hostem erigenda, præoccupatò celebrata.* Nicolaus Monachus ep: de Concept: V. M. ad Cellensem: *MARIA, Purpura sanguine Conchylii tincta, quæ ita Spiritu Sancto compluta & madefacta fuit; ut nullis de cætero usibus manciparetur, nisi Divinis.* Philo Carpatius Episcopus, illa verba cant: 8. perpendens. *Sub arbore malo suscitaui te.* sic ait: *Hæc malus salutifera, si ad arborem respicias, Crux est, salutis humanæ auctrix, in qua salus mundi auctoraq; pependit. Si verò ad pomum eius ac fructum suavissimum: Cœleste pomum & salutare malum, Corpus est IESU Christi, salutariter nobis ab eo datum, in escam scil: & potum, sub mystico pane & vino: ex quo quidem Christianos omnes sanctissimè pascit ac beat: in hoc castissimam sibi Sponsam ad amorem excitat, vallat, ac firmat.* Quæ verba Philonis reassumit & prosequitur ulterius Andr: Arcones iam cit: loco & ait: *Quæ non tantùm de Ecclesia, sed potissimum de Deipara accipienda, Sanctissimam Sponsam & Matrem, Crux, Paradisi lignum, & ipse IESUS, qui tanquã pomum pependit in ligno, Corpore suo & sanguine obuallavit MARIAM, contra peccati, & damonis incursus, se ipsum Filius veberibus, sentibus, ferreis clavis, lanceæ cuspidi exposuit, veluti firmissimum propugnaculum, ut tutaretur parentem, & seruaret immunem originariæ labis.* Idem perscrutatus est Jacobus Chrisopol: Epis: in geniali ferculo Salomonis de Cedris Libani constructo, dum ait: *Rex Salomõ & pacificus, Christus, fecit sibi lectulum, & ferculum*

Erneſt: Greg: Nicom: Nicola: Philo Carpat: Arcon: Jocob:

ferculum, & Tabernaculum Maternum ex lignis candidissimis & purissimis Libani, scl: ex carne Sethina incorrupti bili, quam ante animationem sanctificauit, & omnibus gratiis & virtutibus ornavit, & totam Personam, in eodem instanti creationis, unguento Myrrha Passionis suæ perunxit; quia illa gratia, (quâ anima Virginis fuit in principio sui esse, sanctificata, & infusa ipsi,) data illi fuit ex meritis Passionis CHRISTI. Quid clariùs pro asserendo originalem gratiam, quâ tincta est in ortu suo MARIA, ex Conchylio Passionis Christi promanasse.

Probatur Historicè.

808. Sed sat iam fortè ex Divinis, purpuratam & præstantissimam in Conceptione MARIÆ TINCTURAM, illustratam conspeximus. Cui placet etiam ex humanis aliquod adsciscere lumen. De purpureæ TINCTURÆ invento Pameli: refert Pamelius Tertuliani Scholastes de idololatr: c. 18. hæc verba: Tyrii ferunt captum Herculem amore Nymphæ cuiusdam indigenæ, cui nomen Tyro, quod canis eius ipsum secutus, irreptantem scopulis purpuram conspicatus, peresâ caruncula, sua sibi labra puniceo colore infecerit. Cùm igitur puellam Hercules adiisset, delectata il-
Purpureæ tinctura inventor, Hercules. la insuetâ Tinctura quam ceu florentem in canis labris aspexisset, affirmavit, post hæc cum illo nihil sibi fore, nisi ad se vestem adfert, etiam canis illius labris splendidiorem: quocirca Hercules invento animante, collectoq; sanguine, munus puellæ detulit, Primus (ut illi dictitabant) puniceæ Tinctura inventor. Sed si humana ad Divina transferamus; iam non superstitiosus Hercules, sed Gygas ille Cœlestis, Filius Dei exultavit ad cu-
Christus Gygas. rendam e Cœlis viam, ut perueniret ad Crucis trophæum, amore puellæ Sponsæ & Reginæ MARIÆ, de qua
Andr: Creten: S. Andr: Cret: orat: de Nativit: Virg: *MARIA puella Virgo ex Iuda Davideq; procedens, Regni sacerdotiiq; eius speciem præseferens, qui secundùm ordinem Melchisedech, Aaron sacerdotium gessit.* Huius ergo puellæ deperiebat decorem Filius Dei: ut itaq; eam Imperatoriâ cyclade aut Regiâ pallâ circumdaret; floridam & splendidam purpuram contexit, non Tyrio saturatam murice, sed rubicundâ Deifici sanguinis TINCTURA imbutam,

A gratiam intelligo originalem. Et ne TINCTURA hæc, orcei canis temeraretur labris, nimirum peccato communi, semetipsum totumq; Corpus suum ac sanguinem, crudeli carnificum objecit voluntati, quos nomine canum voluit venire ipsemet apud Psalmistam: *Circumdederunt me canes multi.* Psal: 21. Psal:
ut ita Matrem suo intingeret sanguine, redderetq; sine macula & ruga maculæ originalis, sed præstantissimâ gratiâ omni effulgentem instanti: cui mysterioscè allusisse videtur Mater Ecclesia, dum in officio Breviarii Franc:
B (quò colit Ordo noster immacul: MARIÆ Conceptionem) in Persona Christi glorificantis Patrem æternum de Matris suæ immunitate & præseruatione à peccato, illud Davidicum ad usurpandum indulsit. Psal: etiam 21. Psal:
Eruisti a framea Deus animam meam, & de manu canis unicam Matrem meam.

Probatur Symbolicè.

Didacus Sauuedra, Emblematis loco 809.
duo panni purpurei volumina supra mensam depinxit, cum lemmate: *Purpura iuxta Purpuram*, confrontandas esse actiones & mores, ad acta majorum edocens. Occasio autem Emblematis
C & corpus, ex eo, quòd Flavius Vopiscus recenset, plurimùm illustratur. *Purpuræ Iovis Capitolini, confundens cæteras.*
Scribit enim ille in vita Aureliani Imperatoris, fuisse olim in Templo Jovis Maximi Capitolini pallium breue purpureum lanustre, ad quod cùm Matronæ Romanæ atq; ipse Aurelius, jungerent purpuras suas; cinerei specie decolorari videbantur cætera, Divini comparatione fulgoris. Hoc longè aptiùs & verius nostro famulatur proposito Hieroglificum: nimirum purpuratæ a sanguinibus Filii, in Conceptione sua MARIÆ. Si etenim, vel etiam aliquorum originales gratiæ, (quibus Conditor rerum tinxerat ador-
D naueratq; siue Angelicos spiritus, siue Protoparentes Nostros, in prima sui creatione,) huic Purpuræ, quâ singulariter ex Conchylio Filii rubuit in Conceptione sua MARIA, componantur; pallescunt quodammodo & mutantur, quibus ipsa amissibilitatis experientia, cinerem insperfit: per quod utriusq; naturæ, angelicæ scil: & humanæ con- *MARIÆ gratia sine amis-*
ditio, quasi ex aduerso originalis gratiæ, quâ in Conceptione sua, imbuta

sibilitate, ideo perfectior quam Angelorum & Protoparentũ. Suares.

ex meritis Filii fuit MARIA, præstantiam eiꝰ sũme exaltat. Hæc etenim prænobilis TINCTURA in primo instanti, animæ Virginis longè nobiliori, quia stabiliori modo inhæsit, nam inamissibiliter: de quo Suares in 3. P. T. 2. sec: 4. *Cui* (inquit de MARIA) *velut ex natura rei, debita erat hæc gratia, scl. plenitudo gratiæ, in tota latitudine gratiarum ab homine participabilium, intra quas continetur: & in primo conceptionis instanti collata gratia inamissibilis, quæ eam redderet impeccabilem.* Ex quo ipso Angelica etiam gratia viluit S. Hieronymi in oculis, dum Marianæ componeretur. Dicit etenim ille ep: de Assump: *Etsi mirabilis sit firmitas Angelorum; mirabilior tamen in MARIA.* S. verò Bernard: Sen: ex Protoparentum gratiæ excellentia, amplioris Mariani Privilegii assumit argumentum, dum l. 4 ser: 40. post Pascha p. 1. sic ratiocinatur. *Certum est, quòd Deus creavit Adam sine peccato originali, ex limo terræ: deinde ex costa eius, creavit Euam, etiam sine peccato: & certum est, quòd Christus incarnatus, fuerit Deus & Homo, & fuit major quam Adam & Eua, & majoris dignitatis: et tantùm interest inter eos, quantùm inter Creatorem & Creaturam. Modo non est credendum, quòd ipse Filius Dei voluerit nasci ex Virgine, & sumere eius Carnem, quæ esset maculata peccato originali: imò credendum est, quòd voluit sumere carnem ex carne purissima, & quòd eius Mater fuerit plusquam Adam & Eua, qui creati fuerunt sine peccato originali.*

Hieron:

Bernar:

Mariæ, gratia præstantior debebatur in Conceptione, quàm Adamo & Euæ, in sui Creatione.

A

Epilogus.

810.

O Præstantissimam & sine omni mixtura labis, ex ipso Conchylio sanguinis Filii, natiuam TINCTURAM, Beatissi: immacul: Conceptæ originalem gratiam! Talis profectò & non alia, Libri generationis debebat esse Filii Dei subscriptio. Decreuerat prudens Imperator Leo, Lege *Sacri affatus Cod: de diversis rescriptis*, ut rescriptiones Imperatoriæ, quæ, sacri vocabantur affatus, nihil haberent virtutis, nisi purpurea tantummodo inscriptione lustrarentur. Confectio autem huius sacri Encausti fiebat ex cocti muricis, & triti conchylii ardore composita: ut notat ex Legibus Arcones in Isai: c. 1. v. 18. d. 1. O quot cœlestes affatus & Divina rescripta in Sacra Pagina habebantur de Redemptore Messia! Tot libri, tot implebantur folia, promissionum desiderabilium plena; sed necdum tenebatur Liber ille, qui Sacro Encausto, nimirum sanguinis JESU CHRISTI rubricâ purpurasceret: hæc subscriptio, vix in capite apparuit Libri generationis, & MARIÆ, *de qua natus est IESUS, qui vocatur CHRISTUS*, nimirum, quando Virgo Immaculatissimè Concepta est, ex meritis Passionis Filii; subitò sacri affatus & rescriptio salutis per Filium, iam robur suum accepit, affulsitq; spes proxima, dum immaculata Mater, Messiæ venturo, congruè & condignè disponeretur: cui cum Patre & Spiritu S. sit æviternus Honor & gloria. AMEN

Literæ Imperatoriæ, dictæ Sacri affatus quæ?

B

Encaustũ, Sacrum dictum. Arcon:

C

Liber Generationis Iesu, subscriptus rubro sanguinis eiusdem: ob immaculatam Matris eius Conceptionẽ.

TORCVLAR PATIENTIÆ.

SS. DEIPARA.

Pro Festo Septem dolorum B.V. Mariæ.

Stabat autem iuxta Crucem IESV Mater eius. Ioan: 19.

811.

STupendam, sæculisq; non visam, quia intempestiuam, utpotè nimis præcocem, ad ferias prope Martii, initiumq; Veris, in sterili monte Calvariæ, & loco funesto, ubi cruces pro stipite, pro vitibus sceleratorum pependêre

D

Vindemia nova, Calvariæ in monte. pendere corpora, ſpectare hodie licet vindemiam. A. A. Ubi etenim vitis illa ſalutifera Chriſtus, qui ait de ſe: *Ego ſum vitis vera, & vos palmites,* Joan: 5. ſub exceſſiuis in genus humanum charitatis ardoribus, *Cùm dilexiſſet* ſuos, *in finem dilexit eos. Ioan:* 13. in tantùm maturuiſſet; ut uva illa meraciſſima, adhuc in horto Getſemani ſpontaneè, quaſi ſuccum ſanguineum ſudaret, morarum impatiens, adproperare voluit maturiùs ad Torcularia: Crucem hìc & Paſſionem, (iuxta communem ſenſum Patrum) per TORCULAR intelligo Saluatoris, quæ adeo dirè, tenerrimum corpus eius & ſingula membra compreſſit, & ærumnis afflixit; ut ultimam ſanguinis guttam educens lancea, vitalem tandem, ſanguine deficiente, ex ipſo ſacratiſſimo corde eius elicuerit lympham. *Vnus militum, lanceâ latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua.* Joan: 19. O ter beatam botri huius Cyprici vindemiam! cuius ſuccô redũdavêre illicò gratiis univerſa Eccleſiæ Sacramenta! o vineam pacifici electam, nedum ſepe & turri munitam; ſed & de Torcularibus optimè proviſam! quam propheticè deſcripſit Iſaias c. 5. *Vinea facta eſt dilecto, & ſepiuit eam, & lapides elegit ex ea: & plantavit eam, & ædificauit Turrim in medio eius, & TORCULAR extruxit in ea.* TORCULAR quidem dixi eſſe Crucem & paſſionem Chriſti, ſed unum hoc abundanti vindemiæ Botri Chriſti ſuffeciſſe non videbatur; adeſt proinde & aliud, in monte eodem Calvariæ conſiſtens, Mater nimirum patientis, dolentiſſima. *Stabat autem juxta Crucem IESU, Mater eius.* Cur etenim voluit hoc CHRISTUS? quærit Celada in Ruth: §. 326. n. 2. & reſpondet, id factum duplici de cauſa: primùm, *ut magìs pateretur Filius, dolentis Matris aſpectu.* Parùm Redemptori videbatur a TORCULARI Crucis, in membris & ſenſibus externis crudeliſſimè atteri; etiam ipſum Sacratiſſimum Cor ſuum, internoſq; ſenſus, dolenti Matri compatiendo, acſi Torculari, vehementiſſimè comprimi voluit, perfectiſſimè ſalutis noſtræ negotium complecturus. De quo S. Laur: Juſtin: *Gemebat Filius, quòd Mater in tam horrendo eſſet ſpectaculo.* Alterum eſt, (quod notat idem Celada) cur adſtare Cruci voluerit Matrem: nimirum, ut ipſa Mater dolentiùs compatiendo Filio, perfectum patientiæ exemplar appareret, cuius tenerrimum Cor, veluti TORCULARI, amariſſimis comprimebatur doloribus. Quare, ut ſuccus iſte cordis compreſſi MARIÆ, compaſſiui doloris ex TORCULARI iſto, in arentia quoq; corda noſtra diſtillet, in hoc triſti Paſſionis Chriſti Proſcenio, Beatiſſimam Virginem *TORCULAR Patientiæ & compaſſiouis,* demonſtrabo. Priùs tamen breviter demirabor Supremi Vindemiatoris Oeconomiam: qui maturiores uvas, ſcil: perfectiores animas, non aliter amat, niſi dum degunt ſub continuæ patientiæ TORCULARI. Interim breviter ſupplicemus afflictæ MARIÆ.

Joann: *Chriſtus in Cruce, vitis in ſtipite.* *Joann:* *Sacramẽtorum vis, ex latere aperto Chriſti.* *Iſaias.* *Torcular Chriſti, Crux & Paſſio eius.* *MARIA, Torcular patientis Filii; quo ſenſu?* *Chriſti dolor, ex conſpectu* *Matris, ſub Cruce.*

Præ dolore ſingulari,
Ceu uva ſub TORCULARI,
Gemis Mater: guttam ſtilla:
In cor meum ſtillet illa.

PARS I.

Perfectiores animæ, ſemper ſub Torculari patientiæ.

812.

NOtaverat non nemo, perfectiores Animas, uvarum vitis maturarum ſymbolo: quas ipſas ſub pondere TORCULARIS depinxerat ſtillantes, addito Lemmate *Maturæ ſolæ prælo debentur.* Virides etenim botros & immaturos, qui ad TORCULAR ponit, perdit: maturiores, ſi ponderi ſupponas uvas, præſtantiſſimum tibi fundent vinum. Hac propterea aſſumptâ ſimilitudine S. Auguſt: de perfectis & electis, ſic ait: 100. Homil: ſer: 8. *Sicut oliua & uva, priuſquam ad uſus valeant hominum, premi debent in Torculari; ita debet homo perſecutionem pati, priuſquàm idoneus ſit ad Regnum Cœlorum.* Putatur de ſtolonibus vitis, erumpit in pampinos, profert iam & botros, adoleſcit ſub ardoribus ſolis uva; nondum potabile vinum habetur, integrâ adhuc manente uvâ. Ita ſanè & virtutis procedit perfectio: non niſi poſt ſpreta & abjecta mundana, poſt præclara virtutis exercitia, poſt charitatis multiplicata ſpecimina, tandem ſub Tor-

Animæ perfectiores, ſemper ſub torculari, ſeu exercitio patientiæ. Auguſt:

cular probationum venias & sub ponderosa agricolæ Cœlestis manu, prælum ultimum nisi subeas; maturæ Cœlo uvæ, scil: robustæ & perfectæ pietatis succum Cœlesti Vinitori non præbebis.

Probatur Scripturaliter.

813. Matt: Primum huius Thematis argumentum, & potiùs schema, offert se in Evang: Matt: 8. ubi legitur Salvator sanasse quandam, ipso occidente sole confertam multitudinem ab immundis vexatam spiritibus. *Curavit quoq; omnes, malè habentes:* Ob hoc, factus est populorum concursus ingens: videns autem JESUS turbas multas circumesse, iussit ire discipulos transfretum: & ascendente in naviculam, secuti sunt eum discipuli eius. Cur præter illos nemo de reliqua multitudine comitatur? sciebat inquies concitandos in mari ventos, & fluctibus agitandam naviculam: nolebat proinde, his, quibus benefecerat sanando ægritudines eorum, illiberalis esse, à recenti sanatione ad imminens naufragium transferendo illos: voluit, munus integrum illis esse, non dimidiatum: verùm, quam ob rem cum domesticis non æquè benignus, atq; erga exteros? Potiorne salus vulgi, quàm Apostolorum, quos constituturus erat Principes super omnem terram? quodsi mergendi periculum non erat, & ad terrorem tantùm venti sæviebant; debebant terreri peccatores, (quales in tanta turba multi) potiùs, quàm discipulorum modica plane innocua cohors? sed accipe arcanam Dei dispensationem: erat multitudo illa, recens translata è vitiorum latâ semitâ, ad virtutis angustos calles: ejecerat enim paulò ante sathanam, qui corporibus & mentibus (ut satis probabile est) dominabatur procax: hos igitur (quia teneræ adhuc plantæ & justitiæ infantilis,) miraculis, prodigiisq; demulcet, tellure positos, & ubi cuncta pacata, docet, instruit, & sanat; Apostolos autem, qui iam in virum perfectum processerant, inquam egregias animas, periculis objicit maris. Armatur mare adversus cymbam, & nunquam indignatior Neptunus, verberat latera decumanis procellis: dormitat interim Magister,

Apostoli quo perfectiores, eo magis tribulati, afflicti.

A & in Filiorum discrimine Pater soporatur in utramq; aurem. Ille sæpè a non quærentibus inventus, ille solitus ultrò offerre salutem non poscentibus, ille, qui ut unam oviculam recuperaret, laboravit Pastor bonus, per vepres errantem insequutus, per saxorum fragrosa, per nemora condensa, per loca ibicibus vix superanda, in totius gregis dispendio dissimulat; hìc verò dum in proximo naufragii periculo versantur amici, suscitatus, tandem non blandus eos consolatur, non mitis affatur, imò increpitat magis: *Quid timidi estis* (ait) *modicæ fidei.* O B Sacramentum ignotæ disciplinæ his, qui ex sanguinibus & ex voluntate Carnis sunt! sed ita demum est: turba in tuto est, jactantur discipuli irrequietis ventorum flatibus. *Idcirco igitur solos discipulos secum duxit* (ait Chrysost: Hom: 29. in Matt:) *quoniam ubi signa tantummodo demonstrabantur, turbas quoq; admittebat; ubi verò timor ac tremor imminebat, eos solos recipiebat, quos ad pericula & ad prædicationem erat missurus.* Huic aliquid affine contigit in Magdalena: plorabat illa ad monumentum, recedentibus discipulis perstabat lacrymosa, nemo illa flebior, nemo C tam fidus custos busti: dabat vires amor, & cupiebat saltim defuncto frui dilecto, continuò lamentabatur, *Tulerunt Dominum meum.* Cur dulcissime Magister solari afflictam, tardas: & si tandem afflictam hortulani specie releuare placuit; eam ab osculo & tactu prohibes, inquiens: *Noli me tangere* Quid est Dulcissime, quòd recèns valedicentem pompæ & voluptatibus, demulcebas, ad mille pedum oscula eandem admittens, quam nec semel tangere te nunc permittis? Putat quidem S. Greg: Hom: 25. in Evang: præsentiam illam Christi dilatam ideo, D ut fruitio eius esset lætior. Cæterùm Paul: Scherlog, Antiloq: in Cant: IV. n. 53. aliud arcanum subodoratur præterea in hoc: nimirum Magdalenæ justitiam, antequam Christus occumberet, juvenescentem & delicatam adhuc existimatam, non enim adhuc ad certamina venerat; at patiente Christo, cum illa, Judæorum neq; minis, neq; terroribus, à Cruce diuelleretur; robustæ & virilis virtutis facta est: multò magis, cùm absente

Magdalena cur prohibita a tactu, dum iam perfecta, quæ antea incipiens pœnitere, admissa ad oscula pedum. Greg:

Præce-

Præceptore amicitiæ fidem seruaret, plorans semper ad sepulchrum. Hinc igitur est, quòd ante passionem officiosus & humanus erga eam Salvator appareat, quoniam juvenilis adhuc erat sanctitas, quæ ut robusta facta est, per minas inimicorum, perq; absentiam dilecti, pro more hic toruos induit vultus, & sæpè quæsitus, sæpè invocatus a fœmina, quam totam possederat amor, non prodit, non respõdet: planctum & suspiria spreuisse crederes. Ita sanè, & talis est Oeconomia Cœlestis Vinitoris: uvas ille recentes, molliter tractat, foliis consolationum ab æstibus tentationum tuetur, & sacris inspiratio um ligamentis alligat stipiti gratiarum, ne fatiscant; si verò maturuit iam uva, nimirum, dum perfectionem attingit anima, eam torcularibus ærumnarum, desolationumq; comprimit, ut suauiora ex illa delibet vina. O vos, quibus crebræ huiusmodi torcularium feriæ, gens impolluta & melior Ecclesiæ portio! sustinete modicùm hanc pressuram sapientissimi Vinitoris Cœlestis Joel: 2. *redundabunt breui* TORCULARIA *vestra* vino, quod lætificabit cor vestrum: modicùm nunc, si oporter, tribulati, lætabimini tandem pro diebus antiquis & æternis.

Probatur Figuraliter.

814. Sed Cœlestis huius Vinitoris Indolem lubeat adhuc venari ex Figura in simili illi, quæ habetur de agricola Evangelico. Seminavit ille tempore opportuno providus bonum semen in agro suo. Matth: 13. *Cùm autem dormirent homines, venit inimicus eius & superseminavit zizania in media tritici.* Latuêre doli, quoad creuit herba & fructum fecit, tũc enim apparuerunt & zizania. Stupuêre serui fideles, fraudem mirati, lolium q; exurgere, ubi bonum semen tantùm jactum ab aratore sciebant. *Vis* (inquiunt) *imus, & colligamus ea.* Prohibuit nihilominùs Paterfamilias. *Sinite* (ait) *utraq; crescere usq; ad messem.* Quorsum velit adolescere pessimum germen, & roborari malignitatem? Aut fortassè parcit, quoniam zizania, dum tenera sunt, tritici repræsentationem habeat? peccatores autem occultos, & qui à fortis similitudinem Justorum præsefe-

A runt, Deus patienter expectat. Vbi deniq; (quod Glossa ex Hieronymo desumpsit) *Sicut lolium & triticum, quamdiu herba est, parùm distat; ita monet Dominus, ne de ambiguis judicemus: quoniam Dominus in die judicii, non suspiciosè sed manifestè damnabit.* Ast potior his omnibus videtur causa aliquibus Expositoribus, quam ipse textus innuit, prospectum frumento bono a possessore. *Ne fortè* (ait) *colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum.* nam cum ambigua esset species utriusque, poterant facilè declinare in extrema: vitiosâq; & præpropera diligentiâ, plùs

B nocumenti, quàm commodi attulissent. Sed quæro: utiliorne sit seges, dum spicam tantùm ostendit & viresci, aut cùm alba est ad messem, & falcem postulat? nemo dubitaverit, excellere maturam spicam, quantùm cedunt gramina, (iumentorum esca,) panibus, qui etiam Regibus delicias præbent. At quàm crudelis Agricola adversùs fruges horreis aptas: quantus illis labor a ferro messoris? a boum, vel ab alia id genus tritura? fileo pistrinum & fornacis ardores. Certè satanæ invidiam adversùs Apostolicum conuentum satis declarasse

C visus est Redemptor, cùm dixit illorum apici, Petro. Luc: 22. *Simon, Simon, ecce satanas expetiuit vos, ut cribaret sicut triticum.* Cur igitur Colono tam vigili oculus ad triticum, dum adhuc in herba est, ne tangant serui, ne per deceptionem aut incuriam euellant quidquam, cuius & gratiâ sustinet zizania: cùm autem perfectionem assequuta fuerint frumenta, mille modis ea vexat. Sanè tritico repræsentari justos & electos: quemadmodum zizaniis atq; palleâ significantur reprobi, communis apud Patres explanatio est: quare & maturis frugibus adumbratur justitia perfecta; & inchoans spica, teneram virtutem de-

D notat, Desinite ergo mirari fœuitiam adversùs prouectas fruges, & prouidentiam de immatura segete: nam si quis est Filius prodigus, delicatus adhuc & novus miles; hunc suauiatur, pectoribus admouet, annulo & byssina tunicâ donat Pater, adducitur de armento vitulus saginatus, personat aula tripudio, & sub lætitia est omnis domus. Si quis autem adultior & robustior

Luc.

Zizania dum paritur, felicitas impiorũ temporalis signatur.

Virtus tenera dum adhuc est, mollius tractãda.

bustior in virtute, qui in plenitudine ætatis Christi, & magis in imitatione virtutum eius processit, ac perfectus factus est, contendens ad illud mandatum: *Estote perfecti, sicut & Pater vester perfectus est*; hunc, sicut triticum cribrat, pinsit, adurit. Audi unum ex illis, Ignatium scl: Martyrem ex Hieronymo lib: de Eccles: Scriptor: sic fantem. *Ignis, Crux, bestiæ, confractio ossium, membrorum divisio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli, in me veniant: frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inueniar.* Attende ad hanc Regulam, quisquis viam Domini per perfectiores calles virtutum decurrere satagis; qualis sit Gubernator magnus & Paterfamilias, Vineæq; suæ ingeniosus Curator, Deus: qui virides uvas & floreſcentes modò vites, umbræ foliorum tuetur beneficio, stipitibus fulcit, & alligat; maturas verò, solis destinat torcularibus, suauiora ex ipsis delibaturus vina. Quid ergo murmuras? quid clausuri quietem perturbas? quid reluctaris ad verbum increpationis? sub quo nonnunquam, ceu sub grauissimo pondere aut torculari, cor tuum gemit. Scilicet, quia grandis factus es, euasisti in virum meritis & auctoritate conspicuum, omnis lapis pretiosus operimentum tuum, oportuit, ut tuam maturam, TORCULAR flagellantis linguæ, probaret virtutem. Considera, quia viros glorioſos in generationibus suis, homines dominantes in passionibus suis, magnos virtute & prudentiâ præditos, asperiùs tractat Deus Sabaoth: qui erga pueros, ut adtrahat eos in funiculis Adam, exinaniens semetipsum velut puer efficitur cum illis, ludens coram eis in omni tempore; ast cum maturioribus & perfectioribus, longè aliter.

Iusti perfectiores, a Deo cribrantur.

Christus, cum pueris, puer.

Probatur Historicè.

815. Si lubet rem declarare per exempla, repetamus memoriâ vel ab ipsis mundi incunabulis, sanctissimos quoq; & Deo acceptissimos, & inveniemus omnes sub Torculari probatos afflictionis, tentationum, & calamitatum. Abel a Caino fratre per invidiam trucidatus: Nòé in mundi diluvio, centum quinquaginta diebus arcæ inclusus, immensarum aquarum fluctibus jactatus: Abraham Dei jussu, Patriâ extorris, & ad finem vitæ peregrinus, ac nullo certo loco consistens, duro satis mandato de immolatione Vnici Filii probatus. Et ipse Isaac, nihil tergiuersatus, volens lubens Paterno gladio collum subjicere: nihil Auo suo Jacob minus demoratus, in terra aliena in casulis habitando. Sic Moyses expositus aquis, adhuc puer, factus demum vir, his Divinis ut maturior uva digna esset torcularibus, despectâ Pharaonis Regiâ, innumeris subjicitur persecutionibus, tam a Pharaone, quàm a rebelli Deo & sibi, per quadraginta annos in deserto, populo. Sic Dauid à filio proprio bello petitus, & Regiâ urbe pulsus. Quid dicam de Apostolis, de sanctis illis Martyribus, dum adhuc esset in cunis primordialis Ecclesia Christi? Quàm dura illi persecutionum sustinuere præla. De quibus ita Paulus: *Alii distenti sunt, alii verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ.* Sit itaque sua authoritas antiquioribus, quæ tamen nec nouissimis derogare debet. Memorandum notavit, & nostro propositio valdè accomodum Lyræus l. 1. Apophteg: 3. de B. Henrico Susone Ordinis Prædicatorum, famosissimo ex vitæ austeritate, & zelo prædicationis, per universam Europam viro: huic, cùm iam multos exantlasset in via Domini labores, & ad perfectionis adproperaret terminum, apparuit Cœlestis iuvenis, ocreas, scutum, & hastam offerens, dicebatq; Noueris Henrice hactenus inter pedites te meruisse; modò verò te ad Equestrem vocari ordinem: priùs enim, ut libuit, te castigasti; nunc flagello linguæ iniquæ cædêris: hactenus uberibus Christi lactatus, nunc felle potaberis: hactenus hominibus gratus eras; nunc homines contra te calcaneum leuabunt. Itaque factum est, ut deinceps, instar segmenti sordidi panniculi haberetur: plerumq; ab urbibus, tanquã veneficus & præstigiator, confusibiliter pulsus, despectus, & percussus. Imò die

Hebr: 11.

Lyræus

B. Henrici Susonis singulare exercitiũ patientiæ

Perfectorum probationes, per exempla Antiquorũ ostenduntur.

Imò die Purificationis, per Christum infantem edoctus fuit, non tantum hanc ferendam crucem fortiter; sed aliam atq; aliam expectandam esse didicit. O admirandam Cœlestis Patrisfamilias Oeconomiam! quâ fit, ut non aliter, perfectionis & virtutis prodeant vina; nisi priùs sub duriori premantur TORCULARI. Hinc illud Aug: memorabile D. Aug. in Psal: 65. exhortamentum. *DEI uva factus es, ut conculceris: uva eram, vinum ero; sed priùs calcabor.*

PARS II.

SS. DEIPARA Torcular Patientiæ.

816. *MARIA Filia Sion, Filia Iuda.* QUod olim lamentabilis Prophetа Jeremias, compatiens conculcatæ a Chaldæis Virginitati Filiarum Sion, propudiosè effatus est. Thren: 1. *TORCULAR calcavit Dominus, Virgini Filiæ Iudæ*; hoc idem in sinu accommodo, glorioſè usurpare nihil vetat, de dolente sub Cruce Virgine Beatissima: Ipsa etenim à Richar: Richard: Laur: l. 6. de laud: Virg: *Filia Sion, Filia Iuda, tunc effecta est; quando facta est, Mater Salvatoris.* Calcauit porro Filiæ Juda TORCULAR Dominus, dum, ceu vitis, Crucem ascendit, ut uvam exprimeret carnis, guttas sanguinis fundens, quas deinde in inferiora distillans TORCULARIA, corda scl: amicorum & notorum Cruci adstantium, primùm in Cor Dolentissimæ & proximè, non longè ut cæteri, adstantis Cruci, Matris deriuauit: ut enim in ipsa, Maternæ cõpassionis doloribus sic oppressâ, insigne fidelibus TORCULAR patientiæ eluceret; eam in sociam calcandi TORCULARIS Crucis, seu Passionis suæ, assummpsit & adaptare voluit.

Probatur Scripturaliter.

817. E directò quasi, huic asserto contrariari videtur locus ille Scripturæ, ubi per Prophetam dicitur, Christus solus passionis TORCULAR calcasse; quasi nullum socium haberet Passionis. Isai: Isaiæ 63. *TORCULAR calcaui solus, & de Gentibus non est vir mecum:* Cæterùm deuotissimus, simulq; ingeniosus valdè in laud: MARIÆ Rich: Laur: ex hoc Richar: ipso loco de laud Virgin: Beatissimã, in societatem calcandi TORCULARIS huius fuisse adscitam, subtilissimè sic deducit: dum taliter prædicta ponderat verba: *Quid est, quòd Dominus dicit: TORCULAR calcaui solus, & de Gentibus non est vir mecum? Verum est Domine, quòd non est vir tecum: sed mulier tecum, quæ, omnia vulnera, quæ tu suscepisti in Corpore, suscepit in Corde: & sicut lancea militis perforauit latus tuum; ita gladius doloris, eius animam pertransiuit: & sicut Tu salutem humanam in Cruce fitiisti; sic & ipsa sitiuit.* Gloriabatur quandoq; Paulus inquiens Coloss: 1. Coloss: *Adimpleo ea, quæ desunt Passionum Christi, in corpore meo.* Quod ipsum longè nobiliori & veriori modo adimplesse dicenda MARIA, tum præcipuè, dum proximè ad TORCULAR, sub quo gemebat Filius, nimirum ad Crucem accessit, vulnera contuens patientis hiantia, gemitus percipiens dolentis ac è profundo cordis educta audiens suspiria Filii: & dum sub prælo Crucis, de compresso corpore Filii profluebant guttæ sanguinis; sub pondere doloris immensi, compressum Cor Matris, sanguinearum (ut alibi in superioribus discursibus dixi ex probatis Authoribus) lacrymarum fundebat latices. Si ergo Paulo licuit illud asserere; id multò veriùs dicere poterat B. Virgo: cùm illam Arnold: Carnot: vocet, *Consumationem Passionum Christi*, scribens in illa verba: *Mulier, ecce Filius tuus.* tract: 6. *Oportebat quidem ad sanguinem animæ & carnis sua addere sanguinem, & eleuatis in Cruce manibus, celebrare cum Filio sacrificium vespertinum, & cum Domino IESU, corporali morte, redemptionis nostra consumare mysterium.* De quo Chrysloph: Vega Theol: Marianæ n. 1778. En tibi, quomodo MARIA dicatur complementum passionis Christi. Primò, quia Christus in MARIA multùm tolerauit tanquam Filius in Matre: atq; adeo non in aliena carne, sed in sua, quidquid Deipara perferebat, ipse etiam patiebatur: & quasi compatiens Mater Filio, ipsiusmet patientis fieret TORCULAR, dum eo prospiciente de Cruce, dolentis Matris angores & ærumnas, novis Cor Crucifixi comprimeretur angustiis, adeo; ut leviores experiretur

MARIA Torcular Passionis, simul cũ Filio calcauit.

Arnold: Carnot: *Maria, Consumatio Passionũ Christi.*

Vega. *Christus in Maria quam multa perpessus est.*

ille in

Christus prospiciens de Cruce Matrem, valdè afflictabatur.

ille in se cruciatus ex flagris, spinis, & clauis, & ex Cruce ortos; quàm ea tormenta, quæ ex Matre patiente hauriebat, propter ipsius erga illam, ardentissimum amorem. Hi igitur cruciatus Christi, quos in dilectissima sua Parente patiebatur, formauerunt & compleuerunt passionem CHRISTI juxta Arnold: citatum. Est & aliud, quod compatientis Matris amplius exageret cruciatus: nimirum continua eius & non interrupta compassio, atq; patiendi pro Christo, etiam in æternum, desiderium. De primo sic ipsamet, apud Rupertum Abbatem in

Rupert: Cant: alloquitur devotos. *Nolite solam attendere horam vel diem illam, in qua vidi talem dilectum ab impiis comprehensum malè tractari, scilicet illudi, spinis coronari, & flagellari, crucifigi, felle potari, lanceari, mori, & sepeliri: nam tum quidem gladius animam meam pertransiuit, sed antequam sic pertransiret, longum per me transitum fecit. Prophetissa enim eram, & ex quo eius Mater facta sum, sciui eum ista passurum. Cùm igitur carne mea taliter progenitum talem Filium sinu meo fouerem, ulnis gestarem, uberibus lactarem, & talem eius futuram mortem semper præ oculis haberem, imò plusquàm propheticâ mente præuiderem; qualem, quantam, quàm prolixam, me putatis Materni doloris pertulisse Passionem: hoc est quod dico: fasciculus myrrhæ dilectus meus, inter ubera mea commorabitur. O commoratio! dulcis quidem, sed plena gemitibus inenarrabilibus.*

MARIA continua in meditatione Passionis Filii.

Nec contenta, ingentem pœnarum Cataclysmum hisce compassiuis cogitatibus, sed in momenta non interruptè lacessiuisse ampliùs audebat & optabat MARIA: desiderabat etenim eodem tempore tormenta, & necem pro Filio subire, & simul vitæ perpetuitatem tolerare, quæ sunt nobilioris & ardentioris amoris proprietates. Dicebat enim illud Sponsi *Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus, æmulatio.* Cant: 8. sed quis nexus inter amorem & mortem? Scisitatur doctus Vega. Vega Theol: Marian: n. 1243. similiter inter dilectionem & infernum? Nonne amor omnium affectuum tenerrimus ac suauissimus; mors autem omnium tormentorum crudelissima: infernus item, omnium pœnarum exaggeratio maxima: Cur ergo Sponsus Mariani amoris vim ac robur describens, illum cum morte & inferno componit? grande profectò (respondet idem Author) Marianæ constantiæ ac fortitudinis testimonium: quippe non solùm auet robustus *B.* Virginis amor, mortis similitudinem referre, vel ipsius etiam inferni, siquidem in inferno, tametsi pœnarum æternitas reperitur, omniumq; dolorum aggregatio, abest tamen procul ab eo moriendi conflictus. A morte item, quæ est omnium pœnarum terminus, abest omnis patiendi sensus. Ea igitur patiendi pro dilecto, est ingentis amoris cupido in MARIA (ait Sponsus) ut velit a morte, moriendi tormentum haurire, ab inferno autem æternum perdurare, ut hac ratione moriendi, Martyrium pro Christo perenne, & immortale faciat. Quid ampliùs ad exaggerandos dolores compatientis Matris dici posse videtur? & tamen plura adhuc supersunt, fidelibus a Solimea Sponsa, enarranda sub Figura.

MARIÆ cupido, patiendi pro Filio.

Probatur Figuraliter.

818.

Hinc oportet, ut denigratæ Sponsæ MARIÆ, in Filii obitu videamus agones, sub typo & umbra prioris, quos venustè de cantat Epithalamium: dum etenim denigratam se dixisset, Cant: 1. *Nigra sum sed Formosa* (super quæ) Dyonis: Carthus: sic fatur ad MARIAM: *Nigra eras sicut tabernacula Cedar, quia tunc cum stabas sub Cruce, reputabaris vilis, iniqua, deformis, sicut impiissimi seductoris Mater infelix.* Subjunxêre deinceps Cant: 3. Concentores Cœlestes. *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & Thuris, & universi pulueris pigmentarii.* Certè fumi attratus color est quæ igitur fumo comparatur, utquid vereamur nigram æstimasse? Doloris itaq; magnitudo (cuius perpessione, omnium Martyrum superauit MARIA agones,) primùm colligenda est ex ærumnarum numero, quem ex puluere pigmentario, (qui utpotè tenuissimus, penè innumerabilis est,) venari licet. Pulueres illi, Martyrum sunt tormenta; sed nemo unus omnem omnium expertus est crudelitatem. Alter Cruce, alter ignibus, alter equuleo, alter gladio, alter bestiis, alter aquâ triumphat: Sola hæc Virgo est, in qua

Cant:

Cant:

MARIA dolens, superauit omnes Martyres, quibus de causis,

in qua quodam mirabili modo coadunantur, quæ in cæteros dispersa sunt, ideo pulveris pigmentarii dicitur denigrata fumo, quia sola potior Martyr, quàm omnes collectim, & quasi unicum martyriorum compendium, dolens sub Cruce Mater. Hunc attigit conceptum in sensu prædicti Dra-
Damian: matis, S. Damianus ser: de Assumpt: Virg: dum sic eundem interpretatus est. *Species quidem integræ odorem reddunt, sed non tantùm, quantùm contracta: crebris enim tunsionibus supertrita, remotiorem etiam locum odoriferâ conspersione refundunt, sic & virtutes, in pace quidem suauiter redolent; sed fortiùs in tribulatione. Vniversus ergo pulvis pigmentarius in Virgine conjectus est, quia in ea, conuentus virtutum, reverendum sibi thalamum consecrauit: & si cæteris, per partes Spiritus* affluit; *MARIÆ tamen tota plenitudo gratiæ superuenit: nec integræ fuerunt in ea species, sed in subtilissimum comminutæ, quia ipsa est, quæ fortioribus tribulationum malleis oppressa, vidit suum, & Dei Filium, affigi Cruci, militari lanceâ vulnerari, & inter duos latrones exspirare.* Secundò, eiusdem doloris cumulum demonstrat locus ascensionis huius *Virgæ per desertum:* nempe in Regione, omni solatio destituta. Patiebatur enim in aliis Martyribus Caro, sed spiritus in C tantùm confortabatur; ut gauderent in vexa mentis, imò vix tormentorũ sensus aliquis, propter supernæ dulcedinis excessum, haberetur. Ast Genitrix hæc, mœroris undiq; adeò premebatur TORCULARI, & afflictabatur in corde, ut omnem à se sequestraret consolationem, nec vellet, ut quis consolaretur afflictissimam. ait
Rich: Rich: Laur: l. 3. de laud: V. *Alii enim Martyres, etsi tormenta sentiebant corpore; interiori tamen consolatione refrigerabantur in mente: & si eorum corpora, pertransibat*
MARIÆ sub Cruce dolor sine omni consolatione. *gladius tormentorum, pro Christo, tamen animæ eorum recreabantur pro Christo; sed* D *anima Matris torquebatur in Christo; & totam eius animam vehementia doloris possidebat.* Dices fortè: commendatam Virginem sanctissimam e Cruce, Apostolo, quem diligebat JESUS, proinde nec caruisse aliquo solatio? O certè egregium solatium! cùm pro Filio Dei naturali, Filius adoptivus subrogatur, & pro Divinis, humana fit commutatio! quin ex cruciamentis fuisse hoc A insigne quoddam, obseruauit mellifluus Bernard: *in signum magnum* dum sic ait ad Virginem: *An non Tibi plusquàm gladius fuit sermo ille: Mulier ecce filius tuus? o commutationem! Filius Zebedæi, pro Filio Dei, seruus, pro Domino, homo purus, pro Deo vero, traditur.* Quodsi oratoriâ licentiâ, majores facere tuas plagas cupiamus o Virgo, Filii tui calamitatibus; præter materna viscera, quibus grauiores esse consueuêre filiorum ærumnæ, quàm ipsismet Filiis, inde etiam accrescunt, quòd solo corde passa fueris, cùm interim Sacratissima Caro illæsa abiret. An non grauiùs sit, mente & corpore affligi, quàm B solo animo? fateor: multiplicantur vulnera; sed & nescio quantùm solaminis, comites laborum nancisci vel in seipso! ne tum quidem, cùm nulli instarent adhuc Filio hostes, hoc defuit fomentum, dum scilicet oraret ad Patrem in horto: afflictissimæ enim animæ ipsius, sociam se dedit Caro innocentissima, dum ut ærumnarum partem subiret, aperuit sanguini rimas, cuius guttæ in terram usq; decide-
Dolor leuior cordis, si dolori corporis societur,
runt. Tu neq; vulnerata a militibus, neq; deliqnium passa, non sudore cruento perfusa, non exclamans, nec vociferans, omnia cogebaris in anima tua sustinere, longa sed interna trahens tacitè suspiria. Quod totum copiosâ eloquentiâ Arnold: Carnot: Arnol: iam citatus sic descripsit. *Suspirat intrinsecùs, & erumpentes revocat lacrymas, & eo ampliùs anxietas intumescit; quo prohibetur egredi, & per luctus lamentaq; dissolui: emergebant quidem aliquando gemitus, sed increpati reprimebantur, reuertebanturq; in sinum mentis, de quo prodibant & collidebant se adinuicem introrsus, eratq; in anima illa, tempestas ualida, occurrentibus sibi procellis, & quasi in sartagine frixis medullis, ebulliebant amaritudines, quæ excoquebat & coagulabat exacerbatio perse-*
uerans &c: (quod difficillimum erat) *moriebatur, & mori non poterat: & clauso tanti doloris tormento intrinsecùs, alium vultum palam ostendebat.* Hæc cùm legis, vel audis, deuote Cultor MARIÆ; perpende, rectè ne MARIAM dolentem, TORCULAR patientiæ appellatam judicaverim.

Probatur Doctoraliter. 819.

Sed præterea, ab aliis Patribus. Con-

ceptûs iſtius emendicare ſuffragia expedit, qui diſertiſſimè ſub variis modis, MARIÆ ſub Cruce ſtantis exagerant amaritudines. Seraphicus primùm Doctor, Bonaventura 1. ſenten: d. 48. q. 2. ſic habet: *Mater per omnia conformis Patri & Filio, in hoc miro modo debet dilaudari & amari, quòd adeo compaſſa eſt; ut ſi fieri potuiſſet, omnia tormenta, quæ CHRISTUS pertulit, ipſa libentius ſuſtinuiſſet: & nihilominùs placuit ei, quòd Vnigenitus eius pro ſalute generis humani offerretur. Verè ergo fuit fortis & pia, dulcis pariter & ſeuera, ſibi parca & nobis largiſſima.* S. Bernard: Sen: Tom: 1. ſ. 61. art: 3. c. 2. *Tantus fuit dolor B. Virginis in morte CHRISTI; quòd ſi in omnes Creaturas, quæ pati poſſunt, diuideretur; omnes ſubitò interirent.* Georgius Nicomed: ſer: 8. qui in S. MARIAM aſſiſtentem Cruci, ſic de paſſione eius ſcribit: *Quis enimverò enumerare ſufficiat, quanta id temporis, tela, viſcera eius pertuſerint? quis eius dolores, vim omnem ſermonis ac rationis ſuperantes, ſermone enarrauerit? tametſi enim inexpugnabilis erat ac natura affectionibus ſuperior; feruens nihilominùs amor, quem ad deſideratum habebat, exuberanſq; impietas ac ferocium hominum inſania, intolerabilem eius animo, triſtitiam creabat.* Et tandem poſt multa, nomine Deiparæ addit, alloquendo Filium in Cruce pendentem: *Vtinam tormentorum tuorum dolores, in meo ipſa ſuſciperem corpore, eſſet fortè tolerabilis cordis dolor: nunc verò intolerabilia ſunt ei impacta tela: animi dolor tantus eſt, ut minimè ferri poſſit.* Adeò preſſa & penè attrita ſub TORCULARI paſſionis, Filii, apparuit MARIA.

Bonav:

Ber: Sē:

Georg: Nicom:

Probatur Symbolicè.

820. Philip: Picinellus, mundo Symbol: l. 17. c. 34. Prælatum quendam, grauiſſimis muniis in S. Eccleſiæ utilitatem perfunctum, ac tandem pro meritis ſuis, inter purpuratos Eccleſiæ Patres recenſitum, TORCULARIS emblemate dignatus eſt, dum è compreſſa uva, hanc Epigraphen edidit: *Sub pondere, purpura fluet.* Hoc longè & quidem incomparabili modo perfectiùs, ſtanti & dolenti ſub Cruce Matri, adſcribi meretur. Adeò etenim Deipara ſub Torculari crucis laborauit pro Eccleſia; ut ſecundùm nonnullos, quodammodo corredemptricis gloriam fe-

A nerauerit. De quo Celad: in Ruth: §. 327. & Chriſtoph: Vega n. 1776. Et hoc præſertim ratione ſacrificii, quod tunc in pretium Redemptionis offerebatur, dicente Arnold: Carnot: Tract: de laud: MARIÆ. *Omninò tunc erat una CHRISTI & MARIÆ voluntas, unumq; holocauſtum ambo pariter offerebant Deo. Hæc in ſanguine Cordis; ille in ſanguine Carnis: unde communem in mundi ſalutem cum illo effectum obtinuit.* Vna fuit Filii ac Matris voluntas, idem Redemptionis effectus, licet diverſo modo: hæc de congruo, ille de condigno: hic Redemptor, Illa Corredemptrix, Redemptionis obtulit pretium, & ſumptuoſius humanæ liberationis ſuffragium. *Sub pondere* ergo *purpura* de uva MARIÆ fluxit; quia propterea inter purpuratos Chriſti, prima Martyr, imo Regina Martyrum, Deipara recenſetur ac dicitur: hic enim ſupponi, & ſtare debet, contra paucos contrarium tenentes, concors opinio Patrum. Virginem veram Martyrem exſtitiſſe ac Martyris laureolam conſecutam fuiſſe. Pro quo ſtat Hieron: Bernard: Anſelmus, Ambro: Beda: Iſidor: Damaſc: Antonin: Lauren: Juſtin: & alii citati apud Vegam n. 1251. idq; præcipuè ideo, quia quando tormenta & ærumnæ ad inferendam mortem naturaliter ſuffeciſſent, tantùmq; Divina manus per miraculum exemiſſet à morte; tunc non defecturam laureolam Martyrii: quia tunc non per hominem ſtetit, quòd mortem pro Chriſto non ſubiret. Quod docet Cypr: Tertull: Chryſoſt: apud eundem Vegam citati. Albertus autem Magnus & Bernard: Sen: aſſeuerant, multoties præ magnitudine ærumnarum, Deiparam morituram fuiſſe, niſi Divinitùs ſæpiùs roboraretur. Propterea ergo ab Eccleſia, *Regina Martyrum* titulo honoratur, quo nomine eam SS. Patres paſſim appellant. S. Ephrem: orat: de Deipara, eam dicit *decus Martyrum*. S. Bernard: Sophron: Ildephonſus eam pluſquam Martyrem fuiſſe prædicat. Illi ergo emblemati ſupra allegato, liceat accinere Epigramate.

B

C

D

Arnol: Carnot: *Maria, ſacrificiũ Crucis ſimul cum Filio obtulit pro mundo.*

MARIA Martyrũ prima, eorumq; Regina.

Hieron: Anſelm: Ambro: Bernar: Beda. Iſidorus.

MARIA verè Martyr, Martyriſq; donata laureolâ.

Ephre: Bernar: Sophr: Ildeph:

Pampinos fœtus, rubicundaq; pignora Bacchi
Aggere collectos torcula læta tenent.
Prela madẽt domitis Petraq; prameẽte gemiſcũt,
Atq; rubeſcenti nectare plena fluunt.
Pondere ſub tanto Virgo velut uva fatiſcit,
Profluit

Profluit inde Tibi Purpura Martyrii.

Probatur Miraculosè.

821. Sed quia redundantia sunt TORCULARIA Nostra, CHRISTUS Patiens, & Mater eius Dolentissima; etiam quantùm exuberet MARIA in gratiis erga illos, qui ad dolores ipsius singulariùs sunt deuoti, & compassiui doloris affectu frequentiùs afficiuntur; vel unâ id declarare expedit miraculosâ reuelatione. In reuela: S. Birgittæ l. 5. c. 97. habetur de quodam illustri viro, qui grauiter ægrotans Sacerdoti confiteri nolebat, pro cuius animæ salute S. Birgitta preces ad Christum fundebat: & ad ægrotum, Christi jussu, semel atq; iterum, Confessarium suum, qui eum ad confessionem inuitaret, misit, sed frustra: Tertiò tandem rediit, & CHRISTI nomine ad pœnitentiam hortatus, quòd Christus paratus esset ignoscere ei: tum ægrotus cum insolitis lacrymis Diuinitùs sibi concessis dicebat, se iam sexagenarium multis sceleribus irretitum, diabolo, qui sæpe ei locutus fuerat, homagium feciſſe, & nunquam sua peccata Sacerdoti confessum, nec SS. Eucharistiam sumpsisse, & iam de salute sua desperasse: sed in spem veniæ ex dictis sacerdotis verbis, & interiori motione Christi adductus, quater eo die confessus, & sequenti die post confessionem communicauit, ac sexto die obiit: de quo Christus S. Birgittæ apparens dixit: eum ad purgatorium iuisse propter contritionem, quam illi ex sua benignitate dederat, & propter aliud meritum, nimirum Matris meæ (inquit) nam licet iste homo non dilexit eam corde; tamen quia consuetudinem habuit compatiendi doloribus ipsius, quoties eam audiebat nominari, aut considerabat; ideo compendium salutis suæ inuenit & saluatus est. Hæc Carthag: inter miranda Virginis recensetur: ex quo collige abundantiam TORCULARIS Mariæde quo, pro tã exiguo obsequio, tantùm defluxit gratiæ efficacis in cor tam perditi peccatoris. Vobis sperare licet meliora & meraciſſima a TORCULARI hoc MARIÆ, gratiarum vi-

Mariæ Dolorum recogitatione, perditus peccator saluatur in morte per pœnitentiam.

A na, eorumq; profluuia; qui singulariùs & frequentiùs compassiuis eidem afficimini doloribus, deuotè, stantis sub Cruce, ærumnas rememorantes.

Epilogus.

822. SIngularem demandatam fuisse curam Filiis Core, Psalmorum illorum, qui inscribuntur pro TORCULARIBUS, notarunt Expositores: quos Rex Dauid, (quoniam in rebellionem non venerant Parentum Dathan, Abiron & Core,) præfectos fecerat Cantorum: vide Blanc: in Psal: 83. Hos autem S. Augu: interpretatur, Filios Cru-

Core Filiorum cura, de Psalmis pro Torcularibus

B cis: erant autem tales Psalmi decem, pleni gratiarum actionis, exultationis, & tripudii, lætaq; continentes. Non alios in Persona Filiorum Core signari arbitror, nisi vos Filios Crucis, nimirum deuotos doloribus CHRISTI & MARIÆ. Vobis hodie Psalmus debetur pro TORCULARIBUS: nimirum pro patiente CHRISTO & MARIA compatiente. Psalmus quidem gratiarum actionis pro tanti beneficii, redemptionis scl: nostræ exhibitione debet esse; sed simul mæstitiæ ac doloris, si compressorum sub prælo Crucis, ratio habeatur. Vaticinabatur o-

C lim inclytus Propheta Domini, Zacharias c. ult: tunc de Jerusalem, iterum exituras aquas salutis, & omnium promanaturas prosperitatum scaturigines, *dum habitaretur a Turre Hannael usq; ad TORCULARIA Regis.* De te ipso (amice Lector) hoc vaticinium usurpa: TORCULARIA Regis, cogita CHRISTUM, Regem Cœlestem, & Reginam mundi MARIAM, in utriusq; passione. Inde tua propendet salus, inde in animam tuam scatet Vini gratiarum Cœlestium ubertas, si ad hæc TORCULARIA per piæ meditationis exercitia commoraris, & manes. Dic ergo,

Zachar:

D & dic ex Corde, supplicando mæstissimæ Virgini.

Sancta Mater istud agas.
Crucifixi fige plagas.
Cordi meo validè.
Tui nati vulnerati,
Tam dignati, pro me pati.
Pœnas mecum diuide
AMEN.

TVBA Misericordiæ Dei.

SS: DEIPARA.

Pro Festo B. V. MARIÆ de Portiuncu:

Hodie huic domui salus facta est. Luc: 19.

823. JAm primùm, magnæ felicitatis mortalium omine, imò auspicio, misericordiæ resonant voces: iamiam buccinat Neomenia TUBA, sub cuius clangore non iam annus; sed quotannis dies promulgatur Jubilei, scl: dimissionis peccatorum, dum in præsenti solemnitate, S. Euangelium, salutem obloquitur cunctis. A. A. Quinquagesimus hic, ut olim in veteri lege, aut (ut iam consueuit nunc Ecclesia) vigesimus quintus, non expectatur annus; sed annuatim TUBA Jubilei canitur, dum Indulgentia Portiunculæ publicatur. O quàm dispar longè, hodie se offert spectaculum, primæ illi in Monte Sinai Diuinæ ad TUBÆ clangorem apparitioni, populo Hebræorum exhibitæ! perstrepebat buccinæ sonus vehementiùs: accinebat aureæ vel argenteæ TUBÆ, commotione validâ æeris, elementum: modulabantur, sed ingratè imò horrificè, hinc inde volitantia fulgura & tonitrua, Dei præsentiam in illo monte contestando: horrebant pili, metusq; mortis cunctos occupauerat. De quo sic Exod: 19. *Ecce cœperunt audiri Tonitrua, demicare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorq; buccinæ uehementiùs perstrepebat: & timuit populus, qui in Castris erat. Totus autem mons Sinai fumabat, eò, quòd descendit Dominus super eum in igne.* Fortunatiorem longè, non tam Zachæi, quàm parvuli Francisci domunculam, Beatæ MARIÆ de Portiuncula, quis non dixerit? quæ licet exigua sit; montes tamen immensos capit, Christum nimirum & MARIAM, qui communiter a Patribus, excelsis figurantur montibus: quod præsertim asseruit Bernard: a Busto ser: 3. de assimilat: Deiparam, ipsi monti Sinai comparando. Hìc ergo singulariter apparuit Dominus, sed longè clementiori Pompâ, quàm olim in Sinai, non iam cornuto Moysi, sed humili Patriarchæ, amicè collocuturus. Non hìc concitatior æer aures verberat, ut terreat, qui potiùs Cœlestium spirituum, ab imo usq; ad summum, canentium Deo laudes, plenus cernebatur a Seraphico Patre: non feriunt fulgetra, non terrent igneæ corruscationes, sed suauis plenaq; clementiæ obauditur vox Saluatoris, omnia quæcunq; pauper postulauerit Franciscus, concedenda promittentis. Cauebat Moyses, ne homo vel bestia, si loco appropinquasset, mortis fieret victima; hìc sine quovis delectu, etiam illi, (quorum vita, vitio facta brutalis,) per concessæ indulgentiæ, si pœniteant, beneficium ut accedant, invitantur. Omnia planè clementiam Dei, omnia misericordiam eius, per latepatentis Orbis plagas resonant gratiosè? nec mirum: non hìc etenim densatur æer in nubes, non TUBA vehementiùs perstrepit; sed potiùs gratiosè modulatur nova TUBA *misericordiæ Dei*, nimirum MARIA, cuius perauguſtis interceſſionibus, quas dedit pro peccatoribus, stimulante Francisco, singulare hodiernæ & universalis indulgentiæ Priuilegium concessum esse nouimus. Igitur non immeritò, eandem novo hoc titulo *TUBÆ misericordiæ Dei*, TUBÆ Jubilei, venerabor: quod antequam demonstrem; pulsabo breviter aures illorum, qui plerumq; ad voces invitantis Dei ad pœnitentiam, obsurdescunt. Interim salutemus breuiter MARIAM.

Clementia TUBA Dei
Terret nos magnæ diei
TUBA, prius sonet tua,
Reviviscat mens mortua.

Portiunculæ Indulgentia, annus Iubilei quotannis recurrens.

Angelorũ multitudo frequẽtia in Festo Portiunculæ.

MARIA Tuba misericordiæ Dei,

Exod:

Bernar:

Busten:

PARS I.

Citò voci Divinæ ad pœnitendum obediendum.

824. AD TUBAM confiſtimus ſemper mortales, ad TUBAM vivimus, ad TUBAM Caſtra tenemus: quorum vitæ ratio, militia eſt ſuper terram, juxta Jobtem. TUBAM, intelligo voces inſpirationeſq; Dei invitantis, ac ſtimulantis ad pœnitentiam rectamq; vivendi rationem. Vtiq; adeſt Pſaltes Pſal: 46. *Et Dominus in voce TUBÆ:* quæ toties auribus obſtrepit; quoties occaſiones bene merendi, vel de commiſſis pœnitendi, offert. Clamabat olim Iſaias c. 18. *Cùm elevatum fuerit ſignum in montibus, & clangorem Tubæ audietis.* Quis ſit autem fidelis auſcultator, ut voci huic obediat, nec unus legitur; ſed ipſe Dominus judicia ſtricta prædicitur celebraturus: ſubdit enim Propheta. *Hæc dicit Dominus ad me: Quieſcam & conſiderabo in loco meo, ſicut meridiana lux clara eſt, & ſicut nubes roris in die meſſis.* Adeo Deus vigilat ad TUBAM vocis ſuæ, ut nedum non deſit inflando, ſcilicet ſuggerendo inſpirationes; ſed etiam ut Judex & Vindex ſuper eos, qui ſonantis contempſerint ſaluificas annuntiaciones: qui, dum ſe Cœleſtium Theſaurorum offert occaſio, moras illi nectunt, uſq; ad ultimam TUBAM: horam nimirum mortis, & cum ingenti ſalutis ſuæ diſcrimine prætendunt pœnitendi protelationes: heu dolendum!

Tuba Dei, eius inſpirationes.

Pſalm:

Iſai:

Deus vindex, ſuper procraſtinãtes pœnitentiam.

Probatur Scripturaliter.

825. Huius profectò exitialis ſocordiæ origo & cauſa, vaferrimi hoſtis ſalutis noſtræ aſtum & artificium eſſe, aduertit ſagaciſſimè Regius Propheta Dauid: ut enim decipiat mortales; habet ille TUBAS ſuas, quibus contrarias Divinis & ſalutaribus inſpirationibus inſonat voces, procraſtinandæ pœnitentiæ inſufflando peccatori ſpiritus. Monet idem Vates, quòd, dum Clementiſſimus Deus ſpem etiam perverſiſſimi peccatoris fouet & alit, & quando invitat ad veniam, non conſulit, eſſe negligentem, aut cunctatorem, aut craſtinum; ſed iubet exurgere ſimul & ſtatim, ac ipſe præcipit, ut ſaucii per modum cerui, ad fontem accurrant ſalutis: dicit enim Pſal: 94. *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra.* velut dixiſſet: quo momento TUBA vobis inſonuerit, miſereri volentis Dei; ilicò, dum ſe confitendi, & indulgentiam conſequendi offert occaſio, è ſtrato peccatorum ad lacrymas & pœnitentiam expediti feſtinanteſq; conſurgite. Dicit quidem Dominus, omni malo culpæ eſſe paratum remedium; ſed non dicit peccatori, nec conſulit, ut craſtinus ſit: cùmq; prolapſus fuerit, vult ille, ut mox faciat quantùm valet, diſponendo ſe ad pœnitentiam, & manum porrigentis Dei ſtatim arripiat, cuius adminiculo ſe erigat. Quadrat hic illud Senecæ l. 5. Controver: 5. *In lege, quoties tempus non adjicitur, præſens intelligitur.* Fieri quidem poteſt, ut Senecio factus reſtaures mala, quæ animæ tuæ adoleſcens intuliſti; verùm cùm hoc ſit incertum & perdifficile, milleq; periculis plenum, propterea Deus non aſſolet in illam ætatem emendationem differre vitæ. Talem utiq; converſionem S. Hierony: in Epi: 65. vocavit *diaboli pœnitentiam:* Sic enim, ſuper citata verba Pſalmiſtæ ſcribens, quemq; exhortatur. *Iungamus gemitus, lacrymas copulemus, & conuertamur ad Dominum, qui fecit nos: Venite adoremus & procidamus, ploremus ante Dominum qui fecit nos.* Et ſubdit *Non expectemus pœnitentiam diaboli.* Et quæ eſt iſta pœnitentia diaboli, cùm ipſe nullam egerit? Non egit quidem, ſed ſtultè, tandem aliquando ſe habiturum eam, ſperabat, eò quòd ſciret (ut obſeruat melliſluus ap: Did: Niſſen: Polit: p. 2. l. 4. c. 5.) immenſam bonitatem Dei in concedenda venia, quidquid peccaretur. Eandem porro vocem frequentiſſimè inſonat auribus peccatorum, ut in quo ipſe deceptus eſt; in eo quoq; alios decipiat ac deprauet. Dicat hoc, idem Propheta Dauid: qui de tentationum ſæuis procellis, quibus ſcopulus validiſſimi pectoris eius, ab invidis hoſtibus uerberabatur, ſic aiebat & querebatur. *Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me.* Pſal: 40. hoc eſt: verbo iniquo, ſed validiſſimo & maligniſſimo voluerunt mihi bellum mouere crudeliſſimum. Tantane verò, verbo uni, vis oppugnandi ineſſe poteſt? tantum venenum ſub eſſe

Deo vocanti, illicò obediendum.

Pſal:

Senec:

Hieron:

Pœnitentia diaboli, quænam dicitur?

Pſal:

esse sententiolæ uni exiguæ? At videamus, quænam vis illa, aut quale in verbo uno toxicum: audiamus illud: *Numquid qui dormit, non adjiciet, ut resurgat*, inquiebant hostes ad illum, ibidem: acsi dixissent: nonne, qui velut frigidum cadauer semel cecidit, erigere sese & resurgere animatus potest? hoccine verò est bellum, de quo sacer Propheta querebatur? hocne, quod illi ab hostili TUBA buccinabatur classicum? quid nam illi talibus verbis volebant. Hoc & non aliud; nimirum, qui in mortem animæ & somnum lethalem per peccatum mortale incidit, nonne is ab illo somno euigilare ad vitam gratiæ potest? nonne peccator conuerti? nonne qui morbum animæ per culpam contraxit, sanari potest? quid ergo est, quod timeat vel tremat, qui semel ac sæpiùs peccat. Apud Hugonem Card: alia versio hunc textum legit: *Verbum diaboli constituerunt aduersum me.* Quod iterum ciet difficultatem. Nam qui dicat peccatori, posse illum conuerti, quantumcunq; hactenùs fuerit sceleratus, posse grauissimorum flagitiorum apud Clementissimum Deum veniam inuenire; hoc magis est Verbum Dei, quod multoties Scriptura loquitur, peccatores ad pœnitentiam invitando, & ne desperent de indulgentia, eos animando. Cur ergo vocatur a Propheta, *Verbum iniquum*, aut vox diaboli. Respondet idem Cardinalis in Cõmentario: *Verbum diaboli fuit, nequaquam moriemini, & modò per adulatores, qui sunt organa eius, dicit: Nequaquam adhuc moriemini: bene potestis adhuc bibere & comedere, vos estis adhuc iuvenes, quando senueritis, tunc facietis pœnitentiam.* Protoparentibus nostris dicebat olim serpentem indutus *Nequaquàm moriemini:* ut per ea verba incautos & infortunatos inficeret, & obtinuit: sic nunc eadem, siue per se, siue per assentatores intonat, dum Pœnitentiam differendam ad annos seniles persuadet, Clementiam Dei parùm exagerans, partìm merita sanguinis Christi extollens, partìm finali Latronis pœnitentiâ & nonnullorum in morte conversione inescans, & eludens: ut sic incautos pluribus flagitiorum inuolvat reticulis, & in dies magìs indispositos & ineptos, crescente mentis obstinatione, ad

Diaboli discursus, quibus suadet procrastinationem pœnitentia.

Hugo.

Diabolus, spe pœnitentiæ & clementia Dei, decepit Protoparentes.

A Pœnitentiæ gratiam reddat. Rectè docuit D. Cyrillus Alexand: T. de exitu animæ: dum dixit, *Qui dicunt peccemus in iuuentute, & in senectute ad meliorem sensum redibimus, ii a damonibus illuduntur ac deridentur: quoniam qui ultrò peccant, eis ad sanitatem redire non datur, sed in iuventute, mortis falce demetuntur*

Cyrill:

Peccantes ultro in iuuentute moriuntur.

Probatur Figuraliter.

826.

Velocis conversionis ad Deum, & procrastinatæ discrimen si cernere percupis in Figura, non a longè hæc petenda erit: imò quantùm ad primùm, B ipsum etiam schema habes ex hodierno Euangelio, in publicano Zachæo: felix utiq; ille, qui licet magnus & publicus peccator; tamen cum miserentis Saluatoris TVBAM obaudivit, festinans descendit vocatus ab illo, properauitq; velox in occursum. Princeps ille erat publicanorum ditissimus, & nihilominùs ab ore Redemptoris accipit: *Quia hodie salus domui huic facta est, eò, quòd & ipse Filius sit Abrahæ.* Luc: 19. Spreuitq; Saluator, susurros murmurantium, quoniam ad hominem peccatorem diuertisset. Quid ergo placuit in Zachæo? nempe, quia dimidium bonorum, pauperum subsidio C obtulisset, & quadruplum eis, si quos defraudauerat: optimum illud: verùm circumspice aliud pariter; mox ut imperauit JESVS, ex sycompro descendere illum, *Festinans descendit.* Non famulos advocavit ministerio, & interim donec adueniissent, sedens in cacumine sylvestris ligni expectavit: non excanduit ob iussum, licet coram multitudine, cùm tamen diuitias factus sequatur, & de opulentis alius patienter non sustinuisset, imò contempsisset præcipientis mandatum: nihil horum ille, sed alacris & promptus, è specula se demisit. Laur: Nouarien: Hom: de D Pœnit: JESVM cum murmuratoribus loquentem sic inducit. *Quid vos indignamini? talem operarium, tam maturè conuersum, possumne repellere & non libenter recipere? & hunc despicere, tam citò translatum de malo in bonum?* Neq; enim repulsurus erat CHRISTVS illum, qui tam citò vocanti responderat: & rectè, licet Ethnicus esset, Abrahæ tamen pro Filio addicitur, cuius velocitatem in parendo TVBÆ, seu

Velocitas in obediendo voci Diuinæ, Zachæum saluat & filium Abrahæ facit.

Laur: Novar:

voci

voci Divinæ, æmulabatur. *Eò, quòd & ipse, Filius sit Abrahæ.* Jussus Abraham Filium immolare, sine mora acquievit, neq; diem expectans præ studio festinandi: *De nocte surgens strauit asinum suum.* Gen: 22. Quæ ad verba Origenes Hom: 8. *Non deliberat, non detrectat, non communicat cum ullo homine consilium, sed statim occupat iter, & ideo, Pater, Fundamentumq, Fidei dictus ab Apostolo.* Cui accinit Cypri: de bono patientiæ, de Abraham tractans, dum ait: *Sic Abraham Deo credens, & radicem & fundamentum fidei primus instituens, tentatus in filio, non dubitat neq; cunctatur.* Festinare etenim ad vocem TUBÆ vocantis Dei ad salutare opus, aut ad pœnitentiam, vivæ & veræ fidei argumentum est, sine qua, nemo placere Deo potest: tardare verò in operibus & pœnitentia, mortuam arguit fidem. Comparemus cum sacrificio Abrahæ in Filio, & Zachæi in bonis pauperibus oblatis, sacrificia Caimi: qui quoniam tardè ad sacrificandum processit; ex eo D. Bernardus, venustâ appellatione, *fideicidam* nuncupavit. *Factum est autem* (Gen: 4.) *post multos dies, ut offerret Caim de fructibus terræ, munera Domino:* ecce qui fidem, quasi plantavit Abraham, & eam ob causam, fidelium vocatus est Pater, properat adimmolandum, de nocte consurgit, festinat anhelus; Caim tardi gradus sacrificulus, ille qui post multos dies offert, neq; de pinguioribus tamen, fidem enecat. Audi melleum os fer: 25. in Cant: *Quid diuidis actum a fide? iniquè diuidis, fidem perimens suam: nam Fides sine operibus mortua. Non mirum, si Caim insurrexit in Fratrem, qui priùs suam occiderat fidem. Quid miraris o Caim? si ad tua non respicit munera, qui te despicit: & si nondum Fratricida, iam tamen Fideicida teneris.* O infelices sacrificulos! qui dum post multos dies & annos contriti cordis sacrificium, scilicet pœnitentiam meditantur; fidem quodammodo & gratiam Dei, totaliter in se extinguunt. Vereor, ne illis accidat, quod Promotheo accidisse narrat fabula: Is enim (ut ex Higino refert Ludou: Vives l. 8. de Civit: c. 8.) sacrificaturus Diis, duos boues mactavit, & utriusq; ossa, unius Corio contexit, carnes verò, corio alterius: tunc osseam illam molem, corio tectam altari approximat, carneam aliquantò separatam reseruans: & sic Jupiter doli nescius, sibi proximiorem in sacrificium delegit. Quid plura? ablato tegmine invenit ossa sola inutilia: quo iratus ignem homini abstulit, ne ullum deinceps valeret offerre sacrificium, quo placeat Diis. Sic porrò multi, ætatis florem cùm dederint peccatis; ossa arida vovent Deo, in senectute pœnitentiam promittentes saltim in morte. Sed timeant, ne Deus iratus illis abstulerit ignem Divinum, sine quo nihil Deo gratum perficient, gratiam videlicet suam, quam demeruerunt, ad verè pœnitendum eisdem denegando.

Procrastinatio Pœnitentiæ, argumentum fidei emortuæ.

Fides sine operibus mortua.

Caim ob tarditatẽ sacrificii, Fideicida priùs, quàm Fratricida factus.

Gen:

Bernar:

A B C D

Ignem negat Iupiter, homini illudenti sibi, & ossa offerenti.

Probatur Historicè.

Recentissimam, sed terribilem, etsi ad propositum nostrum opportunam, quæ nuper contigit Romæ, audite Catastrophen. Hanc describit Nucleus Cathehisticus, ex P. Barone, qui collegit vitam serui Dei, vitâ & miraculis clari, F. Innocentii de Clusa, Ordinis Min: Reform. Siculus quidam Dynasta, honoribus, opibus, uxore etiam diues, omnia a Deo accepit, quæ sensum mulcere possent. Ille hisce superbus tantùm, non satur, uxori pellicem superinduxit, cum qua adulterium multis annis obstinavit. Sed patientia Dei, quàm laboraret in ferenda huius hirci lasciuia! graviissimo igitur morbo admonuit eum sui officii. Adolat uxor, etsi exulcerata perfidiâ viri, ad Fratrem dictum Innocentium, (qui in Conventu S. Petri montis aurei fatis postea cessit Anno Domini 1631.) accedensq; supplicibus votis orat, ut conaretur Divinam iram, id est morbum a marito avertere, prece impetrando. Innocentius suam operam pollicitus: ipsum itaq; infirmum adit atq; monet, ut si postliminium optaret sanitati, iret consultum per Exomologesim scelerum, Eucharistiæ usum, atq; imprimis pellicem repudiaret. Ille omnia spopondit, atq; ipsâ re fecit: sed sanus factus, paulò post, lubricante animo & invitante voluptate, ad vomitum & pellicem rediit: quod cùm didicisset servus Dei, huic Dynastæ obuius aliquando, traxit eum in partem & acer increpavit, monuitque, ni resiperet, imminere sibi horrendam vindictam. Sed

827.

Exempli terribile recentissimum Romæ, circa damnationem cuiusdam Dynastæ Siculi.

F. Innocentius de Clusa Ord: Min: Reformatorum 1631. claret miraculis.

spreuit

ſpreuit miſer vocem ſalutarem monentis, ludibrio habens conſulentem: pellicem iterum in deliciis habuit, indeq; ſibi iram Dei maturavit, quæ ipſum furenter lecto ægerrimum affixit. Non multa conclamatum eſt à Medicis de ſalute: iterum uxor ſuppetias poſtulat a Fratre Innocentio: ſed reſponſum tulit ob pertinaciam dignum eſſe, nec ſupereſſe ei gratiam è cœlo expectandam. Ipſe autem Innocentius, dum excubias ſacras agit in Eccleſia, audit ſtrepitum, quaſi turmæ equitum, quæ ſonoro tumultu, neſcius, quo properabat, fecit referari fores Eccleſiæ: unde exactè proſpiciens aciem dæmoniorum, adiuravit eam in Nomine Omnipotentis, ut dicerent, qui eſſent. Et illi, dæmones ſumus, & vectum illum Dynaſtam, qui iam animam agit, imus. Tunc Innocentius: in regreſſu, huc diuertite: quod & fecerunt, novam ſarcinam, infelicis Dynaſtæ, equo deportantes, qui aſpiciens ſervum Dei eiulans clamavit. *Adjuva Frater Innocenti* Sed hic inquit. *I maledicte, DEUS te diris deuovit: quas ego etiam ex ipſius parte augeo* Et protinus terra ſubtus hiavit, & adulterum ſorbuit, animam ſimul & Corpus complexa adeo; ut mandante per Innocentium Deo, uxor & conſanguinei, (dum mendaci ſepulturâ, tumbâ lapidibus pro cadavere onuſta ſubrogata, infamiam contegere intendebant) ab omni abſtinere debuerint pompa. O Infeliciſſimam prorogationem pœnitentiæ ad mortem! TUBA illa ad pœnitendum plerumque non perſtrepit auribus, quæ ad voces, bene valentis adhuc peccatoris obſurdeſcebant.

F. Innocentii de Cluſa Reformati, authoritas in dæmones, qui Dynaſtæ Siculi ad monita obſtinatã animam, amandavit ad infernum.

Baſil: Concludat emphaſi ſua M. Baſilius: *Ne annum de Anno, & Menſes de Menſibus, & diem de die differens, & non accipiens oleum, luminis alimentum, incidas aliquando in diem, quam non expectas, quando deficiet & vivendi proceſſus, & conſilii inopia & tribulatio immitis fuerit. Nemo te inanibus verbis decipiat: inſtabit enim tibi repentina pernicies, & mors ad procellæ ſimilitudinem aderit; veniet Angelus triſtis, abducens violenter & trahens animam, peccatorum vinculis alligatam, & frequenter ſe convertentem ad ea, quæ hic ſunt, lugentem ſine voce inſtrumento lamentationum de cætero concluſo. O quantùm te ipſum dilaniabis? o quantùm ingemiſces! fruſtra pœnitentiam, ob mala conſilia, agens.* Aſſuefcant itaq; in vita aures voci Cœleſtis TUBÆ ad meliora vocantis, & ultima in hora non obſurdeſcent, ut audiant nuntia, ad Coronam invitantis.

PARS II.

SS. DEI PARA, TVBA Miſericordiæ.

AD TUBAM iam, ſpiritibus clementiæ animatam, conſiſtimus hodie, univerſi peccatores, MARIAM intelligo de Porttuncula. Non claſſica hæc canit, ſed victoriam de peccato nuntiat: non bella ciet, ſed bella inter iratum Deum & hominem extinguit, dum pacem inter utrumq; componit, pacis Regina, dum veniam generalem impetrat peccatoribus, & ad portionem ſingularem gratiæ convocat ac invitat univerſos. Henricus Engelgraue Dom: ult: Pent: meminit cuiuſdam Illuſtriſſimæ in Hiſpania Familiæ *de Ron*, pro gentilitio ſtemmate TVBAM præferentis, ex quo, more majorum in iſta familia receptum eſſet, non aliter, niſi ad TVBAM cænare. O longè feliciorem dixerim Franciſciadum Familiam, quæ univerſos peccatores hodie cænâ excipit opiparâ, & portione pertractat ſingularis indulgentiæ, idq; non aliter, niſi ad TVBAM MARIÆ, nam ad benigniſſimas eiuſdem apud Filium ſupplicationes conceſſâ. Cùm verò Allegoria hæc deſumpta ſit a TVBIS jubilei in veteri lege uſitatis; ex nonnullis proinde earum myſteriis ac effectibus, conuenientiam eius obſervemus. 828.

MARIA Tuba ſpiritibus clementiæ animata: Tuba pacis, & indulgentiæ peccatorum.

Tubarum Familia in Hiſpania unde.

Probatur Scripturaliter.

Primum TVBARVM illarum jubilei in lege veteri myſterium habebatur, quòd ad earum clangorem, in decurſu annorum quadraginta novem, annus quinquageſimus, id eſt, Jubilei, publicaretur. Leu: 25. *Numerabis tibi ſeptem hebdomadas annorum, id eſt ſepties ſeptem, quæ ſimul faciunt annos quadraginta novem: & clanges buccinâ, menſe ſeptimo, decimâ die menſis, propitiationis tempore, in univerſa veſtra terra. Sanctificabiſq; annum quinquageſimum.* Inter cuius Jubilei privilegia, hoc præcipuum fuit, quòd 829.

Leu: *Iubileum publicabatur ad Tubam.*

quòd mancipiorum seruile aboleretur stigma, dum omnibus emptitiis seruis plena daretur manumissio. Aliis autem temporibus manumitti poterat servus, si se redimeret vel redimeretur, quod fieri debebat multæ pecuniæ ponderatione, & stricto annorum computu. *Si plures fuerint anni, qui remanent ad Iubileum, secundùm hos reddet & pretium; si pauci, ponet rationem cum eo, juxta annorum numerum.* ibidem. Annus verò dum veniebat Jubilei; plena, sine omni obligatione persolutionis, dabatur manumissio. *Quod si per hæc redimi non potuerit, anno Iubileo egredietur cum liberis suis.* Ibidem. Proinde Annus Jubilei, seu clementiæ appellabatur, & ut talis publicabatur ad TUBAM, universis mancipiis valdè gratiosus & desiderabilis. TUBÆ huic Moysaicæ, & alieno animatæ spiritu, nova in lege Christi, eaq; viva successit TUBA clementiæ longè perfectioris, MARIA scl: quæ salutis humanæ perquàm cupida, nec longa proinde ferens tædia, numerosos annos, in dies annuales commutans, quotannis diem istum publicat Jubilei, & mancipiis peccati singularem, plenam purè gratiosam, & sine omnis pœnæ persolutione, annuntiat universaliter omnibus culpæ peccati condonationem, dum per impetratæ ab illa Indulgentiæ vim & virtutem, nedum nulnus peccati; sed etiam vulneris stigma, & cicatrix aufertur. Sanè adhuc misera, & non perfecta curatio est, qu culpæ characteres & inde ora supplicii stigmata in sanato relinquit. Tametsi Dauid confestim audierat, ex Prophetæ, adeoq; ex Dei Ore, sceleris sui optatissimam veniam; tamen adhuc supplici oratione, & precariis singultibus, atq; redemptricibus lacrymis peccati sui veniam rogat, illudq; magis ac magis delere satagit. *Miserre mei* (inquit) *Deus, secundùm magnam misericordiam tuam: & secundùm multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam: ampliùs laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.* Bene notat Hesihius in Caten: Quod Dauid non simpliciter lauari, sed ampliùs lavari rogavit, petens, ut purgatio crimini seu lapsui respondeat. Nam quemadmodum (ait Origenes) magnæ maculæ, expuncta difficiles sunt, & non unicâ, sed pluribus ablutionibus elui postulant; ita magnæ iniquitates, multis Dei miserationibus abolentur. Sed redeat iterum Hesihius nuper laudatus, qui hac super re insigniter philosophatur. Secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. &c: *Rogat* (inquit) *deleri iniquitatem ita; non solùm, ut curemus vulnus; verùm ne cicatrix quidem relinquatur: quamobrem multitudinem miserationum prætendit: neq; enim ab una miseratione deletur integrè iniquitas: hoc est, ad multa, multis opus est miserationibus, ut minas & supplicium effugiamus.* Nimirum, tametsi per veram pœnitentiam deleatur peccati culpa; resident tamen veluti vestigia & reliquiæ ipsius, nedum habitus non boni; sed præterea, (quod valdè grauat,) temporalis pœnæ pœnalissimus reatus: & sanato vulnere peccati, manet fædi vulneris cicatrix. Ne verò hæc maneat, sed ut perfectè expungatur; Dei magnam misericordiam advocabat Psalmographus auxiliarem, ut per eam, à culpa & pœna pro illa, se liberum, sibi aliquando congratulari posset: quam antequam obtinuisset plurimis madere debuit lacrymis & obrui calamitatibus: & interim, aliquos sub huius Jubilei gratia exultabundos cernens, tam magnam eis aggratulabatur, non sine sacra invidia, beatitatem: dicebat enim Psal: 31. *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Arcanus quidam loquendi modus exper sionem meretur, quòd cùm bene peccati iniquitas per pœnitentiam dicatur remissa in priori hemistichio; in posteriori tecta dicatur, quasi remissum peccatum, sub tectura tectiùs lateret: nequaquam: nam illud quoad culpam plene abolitum esse, credi debet. Sed acutè hic clementissimi Dei singularis connotatur misericordia, qui per modum peritissimi Chirurgi, dum nonnullorum vulnera sanat, culpam remittendo, ne etiam cicatrix appareat, perfectissimè obducit quasi vulneri carnem, & adæquat: omnem nimirum indulgendo peccatori pœnam. Sic etenim Paraphrasis Græcorum PP. in hunc locum: *Lamentis* (inquit Dauid) *& lacrymis assiduis propter peccatum intabescens, & omnibus generibus calamitatum idcirco circumdatus, felices illos ac beatos nuncupo, qui Domini benigni-*

Iubilei anno, mancipiorum manumissio.

MARIA, Tuba quotannis annũ Iubilei publicans.

Psal:

Psal:

Peccati plena dimissio, quoad culpam & pœnã, non modicæ difficultatis.

benignitate, peccatorum consecuti sunt remissionem: Tantâ siquidem in illos usus est Deus liberalitate; ut non solùm remittat; verùm etiam obliteret peccata, & neq; vestigia eorum relinquat. En (quod in veteri lege, aut perdifficile aut rarissimum contingebat) tam liberalis, tam magna misericordia Dei, culpam & pœnam simul dimittentis iam hodie, ad TUBAM Mariæ intercedentis! Cunctis mancipiis peccati, talis plena manumissio a culpa & pœna per Jubilei Indulgentiam promulgatur.

Probatur Figuraliter.

830. Sed aliud huius mysticæ TUBÆ videamus mysterium, sub alterius veteris legis TUBÆ, (quæ Neomenia vocabatur,) figuratione: de qua idem Divinus Psaltes memorat Psal: 80. *Buccinate in Neomenia TUBA, in insigni die solemnitatis vestræ.* Dum inquiro inter Commentarios, quænam ista insignis solemnitas esset? reperio fuisse diem primam Septembris, in qua insignis beneficii, populus Hebræus recolebat memoriam cum gratiarum actione, pro liberatione scilicet Isaaci à gladio Paterno, per subrogationem immolandi pro ipso arietis, cornibus inter vepreta hærentis: hinc enim nimia in tribubus apparebat exultatio clangentium in TUBIS populorum: ob quod, Festum illud dicebatur TUBARUM: itaque, ubi primùm Neomenia TUBA à tabernaculo per sacerdotes insonuisset; tunc demum copiosæ vitulorum, agnorum, arietum fiebant victimæ & oblationes: cuncta verò holocausta madebant vino, quo, ex ritu Moysaico perfundebantur. Numer: 28. *In calendis offeretis holocaustum Domino: vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos septem immolatos, & tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos: holocaustum suauissimi odoris atq; incensi est Domino. Libamenta autem vini, quæ per singulas fundenda sunt victimas, ista erunt: media pars per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum.* Sub huius itaq; Neomeniæ solemnitate, pulchrè adumbrata fuisse hodiernæ festivitatis & Indulgentiæ cernitur Figura. Augustus quidem, quem inchoamus, non septimus est mensis, ut fuerat ille, sed octavus; aft, quia iuxta S. Ambros: in c. 6. Luc: octonarius numerus perfectionem indicat, & reserat mysteria novæ legis; ideo illius privilegiati apud Hebræos mensis, nobis veniat nomine, & gratissima pandat mysteria ad vocalem Neomeniæ TUBAM: id est Novæ Lunæ, MARIÆ. *Buccinate Neomenia in TUBA,* etiam enim Lunæ Novæ titulo a nonnullis honorari legitur apud Polyanth: Marian. Primâ itaq; die mensis Augusti, TUBAM misericordiæ inflat MARIA, dum in secundis vesperis S. Petri ad vincula, hodiernæ solemnitas valorq; Indulgentiæ, sua initia sumit. Populo illi, tripudia erant & ingens exultatio de unius Isaac è patris gladio liberatione; nobis longè multiplex a TUBA misericordiæ, MARIA, subministratur gaudendi materies, dum tot per universum Orbem peccatorum numerantur conversiones, qui sub protectione MARIÆ, virtute hodiernæ Indulgentiæ, justè irati Cœlestis Patris, vindici subducuntur saluanturq; à gladio: subrogat etenim illa pro quolibet, non iam ex vepribus arietem; sed Innocentissimum Agnum, Filium suum: ut hunc locum interpretatur SS. Hieronym: Ambros: August: Origenes apud Lauretum. *Aries* (inquit) *hærens cornibus inter vepres, est Christus Crucifixus, & spinis coronatus, qui oblatus est Patri pro Isaac.* Hunc Arietem, quodammodo, pro peccatoribus, hodie substituit SS. Deiparæ, dum supplicationibus suis effecit apud Filium, ut Crucis suæ & amaræ mortis merita, specialiter pro hac vice, ad deletionem nedum culpæ reatuum; sed etiam abolitionem pœnæ omnis applicare dignaretur. O quot hodie sub TUBA istâ novæ Lunæ suauissimi odoris litantur holocaustomata, cordium resipiscentium a peccatis! non duo hìc, ut olim ibi, mactantur vituli, aut arietes; non septem dicantur Deo agni anniculi, aut tantùm unus sacrificatur hircus; sed tam multiplex, & tam frequens Deo cæditur victima; quot enormissimi & inveteratissimi peccatores, contritionis gladio crimina iugulantes, litant animas, confessione & proposito firmo purificatas. *Tres decimæ similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos.* Triplici potêrint alludere misericordiæ & pietati, quibus tam insolitæ Indulgentiæ beneficium comparatum est. Primum & principa-

Prima dies Septembris, Hebræis observabilis quare?

Psal:

Num:

MARIA Luna nova.

Portiunculæ Indulgentia, alludit Festũ Neomeniæ.

Hier: Ambro: Auguſt: Orig:

Aries pro Isaac oblatus, Figura Christi.

Similæ tres decimæ, Indulgentia

Portiuncula applicantur figuratè.

cipale est, misericordia Christi, in peccatores. Secundò, immensa MARIÆ pietas in intercedendo pro illa. Accedit tertium quoque, humilis Patriarchæ nostri pro tanta gratia supplicatio. Ast supereſt adhuc aliquid de Holocausto Neomeniæ: nimirum illud vinum, quo victimæ singulæ perfundebantur. *Libamenta autem vini, quæ per singulas fundanda sunt victimas, ista erunt.*

Orig: Greg: Ex sensu Origenis & Gregor: apud eundem Lauret: uinum designat favorem novæ conversationis & exultationis in laudibus Dei, fervorem Spiritûs Sancti, & consolationes Divinas: iuxta illud Davidicum: *Vinum lætificat cor hominis.* Quis edicat? quis enarret? vini huius mystici in hodiernis holocaustis, pœnitentium cordium libamina? quibus ipsorum mens, nullius culpæ iam sibi consciа, & à pœnæ obligatione perfectissimè liberata, iucundè perfunditur. Hodie & ad hanc TUBAM Neomeniæ, illud melleum Bernardeum iure meritò buccinandum est cuique melos, ser: 10. ad FF. in Eremo. *O Felix conscientiæ puritas! o felix sanctæ conscientiæ jucunditas! quæ vermem interiorem excludis, quæ e carcere doloris liberas rationem, quæ ab omni immunditia purgas mentem. O mens sancta! o Paradisus deliciarum!*

Vinum, symbolũ spiritualis lætitiæ.

Probatur Doctoraliter.

831. Josue. Tertium deniq; TUBARUM Jubilei, non tam privilegium; quàm prodigium, memoratur in Libro Josue: demolitio scilicet superbæ Civitatis Jericho, ad clangorem earum. Josue 6. *Septimo autem die, sacerdotes tollant septem buccinas, quarum usus est in Iubileo: cùmq; insonuerit vox TUBÆ longior atq; concisior, muri funditùs corruent Civitatis.* Quid porro Jericho, nisi Luna, vulgare symbolum mundi mutabilis, & mundialium cupiditatum, imò ipsius principis mundi, qui diabolus est, & primus omnium stultorum, *Stultus autem, ut Luna mutatur,* inquit Sapiens. Superba igitur hæc Jericho dehiscit hodie, dum benignissimum hoc sydus Neomeniæ, seu novæ Lunæ, novæ Indulgentiæ, per MARIAM impetratæ, initio mensis Augusti exoritur: nam TUBA misericordiæ per SS. Deiparam clangente, tota mundialis & diaboli machina in cordibus fidelium destruitur, imò novum intonatur classicum, indicitur

A pravis passionibus bellum, per firmam non peccandi ampliùs propositа, & generoso per MARIÆ opitulationem induti spiritu, prodeunt fideles animosè in aciem, acturi contra hostem, dæmonis tentamenta debellaturi. Antiquissimus veterum Rabinorum Doctor, Philo, curiosam & subtilem movet investigationem, Libro de Septenario & festis, quem citat Catena Græcor: Patrum in Luc: c. 22. Curnam in Festo Neomeniæ, TUBA canerent Judæi? & duplici ratione sibi occurrit his verbis: *Commemorationem prodigiosi atq; miraculosi operis continet, quòd eo tempore accidit, quo legum oracula promulgata sunt. Enimvero tunc vox TUBÆ e cælo sonitum edidit, quam probabile est, ad finem usq; universitatis peruenisse.* Adjicit postea *Tuba, est instrumentum belli, tum ad excitandos homines classico, tum ad receptui canendum. Est etiam aliud bellum Divinitùs inuectum, quando natura dissidet in seipsa, partibus sibi invicem insidiantibus. Quopropter Festum diem ab instrumento bellico TUBÆ denominatum, lex declarauit, ad gratiæ Regi pacifico agendas, qui seditionibus tam in Civitatibus, quàm in partibus universis extinctis &c:* Hoc ipsum ingeniosè Andr: Arcones in Isai: 1. D. 2 in V. 13. pertraxit ad ortum novæ Lunæ MARIÆ: quod & mihi ab illomet derivare liceat, paucis immutatis, non minùs aptè ad hodiernam solemnitatem Beatissimæ de Portiuncula, quam toties iam appellavi *TUBAM Divinæ misericordiæ:* Dicit ille reassumendo Philonis sententiam: *Sed rectiùs in novæ Lunæ natiuitate* (suppleo ego, novæ Indulgentiæ, sub initio mensis Augusti in exortu seu promulgatione) *canitur TUBA, nam famæ MARIÆ sonitum dedit, TUBA promulgationis legis clariorem: quandoquidem illa (quidquid per nimiam exaggerationem dicat Philo) intra Castrorum Iudaicorum ambitum sese continuit; MARIÆ verò* (& huius Indulgentiæ) *celebritas, ad fines Orbis Orthodoxi peruenit. TUBA canunt tibicines in Lunæ exortu, quâ, egregia Bellatrix Deipara, bellum indicit inaspectabilibus hostibus, ac ad prælium & victoriam improborum affectuum fideles inflammat. De quo pulchrè, accipiens Philonis sententiam: TUBA est* (inquit ille) *instrumentum belli ad excitandos homines classico, & ad aliud bellum Divinitùs inuectum. Docuit enim Deipara ortu suo* (vel aliàs huius Jubilei

Philo.

Tuba Neomeniæ Mysteriũ.

promulgatione) *arma ſumere contra inuiſibiles hoſtes, contra animi paſſiones belli gerare, & vim inferre inordinatis paſſionibus.* Hactenùs Arcones. Nec ſanè eſt, quod trepident ad hanc TUBAM, & ad claſſicum MARIÆ, fideles, imò neceſſum eſt, ut contra Jericho, Regem Satanam ſcl: viriles induant animos: nam ut ait Novar: in Vmbra Virginea n. 414. *Tantùm diligamus Virginem hanc, quæ ubera Factori ſuo porrigit; ſic fiet, ut muliebrem animum exuti, induamus virilem, fortes effecti.*

Probatur Miraculosè.

832. Sed noveris Amice Lector, Jerichontinos muros corruiſſe quidem ad vocalis Leuiticæ TUBÆ perſonationem; nihilominus etiam minorum TUBARUM accedere debuit buccinatio, præeunte TUBA ſacerdotali. *Reliquum autem vulgus ſequebatur Arcam, & buccinis concrepabant.* Joſ: 6. ut tantò ſolemnior, & vocalior Leuiticæ TUBÆ ſonus audiretur. Quid ſimile cernere licet in præſenti: Inſonuit intra lares exiguæ Domûs de Portiuncula, ſacerdotalis TUBA, MARIA, quæ ad tam inſigne miſericordiæ opus flexit Filium; ut per plenæ veniæ conceſſionem, ruerent diabolicæ in cordibus fidelium machinæ. Tanti Privilegii, Seraphicus Pater, non adeo, (etiam monente Summo Pontifice,) curabat diplomata & Bullas, ſolius Dei providentiæ, eiuſdem Indulgentiæ propagationem ac promulgationem committens: ſat ſibi eſſe putabat, unam inſonuiſſe TVBAM, MARIAM; aſt providiſſimus Supremus Moderator, alias etiam voluit accinere, TVBÆ, MARIÆ buccinas, ad majorem huius beneficii promulgationem, nimirum SS. Apoſtolos, quos Origenes TVBAS ſimiliter appellavit, ad quas corruit mundialis Jericho. Id autem contigit per miraculoſam S. Petri apparitionem. Breui poſt conceſſam hanc Indulgentiam, quibuſdam Peregrinis ex Scavonia, Aſiſium pro eadem conſequenda peregrinantibus: (comitatus erat 120. hominum:) Hi dum à quodam malè perſuaſi de vera ſubſiſtentia huius Indulgentiæ addubitarent, obuius eis Senecio venerandus (S. Petrus Apoſtolus creditur fuiſſe) eoſdem adhortatus eſt hiſce verbis: *Bonum eſt, quod cogitaſtis de proſequendo itinere ad Portiunculam, eſt enim ibi veriſſima Indulgentia, adſui namq; præſens, dum concederetur, ſeu approbaretur a ſummo Pontifice: quinimò optimè noui, eſſe a* CHRISTO *confirmatam. Pergitte infallibiliter eam lucraturi.* His dictis diſparuit. Hinc fortè pia traditione & uſu nonnullorum pictorum venit, quòd dum præſentis Hiſtoriæ Imagines depinguntur; inter Angelorum cohortes, tanquam Primicerii Apoſtolorum, SS. Petrus & Paulus, tenuiori penicillo appareant adumbrati, in memoriam (credo) huius beneficii, per TVBAM etiam Apoſtolicam miraculoſè promulgati.

Tubæ, dicuntur Apoſtoli.

Portiunculæ In-

dulgentia, teſtimonio Petri Apoſtoli comprobata.

Probatur Hiſtoricè.

833. Refert Ælianus l. 2. c. 44. Theonem pictorem celeberrimum omnes artis ſuæ, induſtriæ, & ingenii vires advocaſſe, ut fortiſſimum quendam belli Ducem, mortis furore correptũ, minaci fronte, ſcintillantibus oculis, ſpumanti ore, toto corporis habitu cædem anhelantem, ſcitè exprimeret. Quod cùm feliciter & ex voto conſecutus eſſet; non priùs tabulam ſpectandam propoſuit; quàm Tibicines poſt tabulam reconditi, TVBAS inflare cœpiſſent. Nobis hodie ab oppoſito nobile ſpectaculum ſe repræſentat. Cernimus in domo pauperculam non Ducem, ſed Imperatorem Cœli & terræ, Redemptorem noſtrum, quẽ ut humilis Franciſcus, non iam pictum ſed vivum: non iras ſpirantem, & ſcintillas vindictæ evomentem; ſed affabilem peccatoribus, & miſericordiæ, pietatis, ac clementiæ ſpiritus, in pœnitentes largientem, efformaret; Tubam priùs, non mortis, ſed vitæ, non vindictæ, ſed propitiationis aſſumpſit: nimirum Beatiſſimam Virginem, quam inflavit, dum, ut deprecaretur pro peccatoribus, eidem perſuaſit. Mirum eſt illud, quod inter Julii Cæſaris geſta ſcribit Suetonius. Conſtiterat ante Rubiconem flumen, anceps animo, & in diverſas diſtrahebatur ſententias de bello hoſtibus inferendo: cunctanti oſtentum tale factum eſt: Quidam eximiâ magnitudine & formâ, in proximo ſedens, repentè apparuit arundine canens, ad quem audiendum cum præter paſtores, plurimi etiam ex ſtationibus milites accurriſſent, inter quos & nonnulli Tibicines; uni eorum æneâ TVBA ereptâ, gygas profiliit in flumen & ingenti ſpiritu claſſicum exorſus, in alteram

Pictor Theon, quæ arte expreſſit furioſum belli Ducem.

Tuba, mentium concitat ſpiritum.

Suetonius.

Tibicen Gygas, Cæſari victoriæ nuntius.

alteram ripam contendit. Tunc Cæsar: Eatur, inquit, quò Deorum ostenta vocant: jacta est alea: atq; sic insigni victoriâ potitus est. Porro Gygas ille desideriorum salutis proximorum, pusillus licèt humilitate Franciscus, tenui videbatur canere arundine, dum Christum pro peccatoribus de perfecta venia deprecaretur, & adverteret difficultare Salvatorem, ob ingratitudinem peccatorum graviter offensum, in tam ampla concedenda gratia; igitur universas Angelorum, (qui vivæ TUBÆ sunt gloriæ Dei,) circumspiciens phalanges, vocalissimam misericordiæ TUBAM, Virginem Beatissimam intuitus, hanc ille solam arripit, dum Patronam suæ apud Filium deprecationis assumit: atq; dum iam desideratam, ipsius mediatione, obtinet pro peccatoribus Indulgentiam; toto spiritu, classicum salutare ipsis intonat, invitando cunctos ad pœnitentiæ triumphos.

Angeli, Tubæ gloriæ Dei.

Epilogus.

834. O Salutarem misericordiæ TUBAM, MARIAM! o desiderabile pœnitentibus classicum! sed sapite peccatores. Herodotus ap: Cornel: a lap: in Ezech: 33. v. 32. narrat, Cyrum Regem, cùm Jones, pacis conditiones, quas priùs repudiârant, ab eo reposcerent, dixisse eum Apologum Tibicinis, qui ad alliciendos pisces Tibiâ cecinerat, sed cùm nihil proficeret, sagenam misit in mare, multosq; pertraxit: quos cum palpitantes intueretur, *Temperate* (ait) *iam a saltationibus, qui me canente, noluistis saltare.* O quàm metuendum vobis est, quotquot ad huius salutaris TUBÆ, misericordiæ MARIÆ, (quæ quotannis Clementiam intonat per huius Indulgentiæ promulgationem,) vocem obsurdescitis, moram conversionis veræ protelantes: metuendum inquam, ne dum ad TUBAM iam mortis vos stare oportuerit ad Judicis supremi Tribunal, pœnitentiæq; remedia postulare; simili vos epiphonemate, a Christo tangi contigat: *Temperate iam à saltationibus*, quia TUBA canente, MARIA scilicet invitante ad pœnitentiam, saltare, id est, de peccatis pœnitere noluistis.

Herod:

Tuba, pisces capiens.

A EPILOGVS Generalis Operis.

835. ET hic iam, ubi TUBA MARIA exaltat voces suas, exilis nostræ TUBÆ minoris, quæ in laudes & præconia excurrere ausa est, vox deficere cogitur, simul cum syllabis consonantium. Septies illa, nam per septem Syllabarum decades, vocem resumpsit, ut simul septem Decadum (quas Corolla Franciscana complectitur) numerum æmularetur. Et quia digna sunt Elogia MARIÆ, quæ omni æuo a filiis prædicentur; (ait enim Rich: Laur: l. 4. de laud: B. V. *Et ipse CHRISTUS qui antiquos inspiravit, ut de Matre sua, sub ænigmatibus, glorioſa prædicarent, ipse & quosdam modernos illustrat, ut de Ea glorioſa non taceant: & etiam usq; in finem mundi semper aliquos illustrabit, ut Matris præconio, nova semper aliqua superaddant.* Nec mirùm, nam juxta S. Damasc: orat: 2. de Nativit: *Virgo omnium encomiorum legem excedit, nec, si omnes toto Orbe dispersæ linguæ in unum còant, eius laudes oratione consequi possent.*) Præludi quidem & ego pro vilitate mea devotis MARIÆ, alphabeticè elucidando discursibus Immaculatissimum eius Conceptum, cum desiderio protunc, ut in Syllabas illud aliquando coalesceret: in quas, dum iam (fauente Filio eius, opitulanteq; ipsa MARIA) coaluit, (hoc quod sibi iam propter fractam, inclinatamq; ætatem, fortè non licebit,) ut ulteriùs in voces ac orationes, hæ concrescant Syllabæ per cultiora eruditorum devotorumq; in Deiparam ingenia, saltim desiderare licet & expedit. Obsecro Virgo Sancta & Regia, parce temeritati meæ, quòd criminosissimus auserim de Te Sanctissima & Deo proxima, loqui, & hocce vili Syllabo, Te Maximam celebrare. Non est quidem, nec est sapientia mecum; verumtamen suffultus doctrinis Patrum & celebriorum Authorum, (qui Filii tui famuli fidelissimi fuêre,) tuas virtutes & prærogativas recensere conatus sum. Effice quæso Beatissima, ut opella hæc qualis qualis, benedicto Filio Tuo, JESU Christo, Salvatori nostro, ac toti SSS. TRINITATI placeat. Ab ea impetra, ut quicunq; eam lecturi sunt, ad eius.

Corollæ Franciscana de B. V. M. ex septē Decadibus Aue.

Votum Authoris, ut hæ Syllabæ concrescant in uocet.

tuamq; laudem ac cultum perennem accendantur: me quoq; Clientem tuum & infimum Syllabiſtam, ex alto aſpice: atq; apud Dilectum Filium tuum impetra, ut ſi qui adhuc fortè ætati meæ (modò ſexagenario proxima eſt) dies ſuperſunt, eos ſeriæ pœnitentiæ & charitatis Divinæ actibus impendam: & tandem vel in parte, fac impleri circa indignum peccatorem, Seraphici Doctoris promiſſum in Pſalt: A Virg: *Qui coronant te, coronam perennem pro cinere obtinebunt, & pallium laudis pro ſpiritu maroris: qui ſperant in Te, lumine induentur: gaudium & perpetuam latitiam ſortientur.* Indulgente & donante Clementiſſimo Filio tuo: Cui cum Patre Æterno, & Vivifico Spiritu, omnis gloria, laus, poteſtas, & imperium, in ſæcula ſæculorum. A M E N.

F I N I S.

Totum quidquid hactenus hic ſcripſi, ſubijcio iudicio S. Romanæ Eccleſiæ Catholicæ: Si quid autem huius opellæ labor, meriti habet apud DEVM; totum id reſignat Author in ſuffragium deſolatis animabus purgatorii: & ſibi bene in Domino precari, ſive vivus ſive mortuus, a devoto Lectore peroptat, ac precatur.

INDEX

INDEX
Locorum S. Scripturæ:
Qui in hoc opere illustrantur præcipuis explicationibus aut moralitatibus.

Numerum non foliorum, sed marginum observa.

Genesis.

1. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. n.* 8. D. 384. B. C.
1. 31. *Viditq; Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. n.* 699. B.
2. 6. *Fons ascendebat e terra, irrigans universam superficiem terræ. n.* 557.
2. 7. *Inspiravit spiraculum vitæ in faciem eius. n.* 241. B.
2. 10. *Lignum etiam vitæ in medio paradisi. n.* 17. D.
2. 21. *Immisit ergo Dominus soporem in Adam n.* 495 C. D.
4. 3. *Factum est autem post multos dies, ut offeret Caim de fructibus terræ munera Domino. n.* 826.
4. 10. *Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. n.* 793.
6. 2. *Videntes filii Dei, filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt eas sibi vxores &c: n.* 217. A.
21. 7. *Quis auditurus crederet, quòd Sara lactaret filium. n.* 258. B.
22. 5. *Expectate hic cum asino, ego & puer illuc usq; properantes, postquã adoraverimus, revertemur n.* 778.
28. 12. *Viditq; in somnis scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens cœlum: Angelos quoq; &c: n.* 660. D.
38. 16. *Operuerat enim vultum sui, ne agnosceretur. n.* 794.
39. 11. *Accidit autem quadam die, ut intraret Ioseph domum, & operis quidpiam faceret absq; arbitris. n.* 648. A.
40. 16. *Et ego vidi somnium: quod tria canistra haberem super caput meum &c: n.* 53. D.
47. 24. *Quintam partem Regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis &c: n.* 743.
48. 22 *Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo n.* 541. C. D.
49. 13. *Zabulon in littore maris habitabit. n.* 415. A.

Exodus.

2. 3. *Sumpsit fiscellam scirpeam, & linivit eam bitumine ac pice. n.* 806.
2. 5. *Quæ cùm vidisset fiscellam in papyrione, misit vnam è famulabus suis, & allatam aperiens. &c: n.* 616. C. D.
3. 2. *Apparuit in rubo Dominus n.* 711. 712. 445. B.
3. 2. *Videbat quòd rubus arderet, & non comburetur n.* 705. 708. B. 575. C. D.
12. 2. *Mensis vobis iste principium mensium n.* 147. A.
25. 5. *Indues Aaron vestimentis, id est lineâ, & tunicâ, superhumerali &c: n.* 469.
35. 25. *Sed & mulieres doctæ, quæ neverant, dederunt hyacinthum &c: n.* 282. B.
33. 7. *Tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul.* 289. A.

Leviticus.

26. 11. *Ponam tabernaculum meum in medio vestri. n.* 57. D. *seq.*
25. 8. *Numerabis tibi septem hebdomadas annorum & clanges buccinâ mense septimo. n.* 829.

Numerorum.

17. 8. *Invenit Moyses germinasse Virgam Aaron, in domo Levi &c: n.* 580. B. C. D.
20. 26. *Tolle Aaron, cumq; nudaveris patrem veste suâ &c: n.* 409. B.

Deutoronomium.

32. 32. *Vva eorum, uva fellis, & botri amarissimi. n.* 40. B.

Josue.

7. 21. *Vidi inter spolia pallium coccineum, valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamq; auream &c: & abstuli n.* 29. D.
6. 4. *Septimo autem die Sacerdotes tollent septem buccinas, quarum vsus est in Iubileo: cumq; insonuerit vox tubæ longior atq; concisior, muri corruent funditus Civitatis. n.* 831.

Judicum.

6. 38. *Et de nocte consurgens expresso vellere concham rore replevit. n.* 281. D.
4. 8. *Dixit ad eam Barac: si venis mecum, vadam, si nolueris venire mecum, non pergam. n.* 353. B. C.
16. 19. *Rasit septem crines eius, & cœpit abigere eum, & à se repellere. n.* 672.
16. 29. *Apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus &c: n.* 302. D.

Ruth.

1. 20. *Ne vocetis me Noemi, sed vocate me maram, id est amaram. n.* 278. D.

Regum.

1. 9. *Adhuc tota anima mea in me est. n.* 408. C.
13. 22. *Cumq; venisset dies prælii, non est inventus ensis & lancea in manu totius populi n.* 349. A.B.C.
1. 19. 13. *Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum & pellem pilosam caprarum &c: n.* 794.
2. 10. 4. *Tulit itaq; Hanon servos David, rasitq; dimidiam partem barbæ eorum n.* 754.
2. 12. 3. *Pauper autem nihil habebat omninò, præter*

ovem unam parvulam &c: n. 126. C.
2. 17. 19. *Tulit autem mulier & expandit velamen super os putei. n.* 119. C.
2. 19. 10. *Adhæsit caput eius quercui, & inter cælum terramq; suspensus &c:* 242. A.
2. 23. 8. *David sedens in cathedra sapientissimus princeps &c: n.* 69. *c. seq.*
3. 7. 21. *Statuit duas columnas in porticu templi n.* 306. C.
3. 7. 23. *Fecit quoq; mare fusile &c: n.* 92. D.
18. 44. *Ecce nubecula parva, quasi vestigium hominis. n.* 676. *A.* 532. *A. B.*
4. 1. *Ecce creditor venit, ut tollat duos filios meos. n.* 628. B.
4. 4. 34 *Et incubuit super puerum, posuitq; os suum, super os eius. &c:* 421. C. D.
4. 5. 10. *Lauare septies in Iordane n.* 222. C.

Paralip.

2. 7. 8. *Fecit ergo Salomon in tempore illo solemnitatem septem diebus. n.* 198. C.

Esdræ.

2. 4. 17. *Vnâ manu faciebant opus, & alterâ tenebant gladium &c. n.* 115. *c.*

Judith:

9. 13. *Capiatur laqueo oculorum suorum, & percutiet eum ex labiis Charitatis meæ. n.* 365. *A. B.*
11. 19. *Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine &c:* 592. D.
15. 15. *Et omnes populi gaudebant &c: n.* 108.

Esther.

9. 22. *Quia in ipsis diebus se vlti sunt Iudæi de inimicis suis &c: n.* 329. D.

Job.

9. 26. *Dies mei pertransierunt quasi naves poma portantes. n.* 480. C. D.
3. 4. *Ad omnipotentem loquar priùs, vos ostendens fabricatores mendacii. n.* 553. B. C.
24. 18. *Levis est super faciem aquæ. n.* 230. D.
28. 28. *Quis est pluviæ pater? vel quis genuit stillæ roris. n.* 644. *B.*
39. 27. *Numquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidum suum. n.* 508. *B. C.*
41. 21. *Sub ipso erunt radii Solis, & sternet sibi aurum quasi lutum. n.* 373. *A. B.*
42. 14. *Fuerunt illi septem filii & tres filiæ: & vocavit nomen unius, diem. n.* 151. C.

Psalmi.

1. 1. *Beatus vir qui in cathedra pestilentiæ non sedit. n.* 64. D. *seq.*
4. 2. *Filii hominum usquequo gravi corde &c: n.* 491. *D. A. B.*
10. 4. *Oculi eius in pauperem respiciunt. n.* 444. CD.
13. 5. *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem* 229. D.
15. 5. *Dnūs pars hereditatis meæ &c. n.* 316. B.
16. 8 *Custodi me Domine, ut pupillam oculi n.* 585. C. D.
16. 7. *Mirifica misericordias tuas.* 591. *A.*
16. 15. *Satiabor cùm apparuerit gloria tua. n.* 294. C.
17. 29. *Quoniam tu illuminas lucernam meā n.* 412. *A.*
17. 32. *Deus qui præcinxisti me virtute ad bellum n.* 348. B.
30. 16. *Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.* 146. D.
30. 20. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. n.* 168. B.
31. 5. *Dixi confitebor adversum me iustitiam meam Domino, & tu remisisti &c: n.* 360. B. C.
34. 13. *Oratio mea, in sinu meo convertetur n.* 770.
36. 18. *Novit Dominus dies immaculatorum n.* 146. B
39. 7. *Aures autem perfeciſti mihi. n.* 640. C.
39. 9. *In capite libri scriptum est de me n.* 32. B.
44. 2. *Lingua mea, calamus scribæ, velociter scribentis n.* 647. D.
44. 9. *Myrrha, & gutta, & casia a vestimentis tuis n.* 567.
44. 10. *Astitit Regina a dextris tuis. n.* 293. D.
44. 14. *Omnis gloria eius ab intus in fimbriis aureis. n.* 257.
50. 1. *Miserere mei Deus, secundùm magnam misericordiam tuam. n.* 456. *A. B. C. D.*
59. 10. *Moab, olla spei meæ.* 664. C.
62. 2. *In terra deserta, & invia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi &c: n.* 277. D.
68. 17. *Quoniam benigna est misericordia tua n.* 460 B. C.
68. 32. *Et placebit Deo super vitulum cornua producentem & ungulas n.* 562. B. C.
72. 23. *Vt iumentum factus sum apud te. n.* 103.
73. 2. *Redemisti virgam hereditatis tuæ. n.* 317. C D.
80. 4. *Buccinnate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ. n.* 830.
83. 4. *Etenim passer invenit sibi domum, & turtur nidum sibi, uni ponat pullos suos. n.* 16. B.
83. 6. *Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde disposuit. n.* 671. *A.*
86. 1. *Fundamenta eius, in montibus sanctis. n.* 96. C
86. 5. *Et ipse fundavit eam Altissimus. n.* 68. *A.*
87. 16. *Beatus populus, qui scit iubilationem n.* 323. *& n.* 324. *A. B. C.*
88. 30. *Et thronum eius, sicut dies cœli. n.* 150. B.
94. 8. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. n.* 825.
101. 7. *Similis factus sum pelicano solitudinis n.* 91. C
114. 2. *Quoniam confirmata est super nos misericordia tua. n.* 460. D.
132. *Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. n.* 696. B. *n.* 278. *A.*
140. 4. *Non declines cor meum ad excusandas excusationes in peccatis n.* 789.
113. 5. *Quid est tibi mare, quòd fugisti, & tu Iordanis quia conversus est retrorsum. n.* 221. B.
Ps: 138. 13. *Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de utero Matris meæ. n.* 506. C.

Index Locorum

Proverbiorum.

4. 18. *Iustorum autem semita, quasi lux. n.* 598. B C.
4. 23. *Fili, omni custodia serua cor tuum. n.* 468. D.
4. 25. *Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. n.* 587. B. C.
8. 1. *Sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam, &c: n.* 341. B.
8. 35. *Beatus homo, qui audit me &c: n.* 56. C.
9. 1. *Sapientia ædificavit sibi domum &c: n.* 579. A. B. *n.* 424. D.
23. 1. *Quando sederis, ut comedas cum principe, diligenter attende &c: n.* 126. A.
26. 14. *Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lecto suo. n.* 372. C. D.
28. 4. *Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui custodiunt, succenduntur contra eum. n.* 468. A. B.
29. 23. *Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. n.* 683. B
30. 18. *Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitùs ignoro, viam aquilæ in cœlo, viam colubri &c: n.* 735. 420. C.
30. 28. *Stellio manibus nititur, & moratur in domibus Regum. n.* 433. B. C.
31. 14. *Facta est quasi navis Institoris. n.* 484. B. C.

Ecclesiastici.

4. 11. *Esto pupillis misericors, & eris tu velut filius Altissimi. n.* 396. D.
4. 12. *Funiculus triplex, difficilè rumpitur. n.* 313. D.
7. 3. *Melius est ire ad domum luctûs, quàm ad domum convivii.* 301. C.

Canticorum.

1. 4. *Trahe me post te, curremus in odorem. n.* 337. D.
1. 5. *Nigra sum, sed formosa. n.* 818.
1. 8. *Si ignoras te, pasce hædos tuos. n.* 425. C.
1. 9. *Collum tuum sicut monilia. n.* 461. *seq.*
1. 11. *Murenulas aureas faciemus tibi. n.* 186. D.
1. 15. *Ecce tu pulchra es amica mea &c, n.* 448. B C
1. 17. *Lectulus noster floridus n.* 376. B. C. D. *seq.*
Cant: 2. 6. *Læva eius sub capite meo &c: n.* 724.
2. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi. n.* 159. D. 782
3. 1. *In lectulo meo per noctes quæsivi quem diligit anima mea, quæsivi eum, & non inveni. n.* 253. D.
2. 3. *Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. n.* 169. C. 588.
3. 6. *Quæ est ista: quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi &c: n.* 24. D. 401. D.
3. 7. *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt &c: n.* 246: B.
3. 9. *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. n.* 684. C.
4. 3. *Sicut vitta coccinea, labia tua. n.* 364.
4. 7. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris n.* 563. B. C.
4. 10. *Quàm pulchra sunt mammæ tuæ. n.* 174. A.
11. *Favus distillans labia tua. n.* 364. B. C. D.
11. *Odor vestimentorum tuorum super &c: n.* 568. D C.
4. 14. *Nardus & crocus, fistula, cinnamomum cum universis lignis Libani. n.* 600. C. D.
5. 1. *Veniat dilectus meus in hortum suum & comedat de fructu pomorum. n.* 162. D.
5. 2. *Aperi mihi soror mea, columba mea, quia caput meum plenum est rore. n.* 612. D. 700. D.
5. 12. *Oculi tui, sicut columbæ, super rivulos aquarum n.* 688. D.
5. 15. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. n.* 9. A.
6. 6. *Sicut fragmen mali punici, ita gena tua, absq; eo quod intrinsecus latet. n.* 528. C. D.
6. 8. *Una est columba mea. n.* 496. B. C.
7. 1. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis. n.* 136. D.
7. 1. *Quid videbis in Sunamitide, nisi choros castrorum n.* 783.
7. 5. *Caput tuum ut Carmelus.* 139. D.
7. 5. *Coma capitis, sicut purpura. n.* 210. B.
7. 7. *Statura tua assimilata est palmæ, & ubera tua botris. n.* 45.
8. 6. *Pone me ut signaculum super cor tuum. n.* 53. D. 140. C.
8. 10. *Ego murus, & ubera mea sicut turris. n.* 472 B. C.

Sapientia.

5. 18. *Armabit creaturam ad ultionem inimicorum. n.* 4. D.
7. 18. *Novi etiam vicissitudinum permutationes, & commutationes temporum &c: n.* 270. D.
7. 26. *Speculum sine macula, Dei Majestatis, & imago bonitatis illius. n.* 777.
8. 3. *Generositatem eius glorificat, contubernium habens Dei &c: n.* 515.
14. 6. *Transeuntes mare, per ratem liberati sunt. n.* 483. D.

Ecclesiasticus.

3. 20. *Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. n.* 730.
4. 5. *Non relinquas quærentibus tibi retrò maledicere. n.* 811. C. D.
5. 10. *Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. n.* 623. B.
19. 3. *Qui se jungit fornicariis, hereditabunt illum vermes. n.* 312. C.
17. 18. *Eleemosyna viri, quasi signaculum cum ipso.* 552. D.
24. 5. *Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita n.* 209. D
24. 12. *Et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, n.* 781.
24. 17. *Quasi Cedrus exaltata sum.* 603. B. C.
24. 21. *Quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem. n.* 305. A.
Eccli 24. 24. *Ego Mater pulchræ dilectionis & sanctæ spei. n.* 663.
25. 13. *Quam magnus, qui invenit sapientiam & scientiam, sed non est super timentem Deum. n.* 719.

26. 21. *Sicut Sol oriens in mundo, in altissimis Dei, sic mulieris bonæ speciei in ornamentum domûs eius. n.* 20. D.
32. 14. *Ante grandinem præibit coruscatio, & ante verecundiam præibit gratia. n.* 233. A.
32. 14. *Ante grandinem præibit coruscatio, &c: n.* 527
36. 24. *Species mulieris exhilarat faciem viri sui. n.* 269. D.
40. 30. *Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cogitatione victûs. n.* 432. B. C.
42. 9. *Filia Patris abscondita. est: vigilia & solicitudo eius aufert somnum. n.* 388. B.
43. 7. *A Luna, signum diei festi. n.* 197. D.

Isaiæ.

6. 2. *Seraphim stabant, sex alæ uni, & sex alæ alteri. n.* 504.
18. 1. *Væ terræ, cymbalo alarum. Qui mittit in mare legatos, & in vasis papyraceis. n.* 479. B. C.
19. 2. *Qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. n.* 374. C. D.
32. 19. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia. n.* 660. D.
48. 9. *Laude meâ infrænabo te. n.* 56. B. *seq.*
49. 15. *Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur &c: n.* 457. D.
62. 2. *Vocabit te nomine novo, quod os Domini locutum est. n.* 400. B. C.
62. 4. *Vocaberis voluntas mea in ea. n.* 635. D.
63. 3. *Torcular calcavi solus. n.* 817.

Jeremias.

2. 32. *Numquid obliuiscetur Virgo ornatûs sui, & Sponsa fascia pectoralis sua. n.* 182. B.
3. 27. *Bonum est viro, cum portaverit iugum ab adolescentia sua. n.* 265.
7. 19. *Filii colligunt ligna, patres succendunt ignem, mulieres conspergunt adipem. n.* 420. C.
11. 16. *Oliuam uberem, pulchram, fructiferam speciosam vocavit Dominus nomen meum. n.* 604. B. C.
15. 9. *Occidit ei Sol, cum adhuc dies esset. n.* 408. C.

Ezechiel.

1. 4. *Et vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis involvens: &c: n.* 325. C.
1. 5. *Similitudo autem vultûs eorum, facies hominis & facies bovis &c:* 266.
1. 10. *Similitudo animalium, facies hominis uni, & facies Leonis a dextris ipsorum quatuor. n.* 731.
1. 12. *Nec revertebantur cum ambularent. n.* 104. A.
31. 3. *Ecce Assur, quasi Cedrus in Libano.* 603. A.

Daniel.

3. 90. *Benedicite omnes Religiosi Dno Deo. n.* 770.
6. 10. *Ingressus est domum suam, & fenestris apertis in cenaculo suo contra Ierusalem, certis temporibus &c: n.* 335. B.
8. 5. *Hircus caprarum veniebat ab occidente per faciem terra, & non tangebat terram.* 230. B.

Oseas.

2. 2. *Auferat fornicationes suas a facie sua, & adulteria de medio uberum suorum. n.* 790.

Amos.

Amos. 7. 7. *Et ecce Dominus stans super murum litum n.* 473.

Jonas.

Ionæ. 1. 6. *Dominus misit ventum magnum in mare, & Ionas descendit ad inferiora navis, & dormiebat sopore gravi. n.* 624. D.
Ion: 3. 6. *Surrexit de solio suo Rex, & abiecit vestimentum suum, & indutus sacco sedit in cinere. n.* 516. D.

Sophonias.

Soph: 3. 9. *Tunc reddam populis labium electum, ut invocent & seruiant mihi humero uno. n.* 354. AB.

Zacharias.

3. 9. *Ecce lapis, quem dedi, super lapidem unum oculi septem. n.* 389. D.
5. 2. *Quid tu vides Zacharia? n.* 5. D.

Michæas.

1. 14. *Dabit emissarios suos super Geth, domus mendacii in deceptionem &c: n.* 492. C. D.

Machabæorum

2. 13. *Construens bibliothecam, congregávit de Regionibus libros &c: n.* 33. D.
Mach: vlt: 30. *Præcepit autem Iudas, Nicanoris manum cum humero abscißam Ieroſolymam perferri. n.* 346. *seq.*

Matthæus.

1. 3. *Abraham genuit Isaac: &c: n.* 328. C.
1. 5. *Booz autem genuit Obed ex Ruth: n.* 82. D.
6. 12. *Sic autem orabitis Pater noster &c: & dimitte nobis debita nostra. n.* 627. B.
1. 27. *Et nomen Virginis, Maria, n.* 172. D.
8. 16. *Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eiiciebat spiritus verbo, & omnes malè habentes curavit. n.* 813.
13. 24. *Simile factum est homini, qui seminavit bonum semen.* 72. 77. *seq.*
13. 28. *Servi autem dixerunt ei: vis, imus & colligimus ea & dixit: non: n.* 814.
15. 22. *Mulier Chananæa clamavit dicens ei: Miserere mei Domine, Fili David n.* 616. *o. D.*
16. 23. *Vade post me Sathan, scandalum es mihi. n.* 636.
18. *In ore duorum vel trium, stat omne verbū n.* 198. D
25. 5. *Moram autem faciente Sponso, dormitaverunt omnes. n.* 652.
26. 40. *Sic non potuistis unâ horâ vigilare mecum. u.* 114. D.

Marcus.

3. 35. *Qui fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & Mater mea est. n.* 436. D.
9. 41. *Quisquis vobis dederit potum, calicem aquæ in nomine meo, Amen dico vobis non perdet mercedem suam. n.* 579. *seq.*

Index Locorum

Lucas.

1. 39. *Exurgens Maria. abiit in montana, cum festinatione n.* 651. *n.* 734.
1. 41. *Vt audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero eius. n.* 556. C. D.
Luc: 1. 16. *Et multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum. n.* 801.
1. 29. *Quæ cum audisset, turbata est, & cogitabat. n.* 723.
1. 29. *Quæ cum audisset, turbata est &c:* 245. *A.*
1. 34. *Spiritus S. superveniet in te. n.* 531. B. C. 269 B.
Luc: 1. 41. *Vt audivit salutationem Mariæ Elisabeth. n.* 44. D.
1. 38. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. n.* 639. B. C.
2. 22. *Postquam impleti sunt dies purgationis eius.* 340. *A.*
2. 22. *Postquam impleti sunt dies purgationis eius. n.* 687. B.
5. 4. *Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. n* 659. C. D.
15. 4. *Dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat. n.* 254.
15. 7. *Gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente &c: n.* 130. C.
19. 9. *Hodiè huic domui salus facta est, eò quod & ipse filius sit Abrahæ. n.* 826.
19. 18. *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.* 397. B. C.

Joannes.

2. 2. *Dicit Mater Iesu ad eum, vinum non habent. n.* 615. D.
5. 4. *Angelus autem Domini descendebat secundùm tempus in piscinam. n.* 115. B.
Ioan: 11. 34. *Vbi posuistis eum. n.* 361. *A. B.*
14. 20. *In illo die vos cognoscetis, quia ego in Patre meo, & vos in me &c: n.* 503.

Epist: ad Romanos.

10. 2. *Testimonium perhibeo eis, quòd æmulationem Dei habent, sed non secundùm scientiam n.* 707.

Ad Corinthios.

1. 13. 1. *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans. n.* 742.
2. 2. 10. *Nam & ego donavi, si quid donavi propter vos, in persona Christi. n.* 129. B.
2. 3. 18. *Nos verò omnes revelatâ facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem. n.* 574. C. D.
15. 22. *Sicut in Adam omnes moriuntur. n.* 193. *A.*
15. 27. *Vos autem estis corpus Christi, & membra de morbo. n-* 181. C.

Ad Timotheum.

2. 16. *Profana autem & vaniloquia devita. n.* 28. D.

Ad Hebræos.

11. 31. *Rachab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace: & quid adhuc dicamus. n.* 802.

Iacobi.

2. 10. *Quicunq; autem totam legem servaverit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. n.* 753
5. 11. *Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. n.* 158. C

Petri.

1. 3. 3. *Non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri. n.* 136.

Apocalypsis.

1. 13. *Præcinctum ad mamillas zonâ aureâ.* 185. D.
2. 20. *Habeo adversus te pauca, quia permitis mulierem Iezabel &c: n.* 290. D.
3. 20. *Ego sto ad ostium & pulso. n.* 695 D.
4. 5. *De throno procedebant fulgura & voces & tonitrua &c:* 234. B.
4. 8. *Et requiem non habebant die ac nocte dicentiâ: Sanctus &c: n.* 206. D.
7. 3. *Nolite nocere terræ & mari &c: quoadusq; signemus servos Dei nostri &c:* 385. D. *seq.*
12. 1. *Signum magnum apparuit in Cœlo, Mulier amicta sole. n.* 21. C. 218. *a.*
12. 2. *In capite eius corona stellarum duodecim. n.* 437. C. D.
13. 16. *Et faciet omnes pusillos habere characterem in manu sua. n.* 385. D.
14. 8. *Cecidit, cecidit Babylon illa magna. n.* 41. C.
14. *Vidi super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem &c: & in manu eius falcem acutam n.* 41. D.
15. 2. *Vidi tanquam mare vitreum mistum igne. n.* 95. C.
15. 6. *Exierunt septem Angeli, vestiti lino mundo & candido &c: n.* 118. B.
19. 11. *Et in capite eius diademata multa n.* 107. D

INDEX
Rerum locupletiſsimus.

Numerus primus, eſt marginum: ſecundus, columnæ folii: litera vltimò ducit.

A

Aaronis Virga, figura lactentis Mariæ. 580. 767. B.
Aaron moriturus, cur priùs nudatur? 409. 532. B.
Abraham humilitate crevit. 731.
Abſalon periit, quia non galeatus: typus Juvenis incauti quò ad ſenſus 242. 307. A.
Academiæ e regione Templorum erigebantur. 262. 333. D.
Actus indifferentes, non habuit Virgo. 440. 575. C.
Acceptator Perſonarum, non eſt Deus. 445. 581. D.
Adam, Authographum noſtrum. 383. 499. A.
Adam priùs receſſit a Deo, quam Deus ab ipſo. 289 369. B.
Adam dum creabatur, Chriſtus formabatur. 405. 650. B.
Adoleſcens conſpectâ pulchritudine Mariæ, perdidit oculos, quos iterum recepit. 451. 590. A.
Adonidis Idolum plumbeas lacrymas fundens 553. 727. D.
Adæ pœnitentia in Paradiſo ad apparentiam 480. 632. C.
Adæ gratias, cuncta Creatura mirata. 384. 499. C
Adamo non peccante, hereditate ab omnibus haberetur gratia 315. 405. B.
Adam, cur irato Deo, primam objecit Evam. 532. 701. A.
Adagium. *Noſce tempus.* facto explicatum 410. 536. B.
Adoleſcens Romæ vberibus Mariæ reficitur. 176. 220. C.
Adoleſcentia & juventus lubrica. 419. 546. B.
Adoleſcentum duorum exultatio in morte, de famulatu Mariæ. 415. 542. D.
Adoleſcens a ſuffocatione dæmonis liberatus, ob perſolutum Penſum Mariæ. 344. 445. C.
Adulatores, Muſcæ. 127. 150. A.
Adventûs feriæ, ſpecialiter cultæ. 442. 576. D.
Adulti difficiliores iuvenibus ad humilia. 265. 337. C.
Alexandra occiſa, vi Roſarii reſuſcitata. 379. 492. C. D.
Alexandri M. generoſitas in donando. 165. 204. B.
Alexander tutè dormit, vigilante Archipatre. 123. 142. B.
Alexander M. in Hirco præviſus. 230. 290. B.
Alexander M. gloriatus de Magiſterio Ariſtotelis 424. 554. B.
Alexandri VIII. zelus contra laſcivos ornatus mulierum. 791.
Alexander M. quàm continens in oculis. 470. 614. C.
Alphabetum convivale, quale? 128. 151. B.
Alphonſus tria Regna lucratus humili actu. 517. 680. D.
Ægidii B. & Eliſabeth, cur oratio pro aliis efficax. 362. 471. A.
Ægidii Montani, veſtis purgatorii. 215. 270. C.
Æterna quærens, temporalibus etiam abundabit. 659. 880. D.
Ætas prima, quomodo excolenda. 800.
Alani B. mira revelatio de S. Dominico & B. V. Maria. 534. 703. A.
Aloyſius B. Conzaga puer adhuc, devotus Mariæ 429. 561.
Amaſius in gratiam dilectæ inſiliit in fluvium 231. 291. D.
Amaſiæ amore Palæſtinam quidam petiit, ut portaret aquam de Jordane. 231. 292. A.
Amanuenſes, cauſa mendorum in libris. 385. 501. A.
Ambitioſus Profeſſor, turpiter confuſus. 398. 520. A.
Ambroſii cenſura contra indevotos. 336. 433. D
Amethyſtus, ſymbolum fidei & charitatis. 510. 671. C.
Amethyſtus, Maria. 510. 671. C.
Amiantus lapis, ſymbolum Mariæ. 285. 364. B.
Amor Mariæ ad Filium ſuum, duplex. 185. 229. D.
Amor appretiativus, Bulla aurea. 53. 59. C.
Amor appretiativus Dei in quo ſtat? 53. 58. D
Amor transformativus unius in alium. 676. 908. B.
Amoris, quæ menſura? 185. 230. A.
Amor Dei efformatur ad normam amoris creaturæ ad ipſum. 777.
Amor in Deum, magnificat Deum. 781.
Amulethum contra invidiam, quoddam monile. 464. 607. A.
Andreæ Corſini, mira converſio. 221. 278. D.
Angeli celebrant Feſtum imm: Concept: 198. 247. C.
Angelorum beatitudini ſuffragata Maria. 295. 378. A. A.
Angelorum cibus, quis? 130. 153. B.
Angelus primus, falſificator characterum Dei. 384. 499. D.
Angelorum labor pro Corona, minor quàm hominum. 574. 760. A.
Animæ pabulum, oratio. 16. 17. C.

Andre-

S. Andreæ Avellini Roſariana Devotio, in pomis miraculo confirmata. 162. 201. A.
Angeli, locupletantur per Mariam. 401. 523. B.
Angeli, tubæ gloriæ Dei. 833.
Angelorum multitudo & frequentia in Feſto Portiunculæ. 823.
Angelica ſalutatio, quo authore. 107. 121. A.
Angeli repetito Nomine Mariæ gaudent. 401. 523. D.
Angeli dum crearentur, exultarunt in nomine Mariæ. 401. 525. D.
Angelorum Hilaritas, Maria. 330. 426. D.
Anima periclitatur, cui non ſapiunt ſpiritualia. 167. 207. D.
Animæ tinctura, gratia. 804.
Animalia 4. typus potentiarum Animæ. 206. 257. A.
Animalia 4. Ezech: quadruplici ſtatui in Religione adaptata. 266. 338. D.
Anima arida in monte Hermon figurata. 278. 354. B.
Animalia quatuor ſapientiſſima apud Salomonem 433. 566. B.
Anima in vellere Gedeonis figurata. 276. 351. C
Anima creſcens in perfectione, habitaculum gratum Sponſi. 600. 799. A.
Animæ perfectiores, ſemper ſub torculari patientiæ. 812.
Animæ timoratæ felicitates. 720. 971. A.
Anima peccatrix, Thamar vidua, quid capiat conſilii. 794.
Animæ extremum malum, deſeri a manu Dei. 288. 367. D.
Anima timorata, Sacrarium Dei. 717. 968. B. C.
Animæ diverſimodè in via tractantur a Deo. 278. 355. B.
Animæ iuſtæ ſymbolum, ferculum Salomonis. 684. 917. D.
Animarum converſio, panis Mariæ 484. 637. D.
Animæ potentiæ, in 4. animalibus declaratæ. 206. 257. A.
Anna S. ſine dolore peperit Mariã. 328. 424. B. C.
Anni totius circulus aureus myſterioſus. 154. 188. A.
Annus Jubilei, Concept: B. V. immac: 316. 407. A.
Ansbertæ Comitiſſæ ingenium in liberando Comite ex captivitate. 773.
Anſeres ſaluarunt Romam à Gallis. 113. 127. B.
Antemurale Eccleſiæ, Scapulare. 472. 618. A.
Apologus iucundus de duobus mendicabulis, controvertentibus inter ſe: Quis melior eſſet? Deus ne, Princeps ne? 661. 884. C.
Apollonius monuit triſtitiam cavendam 326. 420. C.
Apoſtoli, quo perfectiores, eò magis tribulati. 813.
Appetitus ad ſpiritualia, dum deficit, malum animæ portendit. 167. 207 D.
Aquila nidum ſuum amethyſto tutatur. 510. 671. A.
Aquila cœlo fulgurante, abdita petit. 234. 295. A
Aquilæ, miniſtræ ædificantium murum in aere. 475. 623. A.
Aquiloni opponitur ſub Cruce Maria. 113. 128. D
Aranearum præmium apud Heliogabalum. 300 383. B.
Aranearum telæ, peccata ſunt. 300. 383. B,
Arbor mirabilis in Hiſpania, una flores, altera fructus producens. 431. 562. C.
Ariditatum aliqua exempla. 279. 356. A.
Ariditates, maturant rorem gratiæ. 277. 353. D
Ariditatibus, quandoq; promovetur ſpiritus. 277. 352. C. D.
Arioli, pulſi Româ 334. 430. B.
Aries pro Iſaac oblatus, Figura Chriſti. 830.
Ariſtippi Pedagogiæ, quantum pretium. 419. 546. B.
Aſellus Chriſti, ſymbolum reſignati. 103. 116. A
Aſſumpt: Feſto, Evangelii prudens applicatio. 435. 568. D.
Aſſumptæ Mariæ gloria, in Arbore olivæ explicata. 604. 803. B.
Aſſumptæ gloria, in nuptiis fabuloſis declarata 583. 771. A.
Aſſumptionis B. V. in Feſto, minorita ſtitit Solem. 153. 187. A.
Aſſumptæ gloria, etiam ex eius meritis. 437. 571. B.
Aſſumptæ Mariæ pietas, in animas purgatorii. 607. 808. C.
Aſſumptionis B. V. M. in Feſto, 40. monachi ab Elizabethanis necati, reſuſcitati, canunt veſperas. 760.
Aſſumptio Mariæ ſub ſimilitudinibus præconizatur. 597. 794. A.
Aſſumptæ Mariæ gloria, ab abyſſo declarata. 603. 802. D.
Aſſumptæ gloria, ex Maternitate rimanda. 436. 571. B.
Aſſumptæ gloria, eſt pars, quam Pater tulit in gladio & arcu. 584. 772. A.
Aſſumptæ V. gloria, per proportionem menſurata. 580. 768. B.
Aſſumptæ V. in ſingulis membris gloria declarata. 583. 771. C.
Aſtrologia iudiciaria, proſcripta apud Romanos. 28. 31. B.
Aſtronomia myſtica, obedientia eſt. 270. 343. D
Attritionis veræ & falſæ diſcrimen. 479. 630. D
Auſtriacorum devotio ad imm: Concept: 320. 411. B.
Avarorum opes eradicantur. 312. 401. A.
Avarus, mare æſtuans. 312. 401. B.
Avarus mirè converſus a S. P. N. Franciſco. 613. 817. B.

INDEX

Audientia facilis commendata in Principibus. 647. seq. B. 866. A.
Avicula admiranda, florem custodiens. 774.
Arcæ deductio solemnis, Processionum apud Catholicos typus. 766.
Auditio Verbi Divini signum prædestinationis. 52. 57. A.
Aurelii Imp. lamentum de vanitate mundi. 42. 47. A.
Aularum moræ reprehensæ. 648. 867. A.
Aurelii in Senatu oratio, de damnis, ex duro Principum genio in subditos. 649. 868. D.
Aurum, charitas: cur? 75. 84. D.
Aurum, Solis genitura: 373. 485. B.
Auroræ, cur similis iustus. 599. 795. C.
Aureum sæculum, spernit aurum. 83. 95. B.
Aurea pluvia. 26. 27. C.
Aurum quidam per agros spargit, ut Rex fieret. 85. 96. B.
Austri iumenta apud Isaiam, figura resignatorum. 103. 116. B.
Austeritas vitæ Mariæ. 271. 346. B.

B

Babylon, typus mundi. 41. 46. B.
Baculus pro face servit. 412. 537. D.
Barba, virorum gloria: sicut coma capitis, fæminarum decus. 754.
S. Bartholomæus docet remedia contra pestem. 72. 81. B.
Basis aurea, Mariæ symbolum. 9. 10. C.
Basis universi, Maria. 2. 2. B,
Basilicon herbæ virtus. 649. 868. A.
Beatitudinis desideria neglecta, acriter in purgatorio punita, 18. 20. D.
Beatitudinis desideria, augent gloriam. 18. 20. B
Beatitudinem desiderare oportet. 15. 16. D.
Beatitudinem appetunt damnati. 16. 18. B.
Beatitudo, in quo consistit. 19. 21. B.
Beatitudo Beatorum, Maria: 19. 21. C.
Beatitudo assecuta, ope Mariæ. 294. 376. D.
Benedictus S. veste alienâ indutum spatharium propheticè cognoscit. 216. 271. A.
Bernardi S. visio 5. voracium. 170. 213. A.
Bernardus S. lacte a Maria potatus. 176. 219. D.
Bernardus stat pro immac: Conceptione B. V. 199. 249. C. Item n. 391. 271. A.
Bernardi S. legatio ad limbum. 332. 429. B.
Bernardi S. quanta circa sensus Vigilantia. 468. 612. A.
Bernardini S. sub magisterio Mariæ, profectus. 427. 557. B.
Bethsabee, figura Mariæ. 328. 423. C. D.
Bellatorum robur, Maria. 346. 448. D.
Bedæ ven: mors sub nomine SSS. Trinit: 207. 258. B.
Bibliotheca celebris apud Judæos. 33. 37. D.
Bibliotheca Ecclesiæ, Maria. 26. 29. A.
Bibliotheca Cleopatræ donata ab Antonio 35. 40. C.
Bibliotheca in sepulturam, a quodam electa. 36. 42. A.
Bibliothecarum cultus, Regibus familiaris, 31. 34. B.
Bieganovius Polonus, suaviter moritur sub nomine SSS. Trinitatis. 207. 258. D.
S. Birgitta in senectute passa tentationes carnis, quas juvenis, & maritata ignorabat. 105. 119. C
S. Birgittæ revelatio notanda, de præstantia carnis Mariæ. 784.
Birgittæ S. in visione præsentatum discrimen boni & mali militis. 350. 453.
Birgittæ revelatum quàm gratum Angelis nomen Mariæ. 401. 524. D.
Birgittæ parienti, apparet Maria. 236. 299. A.
Birgittæ S. Corona septem lapidum cum explicatione. 576. 763. A.
Birgittæ revelatum, Mariam præ charitate mortuam. 439. 574. C.
Birgittæ S. apparet B. V. sola orans pro populo. 367. 477. A.
Birgittæ revelatum, quàm fuerit circumspecta B. V. 725.
Blancæ, Matris S. Ludovici pietas in educatione filii. 261. 331. D.
Bona temporalia, talentum a Deo. 744.
Botri Ecclesiæ, sunt sancti. 43. 48. B.
Botrus, magnitudine mirabilis. 38. 43. A.
Botri miraculosè ex vite prorumpentes. 47. 53. B
Brevi verbo, salus. 160. 196.
Bullæ aureæ, Legatorum ornamenta. 50. 55. B
Bulla aurea Cœli, Amor Dei. 53. 59. C.
Bulla aurea, Privilegium singulare. 55. 64. A.
Bulla aurea, veteribus quid. 464. 607. B.
Bullarum gratiæ, & iustitiæ, distinctio: in quo? 61. 68. A.
Bullæ Verrinæ, quid denotent. 55. 63. D.
Bullâ aureâ donatus minorita a B, V. M. 59. 65. D.
Byssus, Maria. 282. 360. C.

C.

C litera portata in fronte ab Indis. 383. 498. C
Cadaver fratris deportatum à fratre, liberum reddit a servitute. 631. 842. B.
Caim, ob tarditatem sacrificii, Fideicida priùs, quàm Fratricida. 826.
Calamus Marianus, non permittitur profanari per quoddam miraculum. 391. 510. C. D.
Calamus Patris, Spiritus S. 382. 497. B.
Calceamentorum luxus taxatur. 136. 164. A.
Calcei clauati Therydatis. 229. 289. B.
Calcei fæminarum, cum vestigiis literarum. 136 164. D.

Calvinus redarguitur de mala interpretatione. 156. 191. A.
Camillæ fæminæ, mira celeritas. 232. 292. C.
Cancellarii Cœleſtis cathedra, Maria. 70. 79. D
Canonizata Conceptio B. V. M. quomodo? 197. 245. D.
Cancellaria nova in monte Calvariæ 621. 828. B
Capilli cogitationum malarum, funem interitûs contorquent. 242. 307. A.
Capita nundinantia, fæminæ ornatæ. 219. 275. C
S. Carpus Epiſc: de indiſcreto zelo, viſione quadam redargutus. 709. 954. B.
Captivitas, nota turpis. 191. 236. B.
Carmen, bis mille ſeſtertiis, Cæſar rependit. 160. 196. B.
Carmelus cum Libano, ut pars cum toto. 220 277. A.
Carnis rebellio, colaphus ſpiritualis. 277. 353. C
Caroli V. Imper: humilitas. 685. 919. C.
Caſtra, Eccleſia Dei. 113. 127. D.
Caſtra inermia Saul, militum malæ conſcientiæ typus. 349. 452. A. B.
Caſtitas, Scapulari S. ſaluata. 122. 141. D.
Caſtus, humilis eſſe debet. 245. 312. A.
Caſtus incircumſpectus, caput pulchrum, ſed non galeatum. 240. 304. A.
Cathedræ tres peſtilentiæ. 63. 70. A.
Cathedra cuiuſdam cum muſcipula. 66. 74. C
Cathedræ apud Hebræos numeroſæ. 67. 75. B.
Cathedram aſcendere Regiam, olim fatale. 73. 82. B.
Cathedra peſtilens, ſuperbia. 65. 72. C.
Cathedræ & ſcholæ Regiæ, exemptæ a tributis. 68. 75. D.
Catonis Mater, alterum infantulum cum filio lactabat. 258. 327. D.
Catharina Sen: quinquennis, ſcalas aſcendens, Aue Maria orabat. 429. 560.
Catharinæ de Genua, Dæmon nomẽ ſuũ prodit, ſine affectu. 552. 726. B.
Catharinæ Reg: Luſitaniæ pietas in pueros, dilaudata a S. Xaverio. 422. 571. A.
Celeritas in curſu virtutum ex fervore Spiritûs, demonſtrata in 4. animalibus. 104. 117. C.
Cervarum partum, fulgur promovet. 236. 298 B
Cedrus, Maria cur? 603. 801. C.
Cedrus, Rex arborum. 603. 801. C.
Centimani, ſubſidiarii falſorum deorum. 292. 373. B.
Cœlum meritis ſolis alienis non acquiritur. 431. 562. C.
Cœlos moveri, eſt de fide. 37. 41. C.
Cæremoniarum neglectus, nocivus religioſis. 672. 901 A.
Cereris feriis, nefas fuit, Baccho & libidini vacare. 89. 96. D.
Character quis fidelium, quis Antichriſtianorum erit? 385. 502. A.
Charta Dei, Maria. 392. 511. D.
Charta nuda, Turcis cur in veneratione. 392. 511. B.
Charitas, meſſis aurea. 74. 83. D.
Charitatis ſemen, eius obiectum ſ. Deus. 81. 9. A
Charitatis actus, continui in Maria. 439. 574. A B.
Charitas cauſavit mortem Mariæ. 439. 574. C.
Charitatis motiua S. Birgittæ revelata. 84. 95. D
Character fidelium, cur manibus alienis inſcribitur, ſecus Antichriſti? 385. 502. B.
Cherontis virga mirabilis 440. 575. B.
Cherubinorum tria millia, aſtitêre Conceptioni immac: B. Virginis. 547. 719. D.
Chriſtus, formam peccatoris exhibet, oblatus in Templo 687. 921. D.
Chriſtus cum pueris, puer. 814.
Chriſtus glorioſior, redeundo cum ove, zelum animarum edocet. 254. 322. B.
Chriſtus, conchylium. 804.
Chriſtus, Mater multæ prolis, indiget nutrice Mariâ. 256. 325. A.
C. proſpiciens de Cruce Matrem, valdè afflictus. 817.
C. hereditas cuiuſdam. 314. 403. C. D.
C. natus, dum maximè Idololatriæ vacarent homines. 442. 578. B.
C. Rex per Mariam. 520. 685. C.
C. nato, exultant ligna ſyluarum, pauperes ſcilicet. 445. 582. C. D.
C. germen obedientiæ, cur? 640. 857. B.
Chriſtus, Heres Mariæ, ut im: Conceptæ 317. 408. C.
C. Lectuli Roſei caput. 381. 495. C.
C. Sponſus Mortis in Cruce. 179. 222. A.
Chriſti merita, adultis non proſunt, niſi iungantur eorum propria 432. 566. A.
Chriſtus quà ſapientiſſimus, debuit præſervare Matrem ab originali. 69. 78. B.
Ch. fons, Mariâ ex fonte rivulus. 129. 153. B.
Chriſtus, tripliciter Sanctus. 805.
Chriſti Matrem oportebat eſſe non vulgarem. 799.
Chriſtus natus, primò intuitus V. Matrem. 447. 584. C.
Chriſti humilitas in Nativitate. 687. 921. C.
Chriſtus infans, ſuauius reficiebatur humilitate latente in corde Matris, quàm lacte vberum eius. 687. 923. D.
Chriſtus cur dicatur avulſus a viſceribus Matris. 506. 666. A.
C. in vtero Matris, omnia habuit. 507. 667. D
C. nunquam ſine Matre. 495. 650. C.
C. Rex, ab utero Mariæ. 511. 672. C.
C. cæcum illuminans, ex maſſa luti globulos fabricavit pro oculis novis. 587. 777. A.
Chriſti dolores multiplices. 181. 225. A.
Chriſti agones glorioſi. 101. 113. C.

INDEX

Christus inclinavit caput de Cruce ad Mariam, ut suauius moreretur. 413. 540. D.
C. in Cruce, myrotheca salutis. 560. 740. D.
C. in Cruce, vitis in stipite. 811.
C. in Cruce, Mater parturiens filios. 275. 350 A
C. in Cruce, cur faciliter audit Latronem, non item Chananæam. 647. 865. A.
C. acerbitatem suæ mortis, temperavit præsentiâ Matris. 413. 540. B. C.
Christi dolor, ex conspectu Matris sub Cruce 811.
Christum non amat, qui ei non compatitur. 180. 223. D. seq.
Christus, duplici jure, noster est: quia datus, & quia emptus. 745.
Christus fulgur. 232. 292. D.
C. Rex pacificus. 781.
C. mons Oliueti. 96. 107. D.
C. admirabilior Angelis in carne vulnerata, quàm in Patris gloria. 575. 762. B.
Christi magnificentia est, Caro eius assumpta a Matre. 781.
Christus increpat tardum ad audiendas Confessiones. 253. 320. C.
Christi sanguine, acquisita hereditas, Conceptio immac: B. V. 317. 409.
Christus Pusio, apparens cuidam, cum illa recitat salutationem Angelicam. 685. 919. D.
C. etiam nunc exambit exercitia humilitatis. 685. 919. C.
C. cur parvulos adamabat. 801.
C. in Maria, quàm multa perpessus. 817.
Christus & coronat, & coronatur. 112. 126. C.
Christus, pulchrior ex Maria. 783.
Christus natus, ingratè suscipitur a Mundo. 442. 578. B.
C. magis complacet in anima ardente charitate, quàm coruscante scientiâ. 503. 661. B.
Christi cibus, peccatorum conversio. 130. 153. D
Christus, cuiq; ad emendum expositus. 750.
C. divitias meritorum, reliquit fidelibus. 306. 392. A.
C. in aliquo sensu, sanctitatem participat a Matre. 782.
Christo indui, quid sit? 136. 162. D.
Christus pluvia voluntaria. 317. 409. A.
C. Aquila cur? 501. 658. C.
C. Booz. 306. 391. D.
C. lignum vitæ. 544. 714. C.
C. Magister. 418. 544. B.
C. manus Dei, quo sensu? 288. 368. A.
Christus se Messiam probavit, lacrymis compassiuis. 553. 728. C.
Christus Rosa: Ros gratiæ. 700. 941. C.
C. Ros, 531. 698. A.
C. Seminator boni seminis. 77. 85. C.
C. Sanctissimus, ex Maria. 805.
Christiani vanitatibus vacantes, pro veris fidelibus non reputabantur. 493. 648. C. D.
Christianum dedecet, vanis occupari. 491. 645. C
Cibus animæ, desiderium beatitudinis 16. 17. D
Cibi non sapiunt, ob paralysim. 169. 211. B.
Circulus cuiusdam Regis aureus, Dies anni repræsentans. 154. 188. A.
Civitatum refugii conditiones. 94. 105. C.
Civitatis Romanæ ius, singulare privilegiũ. 441 577. A.
Civitates refugii, stipitibus & signis in via notatæ. 99. 111. A.
Civitates refugii, complanatas vias ad se, habebant. 95. 105. C.
Civitates refugii cur in montibus. 96. 107. B.
Civitas descendens de cœlo propter peccatores, Maria. 94. 105. A.
Clericus ambitiosus, columba deargentata. 65. 73. D.
Cleopatræ luxus, in lectulis. 379. 487. D.
Clypeis olim inscribebatur litera M. quo mysterio. 356. 462. B.
Clypeatæ vestes. 466. 608. C.
Colaphus spiritualis, carnis rebellio. 277. 353. C
Columbæ apparitio, Portiunculæ Indulg: confirmat. 98. 110. B.
Columbæ odoribus capiuntur. 570. 754. D.
Columbæ spargentes super convivas balsama. 570. 754. D.
Columbarum genius super aquas commorantium, qualis? 688. 924. B.
Columba deargentata, Clericus ambitiosus. 65. 73. D.
Columba & turtur, typus duplicis vitæ. 142. 171. B.
Coluber, symbolum justitiæ. 735.
Columna S. Pauli, facis ardentis vices subit. 309. 395. C.
Columnæ flagellatæ ab Eremita, saltant. 7. 7. B
Columnæ quomodo Rex providit incolumitati, infante filio suo. 12. 13. C.
Columnis duabus insculptas omnes scientias propter posteros, reliquit Adam: quo mysterio? 309. 395. B.
Color viridis, symbolum spei. 377. 490. D.
Collum, exprimit Peccatores. 461. 604. A.
Comitissa vlcerosum thalamo recipiens, a Rosis virum mitem accepit. 380. 494. D.
Compassiua puella super proximum, iuvata ab Angelis. 553. 729. C. D.
Compassio, Davidi stabilivit Regnum. 553. 728. B
Compassio dolorum Christi, fascia pectoralis. 181. 224. C.
Cõpatiens proximo, Deo assimilatur. 552. 725. D.
Compati Proximo, stigma salutare. 551. 724. B.
Cognatio vera ex virtutum similitudine. 752.
Cognationis cum Deo per gratiam ius, unius lethalis

lethalis peccati noxâ, totum perditur. 752.
Conatus vani aliquorum. 741.
Compati proximo, annulus pretioſus iuſti. 552 725. A.
Conceptio imm: Feſtum Palatii. 220. 249. C.
Conceptio immac: B. V. Hereditas noſtra. 315. 404. C.
Conceptionẽ imm: eſſe noſtrã hereditatem, iure Canonico comprobatur. 319. 411.
Conceptio B. V. Annus Jubilei. 316. 407. A.
Conceprionis imm: ſymbolum, Ebur. 70. 80. C
Conceptio imm: B. V. declarata in Pupilla, a Davide celebrata. 591. 782. A.
Conceptionis imm: B. M. V. ſymbolum, Rubus incombuſtus. 711. 955. B.
Conceptioni imm: B. V. M. applaudit triſagium Seraphicum. 805.
Conceptio imma: B. V. M. ex Elencho Evangeliſtarum eruitur. 68. 76. C.
Conceptio B. V. feſtum ſine Veſperis. 199. 248. B.
Conceptionem Mariæ ſine peccato, prophetavit Job. 387. 504. B.
Conceptio Mariæ ſine ullo peccato, ex actu charitatis in illo puncto, deducitur. 711. 957 D
Conceptionis adverſarius redargutus a B. V. Maria, Pariſiis. 220. 250. A.
Concepti imm: B. V. aſtitêre 3. millia Cherubinorum. 547. 719. D.
Conceptionis imm: myſterium illuſtratum miraculo in nonnullis cæcis. 594. 787. D.
Conceptio B. V. eſt noſtra, quò ad vſum & poſſeſſionem. 316. 407. A.
Conceptionis imm: argumentum, ex Cathedra Spiritus Sancti. 70. 80. A.
Conceptionis imm: B. V. ſeptem rationes tanguntur. 389. 508. B.
Conceptionis imm: tutela, præſcripſit per ſæcula. 318. 410. B.
Concepti imm: ex meritis Paſſi Chriſti. 198. 247. B.
Conceptioni B. V. M. devotæ mulieres, in partu non periclitantur. 236. 299. B.
Conceptionis hoſtis mortuus, ſine lingua repertus. 200. 250. C.
Conceptio Mariæ, Parentes eius illuſtrat. 30. 80. B.
Conceptio Mariæ in ſplendoribus Sanctorum. 68. 77. A.
Conceptio Mariæ tincta verme, ſ. ſanguine Filii 69. 79. B.
Conceptionis immac: B. V. heres Chriſtus. 317. 408. C.
Conceptio immac: B. V. M. miraculo illuſtrata, in muliere illæſa ab igne. 714. 962. B C.
Conceptio immac: B. V. hereditas noſtra, ex iure cohereditatis. 317. 408. A. B.
Conceptionem imm: Virginis, tota SSS. Trinitas curavit. 96. 79. A.
Conc. oppugnans ruit ex Cathedra. 72. 81. D
Conceptionis imm: Feſtum ab Angelis celebratum. 198. 247. C.
Conceptio imm: B. V. hereditas noſtra, acquiſita præſcriptione immemorabili. 318. 409. D
C. hereditas acquiſita ſanguine Chriſti. 317. 408. B. C.
Conceptionis Mariæ puritas, argumentum puritatis Conceptionis Chriſti. 591. 784.
Conceptio imm: B. V. iure ſucceſſionis, eſt hereditas noſtra. 316. 405. C.
C. ex ſapientia ſui Magiſtri probatur. 69. 77. B.
Conceptio Mariæ, in ſancta vnctione. 69. 79. C
Conceptionis imm: pro tutela, totus commovetur orbis. 311. 398. C.
Concepta Maria, cum pleno vſu rationis. 711. 957. D.
Concept: immac: tuendæ, Dilemma 69. 78. A.
Conceptionis B. V. fructus, noſtri, qui? 316. 407. B.
Conceptio imm: B. V. a cura pupillæ declarata. 591. 783. A.
Conceptionis Marianæ Fundator, Pater Cœleſtis. 68. 76. A.
Conceptio: B. V. feſtum delicioſum, celeberrimum. 196. 244. B.
Confeſſarium tardum ad Confeſſiones audiendas increpuit Chriſtus. 253. 320. C.
Confeſſio nuda peccati, iram Judicis placat, quam proritat palliata excuſationibus. 789.
Confeſſionis partes inſinuatæ apud Ezechielem. 93. 103. C.
Confuſio, occaſio converſionis. 527. 693. B.
Confeſſionis partes examinatæ. 92. 102. D.
Confeſſio non integra, ſacrilega eſt. 91. 100. D.
Confeſſionis partes, in æris ſimilitudine explica: 92. 102. B.
Confeſſionis encomia. 301. 385. A.
Confraternitatum cum Religionibus, quinam fructus? 433. 567. B.
Conſcientiæ cribrum, examen. 587. 776. C. D.
Conſcientiæ ſuæ invigilantes, Pupillam Dei ſuper ſe habent 587 777. C.
Conſcientia tenerrima, cur Pupilla dicitur. 587 776. C.
Conſuetudo mala, quàm tenax. 66. 74. C.
C. ſignum damnationis. 66. 74. B.
Conſolantur ſcrupuloſi & aridi. 276. ſeq. 351. B
Conſolatricem dici Mariam, Deo non derogat 556. 730. D.
Contemplatio iuncta actioni, felicitat hominem. 751.
Contemplationem promovent arduæ viæ. 277. 352. A.
Contemplationis Magiſtra, Maria. 269. 342. B.

INDEX

Contritio debet esse velut mare. 92. 102. A.
Convivarum Dogma. 126. 146. A.
Convivia cum odoriferis vnguentis celebrata. 570. 754. C.
Convivarum in epulis concertatio. 124. 143. A
Convivium Heliogabali cum octo cæcis, claudis &c: 300. 383. A.
Coriolanus Dux, parcit Romæ placatus oratione ab uberibus Matris. 368. 478. A.
Cor Mariæ, Cymbalum Spiritûs S. 340 440. C
Cor hominis, ager. 77. 86. B.
Cor ardens amore, nidus Christi. 502. 659. D
Corolla Franciscana ex septem Decadibus Aue, alludit huic toti operi. 835.
Core Filiorum cura pro Psalmis de torcularibus 822.
Cornelia Rom: filios, clenodia sua vocat. 457. 597. D.
Corona Filii, Maria. 101. 113. D.
Corona triplex Rosarianorum. 106. 120. D. cum seq.
Corona Mariæ, Filius. 108. 122. A.
Coronam Pharaonis infans Moyses despicit. 262. 333. B.
Coronæ murales. 476. 623. D.
Corona Christi, Angeli & Beati. 107. 121. A.
Corvus quos alit pullos? 700. 942. B.
Cracovienſis Academicus cæcus, Epigrammatibus celebrat imm: Conceptionem. 594. 788. C
Cracovienſis Vniverſ: Profeſſor, in laboribus circa iuventutem, visione mirâ recreatus. 422. 570. C. D.
Cras in pœnitendo, quantarum impietatum causa. 623 830. D.
Cribrum, conscientiæ, examen. 587. 776. C. D.
Creaturarum mira harmonia. 1. 1. A.
Crux Christi, est libra ponderis meritorum. 543
Crux operimentum peccatorum nostrorum. 787.
Cruces diversimodè portatæ a Religiosis in visione. 267. 340. A.
Crura, quid symbolizent. 9. 10. A.
Cunæ nati Salvatoris convertunt Turcam. 446. 583. C.
Cultus Mariæ, propugnacula fidelium. 472. 617.
Custodia sensuum, galea virtutis. 241. 304. C.
Custodia sensuum figurata in veste Aaron. 469. 612. D.
Custodientem sensus suos, Deus custodit. 468. 611. C.
Custodia sensuum, Adæ commendata. 241. 305 B
Custodia sensuum, etiam perfectissimis necessaria. 467. 610. D.
Cymbalum Spiritûs S. cor Mariæ. 840. 440. C
Cypressus, Assumptæ Mariæ symbolum 605. 805. C.

D.

Damnati appetunt beatitudinem. 16. 18. B.
Damnationis periculum, quidam euasit, ope Rosarii 110. 125. B.
Damnationis signum, consuetudo peccati. 66. 74. D.
Daniel in Aula, periodicè in horas devotus. 336. 433. B.
Dapifera Cœlestis, Maria. 124. 143. A.
David jubilat in ariditatibus & persecutionibus, quare? 324. 418. A.
D. Typus Salvatoris. 69. 77. D.
D. præsciebat Mariam. 734.
D. quo sensu, se dicit filium Mariæ. 734.
D. humilis, quia Pater Mariæ. 734.
D. cur doluit, vocatus ad Regnum. 324. 417. C
D. expetens quandam hereditatem. 317. 405. D
Davidi frequenter revelata Maria. 317. 406. D.
David observantissimus Regularum minimarum in exercitio virtutum. 571. 898. B.
Deæ cuiusdam nomen, continuò inclamatum. 416. 543. B.
Dæmon nocere non potuit cuidam vacanti penso Mariæ. 344. 445. C.
Excommunicatus, cur & quomodo? 384. 500. A
D. improbus rasor barbarum: quo sensu? 754.
D. lentè disponit aliquando ad legis transgressionem. 753.
Dæmones turbantur in æquinoctiis: cur? 657. 878. D.
Dæmon elusus, Personam suam objiciente Mariâ pro quadam devota. 558. 736. B.
Dæmonis nomen, esse sine affectu. 552. 726. B
Debitorum in condonatione, mira generositas quorundam in exemplis. 632. 843. B.
Debitum peccati, citissimè exsoluendum. 622. 829. B.
Debitum peccati capitale, nisi soluatur, fœnus accrescit. 624. 833. D.
Debita sunt peccata. 627. 836. B.
Debora, figura Mariæ. 353. 458. A. 353. 458. C.
Decimarum solutio, firmat hereditates. 314. 402. B. C.
Decimas defraudantes, sanctuarii Dei hostes. 314. 402. B.
Delicioſi redarguuntur. 194. 242. A.
Delicioſus Eremita a S. Petro redargutus. 170 213. D.
Desideria collium æternorum, in ligno vitæ figurata. 17. 18. C.
Desides ad obsequia proximi, ariditate percutiuntur. 253. 321. B.
Desidia in via salutis redarguta. 228. 287. B. seq.
Desiderium beatitudinis, cibus animæ. 16. 17. D
Desiderium Beatitudinis demandatum a Salvatore. 15. 16. D.
Desolatorum Figura, in Ruth. 278. 355. A.
Desperati exhortantur ad Mariam. 82. 94. C.

Detra-

Detractores, carnivori. 126. 146. D.
Deus nobiſcum hoc agit, quod nos cum Deo. 777.
Deus, theſaurus theſaurorum. 455. 595. B.
Deus vult nos niti, ad ſimilitudinem perfectionis ſuæ. 675. 904. C.
Quiq; providit gratiam ad ſalutem. 229. 288. D
D. diverſimodè tractat animas. 278. 355. B.
D. in Booz figuratus. 278. 355. B.
D. per carnem aſſumptam crevit quomodo. 683. 917. A.
D. cur creata omnia appellavit valdè bona. 699. 939. A.
D. deſerit neminem, niſi priùs deſeratur ab illo. 289. 368. C.
D. quomodo indiguit Mariâ. 400. 521. A.
D. vigilat pro nobis, dum nos pro eo laboramus. 659. 882. B.
D. diues eſt a miſericordia. 455. 595. B.
D. per manus Mariæ, diſpertit aurum charit: 85. 96. C.
D. quærentium, ſtatus triplex. 696. 936. D.
D. cor Eccleſiæ. 351. 455 D.
Deum, prius deſeruit Adam, quàm deſereretur ab illo. 289 369 B.
Decus dignitatum, Humilitas. 729.
Deus, quaſi ſpeculum repræſentativum. 777.
D. copioſus in retribuendo. 158. 195. C.
D. creando mundum, diſtributionem temporum edocet. 337. 435. B. C.
D. ſummè inventioſus in Incarnat: 507. 666. C
D. curat ampliùs res hominis, qui Divinis vacat diligentius. 660. 883. B.
D. quemlibet viſitat cum gratia ſua. 695. 933. A
D. ad internum, non ad externum attendit ſplendorem. 445. 582. B.
D. non eſt acceptator Perſonarum. 445. 581. D
D. omnibus quidem, ſed diverſimodè, ſtillat rorem gratiæ. 694. 931. C.
D. præmiat, non tantùm ſubſtantiam meriti, ſed & modum. 776.
Deus unum neceſſarium hominis. 14. 15. A.
Dei lamentum contra nutritios ſuos. 584. 771. D
Deus ſolicitus de hoſpitio hominis in creatione. 537. 706. B.
Deus, Quadratum perfectiſſimum & primum. 675. 904.
D. cautos cuſtodit. 242. 308. A.
Deo, cur addimus voces T. O. M. 448. 585. C
Deus per ea punit, per quæ quis peccat. 777.
Deo dum ſeruiendum, omnes contemnendi reſpectus. 516. 679. B.
Deus non poteſt odiri in ſe immediatè. 77. 86. C.
D. vindex ſuper procraſtinantes pœnitentiam. 824.
D. an finaliter quem deſerat gratiâ ſuâ? conciliantur diverſæ opiniones. 289. 370. B.
Deus talis nobis, quales nos Deo. 776.
Deus, ſemel tantùm loquitur. 358.
D. Agricola eſt. 82. 93. C.
D. dives, non eget. 400. 520. D.
D. plus amari cupit, quam ſciri. 504. 663. C.
Deiparæ titulus vindicatur, tanquam verus & proprius. 785.
Devotio ad Mariam, frenum nobile. 56. 63. A.
Devotio, negotiis præmittenda. 336. 434. C.
Devotorum Mariæ, in cœlis nomen erit, Marianus. 404. 528: B.
Devotioni, ad Beatiſſ: iungenda refrenatio paſſionum. 56. 63. C.
Diabolus habet ſuas ſcholas cathedras & claſſes. 63. 70. B.
Diaboli ſervorum diſcrimen. 385. 502. A.
Diaboli pœnitentia, quænam dicitur. 825.
Diabolici diſcurſus de procraſtinanda pœnitentia. 825.
Diabolus, ſpe pœnitentiæ & clementiæ Dei, decepit Protoparentes. 825.
Diabolus falſarius publicus. 384. 500. B.
Diabolus cur non pœnituit, Adamo pœnitente. 64. 72. B.
Diabolus ſeminator Zizaniorum. 77. 86. B.
Dies adventûs Chriſti, Patribus concupiſcibilis. 149. 150. D.
Dies cœli quis? 150. 182. B.
Dies verus, qui ſine peccato eſt. 146. 177. D.
Dierum diverſitas multiplex. 146. 174. D.
Dies tribulationis, dies verus. 147. 179. B.
Dies, Maria. 145. 175.
Dies aſpirantes: qui? 155. 189. B.
Dies immaculatorum qui? 146. 178. C.
Dies amabiles Sponſæ: qui? 147. 179. D.
Dii Ethnicorum irriſi a D. Auguſtino. 123. 142. B
Digiti Mariæ, qui? 9. 11. A.
Dilemma pro Concept: immacul: 69. 78. A.
Dives illiberalis nomen amiſit, quòd Zachæus liberalitate meruit. 397. 518. C.
Divitum anguſtiæ in morte. 373. 486. A.
Divina aguntur per compendium, ſecus mundana. 335. 432. D.
Divitum exhortatio, a natali Salvatoris. 446. 584. A.
Doctor Sorbonicus acutè carpens Magnates. 194. 242. C.
Doctores cuiuſlibet ſæculi, aſſerentes immac: Concept: B. V. recenſiti. 318. 410. B. C. D.
Doctores diaboli cathedratici, qui. 63. 70. D.
Dolor ſalutaris deſcribitur. 528. 695. B.
Dolor levior cordis, ſi dolori corporis ſocietur. 818,
Dominicus S. Mariam vocat, Pigmentariam Cœleſtem. 561. 740. C.
S. Dominico apparet Maria ſupplicans Filio. 11. 12. D.

INDEX

Domitianus captans muſcas, irriſus. 494. 649. B
Domus Nazareth, quantùm diſtaret a Domo Elizabeth. 655. 876. C.
Domus luctûs, Pœnitentia. 301. 383. D.
Dramata decantari ſolita a puellis, cum geſtibus. 767.
Druzbicii Poloni teſtimonium Theologicum, pro hereditate Concept: immac: B. V. 316. 407. D.
Druzbicii Soc: Jeſu quædam revelatio. 142. 172. D
Druzbicii dictum, de reſignato homine. 635. 848. D.
Druzbicii Poloni, ſingulare deſiderium. 456 595. C
Duellare volens cum Deo, ſyngrapham Cœlo accipit. 458. 599. C. D.
Duellum inſuetum cum enſe & cum laqueo. 410. 536. A.
Duella improbata pro tuitione honoris. 515. 678. A.
Dulcedo ſpiritualis, quàm grata. 168. 208. C.
Dux quidam ſemper victor. in Scapulis portans Imaginem Mariæ. 284. 363. A.
Dulcis pœnitentia Deo ipſi. 301. 384. D.
Dulce in amaro. 169. 212. D.

E.

Ebur, ſymbolum Imm: Conceptionis. 70. 80. C
Æris proprietates applicatæ Confeſſioni. 92. 102. B.
Eccleſia Dei, ut caſtra. 113. 127. D.
Eccleſiæ Dei proviſum nedum de corde, capite; ſed & de brachio. 351. 455. B.
Eduardi Regis Angliæ humilitas. 517. 680. B.
Eleemoſynæ promptæ emolumenta. 612. 816. C.
Eleemoſyna arcet a dante paupertatem. 396. 516. D.
E. cum toruo oculo taxatur. 611. 812. C.
Eleemoſynæ, jejunia &c: iuvant in peccato exiſtentes. 623 832 B.
Eleemoſyna, firmat hereditates. 314. 403. A.
E. triſtis largitor, & rem & meritum perdit. 312. 401. C.
Elephas, ſymbolum devotionis. 567. 752. A.
Elizeus, pædagogiæ typus. 421. 548. B.
Elzeario S. flagella adhibuit ipſe Chriſtus. 564. 746. B.
Elzearii S. Pædagoga Maria. 427. 556. D.
Encauſtum, ſacrum dictum. 810.
Epheſinum Concilium. dum concludit pro titulo Deiparæ, miraculo confirmatur. 785.
Epiphonema tactivum Auaræ Matris. 374. 487. B
Epiſcopi, Doctores, ſimul & Columnæ dicuntur. 307. 394. A.
Epiſcopus, miraculoſè ſanatus, Feſto Purificationis. 142. 171. D.
Epulonis pœna, ſimilis delicto. 778.
Equites aurei velleris qui? 523. 688. A.
Eſther figurans Mariam. 329. 424. D. 681. 914. A
Errores tot in nobis unde? 383. 498. C.
Euæ ruina, ex eius pupilla. 592. 785. D.
Evangeliſtæ cur pauca de Maria? 545. 716. D.
Eulogio lapicidæ, divitiæ quantùm nocuêre. 744.
Euchariſtia, continet SS. Reliquias Mariæ. 258. 329. A.
Euchariſtia, Panis eſt Mariæ. 258. 329. A.
Euchariſtiæ ad elevationem per Apoſtolos, Maria reſuſcitata. 582. 769. D.
Examinis conſcientiæ neceſſitas & vtilitas. 588. 777. C. D.
Examen conſcientiæ negligentes, citò labuntur. 588. 779. B.
Examen conſcientiæ docuit Maria. 589. 780. B.
Examinis conſcientiæ, quanta cura in Sanctis. 589. 780. C.
Examen conſcientiæ, flabellum contra quotidianos defectus. 586. ſeq. 774. D. A. B.
Examen conſcientiæ, Coronas conciliat. 588. 778. C.
Examen, conſcientiæ cribrum. 587. 776. C. D.
Examen ſerium qui agit, molere dicitur farinam. 588. 789. C.
Exemplaritas, Decus fidelium. 135. 161. C. ſeq.
Exemplares, Dii appellati. 136. 163. C.
Exemplaritas fœcundat Eccleſiam. 136. 163. B.
Exemplum terribile recentiſſimum, de damnatione cuiuſdam Dynaſtæ ſiculi. 827.
Exemplaritas, Regia virtus. 136 165. B.
Excuſationes luxûs in ornatu, vanæ ſunt. 218 275. B.
Excuſatio peccatorum, iniquitas iniquitatum 789.
Excuſationes prodigalium, avarorum, vindicativorum tanguntur. 789.
Excuſationes in peccatis, militant contra fidem, & alias virtutes. 789.
Excuſationes in peccatis redargutæ. 789.

F.

Fœmellarum aſtus in uſu Monilium. 461. 604. B
Fœminarum ars damnabilis in peplis, & theriſtris, quibus ſe veſtiunt, ut nudentur. 790.
Fœmina, cultrix laſcivi ornatûs, prohibetur per Angelos a viatico, ſublata hoſtia in communicando. 791.
Fœtore dignoſcuntur luxuriоſi. 312. 400. A.
Falx cum volumine, ſymbolum Dei vindictæ. 5. 4. D.
Fama, quantis expenſis conſtat. 395. 515. B.
Familiam novam inſtituit in mundo Pater, naſcituro in terris Filio, in Maria. 519. 682. C.
Faſciæ Mariæ, ſunt gratiæ. 257. 325. D.
Febris peccati, deſtruit guſtum ad ſpiritualia. 168. 210. B.

Ferculum Salomonis, iuſti typus. 684. 917. D.
Ferdinandi Imp: oratio reſignata. 637. 851. D.
Feria, a fando dicta, vel ab affatu Euæ. 193. 239. D.
Feriam primam infauſtam, dedit Adam. 193. 239. B.
Feriæ noſtræ triſtes: cur? 192. 238. C.
Feria, unde ſic dicta. 192. 238. C.
Feria a feriendo. 193. 240. A.
Feriæ præeunt feſta, ita ærumnæ, gloriam: 194. 241. A.
Feſta Palatii quæ dicuntur. 220. 249. C.
Feſta B. V. glorioſa, iucunditatis, boni nuntii quæ? 196. 244. B.
Feſtinanter beari capiunt, qui in vita pati refugiunt. 194. 242. C.
Feſti Expectationis partûs, origo. 501. 658. A.
Feſtis ſolemnibus, capitis ſententia non fertur. 202. 251.
Feſtum ſine utriſq; veſperis, imm: B. V. Conceptio. 199. 248. B.
Feſtum Sabaoth, Feſtum Conceptionis. 198. 246. B.
Feſtum Conceptionis, quo ſenſu, Feſtum Sabaoth. 198. 246. B.
Feſtum mactationis ſerpentum, apud Perſas. 201. 250. C.
Feſtum celeberrimum & delicioſum eſt Conceptio B. V. M. 196. 244. B.
Feſtum Conceptionis canonizatum in Eccleſia. 197. 245. A.
Fiat Creationis, cum *Fiat* Mariæ comparatum. 1. 2.
Ficulneorum veſtimentorum in Protoparentibus myſterium. 789.
Fiat Mariæ prolificum. 358. 464. A, B.
Fidei quæſtiones inter epulas non tractandæ. 126. 147. C.
Fides ſine operibus, mortua. 431. 563. A.
Fidem datam non ſervantes, infames Romanis 792.
Fidei ſtatua, velo albo obducta apud antiquos cur? 792.
Filia S. Spiritûs, Maria. 211. 265. A.
Filius, cuius hereditas Chriſtus. 314. 403. C. D.
Filius Dei, Cenſor Doctoralis. 389. 507. D.
Filorum globus, dono oblatus, Bertæ Imp: liberaliter redonatus. 161. 197. B.
Fiſcella Moyſis, typus Pœnitentiæ. 616. 823. A.
Fiſcella Moyſis, Figura Mariæ. 806.
Flagellationes voluntariæ Principiſſarum laudatæ. 564. 746. C.
Flagellantibus ſe ſororibus, collætantur Angeli. 564. 746. D.
Floribus & pomis aliquando pugnatum. 106. 120. A.
Flos admirandus, quem avis cuſtodit, purgat, defendit ab aliis avibus, eiq; modulatur. 774.
Fons Paradiſi, Maria. 557. 733. C.
S. P. Franciſcus, brachia deportantium mendicatum panem oſculabatur. 620. 827. A.
S. P. N. Franciſcus, Pomum ſemieſum ob carnis mortificationes. 132: 158. A.
S. Franciſcus, Mons ex parvo creſcens. 96. 109. A
S. P. Franciſci temporibus, quàm ſæculum corruptum fuit. 615. 819. C.
Fontes ad tibiam ſaltantes. 559. 737. D.
Franciſcus in ſpinis, de carne triumphat. 132. 158. C.
Franciſcus S. P. N. fratres hilares eſſe voluit. 236. 420. D.
Franciſcus, Miniſter tabernaculi Mariæ. 310. 397. B.
F. Innocentius de Cluſa Ord: Min: Reform: A. D. 1631.
Frenum prænobile, devotio ad Mariam. 56. 63. A.
Fruitio Beata, ad proportionem charitatis. 439 575. A.
Fulgurante Cœlo, facilè pariunt Cervæ. 236. 298. B.
Fulgur, cur præcedit tonitruatio. 233. 293. A.
Fulgur, nuntius pluviæ. 235. 297. B.
Funiculi charitatis, in triplici genere. 314. 402. A

G.

Gabriel, cur primò non nominat Mariæ nomen. 50. 55. D.
Gabriel in *Ave*, deprædicat imm: Conceptionem. 805.
Gabriel Angelus 9. horis moratus apud B. Virginem, dum ei annuntiaret. 364. 473. C.
Gabrielis privilegium, Legatio ad Mariam. 50. 56. A.
Gabrielis ſalutatio ad Mariam, undiq; examinatiſſima. 723. 975. C.
Galea Periclis, defectum eius obtegebat. 250. 317. A.
Galea virtutis, cuſtodia ſenſuum. 240. 304. B.
Galeæ ornatus varius apud populos. 245. 311. B
Galeam laxam projicit David. relaxatos in ſenſuum cuſtodia reprehendens. 242. 307. D.
Galeatam fœminam tangere non licebat. 249. 316. B.
Galeatius, de Ponte inſilit fluvio in gratiam dilectæ 231. 291. D.
Gallus quidam dum Deo duellum indicit; miraculoſè eius miſericordiam conſequitur. 458. 599. C. D.
Gaudiorum parens, Maria. 557. 734. C. D.
Gaudium Eccleſiæ in ortu Mariæ multiplex. 329: 426. A.
Gelaſius Dux Mediolan: difficilis in danda audientia, ingenioſè a legatis redargutus, 649.

INDEX

Genealogiæ nobilitas, ex utroq; obſervanda Parente. 663. 886. D.
Genæ, ſymbolum pudibundæ conſcientiæ. 528. 694.
Geneſius Mimus, mirabiliter converſus. 697. 937. A.
Gentilium oblationes pro defunctis, ex facibus. 529. C. 406. 528. C.
Gerſonis ante mortem factum laudabile. 374. 487. C.
Gerſonis Matris piæ artes, in imbuendo pietate filio. 261. 332. A.
Gertrudis viſio, de miſericordia Mariæ. 212. 266. C.
Gertrudi veſtis dierum repræſentata. 148. 180. D
Gladius non bene tractatur, ubi conſcientia mordet. 349. 453. B.
Gloria Aſſumptæ, ex Maternitate eius rimanda 436. 571. A.
Gloriæ Marianæ portio per proportionem menſurata. 580. 768. B.
Gloria Aſſumptæ etiam ex meritis propriis. 436 571. B.
Gnezna a Nido Aquilæ dicta. 511. 672. B.
Goſſypium Spiritûs S, Maria. 280. 350. D.
Goſſypium, idem quod Xilon, tenuiſſima eſt lanugo. 280. 357. B.
Gratia a ſolo Deo, peccatum ab hominis arbitrio. 385. 502. D.
Gratia Mariæ, immenſa. 281. 358. D.
Gratia efficax non deſtruit, ſed ſupponit libertatem creatam. 695. 934. A.
Gratia quàm ingens effuſa in Mariam ſub Incarnatione. 430. 561. B.
Gratia Dei, Tinctura nobiliſſima animæ. 804.
Gratia habet quandoq; inſtantaneos partus. 602. 800. C.
Gratia Genitura Divinitatis. 75. 85. A.
Gratiarum Divinarum reſpectu, triplex ſtatus hominum adſtruitur. 6961 936. B.
Gratia Mariæ, ſemper creſcebat. 430. 561. B.
Gratia omnis eſt ex Chriſto. 694. 932. B.
Gratiæ conſentire, propriæ voluntatis eſt. 695. 934. C.
Gratiarum diſtributio, quoad modum, grande arcanum Dei. 696. 935. A.
Grypho Minorita ſtitit Solem. 153. 187. A.
Gubernatrix dexteræ Dei, Maria. 292. 373. A.
Gymnaſium Sanctitatis Maria. 268. 341. B.

H.

Habitaculum convivale, Maria. 304. ſeq. 388.
Habitatio ſalutaris in domo Pœnitentiæ. 301. 384. B.
Hædi Mariæ, qui peccatores? 60. 66. D. 425. 555. A.
Hædi Mariæ, pueri. 425. 555. A.
Hædi pœtulci, typus puerorum. 425. 554. C.
Hæretici refutantur de illicita invocatione nominis Mariæ. 540. 708. C. D.
Hæreticorum rabies contra B. V. Mariam. 55. 64. B.
Hæreticorum blaſphemiæ, contra publicas proceſſiones refelluntur. 766.
Hannonem, aues edoctæ, Deum divulgant. 395. 515. B.
Hauſtûs aquæ, præmium. 579. 765. A.
Heduigis Princeps Polona, aureum ſimulacrum B. V. M. ſemper portabat, nec mortua dimittere illud voluit. 678. 910. A.
Heliogabali convivium cum octo cæcis, claudis &c: 300. 383. A.
Henrici Suſonis, ſingulare exercitium patientiæ 815.
Herba miraculoſa, enaſcens ad pedes ſtatuæ Salvatoris, cuius virtutis? 726.
Herba, ad extinguendos motus libidinis quæ. 726.
Hereditas voluptuoſorum, vermis. 312. 399. B.
Hereditas gratiæ ſub fiſco, ante Concept: B.V. 316. 406. D.
Hereditatis uſus moderatus licitus. 314. 402. D.
Hereditates, eleemoſynis firmantur. 314. 403. A.
Hereditatis bonæ & malæ diſcrimen. 311. 399. A
Hereditatis, amor quidam innatus. 311. 396. D.
Hereditas idem, quod funiculus. 311. 399. A.
Hereditariè deberetur omnibus gratia, niſi Adam peccaſſet. 315. 405. A.
Hereditatum non alienandarum lex. 316. 406. B
Hereditas quædam a Deo expetita per David 316. 405. D.
Hereditas præſtantiſſima, Chriſtus. 314. 403. C.D
Heredes iniuſti ſucceſſiuè infernali ſcalæ infixi. 314. 404. A.
Hereditatis bonæ ſignum. 314. 401. D.
Heredes ſine aſſe, ſunt immiſericordes. 312. 400. D.
Hereditas noſtra, immac: Conceptio B. V. 315. 405. A.
Hereditas violenta, citò perit & perdit: 312. 400. B.
Heredum dubii Juris, iudicium in exemplo. 314 404. C.
Hieronymus ob libros flagellatus. 29. 32. D.
Hilaritatis veræ & falſæ diſcrimen, ex conſcientia. 324. 416. D.
S. Hilarii, qui latêre in Concilio volebat, elevata humus cum illo, humilitatem honorat. 685. 920. A.
Hilaritas Sancta, quæ? 323. 415.
Hilaritas Eccleſiæ, Maria. 329. 424. C.
Hilaritas. 322. 415. A.
Hilaritas Maria. 322. 415. A.
Hilaria Chriſti in Maria. 322. 414. D.

Hilaritas vera, diſcenda eſt. 323. 416. A.
Hilaritatis quædam motiva. 325. 420. B.
Hircus, Typus Alexandri M. 230. 290. B.
Hiſpanorum devotio ad imm: Concept: 320. 411. D.
Hiſtoria terribilis, de Regia filia, pia aliàs, ob vnius peccati reticentiam condemnata. 755.
Homo ſolus ſine nomine naſcitur, bruta cum nominibus. 394. 514. A.
Homo vix dicendus, qui nec ſemel orat in die 336. 434. B.
Homines labiis deformibus. 359. 466. C.
Horarum Scena, in habitu Nymphatum. 334. 432. C.
Horæ antea voce de turre diſtinguebantur. 341. 441. D.
Horæ Deæ templum ſemper tenebatur apertum 345. 447. B.
Horarum Domina, Maria. 341. 443. A.
Horas actionum ipſe Salvator obſervabat. 337. 436. B.
Horas actionum ordinare laudabile. 334. 431. B
Horologium Alphonſi Regis myſterioſum, horarum occupationes expromens. 338. 437. B.
Horologium Pietatis, Maria. 339. 438. B.
Horologium Caroli V, punctura horam ſignans 339. 438. C.
Horti Semiramidis a trecentis millibus hominum culti. 548. 720. D.
Horologii pondus, ſignat humilitatem animi. 340. 439. B.
Horologium dictum: *Vita Regis.* 338. 437. C.
Hoſtiam conſecratam in viſceribus Mariæ tanquam in cryſtallo conſervari in Cœlis aſſerunt aliqui. 582. 770. C.
Hoſtia Sacra ex ore cadaveris extracta illius, qui vivens ſimulaverat pœnitentiam. 481. 633. B.
Hoſtia Sacra ſublata per S. V. cuidam adverſario Concept: eius immaculatæ. 319. 411. B.
Humerus hoſtis ſuperati, in triumpho delatus. 346. 448. A.
Humerus prædictus a Propheta, Maria. 352. 456. B.
Humerus bellatorum, Maria. 351. 455. B.
Humilitas ornamentum Purpuræ. 730.
Humilitas, character filii Dei, ſuperbia, filii diaboli. 683. 916. A.
Humilitas, ſimpliciter loquendo, non reperitur in Deo, ut Deus eſt. 683. 916. B.
Humilitas, ſibi ipſi honor eſt. 730.
Humilitatis Magiſtra, Maria. 143. 174. D.
Humilitas, quandoq; ad Dignitates Purpuratas via eſt, aut earum ſocia. 684. 918. A.
Humilitatis exempla in Pontificibus, Cardinalibus, Epiſcopis. 732.
Humilitas rara in Potentatibus. 730.
Humilitatis actus, honorem non minuit 730.
Humilitatis Mariæ, profunditas. 472. 616. C.
Humilitas honorata, magnum quid, ſed rarum. 730.
Humilitas ſingulare decus Dignitatum. 729.
Humilitas in honore adhuc honoratiorem reddit. 689. 919. A.
Humilitatem ut acquireret Deus, homo fieri voluit. 683. 916. B.
Humilitas, ſaluat tentatos. 654. 875. B.
Humilitas, triplici celebratur honore. 683. 915. B
Humilitatis ad menſuram, creſcit magnitudo honoris. 683. 915. B.
Humilitas, Regiam præfefert Dignitatem. 684. 918. B.
Humilitas etiam ficta, ſternit quandoq; viam ad Dignitates. 682. 914. C.

I.

Idea Mundi, Maria. 8. 8. D.
Idolatriæ crimen, alere paraſitos. 127. 150. B.
Jecur capræ ſub ſtragulis, ſalvavit David. 794.
Jeſſe nominis, variæ interpretationes. 662. 886. B
Jeſſe ethymologia ab Eſſe. 658. 880. B.
Jeſus flos. 376. 488. B.
Jeſus & Maria, nomina rebus ſuis competentiſſima. 394. 514. C.
Jeſu Chriſti Generationis Liber, ſubſcriptus rubro ſanguinis eius, ob imm: Concept: Matris. 810.
S. Ignatius Fund: Soc: Jeſu, a Maria donum Timoris Dei petit, & impetrat. 726.
Ignatius S. Sciolo alas ſcenicas adaptans, eundem flagellis punit & dicto: *Nolo volare ſine alis.* 266. 339. C.
Imm: Concept: ab Agnenſi, & Biezanovio Cracov: Academico, anagrammatis & Epigrammatis celebrata. 594. 788. C.
Imago a ſimilitudine, quo differt. 8. 8. A.
Immiſericordes, heredes ſine aſſe. 312. 400. D.
Immunitas a Maria. 57. 63. C.
Impeccabilitas Mariæ, ab actu charitatis in puncto Conceptionis eius, deducitur. 711. 597. C.
Impeccabilitas oritur ex propinquitate ad Deum. 711. 957. A.
Impiorum via difficilis. 229. 289. A.
Impius levitat, currendo ad malum. 230 290. A
Impius cum vult non poteſt, quia ante cùm potuit, non voluit. 289. 369. D.
Impunitas mulieris, proſperitas peccatoris, eſt utriuſq; extremum malum, ac pœna. 290 371. B
Incarnationis quædam abdita enarrantur. 717. 966.
Indulgentiæ, quo nituntur fundamento. 129. 152. A.
Indulgentiæ, Annus benignitatis. 111. 125. D.

Indulgentiæ ex Christi & Mariæ meritis conceduntur. 306. 393. B.
Indulgentiarum valor, a perpetuitate & publicatione commendatur. 307. 393. D.
Indulgentiarum origo, merita Christi, & Sanctorum. 129. 152. D.
Infantes Sancti, nutricum malarum respuunt ubera. 261. 331. D.
Infantes nutriti, liberant a damnatione nutricem suam. 422. 551. C.
Infantes properant ex vtero Matrum. 507. 667. C
In Maria solutum Samsonis ænigma. 171. 214. A.
Invidiæ amulethum, quoddam monile. 464. 607. A.
Joannes, filius Mariæ, cur? 44. 49. B.
Joannes Agnensis cæcus, Romæ edidit Anagrammata de imm: Concept: V. M. 594. 788. C.
Joannes in amplexibus Mariæ proficiebat. 424. 553. D.
Joannes in vtero, Propheta. 424. 553. B. C.
Joannes baptizatus a Maria, quo sensu. 44. 50. A.
Joannes uterq; sapuit ex Mariæ Bibliotheca. 35. 40. A.
Joannes in vtero, pollebat usu rationis. 424. 553. B.
Joannes in vtero, doctior Angelis & S. Paulo 44. 50. B.
Joannes crevit in Magnum, curâ Gerulæ Mariæ. 257. 326. D.
Joannes proficiebat, præsente Maria. 418. 544 D
Joannes potatus ex Botro Mariæ saltat. 44. 49. B.
Joannes, Gallus prænuntians. 424. 553. C.
Joannes in vtero, Matris monitor. 418. 545. B
Joanni etiam, metuendum a muliere compta. 218. 275. C.
Joannis juventa, ad pietatem exercitia. 801.
Joannis Parentes, Prophetæ fiunt. 45. 52. B.
Job filia, Dies dicta, typus Mariæ. 151. 185. C.
Job prophetia de imm: Concept: B. V. 387. 504. C.
Job filiæ tres, pulchra Figura assumptæ. 758.
Job filiæ, Figura Mariæ, 151. 184. C.
Jonas in mari, typus peccatoris. 623. 832. D.
Jordanis, typus Religiosorum. 221 277. D.
Jordanis reveritus pallium Eliæ, typus Scapularis. 225. 283. B.
Jordanis, alluvio suo, agros fæcundat. 223. 281. D
Joseph S. ob radiantem vultum Mariæ, fugam meditatus. 448. 586. C.
Josephus Patriarcha commendatur ex facilitate audientiæ. 648. 866. B.
Josue in sepulchro, Solis imago, cur? 408. 532. B
Iridis fabrica, qualis. 531. 698. A.
Iridis, duo admiranda. 530. 697. B.
Iris, Maria. 525. 691. B.
Iris admirationis filia, eiusq; descriptio. 525. 690. A.
Iris, ubi capita sua dejicit, roseum herbis dat odorem. 535. 704. C.
Iris vespertina, signum serenitatis. 526. 692. B.
Iris, symbolum Rosarii. 530. 697. C.
Isaac risus, signat Mariam. 328. 422. C.
Isabella Austriaca, mortui viri cineres in haustu sumit. 183. 228. A.
Isabella Austriaca millionem aureorum in suffragia animæ mariti erogat. 183. 228. A.
Italica Classis, Portiunculæ Indulg: 310. 397. A.
Jubilei anno, mancipiorum manumissio. 829.
Jubileum Maria. 316. 406. C.
Jubileum, publicatur ad tubam. 829.
Judaicæ Gentis ruina, unde? 33. 36. D.
Judas, quia fur, suspendio periit. 745.
Judas inverecundus, impœnitens ideo. 529. 696. B.
Judæi terga vertunt Mariæ, quomodo? 45. 51. C
Judæis peregrinantibus in Jerusalem, hostes nocere non poterant, idq; ex miraculo. 746.
Judith, Typus Mariæ. 108. 122. B.
Judith, typus Mariæ. 365. 475. A.
Judith, quomodo labiis percussit Holofernem. 365. 474. B.
Judith, typus Mariæ. 592. 785. D.
Jupiter ignem negat homini, sibi illudenti. 827.
Justi perfectiores, cribrantur a Deo. 814.
Justi sunt novi Seraphini. 504. 662. C.
Justitia dimidiata, seminudi vestimentum, Deo invisum 754.
Justus in paupertate securus, impius in divitiis metuit egestatem. 444. 580. B.
Justus ficut Aurora quare? 599. 795. C.
Jutta nobilis, voluntariè se destinat cæcis mendicabulis deducendis. 614. 818. B.
Juvenes plerumq; aptiores virtuti. 264. 336. C.
Juventæ recta institutio, etiam sceleratis quandoq; prodest ad resipiscendum. 802.
Juventutis vitia, plerumq; commoriuntur homini. 802.
Juventutis miseriæ & pericula. 420. 547. A.
Juventus alas habet nativas ad virtutem. 266 338. B.
Juventus benè disciplinata, senectam reddit morigeratam. 801.
Juventutem dicare Deo, optimum. 264. 336. B.
Kalendæ Februarii, memorabiles, unde? 406. 528. C.

L.

Labarum. stemma familiæ celebris. 119. 137. A.
Labia deformia cuiusdam populi. 359. 466. C.
Labia percutientia Judithæ: quomodo? 365. 474. B.

Rerum locupletiſsimus

Labia Sanctorum quando ſilent. 359. 466. A.
Labium univerſale Eccleſiæ, Maria. 363. 471. D
Labium Mariæ ſalutatum a B. Salutio. 369. 479 A
Labium percutiens, Maria. 365. 475. B.
Labor major hominum quàm Angelorum, pro corona. 574. 760. A.
Lac Mariæ, hauſtus præſtantiſſimus. 579. 765. C
Lacrymantes in anguſtiis redarguti. 326. 421. B.
Lacrymis compaſſionis Chriſtus ſe probavit Meſſiam. 553. 738. C.
Lactationis Filii Dei meritum expenditur. 579. 766. C.
Lactis Mariæ pretium perpenditur. 579. 765. C
Lætitia Cœli, Maria. 20. 22. B.
Lætitia SSS. Trinitatis, imm: Conceptio B. V. 198. 247. D.
Leua Sponſi, ſ. adverſa, plerumq; ſalutaris. 724. 977. D.
Lanceâ viri comabantur Sponſæ. 189. 235. B.
Lancea cor Chriſti tetigit, ſed Matris afflixit. 189. 255.
Lapis inviſibilem reddens nidum aviculæ. 510 670. D.
Lapides fiunt merces, denegantibus eleemoſynam. 613. 817. A.
Laſcivus quidam, terriculamenta & monita ſpernens, miſerè occumbit. 619. 826. B.
Latro quidam pœnitens, auget ſibi ultroneè mortis pœnam. 93. 104. A. B. C.
Latro in Cruce, ab umbra Mariæ ſaluatus. 82. 95. D.
Laus Chriſti & Mariæ, ex ore mulieris commendata. 62. 68 D.
Lazarus, typus peccatoris. 361. 469. A.
Leæna Maria. 154. 188. A.
Lechus Polonorum a nido Aquilæ Princeps. 511. 672 B.
Lectuli moribundorum infauſti. 371. ſeq. 481. D
Lectuli Roſei caput, Chriſtus. 381. 495. C.
Lectulus Salomonis, typus Roſarii: qualiter? 377. 489. C.
Lectuli pretioſi, antiquis. 370. 480. B.
Lectulus floridus Sponſorum. 370. 480. D.
Lectulus floridus, Maria Roſariana. 375. 487. D
Lectulus armatus Sponſorum, typus B. V. 246. 312. B.
Lectus Leviathan, malæ mortis typus. 373. 484. D.
Lectus ferreus Og, typus malæ mortis. 379. 484. B.
Legati miſſi a Polonis pro imm: Concept: 320 412. B.
Leo X. cuidam Minoritæ plurimùm laboranti pro Maria, nomen mutavit. 542. 713. A.
Lex Levitica de non alienandis hereditatibus. 316. 406. B.
Lepra, peccatum. 222. 279. B.
Libanus non inciſus, Maria. 305. 389. B.
Libani ligna, typus perfectionis. 600. 797. D.
Liber ſine menda, Maria ſine peccato orig: 387. 504. B.
Liber novus, Maria. 382. 496. B.
Liber Cenſoris oculatiſſimi, Maria. 389. 507. C.
Liber ſine væ, Maria ſine orig: 387. 504. D.
Liberalitas in redonando nonnullorum. 161. 197. B.
Liberalitate ditior Zachæus. 397. 517. C.
Liberalitas, nota filii Dei. 396. 516. A.
Liberalitate certare cum Cœlo, prodeſt. 157. 192. B. ſeq.
Liberalitatis proventus, nomen celebre. 395. ſeq. 515. A.
Liberatio miraculoſa de manu hoſtili per Mariam. 666. 892. D.
Libidini aſſuetum, perſeuerare in propoſito caſtitatis, ſpecimen inſigne virtutis. 802.
Libri Mariæ Typographus, Spiritus S. 390. 510. B
Libri, ſunt omnes Creaturæ, in quibus legitur Creator. 638. 852. C.
Libri vetiti, figurati in Regula Ac[illegible]: 29. 31. D
Librorum involucra pretioſa. 6[illegible]. 853. D.
Librorum defectus & Biblio[illegible]ecarum, perdidit Judæos. 33. 37. B.
Librorum beneficio, [illegible]idam e carcere emancipatus. 39. 513. [illegible].
Librorum pernicioſorum retentio, Idololatriæ crimen 28. 30. D.
Librorum pernicioſorum lectione, iuvenis corruptus 30. 33. B.
Libri pernicioſi, noxa animarum. 27. 29. B.
Libri pernicioſi, mellita aconita. 28. 30. C.
Libros pernicioſos odit Maria. 30. 33. A.
Libros pernicioſos legentem Dæmon ſuffocat, alium dirè exagitat. 30. 33. C.
Ligni vitæ in paradiſo, virtus quæ? 544 714. B
Lignum vitæ, deſideria æterna. 17. 18. C.
Lignum vitæ, typus Chriſti. 544. 714. C.
Ligna Chriſti, malleus. 186. 232. B.
Literæ Sigiſmundi III. Reg: Polon: ad Pontificem circa immac: Concept: B. V. 320. 412. B. C.
Literæ Imperatoriæ, dictæ, Sacri affatus. 810.
Locus à dextris, ſignum nobilioris officii. 293. 374. B.
Locus Mariæ aſſumptæ. nullus in Cœlis dignior. 293. 374. C.
Locupletatrix copioſiſſima, Maria. 399. ſeq. 520. B.
Lucas Evang: Cancellarius Mariæ. 68. 76. C.
Lucerna in tenebris, Maria. 411. 536. C.
Lucerna morientium, bona conſcientia. 411. 536. D.
Lucernarum Feſtum Romanis. 417. 543. D.
Ludovicus R. a cita expeditione laudatus. 649. 868. C.

Ludo-

Ludovici R. humilitas, in lavandis pedibus pauperum, in Sabbathis. 685. 919. B.
Ludus Sapientiæ æternæ cum hominibus. 697. 937. A.
Lumen internum ne extinguatur, utrâq; tegendum manu. 468. 612. C.
Luna, Romanis, symbolum nobilitatis. 520. 684. D.
Lutherus, hostis votorum in adolescentia. 264 335. B.
Luxuriæ ab habitu liberari, ingens prodigium. 802.
Luxum & prodigalitatem multi excusant, statûs sui exigentiâ, sed falso? 789.
Lycurgus vult mori in delubro Matris Deorum. 416. 543. A.

M.

M. litera portata in clypeis cur. 356. 462. B.
Machabæi, quia vigiles, triumphant. 116. 133. C
Mahometi paradisus, artificiosè confictus. 548. 720. C.
Maculæ etiam in perfectis, non adeo considerandæ. 70. 953. D.
Magistra quatuor Facultatum, Maria. 268. 341. B
Magistra Juventutis Maria. 423. 552.
Magisterium Juris, competit Mariæ. 271. 346. A
Magdalenæ conversio incepit a pudore. 529. 696. B.
Magdalena cur prohibita a tactu, dum iam perfecta: quæ incipiens pœnitere admissa ad oscula pedum? 819.
Magnatum status, plerumq; viarum Domini, ignari. 728.
Magna, Magnos decent. 494. 649. C.
Magnatum Pompas acutè carpsit Sorbonicus. 194. 242. C.
Magnatum convivia reprehensa cur? 127. 149. B
Magnatum convivia, plerumq; madent sanguine & lacrymis. 127. 148. C.
Magnificat; canticum prudentissimum. 735.
Mala pro Deo tolerata, copiosè præmiantur. 158. 193. A.
Mali, citò in unum conveniunt, non item boni. 706. 949.
Mappula, fundens sanguinem. 127. 149. C.
Mappula sanguinem stillans. 215. 270. B.
Manus Ecclesiæ Dei, sunt Prædicatores. 142. 170. C.
Manus aperta dormientis, designat quendam in Regem. 398. 519. B.
Manus Dei, gratia ipsius. 288. 368. B.
Marcella, famula S. Marthæ 166. 191. C.

MARIA

Maria ab originali præseruata ex meritis Christi. 806.
Mariæ ab uberibus, Christus exsuxit mititatem. 173. 217. A.
Archi-Mater. 123. 142. D.
Architetrix nobilis. 669. 896. C.
Adaptavit obiectum charitatis. 81. 91 B.
Adfuerit ne partui Elisabeth. 236. 298. D.
Adumbrata in muliere sollicita pro solvendo creditoribus debito. 628. 838. D.
Affricat aliis amorem. 81. 92. A.
Aliqualiter plùs fecit Deo, quàm Deus homini in eius creatione. 782.
Mariæ agnomen devotè usurpant aliqui. 542. 712. C.
Mariæ agonizare in ulnis, quanta felicitas. 413. 540. B.
Maria Amethystus. 510. 671. C.
Mariæ amor duplex in Filium. 185. 229. D.
Mariæ amor erga genus humanum examinatur. 185. 230. D.
Mariæ amplexus, Joanni proficui. 424. 553. D.
Maria Angelos amandat, ad custodiam nostri. 246. 314. B.
Annuntiata quantùm pro virginitate solicita. 723. 976. C.
Annunt: Angelum oculo non aspexit. 723. 977. A.
A Patre æterno, vim generandi Filium Dei ebibit. 209. 261. D.
Mariæ apparitio cum cantilatione. 175. 219. A.
Maria Apis, quo sensu. 353. 458. D.
Apostolorum Magistra, 35. 41. A.
Maria, Arca Nòé. 496. 652. D.
In Arca testamenti figurata. 766.
Aromatico dulciario reficit orantes. 569. 753. B. C.
Arguit B. Kempensem de neglectu devotionis quotidianæ. 344. 446.
Maria Assumpta, sub similitudinibus præconizatur. 597. 794. A.
Assumpta, sigillatim a qualibet Persona SSS. salutatur. 758. Assumpta, Cypressus. 605. 805. C.
Complementum beatitudinis Sanctorum. 294. 375. C.
Assumpta in Cœlos cum Hostia consecrata. 582. 770. C.
Assumpta miraculosè repræsentata. 23. 26. A.
Lætitia Cœli. 20. 22. B.
Dies Cœli nova 146. 176. B. 149. 181. C.
Assumptæ gloria, a Patribus explicata. 293. 375. A.
Magis nos juvat. 608. 809. C.
Maria assumpta, virgula fumi. 24. 26. C.
Mariæ astus sacer, in contegendis peccatoribus 796.
Maria, a prima ætate mundi, culta. 495. 650. A
a secundo mundi sæculo culta. 496. 652. B.
a tertio mundi sæculo culta. 497. 653. D.
a quarta ætate mundi culta. 498. 655. A.
a quinta ætate mundi culta. 499. 656. A.

Maria, auctrix lætitiæ. 305. 390. A.
Aurora præcedens Solem Chriſtum in magiſterio virtutum. 268. 340. D.
auribus concepit: quomodo 640. 856. A.
a verecundia liberat Eliſabeth. 235. 298. A.
Maria, Baiula mundi. 251. 318. C.
Baſis Vniverſi. 2. 2. B.
Baſis aurea. 9. 10. C.
Beatitudo Beatorum. 19. 21. C.
in Bethſabee figurata. 328. 423. B.
Bibliotheca Eccleſiæ. 26. 29. A.
Botrus ex uvis munificentiæ, in viſitatione Elizabeth. 44. 48. D.
Maria botrum inter ubera collocat, ut ſe redemptam profiteatur. 807.
Maria brachium, Eccleſiæ. 351. 485. D.
Byſſus retorta. 282. 360. C.
Cœlum, ſimulq; Crux quo myſterio? 566. 749. C. D.
Maria calluit omnes ſcientias & artes. 270. 343. C
Maria, Cathedra ſine peſtilentia originali. 67. 75. B.
Cathedra ſapientiſſimi Magiſtri. 69. 77. B.
Cathedra ſupremi Cancellarii 70. 79. D.
Maria cautiſſima, dum reſponderet Angelo. 245. 310. A.
cautiſſima, perſpicaciſſima fuit in agendis. 688. 924. C.
Maria, Cedrus: quare? 603. 801. C.
Ceres nova. 74. 83. C.
Marianus character, nota prædeſtin. 55. 62. B.
Maria, charta Dei, in Conceptione deſcripta. 392. 511. D.
Charta mundiſſima. 643. 858. D.
Mariæ celeritas mira. 227. 286. D.
Mariæ celeritate, nulla major. 233. 294. A.
Mariæ certamen cum Chriſto, in redonando. 782.
certamen cum Angelo pro virginitate. 239. 302. C.
circumſpecta in omnibus. 723. 975. C.
Chriſtum redemit, oblatis pro eo ſiclis quinq; 745.
circumdedit virum, a quo ſimul circumdata. 210. 264. B.
Maria Civitas refugii peccatorum. 89. 97. D.
Civitas deſcendens è Cœlo. 94. 105. A.
Mariæ clientes, lac ſugunt in morte. 413. 540.
Maria colenda, morum eius imitatione. 548. 721. D.
columna, columnarum ſeptem. 306. 393. C.
Maria, columba ſpargens balſama. 570. 755. B.
Mariæ Comites, ſunt humiles. 246. 313. D.
Mariæ commendanda filiorum pueritia a Parentibus. 425. 565. C.
Mariæ Compaſſio, in murenulis aureis figurata. 186. 232. A.
Maria compoſitiſſima in omni ſenſu. 245. 310. C
communicat cum Patre, quoad generationem 519. 683. C.
Concha cœleſtem recipiens rorem. 643. 859. C
etiam ante conceptum Filii, miraculum perfectionis fuit. 449. 588. B.
in Conceptu Filii meruit ſuper omnes. 9. 11. D
Mariæ conſenſus in Incarnat: quanti meriti. 436. 570. C. D.
Maria conſolatur ærumnoſos Zachariam & Elizabeth 556. 732. A.
Maria, conſolatur vino tentatos, mœſtos. 651. 871. C.
Mariam, Conſolatricem miſerorum dici, non derogat Deo. 556. 730. D.
conſolatio peccatorum. 45. 51. B.
conſummatio Paſſionum Chriſti. 817.
Mariæ contemplatio, quàm ſublimis. 472. 616. D
continua in actibus charitatis. 439. 574. A.
continua fuit in meditatione de Paſſione Filii 817.
Mariæ cor, cymbalum Spiritûs S. 340. 440. C.
Corona Anni benignitatis. 111. 125. B.
Corona Filii. 101 113. D.
Mariæ Corona, cautè tractanda. 112. 128. A.
Mariæ Corona, Filius. 108. 122. A.
Mariæ in corpore, elementorum contemperatio fuit præſtantiſſima. 784.
Mariani Corporis, gloria ſingularis. 758.
Maria cum corpore glorioſo in Cœlum aſſumpta. 761.
Mariæ corpus incorruptum, ob incorruptionem corporis Filii ſui. 582. 770. B.
Maria, ut coruſcatio præivit Chriſtum ad Joannem. 233. 294. D.
Maria, coruſcatio præveniens pœnitentiam. 233. 293. B.
coruſcatio Angelorum. 234. 296. B.
crevit humilitate. 686. 921. A.
in creatione Euæ præfigurata. 495. 650. C.
Crucis ſacrificium ſimul cum Filio obtulit pro mundo. 820.
ſub Cruce ſtetit contra Aquilonem, cur? 113. 128. D.
ipſamet, tradidiſſet Filium ad Crucem. 185. 231. A.
Cuidam adverſario immac: Conceptionis, Hoſtiam ſacram e manibus tollit. 319. 411. B.
Mariæ cultor libidinem fugiat. 86. 97. A.
Mariæ cultus, propugnacula fidelium. 472. 617. D.
Mariæ cultus, imitationem eius poſtulat. 767.
Mariæ cultus, negotium lucroſum. 500. 657. B
cupiebat fieri ancilla Matris futuri Meſſiæ. 690. 927. A.
Mariæ cupido, patiendi pro Filio. 817.
Maria, Cuſtodia firma Eccleſiæ. 113. 129. A. 117. 134.

Maria, cur in medio longam habet. 172. 215. A
Mariæ cura circa inſtitutionem parvulorum. 424. 552. C.
Maria Dapifera cœleſtis. 124. 143. B.
Mariæ debitor Deus. 781.
Maria, Debora. 353. 458. A.
Decus Eccleſiæ Chriſti. 138. 166. C. ſeq.
deducit Loretum quendam cæcum. 737.
deſideriis ſuis, acceleravit Chriſti anaſtaſim ſeu Reſurrectionem. 438. 573. C.
deſideriis, Incarnatio accelerata. 269. 342. C.
deſpectos ab aliis peccatores colligit. 82. 93. C
deſiderabat pati, & non mori. 817.
Deum magnificat, quomodo? 20. 23. A.
Deum locupletans. 400. 522. C.
Devotum ſibi iuvenem miraculoſè e manibus lictorum liberat. 428. 559. C.
Maria, Dies. 145. 175. C.
Dies in omni Myſterio. 150. 183. A.
Mariæ digiti, qui? 9. 11. A.
Mariæ diſcipulus, eam imitari debet. 274. 349. C
docuit Evangeliſtas de myſteriis. 33. 38. C.
Maria docebat virgines, examen conſcientiæ. 589. 780. B.
Maria dolens, omnes Martyres ſuperavit in patiendo, quibus de cauſis? 818.
Mariæ dolorum recogitatione, perditus quidam peccator ſaluatus in morte pœnitendo. 821.
doluit ſub Cruce ad verba Filii. 186. 232. C.
dolor ſub Cruce, ſine omni conſolatione. 818.
Mariæ dolorum plures circumſtantiæ. 186. 233. A
Mariæ dolor, in ſtatera. 187. 233. C.
Maria, Domina omnis noſtræ operationis, quo ſenſu? 540. 708. B.
Domina omnium Donorum inſtituta à SSS. Trinitate. 166. 205. B.
Domina horarum. 341. 443. A.
Mariæ dominium in ſuam carnem. 781.
Donatrix magnifica: 161. 197. B. ſeq.
Maria etiam dormiens, merebatur. 472. 617. A.
Maria, dulcis Patri æterno. 173. 216. D.
dulcis Filio. 173. 216. D.
dulcis Angelis. 173. 217. B.
dulcis nomine. 172. 214. C.
dulcis ab vbere. 173. 216. A.
a verbo. 174. 217. D.
a cantu. 175. 218. C.
peccatoribus. 173. 217. B.
opere. 176. 219. C.
Maria non ex ſolo favore, ſed ex iuſtitia coronata. 437. 572. A.
Maria, in ſervandis legibus periodica. 340. 440. A.
Mariâ, æquè iuvat vitam activam & contemplativam. 142. 171. C.
edocuit Evangeliſtas Salutationem Angelicam. 261. 332. B.
Maria, Ephraim Mons. 96. 108. B.
elegit locum a Dextris Dei: quare. 287. 367. A
Maria, a S. Elzeario, data in Pædagogam. 427. 556. D.
eodem Patre nata, quo Verbum, etſi diverſo modo. 757.
epiſtolas ſuas, ſignabat humilitate. 690. 927. D
Maria in Eſther figurata. 329. 424. D.
Eſther ob tria. 329. 425. A.
Mariæ, ethymon diverſum. 167. 206. C.
etiam non invocata, ſe offert ad ſuccurrendum 651. 870. C.
etiam ſecundùm carnem, nobiliſſimâ Proſapiâ nata. 520. 684. A.
etiam quoad corpus ſancta. 452. 591. B. C.
errantem in via ſibi devotum, occurrens cum puero Jeſu & S. Joſepho, reducit ad rectam viam. 737.
in Eua adumbrata, ſe objicit irato Deo. 532. 701. C.
excellens in temperantia. 735.
Mariæ fætæ Deo, vultus radiabat. 448. 586. C.
facit amareſcere mundana. 221. 278. B.
Mariæ de famulatu, gaudent in morte quidam 415. 542. D.
Maria, Familia nova Filii Dei. 519. 682. C.
Mariæ faſciæ, ſunt gratiæ. 257. 325. D.
Maria faſciando Filium, dolores eius meditabatur, ſummèq; dolebat. 340. 440. D.
Maria, faſtigium virgæ, ſeu ſceptri. 381. 495. D.
feſtinat ad Joannem, quia Princeps. 645. 861. D.
Mariæ feſtinationis in Montana, cauſæ: 227. 285. D.
Mariæ feſtinationis cauſa, peccatum Joannis. 651. 869. D.
Mariæ Feſtivitatum myſteria, quibuſdam arboribus applicata. 602. 800. A.
Mariæ *Fiat*, prolificum. 358. 464. C.
Maria, fide excelluit. 427. 572. B.
figurata in Sara. 258. 327. B.
in Muro, ſuper quem ſtabat Dominus cum trulla. 472. 618. D.
Maria, Filia SSS. Trinitatis. 208. 260. B. ſeq.
Filia æterni Patris, ſingularis. 209. 261. B.
Filia Sion, Filia Juda. 816.
Filia abſcondita Patris. 388. 606. C.
Maria, cum Filio ſimul, torcular paſſionis eius calcavit. 817.
Maria, finalis cauſa Vniverſi. 8. 9. B.
Maria, fiſcella, bitumine gratiæ, contra originale præmunita. 806.
focos aſcendit, ad comburenda chirographa peccatorum noſtrorum. 632. 843. D.
fons conſolationum irrigans terram. 557. 733. C.
fons Paradiſi. 557. 733. C.
fons Carmeli. 220. 276. D.

Mariæ fortitudo contra inſidiæs Herodis, dum iret ad Purificationem. 746.
Mariæ fortitudo in adverſis. 735.
Maria fugat hoſtes Regnorum. 352. 457. C.
Maria, Fulgur animatum. 232. 292. C.
Mariæ fulgurationes. 234. 296. A.
Maria, Galea Caſtitatis. 244. 309. C.
Gerula ſalutis fidelium. 256. 324. C.
gignens Agnum cum vellere ſeu lana. 281. 358. A.
Mariæ gladius, animam, non corpus penetrabat. 740.
Mariæ gloria ſumma in Cœlis ex Maternitatis merito. 436. 569. B.
gloria ab abyſſo declaratur. 603. 802. D.
gloria, in filiabus Jobi figurata. 758.
gloria ſuper Angelos. 604. 804. B.
Maria, grande negotium Dei. 489. 642. C.
Marianæ Gratiæ immenſitas. 281. 358. D.
Mariæ, gratia præſtantior debebatur in Conceptione, quàm Protoparentibus in eorum creatione. 809.
Mariæ gratia, ſine amiſſibilitate, adeoq; perfectior, quàm Angelorum & Protoparentum. 809.
Maria, gratiam totam complexa. 281. 395. B.
in gratia ſemper creſcebat. 430. 561. B.
Gubernatrix Dexteræ Dei. 292. 373. A.
gubernat manum Dei largientis. 295. 377. B.
gubernatrix manûs Dei vindicantis. 296. 378. C
gubernatrix manûs, Dei ponderantis. 297. 379. C
gubernat manum Dei glorificantis. 294. 375. B
Maria Gymnaſium Theologi Facultatis. 269. 341. B.
Maria Habitaculum convivale. 304. ſeq.
hereditas fidelium. 311. 398. A.
Hilaritas Patriarcharum. 328. 422. B.
Mariæ Hilaritas, in 12. tribubus Beatorum deſignata. 328. 423. A, B.
Maria, Hilaritas Angelorum. 330. 426. D.
Hilaritas mœſtorum, deſperatorum. 331. 427. C.
Hilaritas Eccleſiæ. 329. 424 C.
Humerus bellatorum. 351. 455. B.
hoſpitio excipit peregrinantes Fratres Minores: ſingularis hiſtoria. 618. 824. B. C.
Maria Horologium Pietatis. 339. 438. B.
Mariæ humilitas, ornatus Regius Filii. 689. 926. B.
humilitas omnes eius antecellit virtutes. 692. 929. B.
Mariæ humilitas, in Purificatione. 681. 912. C.
Maria, humilitatem quibus cogitationibus fovebat. 688. 924. D.
Mariæ humilitas, lapis pretioſus. 510. 670. D.
Marianæ humilitatis typus in columbis. 688. 923. C.
Mariæ humilitas, in ſui Purificatione. 746.
Maria ex humilitate alios deprecabatur pro precibus. 688. 925. B.
Maria, quia humillima, ideo ſublimiſſima 690. 926.
Maria humilitatem didicit a Filio. 687. 922. A.
Mariæ humiliatio, Dei exaltatio. 781.
Maria, humilitatis Magiſtra. 143. 174. D.
Mariæ humilitatis, profunditas. 472. 616. C.
Maria Jachin, id eſt miſericordia. 306. 392. C.
Maria & Chriſtus non indiguerunt Angelis ad cuſtodiam, niſi ad miniſterium. 246. 314. B.
in corpore adimplebat ea, quæ deſunt Eccleſiæ in corpore ſuo. 271. 346. D.
in communi multitudine non cenſenda. 712. 959. C.
Maria, Idea mundi. 8. 8. D.
Mariæ identitas cum Filio, qualis? 281. 358. C.
Maria indifferentes actus non habuit. 440. 575. C
Maria, Idea perfectiſſima virtutum Filii ſui. 676. 906. D.
anagramma, Mira es via. 733.
igneæ naturæ. 675. 905. D.
illuminatrix hominum. 234. 296. B.
Imago percellens Timore, arcet a libidine quoſdam. 726.
Mariæ Imagines, lacrymantur ſanguinem. 188. 233. C.
Maria, imitatrix humilitatis Filii, in omnibus. 687. 922. C.
Mariæ Imperium indiviſum cum Chriſto, eiuſq; beatitudo. 758.
implet vaſa cordium gratiis a ſe impetratis. 628. 839. C.
Immunitatis tabernaculum. 57. 63. C.
Incarnationem acceleravit, operibus miſericordiæ. 272. 347. C.
in Incarnatione ingentem accepit gratiam 430 561. B.
Mariæ incendium quantum, ex charitate ad nos 661. 890. B.
Mariæ idem Filius, qui & Patris. 209. 262. B
Mariæ induſtriæ variæ, in tegendis enormitatibus noſtris. 793.
Maria ingentis capacitatis ad dona Spir: S. 281. 357. D.
Mariæ intellectus perſpicaciſſimus auxit eius dolores ſub Cruce. 186. 232. D.
Maria, in Purificatione, pauperrima. 134. 160. C
Mariæ in nomine operari licitum. 540 708. B.
Mariæ intuitu Protoparentes ab excidio vltimo præſervati. 495. 652. A.
Jubileum. 316. 406. C.
Judith typica. 592. 785. D.
Juſtitiæ amans. 735.
Maria Jordanis a lepra mundans. 222. 280. B.
Maria Iris. 525. 691. B.
irrorat ſemina charitatis. 81. 91. C.

Maria in ſplendoribus Sanctorum concepta. 68. 77. A.
Maria in Sponſa hædos paſcente, figurata. 425 555. A.
Mariæ in templo vita quantæ auſteritatis. 271. 346. B.
in tribus Jobi Filiabus, figurata. 151. 184. C.
Judæis benefica. 45. 51. D.
Maria Judith. 365. 475. A. 108. 221. B.
Maria iungebat devotioni, auſteritatem vitæ. 566. 747. D.
Maria iuvenem Vincent: Fer: iuvat contra dæmonis aſtus. 260. 330. C.
Mariæ Labia ſalutata a B. Salutio. 369. 479. A.
Maria, Labium Vniverſale Eccleſiæ. 363. 471. D
labium percutiens, 365. 475. B.
lactando Filium dulcedine perfruebatur. 173. 216. A.
Mariæ lactantis ad vbera, fiebant peregrinationes è longinquo. 579. 765. C.
Maria lacte proprio recreat agonizantem. 415. 542. A.
potavit Bernardum. 176. 219. D.
lactens, in virga Aaronis figurata. 580. 767. B
Maria lectulus floridus. 375. 487. D.
Lana delicatiſſima, ſeu Goſſypium Spiritûs Sancti. 280. 350. D.
Maria, Lana mundiſſima. 118. 136. B.
Lana multiplicis tincturæ. 282. 360. D.
Leæna. 154. 188. A.
Libanus non inciſus. 305. 389. B.
Maria, Liber. 26. 28. D.
ſine menda originali. 387. 504. B.
novus. 382. 496. B.
Typographo perfectiſſimo. 390. 509. B.
oculatiſſimi Cenſoris. 389. 507. C.
ſine væ. 387. 504. D.
prælo exquiſitiſſimo 391. 510. B.
SSS. Trinitatis. 388. 505. C.
Maria Liber, cæteri Sancti folia. 388. 507. A.
Mariæ Libri Author ſapientiſſimus, Pater. 388. 505. B.
Mariani Libri Quodlibetici, quæ capitella? 859. A 643. 859. B.
Maria, literas quaſdam conſignat Fratribus Minoribus. 618. 825.
Locupletatrix copioſiſſima. 399. ſeq. 520. B.
Lucerna in tenebris. 411. 536. C.
Luna, valles eius, humilitas. 691. 928. B.
lux in morte. 412. 537. C.
Maria non legitur vocata fuiſſe ad nuptias in Cana. 651. 870. B.
Magiſtra S. Scripturæ. 32. 35. A.
Magiſtra Juventutis. 423. 551. D.
Magiſtra quatuor Facultatum. 268. 341. B.
Magiſtra Juris. 271. 346. A.
Magiſtra contemplationis. 269. 342. B.
magnificat Deum: quomodo 781.
magnificentia Dei. 781.
Maria, manus Dei. 292. 373. C.
Mariæ manibus, qui ſe committunt, citò creſcunt in virtute. 257. 326. B.
Mariæ manus ſpargunt gratias. 85. 96. C.
Mariæ per manus cuncta habentur quidquid habetur a Chriſto. 306. 393. C.
Mare redundans in alios. 550. 722. D.
Maria, Mare dulcedinis. 167. 207. B.
Mater omnium Creaturarum. 663. 887. A.
Martyr Martyrum imo Mater: 140. 169. B.
Mater ſanctæ Spei, quo ſenſu. 438. 573.
Mater digna Deo ob virtutes & merita. 436. 570. C.
Medica, ob gratiam miraculorum ſeu curationum. 272. 346. D.
Maria menſa quotidiana. 341. 442. C.
menſa nummaria. 750.
membris omnibus colenda: quomodo. 541. 712. B.
Mercatrix ſapientiſſima. 780.
meruerítne de condigno maternitatem. 436. 569. C.
Mariæ merita fidelibus cõmunicantur. 96. 108 C
Maria, meritis Filii, a caſu præſeruata. 12. 13. D
Maria, Metropolis Dei, tribus de cauſis. 435. ſeq. 569. A.
Metropolis Regis æterni. 435. 868. B. C.
miraculorum cumulus. 449. 588. A.
Mariæ miraculum in cæco, die Purificationis. 748.
Mariæ miſericordia, Gertrudi revelata. 212. 266. C
Mariæ miſericordia, deſcribitur. 212. 266. B.
Maria miraculoſè exſolvit vinctos. 284. 363. B.
in montana properans, docet humilitatem. 734.
monet Prælatos de exemplaritate. 139. 168. B.
Monile pretioſum. 459. 600. D.
morientium lucerna & fax. 411. 536. D.
moras neſcit. 652. 872. A.
Multos miraculoſè ſtimulat ad charitatem. 84. 95
multorum nominum Domina. 399. 520. C.
in muliere forti figurata. 484. 637. B.
mundat a lepra peccati. 222. 270. B.
Maria Murex purpureus. 799.
Maria murus adamantinus. 472. 619. D.
murus Eccleſiæ, menſuratus in longitudine, altitudine &c. 472. 616. B.
murus inexpugnabilis fidelium. 471. ſeq. 615. C
Mariani Muri ædificatores qui. 472. 619. C.
Maria nata in orbem ſine Matris dolore. 328. 424. B. C.
Talionem reddidit Deo. 775.
ſemina ſpargit charitatis. 81. 90. C.
Mariæ nativitas, orbis exultatio. 775.
Maria, in Nativitate ſua, an vagierit. 327. 422. A

in ſui Nativitate, certabat cum Deo muneribus. 775.
in Nativitate ſua, effuſa. 328. 423. C.
Maria navis ſummi Regis. 482. 634.
navis ſalutis, ratione Portiunculæ. 487. 640. D
Portiuncula navis ſalutis. 487. 640. D.
Navis cuius faber, SSS. Trinitas. 483. 634. D.
Navis panem portans. 484. 637. C.
Navis Portitoris. 482. ſeq. 634. B.
Marianæ navis ſtructura, varie declaratur. 483. 635. B.
Forma explicatur. 483. 635. D.
Maria, Negotium ſæculorum. 494. 649. B.
Maria, nemine comitante, ivit in Montana. 251. 318. A.
Maria nidus Regius. 511. 672. A.
nidus Cœleſtis Aquilæ. 506. 665. C.
nidus, undiq; commendatiſſimus? 509. 678. B
nidus ſublimiſſimus ob virginitatem. 508. 668 B
nidus pretioſiſſimus. 510. 678. C.
Mariæ nidus, alienos etiam pullos excipit. 512 673. B.
Maria, nobilitas nobilitatum. 518. 687. B.
nobilior omni etiam poſſibili creaturâ. 519. 681. D.
Marianæ nobilitatis præcipuum decus, Filius. 723. 688. B.
Maria fratrem nobis effecit Filium Dei. 108. 123. A.
Mariæ in nomine operantibus, vitam æternam deberi, docet S. Scriptura. 540. 710. B.
Maria, nomen quaſi Sacramentale. 172. 215. A.
Mariæ nominis myſteria. 172. 214. D.
Maria nova Chymica, halans pro vaporibus, habit
noxâ peccati ſi fædata fuiſſet, in Matrem Filii Dei non eligeretur. 805.
nubecula cum veſtigio viri, viſa a Prophetâ. 676. 907. C.
Maria, nubes. 525. 691. A.
nubes levis. 508. 668. B.
nubes de mari aſcendens, omnis boni nuntia 532. 700. B.
nubes roſea. 530. 697. B.
nummum ſuppeditavit Filio Dei, quo nos redimeret. 745.
Maria, nundinæ ſalutaris commercii. 780.
Maria nunquam diſtrahebatur in oratione. 269 342. A.
nunquam apparere potuit non ſancta. 805.
nutrivit quoſdam lacte ſuorum vberum. 258. 328. B.
nutrix & Gerula Chriſti. 572. 757. C.
nutrix prolis Chriſti. 256. 325. A.
Mariam nutricem qui contriſtant. 262. 333. A.
Mariæ, qua nutrix Dei, ſpecialis portio in gloria. 579. 764. C. D. ſeq.
Maria, Nympha Dei. 667. 994. A.
Mariæ obedientia, Euæ advocata. 639. 855. A
Mariæ obedientia, reſoluta in adverſa. 639. 853. C.
Marianæ obedientiæ, dum præſentaretur, argumenta quatuor. 270. 342. D.
Mariæ obedientia, Monile pretioſum. 639. 854 A
Mariæ obedientia exaltatur. 639. 854. B.
Maria obedivit Parentibus, Pontifici, & proximis. 270 343. A.
Mariæ propter obedientiam, Chriſtus Rex declaratur. 639. 854. D.
Mariæ obedientia, noſtram inobedientiam confundit. 270. 343. C.
Maria obſequebatur ægrotis coætaneis. 272. 347. C.
oceanus Divinitatis. 550. 723. B.
Mariæ oculus ſuper rivulos attributorum Dei, per contemplationem. 688. 924. A.
Maria odit libros pernicioſos. 30. 33. A.
Maria offerens carnem ſuam Deo, plùs fecit, quàm Martyres. 782.
Mariæ opitulatione, peccator ob modicum penſum devotionis in eam, ſaluatus. 655. 875. D
Mariæ oratio, vim imperii habet 368. 478. D.
Mariæ oratio, ſimilis orationi Chriſti. 365. 475 D
Maria, orat plùs pro Eccleſia, quàm omnes Sancti collectivè. 269. 343. B.
ornamentum Prælatorum. 139. 166. D.
Mariæ in ortu Sponſus dona diſtribuit. 329. 426. C. D.
Mariæ de ortu, fæcula certant. 489. 643. A.
Maria, Pædagoga. 418. 544. B.
pacem concilians, per quandam Imaginem. 630. 841.
Palma, aurora. 328. 423. B.
Palma. 606. 807. C.
Maria, in Paſſione Filii ſanguinem lacrymata. 188. 234. D.
Mariæ panis, converſio animarum. 484. 637. C
Maria Pandora. 452. 591. A.
Paradiſus. 495. 651. B.
paradiſus germinans lignum vitæ. 544. 714. D
Paradiſus novi Adæ. 543. 713. C. D. ſeq.
Mariæ Parentes, cur non nominati in Evang: 203. 252. B.
Mariæ Parentes, cedunt Filiam SSS. Trinitati. 214. 268. A.
Mariæ Parentes ad Conceptionem eius immacul: aliquomodo concurrerunt. 713. 961. B.
Mariæ Parentes ſanctè & caſtiſſimè progenuerunt Mariam. 713. 961. B.
Maria pariens Filium, nos quoq; parturiebat. 449. 587. C.
pariens efloruit in pulchritudinis venuſtate. 448. 586. B.
parienti Birgittæ apparet. 236. 299. A.

Mariæ patrocinium in morte, explicatur. 412. 538. C.
Mariæ parturientis typus, mulier Apocalyptica. 449. 587. B.
Maria parturientium Patrona. 236. 298. C.
Mariæ pediſequæ, humilitas & amor proximi 251. 318. B.
Maria Pelagus miſerationum. 555. ſeq. 730. A.
Petitionaria Indulgentiæ de Portiuncula. 615. 819. A.
Petitionaria peccatorum. 609. 810. A.
Mariæ perfectiſſima reſignatio, conſtitit revelatione. 642. 858. B.
contra pericula Caſtitatis protegit. 244. 309. D
Maria, perita fuit Matheſis & Aſtronomiæ. 270. 343. B.
pertinet ad Vniverſi gubernationem. 585. 774. B
in omnibus periculis præſidium. 250. 317. C.
Pharos, ſeu turris luminis. 413. 539. D.
Pigmentaria Spiritûs S. 565. 747. A.
placans iratum Deum, apparet in viſione. 296 378. D.
Maria Platanus. 608. 809. A.
plena gratiarum etiam ante Concept: Filii. 537. 706. A.
Mariæ portio in gloria, eſt pars, quam tulit Pater in gladio de manu Amorrhæi. 584. 772. A
Mariæ Portio ſingularis in gloria. 578. 764. A.
Mariani prædii cultorum, opulenta felicitas. 541 711. C.
Maria, prænuntia Spiritûs S. pluviæ. 235. 297. C
præſentata, Gymnaſium ſanctitatis. 268. 341. B.
Præſentatæ, virtutum ſpecimina. 577. 908. C.
Mariæ præſentia, temperavit Chriſto acerbitatem mortis. 413. 540. B. C.
à primo inſtanti, toto conatu potentiarum operata eſt. 675. 905. B.
in primo puncto Concept: habuit perfectum vſum rationis. 711. 957. D.
Maria, primum objectum nati parvuli Jeſu. 442 578. B. C.
primitiuæ Eccleſiæ Bibliotheca. 33. 38. B.
Princeps Eccleſiæ. 645. 861. D.
Mariæ privilegia, omnia originantur ab eius Maternitate. 454. 594. A.
Mariæ promptitudo ad ſuccurrendum, patuit in nuptiis. 651. 870. D.
Maria proteſtatur de charitate in nos. 664. 890. C.
proximiùs, quàm omnis creatura, accedit ad Deum. 757.
proximè acceſſit ad Deum, etiam in natura. 519. 682. D.
Mariæ prudentia & parcitas in loquela. 364. 472. C.
Maria pulchra in aſpectu, ob carentiam triplicis væ. 592. 786. B.
pulchritudinis miraculum, 447. 585. D.
Pupilla, quæ in Concepiione nec doluit nec lacrymata eſt. 590. 781. D.
Pupilla oculi Divini. 590. 781. A.
purificata, viſibilis luminis prodigio diſtincta ab aliis mulieribus. 522. 687. B.
Mariæ in Purificatione humilitas, traxit paupertatem & contemptum divitiarum. 340. 439. D.
Maria in Purificatione, paupertatis præbet exemplum 746.
purificatur, ob vitandum ſcandalum. 139. 167. D
Purpura conchylii, Chriſti ſanguine tincta. 799.
Maria, quà Mater, quatuor privilegia. 545. 717. B
Maria, quia ſola Mater Chriſti, ſummè dilexit Filium. 185. 230. C.
Mariæ quantum in momenta creverint merita 601. 800. A.
Maria, quantâ reverentiâ auſcultavit Gabrielem 723. 977. B.
qui ſe ei committunt, in ærumnis læti, aut citò conſolantur. 560. 739. B.
Maria quibus coronat Roſarianos. 106. 120. D
Quietatio perfecta debitorum. 626. 835. B.
quo ſenſu Filia Filii Dei? 210. 203. A.
in quolibet textu continetur S. Scripturæ. 32. 34. D.
Quodlibetum voluntatis Dei. 638. 852. C.
quolibet Feſto, multas animas liberat e purgatorio 332. 429. C.
quoad miſericordiam immenſa. 472. 617. B.
Mariâ quomodo indiguit Deus. 400. 521. A.
Maria quomodo indiguit Redemptore? 712. 960 B
quomodo veridicè potuit dicere: Dimitte nobis peccata &c: cùm nullum contraxerit debitum peccati. 627. 836. C. D.
quomodo debitum Adæ, reſtituiſſe Adæ adſtruitur. 783.
Maria, quotannis Jubileum publicans 829.
Maria quoties in montibus, ſemper exultat. 215. 268. C.
Maria, pro quadam uxore devota, ſeipſam objecit dæmoni. 558. 736. B.
Maria, Radix ſalutis noſtræ. 657. 879. A.
Ratis liberationis. 483. 634. C.
Rebeca. 328. 422. D. 700. 943. A.
redemptam ſe à Filio fatetur.. 210. 263. D.
refrigerium Purgatorii. 607. 808. C.
Regula omnium virtutum. 680. 912. A.
Mariam Reginam dici miſericordiæ, plus eſt, quàm Matrem eiuſdem. 460. 602. C.
Maria Regni ius non amiſit per ſtatûs vilioris conditionem. 520. 685. D.
Regula perfectiſſima. 674. B.
Regum præſidium. 352. 456. D.
Mariæ Relationes ad quamlibet Perſonam SSS. Trinitatis. 519. 683. D.

Rerum locupletiſsimus

Mariæ Reliquiæ, Euchariſtia. 258. 329. A.
Maria relicta poſt Reſurr: pro conſolatione Eccleſiæ in luctu. 557. 734. B.
Mariæ reſurrectio in corpore glorioſo, prodeſt terrigenis. 761.
reſuſcitata ad elevationem S. Hoſtiæ. 585. 769. D.
revelata Protoparentibus. 495. 651. C.
Maria, relevat ſitim peccatorum per Indulg: Portiunc: 615. 819. D.
revelat privilegia Roſarianorum. 111. 126. B.
revelata Davidi. 316. 406. A.
Rivulus ex parvo in fontem creſcens. 681. 913. D.
robur bellatorum. 346. 448. D.
Romæ adoleſcentem vbere reficit. 176. 220. C
Roſa. 607. 808. A.
Ros deſcendens in Scapulare. 281. 395. D.
Roris Cœleſtis diſpenſatrix. 700. 943. A.
Maria, Rubus incombuſtus in ſua Conceptione. 710. 955. B.
in Ruth figurata. 74. 83. A.
Ruth ſpicas colligens. 328. 423. C.
Maria, Sacerdotiſſa & Legata dicitur. 134. 159. C
Sacrarium Timoris Divini. 721. 974. A.
Mariam ſalutare iteratò, non eſt ſuperſtitioſum ſed religioſum. 765.
Mariæ, a SSS. Trinitate honor ſpecialis. 758.
Mariæ Sanctitas, derivata in Corpus. 452. 591. B
Maria Sapientia dicitur, & Soror Filii Dei. 756
Sapientia clamitans in plateis. 341. 441. C.
Maria in Sara, Rebeca, Rachele, Maria Sorore Moyſis, figurata. 497. 654. A.
Mariæ ad Saram ſimilitudinis rationes. 258. 327. D.
Sara, tria fata commiſcens. 484. 638. B. 258. 328. C.
ſchola virtutum. 263. 334. C.
Maria, Scaturigo omnis gratiæ. 540. 709. B.
ſcholaſticorum Patrona, miraculoſâ apparitione probatur. 427. 555. C.
ſedens ad pedes Salvatoris ſignabat contemplationem. 287. 366. B.
ſe ſolâ generat Filium Dei, ſicut & Pater. 209. 262. B.
Mariani ſeminis Inimicitiæ cum ſerpente. 201. 251. A.
Maria ſemper Mater. 358. 465.
ſemper in gratiarum actione occupabatur. 781.
Mariæ ſerui neceſſario ſaluandi. 57. 64. B.
Maria in Sichima, figurata. 541. 711. A. 711. C.
Siclus ad pondus ſanctuarii. 744.
ſilentioſa, idem alios docebat. 273. 348. A.
ſimillima Chriſto, in virtutibus heroicis, ut vix diſtinguatur. 676. 907. D.
Maria ſine macula, quia genuina ſimilitudo Patris. 388. 506. B.
ſingulariter nata ex Deo. 711. 956. D.
ſignata per riſum Iſaac. 328. 422. C.
ſignata in Bethſabee & Eſther. 616. 823. D.
Mariæ, ſingulare in vita exercitium fuit, deprecari pro debitis peccatorum. 627. 837. A.
Maria ſocias exambit, propter ſui Imitationem 669. 896. D.
ſola perfectiſſimè implevit præceptum de dilectione. 684. 675. 905. A.
ſola, ita ſicut nulla alia pura Creatura, ad Divinæ perfectionis ſimilitudinem appropinquavit. 675. 904. D.
Mariæ ſoli datum, ſibi eligere portionem beatitudinis. 287. 366. D.
Maria ſolo aſpectu exhilarabat mœſtos. 331. 427. D
cur Sole amicta? 21. 23. D.
Sol illuminans. 21. 24.
Sola non tacet orando pro nobis. 365. 476. A
ſola, tantùm poteſt, quantùm omnes & ſingulæ Creaturæ, etiam ſanctiſſimæ. 663. 888. B
Maria ſolitaria. 645. 860. C.
Soror Verbi Divini 756.
Soror Fratris ſui Chriſti: quo ſenſu? 751.
Soror trium Perſonarum SSS. Trinitatis, quomodo. 758.
Soror dicitur peccatorũ, ad opitulandum ipſis 762.
Soror Verbi ob ſimilitudinem beatitudinis in gloria. 758.
Maria ſpecioſa, glorioſa, gaudioſa. 329. 425. A.
S. Spiritûs Filia. 211. 265. A.
Sponſa dolorum. 179. 223. B.
Sponſa, continuò gaudia pariens. 557. 734. C D
Maria ſub Cruce ſtetit pro ſalute generis humani. 113. 128. B.
ſuffragata eſt gloriæ Angelorum. 295. 378. A. B
ſunamitis chori Caſtrorum. 768.
ſuperabundans in ſatisfactionibus: quare. 306 392. D.
Mariæ ſupplicatio pro Indulg: Portiuncul. 131. 156. A.
Mariæ ſupplicationis gravitas ex Privilegio Maternitatis. 615. 821. A.
Mariæ ſupplicantis pro univerſo, apparitio. 11. 12. D.
Maria a Sybillis prædicta. 499. 656, B.
Marianæ ſyngraphæ, quibus peccatores quietantur a ſuis debitis. 627. 837. C.
Maria, Talio Dei mirabilis. 780.
tentatum Eremitam iuvat. 654. 875. A.
theſaurus ſapientiæ & ſcientiæ. 32. 36. B.
theſaurus nivium. 233. 293. D.
theſauraria Dei. 461. 604. C.
Theriſtrum prænobile, nuditatis noſtræ. 792.
terra promiſſionis. 37. 42. D.
terra ſublimis. 734. D.
terra benedicta, operiens peccata. 793.

ter pul-

ter pulchra. 448. 585. D.
ter ſancta in Conceptione. 805.
Textrix nobiliſſima. 794.
thronus Dei. 234. 295. C.
Mariæ Timor enituit in Annuntiatione. 723. 974. D.
Mariæ timoris in Annuntiatione, motiva. 723. 974. A
Maria Tinctura præſtantiſſima. 804.
Torcular patientis Filii, quo ſenſu. 811.
totum corpus ſuum, devovit Incarnationi. 640. 856. B
traxit Filium Dei de Cœlo. 510. 671. D.
Trinitatis explicativum. 20. 23. B.
Maria, Trinitatis myſterium & Dei attributa perſpexit in Annuntiatione. 269. 341. C.
Tuba miſericordiæ Dei, ſpiritibus clementiæ animata: Tuba pacis, & indulgentiæ peccatorum. 828.
Turris David cum cuſtodia. 117. 134. D.
Maria Tympaniſtria. 122. 140. B.
Mariæ typus, columba Nòé 495. 553. A.
Mariæ typus, Maria Soror Moyſis. 768.
Mariæ typus, Filia Pharaonis liberans Moyſen ex aquis. 616. 822. C.
Mariæ typus, Michol contegens Dauid. 794.
Mariæ ubera, ſunt virtutes eius & merita. 45. 51. A.
Maria ubiq; legitur, ubi legitur Chriſtus. 32. 35 D.
vapor virtutis. 305. 389. A.
variè culta ab Ogniacenſi. 343. 444 D.
Maria vapor. ob mobilitatem in ſuccurrendo. 233 294. C.
velamen Dei, ne videat peccata noſtra ad vindicandum. 793.
velamentum totius Eccleſiæ, ratione S. Scapularis. 793.
verè martyr, & laureolâ Martyrii donata. 820.
veſtit Deum, & veſtitur Deo. 21. 24. B.
veſtiaria. 275. 350. B.
Mariæ veſtimenta vilia & pauperrima. 566. 749 A
Maria, vlnis & ſinu recipere quorundam animas, viſa eſt. 260. 331. A.
in veteri lege omnium indulgentiarum cauſa. 496. 653. B.
Mariæ vexilla ad nos tutandos. 664. 890. D.
Maria, viam novam initiavit. 733.
viam humilitatis, nobiliſſimos etiam docet. 728.
vidit clarè Eſſentiam Gabrielis. 50. 55. C.
videt neceſſitates noſtras, in eſſentia Dei. 765
Mariam ut viderent, plurimi etiam Principes peregrinabantur Jeroſolymam. 274. 349. B.
Maria, virga, Crux, baculus conſolationis. 412. 538. A.
Virga hereditatis. 317. 408. C.
Virgo fidelis & potens. 662. 882. C.
Maria victoria in caſtris Alphonſi, Monſortii Ludovici. 355. 460. D.
Maria virginitatis, in aliis donum promovet. 237. 299.
Mariæ virginitatis pulchritudo, ſimilitudine declarata. 448. 586. D.
Mariæ virginitas Chriſti ſublimitas. 508. 668. D
Mariæ virginitas. per ipſum partum crevit. 508. 668. D.
Mariæ viſcera, peccatores. 461. 603. C.
Maria, vitæ triplicis Mater. 663. 887. D.
vitis uvifera ſemper. 47. 53. B.
Mariæ virtutes, aurum alienos mores deaurans 71. 92. C.
Mariæ virtutum exempla in ſui Purif: 339. 438. D
Maria virtus, pugnantium. 352. 457 B.
Mariæ umbra ſub Cruce, quàm profuit Latroni. 82. 94. A.
Mariæ unio beatifica, ſupra omnes beatos. 14. 16 A.
Maria, vola ſeu manus ſtipulata fœderis. 532. 700. D.
vota tria emiſit in Præſentatione. 268. 341. A
Mariæ voti, quæ fuit forma. 270. 342. D.
Mariæ vox, conſolatur Joannem in vtero. 556. 731. C.
Mariæ vox, dulcis Deo & Angelis. 364. 473 B
Mariæ vterus, Chriſto ſpatioſiſſimus. 507. 667 C
Mariæ vterus capaciſſimus. 507. 666. B.
Mariæ vterum Deus ſummè exambivit. 89. 97. C
Mariæ vultus in ortu ſuo ſplendidus. 329. 425. B
Maria, Zabulon. 413. 539. B.
Maria, zona Dei. 257. 325. C.
Mare, vita humana. 415. 539. C.
Mare fuſile cum 12. bobus, typus Pœnitentiæ. 92. 102. D.
Margarita cœlo fulgurante gignitur. 237. 299. C
Maris profunditas nunquam in quieto eſt. 550 722. B.
Mare redundans, Maria. 550. 722. D.
Mare æneum & vitreum, quo differant? 95. 106. A.
Mare æneum & vitreum typus Pœnitentiæ. 95 106. A.
Mare æſtuans, auarus eſt. 312. 401. C.
Moyſes fontem in pectore portabat. 226. 285. A.
Mariani vocabuntur in Cœlis, omnes devoti Deiparæ. 404. 528. B.
Marianum manè, quàm auſpicatum. 341. 442. B
Mariani Maris Nymphæ & Syrenes. 560. 738. B
Mariti pactum cum vxore: tu pro me & pro te Eccleſiam tene, ego verò torum & pro me & pro te: quod reſponſum accepit, ad valuas cœli. 434. 568. A. B.

Martyres, pectus Eccleſiæ. 140. 168. C.
Maternitas Mariæ, fluvius paradiſi. 545. 716. B.
Maternitas Mariæ, origo omnium eius privilegiorum. 545. 716. C.
Maternitatem Dei an de condigno meruerit Maria. 436. 569. B.
Maternitas Dei, forma ſanctificans nobiliùs, quam gratia. 545. 717. C.
Maternitas Dei in Maria, origo eius potentiæ. 663. 888. B.
Maternitatis Dei meritum, ſummè gloriæ ratio in B. V. 436. 569. B.
Mater improba, precibus Monachi & Monachæ, filiorum, non iuvatur, & malè perit. 434. 567. D.
Matheſeos & Aſtronomiæ perita Maria. 270. 343. B.
Matres filios a ſcholis abſtrahentes redargutæ. 418. 545. D.
Mechtildis vidit lætantes Angelos, dum ſe flagellarent ſorores. 564. 746. D.
Medica Idola apub Job, quid denotent. 553. 727. B.
Medicinæ ſcientia, quo ſenſu competat Mariæ. 272. 346. D.
Membrorum Eccleſiæ ſymmetria. 363. 472. A.
Mendicantes religioſos qui ſpernunt, quanta damna incurrunt. 612. 816. B.
Mendicantes, benignè tractandi. 610. 811. D.
Menſa aliena, non eſt ſalubris. 432. 563. C.
Menſarum muſcæ, adulatores. 127. 150. A.
Menſarum condimentum, diſcurſus. 125. 146. C D
Menſarum condimenta prava. 124. 145. A.
Menſura ventrum apud Antiquos. 180. 223. D.
Mercatoris cuiuſdam pii, ſingularis præparatio ad mortem. 410. 535. A. B.
Merces venales mendaces, ruina Filiæ Sion. 492. 646. B.
Meritum lactationis Filii Dei expenditur. 579. 766. C.
Meriti ſplendor, creſcit ex pugna. 575. 761. D.
Meritis alienis ſolis Cœlum non acquiritur. 431. 562. C.
Meſſem charitatis quæ inficiunt? 75. 84. D.
Meſſias, Pluvia. 235. 297. C.
Meſſis eſt natura humana, Meſſores Doctores. 82. 93. B.
Meſſis aurea, charitas. 74. 83. D.
Metropolis, eſt Civitas privilegiata. 430. 561. D
Metropolis Regis æterni, Maria. 435. 568. B. C.
Michol typus Mariæ: in quo. 794.
Michol inſultans David, figura Hæreticorum. 766.
Miles deſperatus, conſpectu Mariæ exhilaratus reſipiſcit. 331. 428. C. D.
Miles vitæ malæ, nec tangit enſem in periculo. 348. 451. C.
Miles deſperatus, fonte ex Imagine B. V. Mariæ erumpente, ſpe erigitur. 666. 892. B.
Milites timorati, milites Chriſti ſunt & Mariæ. 347. 449. C. D.
Militum falſa cenſura. 347. 449. B.
Milites in bello iuſto occumbentes, ſintne Martyres? 347. 449. D.
Milites Rorarii apud Romanos qui. 704. 946. B
Militis mali mors lugubris in exemplo. 350. 454. B.
Militis robur, vita intaminata. 348. 450. B.
Milites ſunt Dei inſtrumenta ad victoriam. 348 451. B.
Milites de bona conſcientia admoniti. 346. 451. A.
Militis boni mors quàm fauſta & glorioſa, in exemplo. 350. 453. D.
Millio aureorum, in ſuffragium viri erogatus. 183. 228. A.
Mineruâ natâ, Aurum pluit. 26. 27. C.
Minimorum obſervatione creſcimus in perfectione. 672. 901. D.
Minimorum cura promovet ſtructuram perfectionis. 671. 899. C.
Minorita, Bullâ aureâ donatus a B. V. M. 59. 65. D.
Minores Fratres, hoſpitio excepti ab ipſa Beatiſſ. hiſtoria ſingularis. 618. 824. B. C.
Minuta in virtutis exercitio, pauci curant. 671. 898. C.
Miraculum Tyrolenſe, in SS. Hoſtia & lapide 6. 6. C.
Miraculorum cumulus, Maria. 449. 588. A.
Miraculum miraculorum, converſio peccatorum. 99. 112. A.
Miraculorum Mariæ, quidam recenſet 20. millia. 451. 589. C.
Miraculum grande, ut homo Deum pariat. 449. 587. D.
Miraculum triplex in veteri lege in commendationem Mariæ. 498. 655. B.
Miraculum inſigne Mariæ, in tuenda caſtitate Clerici Ord: Noſtri. 248. 315. D.
Miraculum in adoleſcente, qui dæmoni litans, Mariæ nomini renuntiare noluit. 403. 527. A
Miracula patrata propter unam Mariam, quàm propter omnes ſanctos. 451. 589. D.
Miraculum pulchritudinis, Maria. 447. 585. D.
Miraculoſè ſanguis prorumpens ex mappula avari. 127. 149. C.
Miraculum grande in reſuſcitatione Mariæ. 582. 769. D.
Miſericordia maxima, remiſſio culpæ & pœnæ. 460, 501. B.
Miſericordiâ divitem Deum facit. 455. 595. B.
Miſericordiæ Dei mare quàm immenſum. 478. 628. C.

INDEX

Miſericordiæ parvæ, mediocris, & magnæ gradus explicantur. 456. 596. C.
Miſericordiæ opera, probabile ſignum prædeſtinationis. 52. 57. D.
Miſericordia Dei ſpecioſa, magna, benigna, explicatur. 460. 601. B.
Miſericordiæ Dei longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum declaratur. 456. 597. A.
Miſericordiæ Dei in peccatores, varia genera. 454. 595. A. ſeq.
Miſericordia Dei confirmata ſeu duplicata quæ 460. 601. D.
Miſericordia Dei, occurrit peccatoribus. 457. 598. D.
Miſericordia, monile Mariæ. 454. 594. A.
Miſericordiæ Dei theſaurus, cuiq; apertus. 457. 597. C.
Miſericordiæ Dei diſcrimina & gradus. 456. 596. A.
Modicæ tranſgreſſiones cauendæ. 672. 901. B.
Molere iterum farinam, iteratum docet examen. 588. 779. C.
Monialis mœſta & deſperata, per Mariam relevata. 331. 428. B.
Moniales tres, diverſimodè a Chriſto tractatæ 279. 356. D.
Monile, Mariæ, Jeſus. 454. 592. D.
Monile Mariæ, miſericordia. 454. 594. A.
Monile dictum a muniendo & celando. 461. 603. B.
Monile triumphantium, amulethum contra invidiam. 464. 607. B.
Monile Maria, 459. 600. D.
Monſtrum eſt: gradus ſummus, animus infimus. 65. 73. A.
Mons ex parvo creſcens, S. P. Franciſcus. 96. 109. A.
Mons Hermon, typus aridæ animæ. 278. 354. B
Mons oliveti, typus Salvatoris. 96. 107. D.
Mons Ephraim, Maria. 96. 108. B.
Montes, Parentes ſignant. 328. 424. A.
Montes, locus Civitatum refugii. 96. 107. B.
Montes dulcedinem ſtillantes, Parentes Mariæ. 328. 424. A.
Montes nobiliores in Scriptura qui? 90. 107. C
Moribundorum lectuli infauſti. 371. ſeq. 481. D.
Morituorum denudatio. 409. 532 B.
Morientes in clientela Mariæ, lac ſugunt. 413 540. A.
Morientium lucerna & fax, Maria. 411. 536. D.
Morientium lucerna, bona conſcientia. 411. 536. D.
Mors acerba implicatis ſæculo. 409. 534. B.
Mors a radiis Solis, pro felicitate. 439. 574. D
Mors duorum læta ob famulatum Mariæ. 415. 542. D.
Mors, occurſus Sponſi. 406. 530. B.
Mors eſt talis, vita qualis. 372. 483. C.
Mors mala, a voluntate propria. 371. 482. B.
Mors iuſtorum, ut Sol occidens. 408. 531. C.
Mortem non timet David apertam, ſecus Nabuchodonozor, quamvis tantùm ſomniatam. 409. 534. C.
Mortis malæ typus, lectus ferreus og. 372. 484. B.
Mortis iuſtorum felicitates. 408. 732. A.
Mortis iuſtorum ſymbolum, Sol: impiorum verò candela: quare? 408. 532. D.
Mortis malæ divitum typus, lectus Leuiathan 373. 484. D.
Mortis acerbitas quomodo emolienda. 409. 534. A.
Mortis præparatio ſingularis cuiuſdam. 410. 535. A. B.
Mortis acerbitatem ipſimet acuimus. 407. 531. A.
Mortificatio paſſionum iungenda Devotioni Mariæ. 56. 63. C.
Mortificatio, virgula fumi retundens tentationes. 563. 745. A.
Mortificatio, gratum condimentum orationis. 562. 742. A.
Mortua præ charitate Maria. 439. 574. C.
Moyſes parvulus deſpicit Coronam Pharaonis 262. 333. B.
Moyſis prudentia, in plicandis plagis Pharaoni. 708. 952. C.
Moyſis oratio pro ſorore, cur ei non prodeſt? 361. 480. B.
Moyſes cur, peccante populo, transfert tabernaculum Dei extra caſtra. 289. 369. B.
Mulier extollens vocem, quæ de nomine. 156. 191. C.
Mulier Apocalyptica, typus impœnitentium. 290. 370. C.
Mulier peccatrix immobilem reddit navem, quæ ſcaphæ impoſita, abſorbetur a mari. 625 834. C.
Mulier ornata, ab inviſibili ſpiritu denudata. 210. 276. B.
Mulier fortis, umbra Mariæ. 484. 637. B.
Mulierum Peruſinarum votum abſtinendi a laſcivo ornatu. 791.
Mulieri parturienti opitulata Maria. 236. 299. B
Mulier amicta Sole, typus Scapul: Sodal: 218. 274. A.
Muliere a compta, perfectiſſimo cavendum. 218. 275. C.
Mulieres ornatæ nundinantur in capite. 219. 275. D.
Mulieribus cur ubera dedit natura in pectore. 578. 764. B.
Multiloquium quale reprehenditur in S. Scriptura. 769.
Mundanæ voluptates ſpecioſæ, ſed pernicioſæ 39. 43. C.

Mundus ager, zizania filii nequam. 77. 86. A
Mundi typus, Babylon. 41. 46. B.
Mundi vanitas deplorata ab Aurelio Imper: 42. 47. A.
Mundus ingratè ſuſcipit natum Salvatorem. 442. 578. B.
Mundi fallaciam agnovit in luto demerſus. 42. 47. C.
Mundi voluptates, citò matureſcunt, ſed ad falcem. 41. 46. A.
Mundi Dulcedines, botri fellei. 40. 44. A.
Munera quò ſuauiora, eò pretioſiora. 162. 199. D
Munerum certamen inter Sponſos. 159. 195. B.
Muri Mariæ, ædificatores. 472. 619. C.
Muri famoſi: qui? 471. 615. C.
Murus animæ, cuſtodia ſenſuum. 467. 610. B.
Murus inexpugnabilis fidelium, Maria. 471. 615. C
Muri Civitatum Spartanis, Cives armati. 467. 610. C.
Murus pro mulieribus, non pro viris. 467. 610 C
Muſa Virgo, de levitate a B. V. M. reprehenſa 678. 910. C.
Muſca una chorum perturbans. 386. 504. A.
Muſca menſarum, adulatores & paraſiti. 127. 150. A.
Muſicæ addictus Nero. 156. 190. D.
Muſicâ certans Satyrus cum Appolline excoriatus. 156. 190. D.

N.

Naſci magnum, frequenter periculoſum. 686. 920. C.
Natalis Salvatoris, exhortatio divitum, 446. 584. A.
Nata vix Maria, Talionem reddidit Deo. 775.
Natæ vix Mariæ conſenſus in Incarnationem Filii Dei in vtero ſuo, iam prævifus. 780.
Nativitatem Chriſti præuenientium devotione nonnullorum exempla. 505. 664. D.
Nativitas Mariæ hilaris & effuſa. 328. 423. C.
Navis Portitoris, Maria. 482. ſeq. 634. B.
Naufragantes in Mari miſericordiæ Dei. 478. ſeq. 628. B.
Navis dicta ſalutis apud Athenien: & quæ eius Privilegia? 487. 640. C.
Naves famoſæ Archimedis, Cleopatræ &c: 477. 626. B.
Negotia vana circa vilia, nonnullorum. 491. 645 C.
Negotia vitæ humanæ, plerumq; vana. 490. 643. C.
Negotia vana, & damnoſa dedecent Chriſtianum. 491. 645. C.
Negotiatio cum Deo, quàm vtilis. 157. 192. B.
Negotium lucroſum, cultus Mariæ. 500. 657. C
Negotium Dei, Maria. 489. 642. C.
Nero Muſicam quantùm adamavit. 156. 190. D.
Nero capillos Poppeæ fæminæ, quantùm æſtimavit. 670. 897. B.
Nobilis tetricus, poſt Confeſſionem hilaris. 303. 387. C.
Nobilitatur genus, vindictæ condonatione. 515. 678. B.
Nobilibus ineſt inclinatio innata ad Pietatem 516. 679. B.
Nobilitas, eſt donum Dei. 515. 677. C.
Nobilitas nobilitatum, Maria. 518. 681. B.
Nobilitas non nocet virtuti, imo eam promovet. 515. 677. C.
Nobilitas ſubmiſſione non læditur. 513. 675. A
Nobilitas multos excæcat & perdit. 515. 677. D
Nobilitas virtuti iungenda. 514. 676. D.
Nobilitas, radix virtutis. 514. 676. D.
Nobilitatis ornamentum, pietas. 514. 677. C.
Nobilitas Mariæ, omnem creatam etiam poſſibilem ſuperat. 519. 681. D.
Nomen Mariæ, locupletat iuſtos, multifariè 402. 525. A.
Nomen celebre, partus liberalitatis. 395. ſeq. 515. A.
Nomen Mariæ locupletat Beatos. 404. 527. D.
Nomen Mariæ, a Deo nuncupatum. 400 521. C
Nomen Mariæ, Angelos locupletat. 401. 523. B.
Nomen Mariæ, inſtitutum a SSS. Trinitate. 213. 267. C.
Nomen Mariæ, ex theſauris Divinitatis. 400. 522. B.
Nomen Mariæ, non calamo ſcribitur, ſed in ſculpitur, cur? 400. 521. D.
Nomen Mariæ in Cœlis celebrari, audiunt & vident aliqui. 404. 527. D.
Nomen Mariæ, locupletat peccatores. 403 526 A
Nomen in Cœlis quod habebunt, devoti Mariæ 404. 528. B.
Nomen ter repetitum, laudis ſummæ argumentum. 448. 584. C.
Nomen Mariæ, prægnans myſteriorum. 400. 621. B.
Nomen Deæ, continuo auribus inclamatum. 416. 543. B.
Nominis Mariæ elogia. 400. 522. D.
Nomina plerumq; fallunt. 394. 514. B.
Nomina, amuleta ſecuritatis. 204. 254. A.
Nominum imponendorum Concilia. 167. 205. C
Negotia moderanda cum devotione. 336. 434. C
Nubes, Maria. 525. 691. A.
Nubes Roſea, Maria. 530. 697. B.
Nubes roſea verecundiæ, augurium felix. 526. 691. D.
Nubes, ſunt ſancti. 525. 691. A.
Nuces, typus virtutis. 169. 212. A.
Nuditas virtutum, verecundiæ cauſa. 754.
Nubens volans, Ordo Prædicatorum. 531. 699. B
Numeri ratio non contemnenda in S. Scriptura. 765.

Nummus Dei, talentum quodlibet. 741.
Nummus, ſpes populi Romani, jactus. 667. 893. D
Nummi, ſpes Auguſtorum dicti. 66. 893. C.
Nummus dictus, *Indulgentia Auguſti.* 749.
Nuptiarum fabuloſarum Pompa, applicata Aſſumptæ. 583. 771. A.
Nuptiæ in Cana, typus ſpiritualium nuptiarum 651. 871. A.
Nuptiæ Salomonis, pharetratarum virginum cuneis adornatæ. 763.
Nutricis malæ, infantes ſancti, vbera reſpuunt. 261. 331. D.
Nutricum proviſio cautiſſima apud veteres. 256. 324. D.
Nutrix liberata à damnatione, precibus infantum, quos lactauerat. 422. 651. C.

O.

Obedientia Mariæ triplex. 270. 343. B.
Obedientia, Aſtronomica myſtica eſt. 270. 343. D
Obedienti Deo, obediunt Creaturæ. 635. 848. A
Obedientia Mariæ, Chriſtum Regno donat. 639 855. A.
Obedientia Mariæ in Rota Ezech: figurata. 770 342. A.
Oblatio Deo grata, thus orationis, permixtum myrrhæ mortificationis. 561. 741. B. ſeq.
Obſequium pro Deo, copioſè temporalibus remunerari ſolet. 659. 881. C.
Occanus Divinitatis, Maria. 550. 523. B.
Oculi Idolorum puluerulenti, typus negligentium circa conſcientiam. 588. 778. D.
Oculi in primitiua Eccleſia poſt communionem udâ ſanguine Chriſti manu perunctâ, pro munimine. 470. 615. B.
Oculus, priſcis ſymbolum Dei. 585. 773. D.
Oculi Dei, miſericordia, & Providentiâ 444. 579. D
Oculi Dei in Pauperes terræ. 443. ſeq. 579. A ſeq.
Oculorum continentiæ exempla. 470. 614. D.
Oculus animæ, mens. 672. 901. D.
Oculorum & aliorum ſenſuum mortificationis, exempla tanguntur. 243. 308. D.
Oculi, plerumq; teſtes paſſionum. 590. 781. B.
Oculorum mirum certamen inter Juditham & Holofernem. 592. 784. C.
Oculi 7. ſuper lapidem, ſignant ſolicitudinem Filii pro imm: Concept: Matris. 589. 507. D.
Occupationes vanæ hominum. 491. 644. B.
Occurſus Sponſi, mors in proximo. 406. 530. B.
Odoribus columbæ capiuntur. 570. 754. C.
Odorum uſus in conviviis. 570. 754. C.
Odoriferis unguentis, convivæ irrorabantur. 570. 754. C.
Ogniacenſis Mariæ exercitia in cultu Mariæ. 343. 444. D.
Oliva, ſymbolum ſpei. 668. 894. B.
Oliva, Mineruæ ſacra. 36. 41. A.
Olivæ Arbor, explicat Marianæ gloriæ celſitudinem. 604. 803. B.
Omen perditionis, non puniri, peccando. 290 372. A.
Onagri, in æquinoctiis, rugitu horas diſtinguunt. 657. 878. C.
Operans bene, & ordinatè, tam Divina, quàm humana lucratur. 658. 879. D.
Operibus propriis non alienis adnitendum. 432. 563. D.
Operari in nomine Mariæ, & licet, & expedit. 539. 707. C.
Originale peccatum, eſt quoddam morticinum. 705. 918. C.
Originale peccatum, cathedra peſtilentiæ. 62. 69. C.
Orientales, nudipedes Templa ingrediuntur. 705. 948.
Ornatus laſcivus, periculum omnis ſexûs & ætatis. 791.
Oratio Mariæ, imperat, 368. 478. D.
Oratio nutat, niſi altero pede, affictione ſ. carnis conſtabiliatur. 562. 743. B. C.
Oratio antiquorum Chriſtianorum, fiebat ad mare. 561. 741. C.
Oratio, animæ pabulum. 16. 17. C.
Oratio iuncta mortificationi, efficax. 561. 741. C
Oratio Mariæ, ſimilis orationi Chriſti. 365. 475. D
Oratio, ſplendente veſte, induta, diſplicet Deo. 563. 745. C. D.
Oratio Moyſis pro Sorore cur infructuoſa. 361 470. B.
Orationis pigmentum, mortificatio. 561. 741. D.
Oratio vberum, efficax. 368. 478. A.
Oratio Mariæ, nunquam diſtracta. 269. 342. A.
Orationes Sanctorum, quando non proſunt. 359. 466. D.
Orationis robur, a mortificatione. 562. 742. A.
Orationis cum jejunio connexio explicatur. 562. 743. A.
Orationes Sanctorum, noſtris complentur. 369. 479. C.
Orationis Dominicæ Author Chriſtus: cur? 769
Orationes aliorum pro ſe invocare, ad quid iuvat? 433. 567. A.
Orationibus Sanctorum pro nobis, cooperandum. 360. 167. D.

P.

P. litera, ſaluus conductus antiquorum Chriſtianorum. 739.
Pactum ad meritum Maternitatis Dei innuitur. 436. 569. C.
Pœna, ſimilis peccato. 777.
Pædagogia figurata in Elizeo ſuſcitante puerum 421. 548. C.

Rerum locupletiſsimus

Pædagogiâ periclitatur Arſenius. 420. 548. A.
Pædagogia, quandoq; morte ſoluitur. 420. 548 B
Pædagoga, Maria. 418. 544. B.
Pædagogii, quantum pretium. 419. 546. B.
Pœnitentia, rarò vera. 302. 385. B.
Pœnitentia fruſtratoria quæ? 303. 387. B.
Pœnitentia Salomonis, in dubio. 301. 384. C.
Pœnitentia defectuoſa, ſub typo ruinoſæ Domûs Philiſtinorum explicata. 302. 385. D.
Pœna nulla, maxima pœna eſt. 290. 371. C.
Pœnitentiæ Columnæ: Integritas & Dolor. 302 386. B.
Pœna eorum, qui noluerunt abſtinere a laſcivo ornatu. 791.
Pœnitentia, domus luctûs. 301. 383. D.
Pœnitentia diaboli, quænam dicitur. 825.
Pœnitentia & Confeſſio ſensim facilitantur. 91. 100. D.
Pœnitentia magna, magnis debetur peccatoribus. 456. 596. C.
Pœnitentiam retardantium pericula. 623. 830. B.
Pœnitentia, Portus ſalutis. 89. 98. C.
Pœnitentia Eſau & Antiochi, cur invalida. 472 630. B.
Pœnitentia, panis animæ. 484. 637. C.
Pœnitentia cauſat lætitiam in nobili quodam. 303. 387. C.
Pœnitentia, per ſeipſum implenda. 432. 564. B. C.
Pœnitentibus, aliqua ſuperanda. 90. 99. C.
Pœnitentia, tabula naufragii. 90. 99. D.
Pœnitentia rara, peccantium ex malitia. 64. 71. A
Pœnitentiam differens, quanta amittit lucra. 623. 831. B.
Pœnitentia, navis papyracea quibus? 478. 629. C
Pœnitentia, plurimis infructuoſa quare. 478. 629. B.
Pœnitentiam retardantes tanguntur. 623. 829. D.
Pœnitentia, in fiſcella Moyſis figurata. 616. 823 A
Pœnitentis dolor ſalutaris deſcribitur. 528. 695 B
Pœnitentia in lege nova levior, quàm fuit in veteri. 90. 100. B.
Pœnitens ſine propoſito, illuſor, non pœnitens. 302. 387. A.
Pœnitentia, Dei dulciaria. 301. 384. D.
Palma prodigioſa, per Angelum B. Mariæ ante mortem eius oblata. 606. 807. B.
Palma, ſymbolum Mariæ. 606. 807. C.
Palatium in àére quidam ædificare intendit. 475. 623. A.
Pandora, Maria. 452. 591. A.
Pandora, quid antiquis? 452. 590. D.
Panni odorati, quibus inuoluit Chriſtum Maria. 566. 748. C. D.
Palpebræ, greſſus præcedentes, quid denotent. 587. 775. C.
Paradiſus nullus, ſine colono. 539. 708. A.
Paradiſus 40. milliarium fuit. 548. 720. B.
Paradiſus Machometi, artificioſè confictus. 548. 720. C.
Paraſitos alere, idololatriæ crimen. 127. 150. B.
Paradiſi antiqui comparatio, ad Mariam. 544. 715. C.
Paraſceues die, ridere, nefas antiquis. 182. 227. B.
Paradiſi de exiſtentia, opiniones taxantur. 543. 713. D.
Paradiſi Machometis, vis in roborãdo contra pericula. 549. 722. A.
Parentes conniventes filiis redarguti. 420. 547. C
Parentum majorum filii, mortis victimæ. 421. 549. C.
Parentes primi, omnis culpæ origo. 384. 500. C
Parentes commendent Mariæ, filiorum pueritiam. 425. 555. D.
Parentum ius in imponendis nominibus. 213. 267. B.
Parvi defectus diſponunt ad ruinam. 671. 899. A
Parvulus Jeſus advocat ad cunas Turcam, docetq; fidem. 446. 583. C.
Parvuli, cur adamati a Chriſto. 801.
Parvuli Jeſu oculi, quô oblectandi. 442. 578. A
Parvulorum de inſtitutione, ſolicita Maria. 424 552. C.
Parvuli jeſu oculorum, primum obiectum, Mater. 442. 578. B. C.
Paſſio Chriſti, zona aurea. 182. 227. A.
Pater æternus, textor Incarnationis. 282. 360. B.
Pater, erogatis in pauperes facultatibus, Filio pro hereditate relinquit Chriſtum: quo eventu? 314. 403. C. D.
Pati qui hic fugiunt, beari feſtinanter volunt. 194. 242. C.
Pauperi ſuccurrere, nomen magnum parit 396, 515. D.
Pauperes, thronus Dei. 444. 580. C.
Paupertatis commendationes. 610. 811. D.
Pauperes, ligna ſyluarum exultantia Chriſto. 445. 582. C. D.
Paupertas, cauſa ſecuritatis, divitiar: timoris. 444. 580. B.
Pauper plerumq; Deo pretioſior, quàm dives. 443. 579. B.
Pauperibus attendunt oculi Dei. 443. 579. B.
Pauperes defendit Deus, contra divites. 444. 580. C.
Pauperum iura, ad bona divitum. 611. 813. D.
Pauperum debitum apud divites: quod? 611. 813. B.
Pauperes, Chriſti cincinni. 612. 815. B.
Pauperis typus, Rubus deſerti. 445. 581. B.
Pax, & ſecuritas, nulla in ſæculo. 115. 132. C.
Papyrius adoleſcens donatus Bullâ, pro dexteritate, quâ curioſam Matrem eluſit. 464. 607. A.

INDEX

Peccantes vltro, in iuventute moriuntur. 826.
Peccans ex malitia, pœnitere non ſolet. 64. 71. A
Peccator, cæteris proſſe orantibus, & ipſe orare debet. 361. 469. C.
Peccati manet pœna, ſublatâ culpâ. 129. 151. D.
Peccati debitum, quàm graue. 745.
Peccatum, grande pondus, exemplo probatur. 625. 834. C.
Peccatum, ruina univerſi. 3. 3. B.
Peccatores, viſcera Mariæ. 461. 603. C.
Peccator, hircus ob celeritatem in malo. 230. 290. B.
Peccatum occultum in lege veteri, manifeſtandum erat, vt dimitteretur. 90. 100. A.
Peccatum unum, trahit aliud. 623. 831. D.
Peccator ad malum, dum currere non poteſt, reptat. 230. 201. C.
Peccatum ex hominis arbitrio. 385. 503. A.
Peccare de induſtria, cavendum. 64. 72. B.
Peccatum corrumpit appetitum ad ſpiritualia. 168. 210. B.
Peccatorem non puniri, perditi ſignum. 290. 372. A.
Peccatum, lepra. 222. 279. B.
Peccatores eſſe, & tales non videri, cupiunt mortales. 787.
Peccatoris typus Lazarus. 361. 469. A.
Peccatorũ velocitas ad malum. 229. 287. D.
Peccatoribus Deus occurrit cum miſericordia. 457. 598. D.
Peccatum ſi non citò deletur, multa contrahit debita. 624. 833. C.
Peccatorum cauſa, ſibi quiſq; amanuenſis. 385. 501. B.
Peccata nequeunt detorqueri in fa a vel ſydera. 789.
Peccati odium, ſignum prædeſtinat: certius aliis. 53. 58. C.
Peccatoris extremum malum, impunem a Deo fieri. 289. 370. C.
Peccatores, dum aliqua curant ſalutis, quod principale, intactum relinquunt. 624. 833. A.
Peccati plena dimiſſio quo ad culpam & pœnam, non modicæ difficultatis. 829.
Peccata, in dæmones non detorquenda. 789.
Peccatores reverendati, cathedratici: qui? 66. 74. D.
Peccati minimi etiam fuga, ſignum prædeſt: 54 63. C.
Peccatum vnum, totam legem violat. 753.
Peccatorum ad pœnitentiam invitatio. 856. 597 B
Pedes Eccleſiæ, ſtatus inferiores. 143 173. A.
Pectus Eccleſiæ, Martyres. 140. 168. C.
Pelagus miſerationum, Maria. 555. ſeq. 730. A.
Penſum Mariæ perſoluens, ab inſtantanea liberatur per dæmonem ſuffocatione. 344 445. C
Perſonarum trium in Divinis fraternitas: quo ſenſu admitti quiret? 758.
Prefectorum probationes per Exempla. 815.
Perfectionis in ſtructura, nec pilo ab amuſſi recedendum. 670. 897. B.
Perfectorum eſt, etiam minima curare. 670. 897. D.
Perfectionis typus, Libani ligna. 600. 797. D.
Perfectiſſimi etiam, indigent cuſtodiâ ſenſuum. 469. 613. B.
Peſtes, ſterilitates, ex peccatis. 3. 4. B.
Peſtis, oratione, Stella cœli, ſedata. 72. 81. B.
Petitionaria peccatorum, Maria. 609. 810. A.
Petro S. de Alcant: adhuc puero, lumen ſubminiſtrat Maria. 427. 557. C.
Petri S. de Alcant: oculus cautiſſimus. 470, 614. D.
Petrus malè appetiit Feſtum ſine feriis. 194. 241. C.
Petra pectori appenſa, fontem manans. 226. 285. A.
Phariſæus corruit, ſtante publicano: quare? 754.
Philippus Nereus, e fætore dignoſcebat luxurioſos. 312. 400. A.
Phydiæ ars, in conſeruando nomine ſuo. 405. 529. A.
Pictor Theon, quâ arte expreſſit furioſum Ducem belli? ſ. tubâ inflatâ. 833.
Pigmentaria Spiritûs S. Maria. 565. 747. A. ſeq
Pietas nobilitatis ornamentum. 514. 677. C.
Pigmentariorum munus, veteribus nobile. 565. 747. B.
Pilatus, veſte ſe Chriſti tuetur. 797.
Piſcina probatica, ſolis infirmis, qui vigilabant, proficiebat. 115. 131. B.
Pigri, nec morte appropinquante ſapiunt. 372. 483. B.
Pigri, tardi nimis ad Divina. 352. 482. D.
Platanus, Maria. 608. 809. A.
Plumbeum purgatorium. 215. 270. C.
Plumbei fumus in ſpiritualibus. 228. 287. B.
Plumbeæ lacrymæ. 553. 727. C. D.
Pluvia, Meſſias. 235. 297. C.
Pluvia, typus Spiritûs S. 235. 297. C.
Polemon petulans iuvenis, aſpectu Xenocratis mutatus. 727.
Poloni Senatoris mors ſuauis, ſub invocatione SSS. Trinitatis. 207. 258. D.
Polonorum Legatio ad Pontificem pro immac. Conceptione. 320. 412. B.
In Polonia, blaſphemus Hæreticus obmutuit. 126. 147. D.
Polonorum conſuetudo, loricas S. Scapulari:
Poloni duo e Soc Jeſu, in gratia confirmati, in Feſto Purificationis. 142. 172. B. C.
Poloniæ quidam Palatinus, mirabiliter ab hæreſi converſus. 126. 148. A.
Poloniæ Regum zelus pro immac. Conceptio: 320. 412. A.

Poloni

Poloni cuiuſdam ſingulare deſiderium. 456. 895. C.
Poloniæ pro Regno ſupplicat Maria. 11. 13. B.
Polonorum ſtemma, Aquila, quâ de cauſa. 511. 672. B.
Poloni, quanta in reverentia habeant nomen Mariæ. 542. 712. C.
Poloni, nec Regiis fœminis concedunt nomen Maria, in reverentiam B. Virg: 542. 712. C.
Poma, teſtes Roſariani cultus. 162. 201. A.
Poma paradiſi, pœnitentiæ imperfectæ ſymbolum. 480. 631. C.
Poma mundanorum evanida. 17. 19. B.
Portiunculæ Indulgentia, ex tribus ſatis commixtis a Sara, Maria. 484. 638. B.
a Porta pœnitentiæ, dicta. 89. 99. A.
refrigerat ſitim peccatorum. 615. 819. D.
in monilibus colli Sponſæ figurata. 461. 603. C
Portiunculæ Indulgentia, miſericordia maxima. 460. 601. A.
Portiunculæ indulgentia, columbæ apparitione confirmata. 98. 110. B.
fundatur in meritis Chriſti & Mariæ 306. 391. B
parvulo Franciſco donata pro Bulla. 464. 607 B
Annus eſt Jubilei, quotannis recurrens. 823.
liberaliorem reddidit Eccleſiam Dei quoad Indulgentias concedendas. 615. 820. C.
Petri Apoſtoli comprobata. 832.
Portiunculæ Indulgentia a 7. Epiſcopis publicata, ſingulari ſolemnitate. 307. 394. B. C.
Monile Mariæ. 459. 500. C.
Portiunculæ Feſto, deſcenſus S. P. N. Franciſci ad Purgatorium. 463. 606. B. C.
Portiunculæ Eccleſia, domus convivalis. 304. 388. D.
Portiunculæ Portio miraculoſè ad literas Mariæ diſtributa. 128. 151. C.
Portiuncula ad ſupplicationes Mariæ. 131. 156. A
Portiunculæ impetratio per Mariam, explicata in deprecatione Chananææ mulieris. 616. 822 A
Portiunculæ Indulg: Angelorum multitudine frequentata. 823.
alludit Feſtum Neomeniæ 830.
Portiuncula, Angelorum lætitia. 130. 153. B.
Portiunculæ Indulgentia, miraculoſis apparitionibus conſtabilita. 132. 157 A.
7. fundamenta. 305. 388. C. D.
Bullis tot approbata. 131. 155. D.
Angelorum concentu celebrata. 488. 641. C. D
P. miraculis ſtabilita. 308. 395. A.
P. navis ex Italia. 477. 628. B.
P. unit Deo animas Purgatorii. 463. 606. A.
P. ex triplici ratione, Monile Mariæ. 460. 602 B.
P. confirmata miraculo in Roſa, in Epiſcopo, in hirundine. 99. 111. B.
P. non ſine miraculo promulgatur eſſe æterna 307. 394. D.
P. etiam ex meritis Mariæ. 96. 108. D.
P. ſuffragatur Purgatorio. 309. 395. D.
P. partes Pœnitentiæ facilitat. 95. 106. A.
P. figurata in columna Jachin & Booz. 306. 391. D.
Portiunculæ Indulg: miraculo in mari confirmata 486. 639. C.
P. Italica Claſſis. 310. 397. A.
P. non admittit paleas obligationum ad pœnas. 305. 390. B. C.
P. vi meritorum Chriſti. 96. 108. B.
P. in mari æneo & vitreo figurata. 95. 106. A.
Portiunculæ typus, Sorbitiunculæ Thamaris. 130. 154. A.
Portiuncula, in tribus decimis ſimilæ figurata. 830.
Portiunculæ in Eccleſia viſio S. P. N. Franciſci 131. 156. A.
Portiunculæ cantus convivalis inſtruitur. 133. 159. A.
P. ſingularis panis Mariæ. 484. 638. A.
Portiuncula, dicit miſericordiam benignam ſpecioſam, maximam. 460. 602. A.
Portiunculæ ſingularitas: in quo. 131. 155. C.
Portiunculæ dapes ſacratiores. 124. 144. C.
Portio Mariæ ſingularis in gloria. 578. 764. A.
Portio gloriæ Aſſumptæ per proportionem menſurata. 580. 768. B.
Portio nobilior præmii, labore acquiſita. 573 758. A.
Præco ſemper in triumpho. 101. 113. A.
Prædeſtinationis certa ſigna non habentur, niſi probabilia. 51. 56. D.
Prædicator, ſocius menſæ, parum valet. 742.
Prædicator doctus ne cadat, indiget validis Dei auxiliis. 742.
Prædicatorum Ordo, a Pueris Babylonicis in fornace, præfiguratus. 770.
Prædicatorum ordo, Nubes volans per orbem. 531. 699. B.
Prædicatores, manus Eccleſiæ Dei. 145. 171. B.
Prælatos decet exemplaritas vitæ. 139. 167. B.
Prælati capita Eccleſiæ ornantur per Mariam. 139. 166. D.
Præparatio ſingularis ad mortem. 410. 535. A.B
Præſentationis Mariæ quædam prodigia. 274. 348. B.
Principem legibus ſubjacere decet. 513. 674. A.
Principiſſæ a voluntariis flagellationibus laudatæ. 564. 746. C.
Principum moræ in concedendis audientiis reprehenſæ. 646. 163. B.
Principes dedecent longæ moræ. 646. 861. D.
Princeps etiam dum ægrotat, audientiam non deneget. 650. 869. D.
Principem decet munificentia. 572. 756. C.
Principes ob prætextum devotionum, tardantes expedi-

expeditiones ſubditorum; arguuntur. 648. 867. B.
Proceſſio VERBI, cur generatio dicatur? 388. 505. D.
Procraſtinatio pœnitentiæ, emortuæ fidei ſignum 826.
Prodigia in Præſentatione Mariæ. 274. 348. B.
Profectûs in perfectione, impedimenta nonnulla tanguntur. 675. 904. D.
Profectûs continui exempla in Chriſto & Matre eius Maria. 601. 799. D.
Profectus continuus in virtute commendatur, & demonſtratur. 599. 795. C.
Profeſſor, nominis ambitioſus, ludicrè confuſus. 298. 520. A.
Profeſſor, mirâ viſione, ad labores confortatus. 422. 570. C. D.
Proſapiarum tria genera. 514. 676. A.
Proſerpinæ raptûs memoria, Kalendis Feb. 406 528. C.
Proſperitas nimia, ſignum inſtantis ruinæ. 291. 372. C.
Propugnacula fidelium, varius modus colendi Mariam. 472. 617. D.
Protoparentes, ſpe clementiæ Dei a dæmone decepti. 825.
Protoparentes ob Mariam præſeruati ab vltimo excidio. 495. 652. A.
Protoplaſtes, in gratiam Mariæ, uterq; a morte inſtantanea præſeruati. 532. 701. D.
Protoparentum in Paradiſo Pœnitentia, nondum fuit vera. 480. 632. A.
Proventus liberalitatis, nomen celebre. 395. ſeq. 515. A.
Proximo compati, ſtigma ſalutare. 551. ſeq. 724
Proximo non compati, pluſquam ferinum. 552. 756. A.
Proximo compaſſio, Deo aſſimilat. 552. 725. D
Proximorum ſaluti vacare fugientes redarguti. 552. 319. B.
Pſalmi pro Tabernaculis notantur. 303. 388. A
Pudor, initium ſalutis. 528. 694. D.
Pudor, initium converſionis Magdalenæ. 529. 696. B.
Pudor, ſanctitatis teſtis. 527. 693. D.
Puella gentilis, compaſſione ſua liberans hominem a ſuimet ſuſpendio, quomodo ad ſalutem pervenit. 553. 729. C. D.
Pueri tres in fornace Babylonica Canticum ſuum conſumandum reliquêre Religioſis. 770.
Pugna Padvanarum virginum & Juvenum cum Pomis & floribus. 106. 120. A.
Pulchritudo ab aſpectu differt. 592. 785. B.
Pulchritudinis miraculum, Maria. 447. 585. D.
Pulicis morſus in patientia, quanti meriti. 160. 197. A.
Pulicis ſaltûs menſura, curioſè obſervata. 491. 645. C.
Pupilla ſemper habet imaginem virunculi, ſeu Nymphæ. 591. 782. B.
Pupillæ oculi, virtus & dignitas. 585. 773. C.
Pupilla Euæ, cauſa eius ruinæ. 592. 785. D.
Pupilla Dei, eſt ſapientiſſima Providentia eius. 585. 775. B.
Pupilla, de qua David, declarat egregie imm: Concept: Virg: 591. 782. A.
Pupilla gratiæ, ſymbolum. 590. 781. C.
Pupillæ Marianæ ſeu Concept: vita ex Cruce Chriſti. 595. 789. D.
Pupillæ cura a natura, applicatur Concept: imm: B. V. M. 591. 783. A.
Pupilla Dei ſuper eos, qui invigilant conſcientiæ. 587. 777. B.
Pupillæ Marianæ vitalitatis augurium. 595. 789. C
Pupillæ, quæ munia. 587. 779. B.
Pupillæ vocis, ſunt lacrymæ. 590. 781. C.
Pupilla ſana, omen vitæ. 595. 789. A.
Pupilla conſcientiæ, a levioribus noxis tutanda. 586. 775. A.
Pupilla, vitivos ſpiritus participat a cerebro, per nervos decuſſatos in Crucem. 595. 789. B
Pupilla oculi Divini, Maria imm: Concepta. 590. 781. A.
Purgatorium euadit zelotes animarum. 256. 324. B.
Purgatorium in plumbea veſte. 215. 270. C.
Purgatorii animabus, quolibet Feſto ſuo ſuccurrit Maria. 332. 429. C.
Purgatorii animæ refrigerantur in Aſſumpt: Mariæ. 607. 808. C.
Purificationis Feſtum privilegiatum, ex converſione peccatorum. 749.
Purificationis Feſto, Epiſcopus miraculoſè ſanatus. 143. 171. D.
Purificationis Feſto duo Poloni Soc: Jeſu in gratia confirmati. 142. 172. B. C.
Purificationis Feſti origo. 406. 530. A.
purificata, viſibilis luminis prodigio diſtincta ab aliis mulieribus. 522. 687. B.
Purpureus Murex, Maria. 799.
Purpura conchylii Chriſti, Maria. 799.
Purpureæ Tinctoræ inventor Hercules. 808.
Chriſtus, Gygas. 808.
Purpura Jovis Capitolini, confundebat cæteras 809.
Purpureæ tinctura ex ſanguine piſculi, ſola non palleſcit ad Solem. 804.
Puſio baptizatus, glorioſior Moyſe, cur. 574. 759. A.
Puſio Cœleſtis, terreſtres Seraphinos amat. 504 663. D.
Puſioni Cœleſti naſcituro, piorum præparationes. 505. 664. B.

Q.

Quæſtorum dignitas, ex primis apud Romanos 609. 810. A.
Quadratum, Figura Deorum, antiquis. 675. 904. A.
Quadratum perfectiſſimum, Deus. 675. 904. A.
Quaſi voculæ, myſterium non vile. 597. 791. A
Quietatio debiti Adæ, in monte Calvariæ. 621 828. C.
Quietatio debitorum, Maria. 626. 835. A.
Quodlibeta Dei primaria, Chriſtus & Maria. 638. 852. C.
Quodlibeta, quid nam ſonent? eorumq; origo 633. 844. B.

R.

Rapa donata Ludovico XI. 1000. aureis redonata. 161. 197. B.
Rebecca, typus Mariæ. 328. 422. D.
Redemptrix humani generis, Maria dicta a Patribus. 389. 508. D.
Reges tres, pientiores Paſtoribus in Bethleem 816. 679. B.
Regna pereunt ob indevotos Reges, eorumq; Conſiliarios. 336. 433. C. D.
Regnum Cœlorum, cur ut veniat, invitatur. 229. 288. B.
Regnum bibitum uno hauſtu. 124. 144. A.
Regula perfectiſſima, Maria. 674. B.
Regula ſcriptoria S. Furſei, miraculoſè quoſdam deducit per mare. 679. 911. B.
Regula aurea Achan, libri vetiti. 29. 31. D.
Religioſorum typus, Jordanis. 221. 277. D.
Religioni nulla, ætas non idonea. 266. 338. C.
Reliquiarium, pulſu ſuo, detertet quendam a peccato. 60. 66. A.
Reliquiæ Mariæ, Euchariſtia. 258. 329. A.
Reſignationis defectus in aduerſis, redarguitur 636. 850. B.
Reſignatis obedit quaſi, Deus. 635. 848. A.
Reſignatus transformatur in velle Divinum. 635 847. D.
Reſignatio adſtruit quiddam Divinum homini 635. 846. D.
Reſignatione carens, ſibi ipſi dæmon. 636. 850C
Reſignati hominis felicitas. 635. 848. D.
Reſignatus nihil curat. 634. 846. C.
Reſignatæ voluntatis exempla in quibuſdam. 637. 850. C.
Reſponſum cuiuſdam Sycophantæ, poſt adeptam Abbatiam. 682. 914. D.
Reſuſcitata Maria ad elevationem SS. Hoſtiæ. 582. 769. D.
Reſurrectio Chriſti acceleravit ob deſideria Mariæ. 438. 573. C.
Rex Ninive, Rex dum in ſacco. 516. 678. D.
Rex qui voluit, ut filius ignoraret miſerias mundi. 447. 584. C.
Rex, cuiuſdam Deæ nomen vult continuò auribus ſuis ab ephebo intonari. 416. 543. B.
Roma ab anſeribus ſaluata. 113. 127. B.
Ros decidens in B. Agnetem Dominicanam. 702. 944. C.
Ros, miſeriarum ſymbolum. 612. 815. C.
Ros præibat, Manna. 698. 938. C.
Ros, Chriſtus. 531. 698. A.
Ros Solis, herba dicta, ob rorem continuum. 703. 945. B.
Ros Hermon myſterioſus ex deſcenſu. 696. 935. C.
Ros, ſunt gratiæ cœleſtes, eiuſq; auxilia. 694. 932. B.
Roſa ante peccatum fuit ſine ſpinis. 5. 4. D.
Roſa, Maria. 607. 808. A.
Roſæ Limenſ: expenſæ pro Puero Jeſu. 442. 577. C.
Roſarii recitatio figurata in veteri lege. 770.
Roſariana Cantica, privilegiata. 772.
Roſarii recitatio, immutat diſſolutos animos. 772.
Roſariana nubes ſeu Devotio, transformativa hominum. 536. 705. C.
Roſarii modulatione, miteſcit Deus. 773.
Roſarium, modus precandi nobiliſſimus. 769.
Roſarium, in lectulo Salomonis explicatum. 377 489. D.
Roſarianorum fratrum in morte felicitas. 377. 491. B.
Roſarium deportatum a Rege, ponderat in ſtatera, in Judicio Dei. 297. 380. B.
Roſariani fratres virtutibus & gratiis exornantur. 531. 699. C.
Roſario converſi & ſaluati pyratæ. 534. 703. D
Roſarium, miraculo pomorum confirmatum. 162. 201. A.
R. ſignum fœderis. 532. 699. D.
Roſarii triumphus, cum humero Mariæ. 346. 448. C.
Roſarii hoſtes, ſunt Hæretici. 765.
Roſarium in ſubſtantia, orabat Chriſtus & Maria. 163. 202. B.
Roſarii SS. ſymbolum, Iris. 530. 697. C.
R. utilitates & fructus. 535. 705. A.
R. virtutes miraculoſæ, in exemplis recenſitæ. 703. 945. D.
Roſarium & Evangelium, ad convertentiam. 162. 198. B.
Roſarium, decor animarum ex vita migrantium. 377. 489. D.
R. commendatur ex facilitate, brevitate, repetitione. 769.
Roſariani confratres, Caſtra Roſea. 763.
Roſarium, unionem triplicem explicat. 162. 198C

INDEX

Rosarii pondus, in statera probatum, miraculosè gravavit. 164. 202. D.
Rosarii milites apud Romanos. 704. 946. B.
Rosarianæ Devotionis cultor, S. Andreas Avellinus. 162. 201. A.
Rosarii globulis conversus peccator. 702. 944D
Rosarii Author, ipse Christus. 162. 197. D.
Rosarii victoria, de Turcarum Imp: 355. 461. B
Rosarianorum Fratrum gloria, auctior in Cœlo 377. 490. A.
Rosarium continuatur in Cœlo. 377. 490. C.
Rosarii miraculum grande in Alexandra occisa 379. 492. C. D.
Rosarianum Festum, quomodo antecellit alias festivitates. 699. 939. C.
Rosarianarum precum præstantia ex contextu. 769.
Rosarium, antiquissima devotio. 163. 202. A.
compendium mysteriorum & festivitatum. 699. 940. B.
Rosariana devotio, transformatiua peccatorum. 700. 942. C.
Rosarianorum Fratrum Privilegia, a B. Virgine revelata. 111. 126. B.
Rosario viator revirescit in spe. 377 490. D.
Rosario, dum recitatur, assistunt Cœlites. 107. 122. A.
Rosarii mysteria in Iride symbolizata. 531. 698C
Rosariani fratres non bene disciplinati, arguuntur. 767.
Rosarii virtute quidam a damnationis periculo liberatus. 110. 125. B.
Rosarianorum Fratrum, in meritis & precibus communicatio. 110. 125. A.
Rosarium, ordinum Cœlestium lætificatio. 107. 121. D.
Rosariani colligunt Rorem Capitis Christi. 700 942. A.
Rosarii devotio, nubes exaltans magnificentiam Dei. 536. 705. B.
Rosarii Mysteria, Rosis & floribus comparata. 376. 489. A.
Rosarium continet vitam Christi & Mariæ. 569
Rosarianæ Devotionis deliciæ. 376. 489. B.
Rosarii globuli, stellæ contra Sisaram, id est Dæmonem, pugnantes. 353. 459. B.
Rosarii Congregatio, cuiq; confratrum est Corona. 110. 22. C.
Rosarii SS. denominatio, an à Rosa, an a Rore. 693. 930. C.
Rosariani Confratres, Amici Christi. 700. 941D
Rosarii devotione assumptâ, totus Conventus monialium reformatur. 772.
Rosarium, in Apocalypsi figuratum. 770.
Rosarii quædam miracula. 772.
Rosarium, prædestinatorum insigne. 165. 204. D
Rosarii nobilitas commendatur. 162. 200. C.
Rosarii Fratres, adhuc in agone capessunt Coronas. 101. 114. A.
Rosarii devotio, lectulus floridus. 376. 488. C.
Rosei Fratres, eodem, quo Christus, portantur vtero. 108. 123. C.
Rosei odoris causa, Iris. 535. 704. C.
Rosei chori, quinam sunt turbatores. 764.
Rosei Confratres floribus coronati. 106. 120. A
Roris cum Rosa certamen. 693. 930. A.
Roris & Pluviæ, quis Pater. 694. 932. A.
Roris commendatio. 698. 938. B.
Rota Ezech: typus obedientiæ Mariæ. 270. 342A
Rota mirabilis, visa in Peru. 270. 342. B.
Rubor in Confessione, quanti pretii. 91. 101. B.
Rubus deserti, typus Pauperis. 445. 581. B.
Rubus Moysis, monitor populi ad labores. 575 760. D.
Rubus Moysaicus, typus Mariæ. 45. 52. A.
Rubus incombustus, Maria in Conceptione. 710. 955. B.
Rubus, Rex arborum. 710. 955. B.
Ruth, typus Mariæ. 74. 83. A.
Ruth, Figura pulchra desolatorum. 278. 355. A.

S.

S. litera, in foribus Gymnasiorum, cur? 272. 347. D.
Sabbativum privilegium Scapulariis. 225. 283. D
Sacramentorum vis, ex latere aperto Christi. 811.
Sacrarium Moysaicum, locus immunitatis. 721. 973. A.
Sacrarium Moysaicum, sedes Arcæ Testamenti 720. 971. A.
Sacrarium, pars nobilior Templi. 717. 967. D.
Sacrarium veteris Legis, quantæ erat reverentiæ. 719. 969. A.
Sacrarii Custodes, soli Levitæ. 722. 974. C.
Salome cæca, bene videt in Festis B. V. Mariæ. 594. 788. B.
Salomon, an pœnituit. 301. 384. C.
Salomon Regnum exorsus a facili audientia subditorum. 647. 865. C.
Salomonis templum, typus Concept: imm: 198. 246. D.
Salomonis 4. animalia sapientissima. 433. 566. B
Salomonis quatuor ardua. 420. 546. C.
Saltus fontium, ad cantum tibiæ. 559. 737. D.
Salutius B. salutabat labia Mariæ. 369. 479. A.
Salutationis Angelicæ, quis Author. 107. 121. A
Salutationis Angelicæ usus licitus & laudabilis. 765.
Salutare frequenter Mariam, consuetum Sanctis 343. 444. C.
Salutationis Mariæ Patronus, S. Paulus. 765.
Sambri, Rex Scyth: deaurata pelle occisi, vult Deos, placare sed perperam. 708.

Samſon, typus Chriſti. 502. 386. A.
Samſonis vires quomodo in cápillis ſitæ. 672 900. D.
Sancti frequentes in ſalutanda Maria. 343 444C
Sancti beantur per opera Mariæ. 294. 376. D.
Sanctorum orationibus cooperandum. 360. 467. C.
Sanctorum labia ſilent, noſtris tacentibus. 359 ſeq. 466. A.
Sanctorum beatitudinis complementum, Beata. 204. 375. C.
Sanctus, Sanctus &c: in honorem Incarnationis decantatum eſt à Seraphim. 770.
Sanguineæ lacrymæ ab Imaginibus. 188. 233. C
Sanguis Chriſti bituminans Arcam, ſ. Mariam, contra originale fluentum. 806.
Sanguis ex mappula auari. 215. 270. B.
Sanguineas lacrymas fudit Maria in Paſſione Filii. 188. 234. D.
Sapientia æterna quomodo ludit cum hominibus. 667. 937. A.
Sara præter filium Iſaac, plures extraneos lactabat: cur? 258. 327. C.
Sara, figura Mariæ. 258. 327. B.
Sarabellæ trium puerorum in Babylone, illæſæ ab igne ob reverentiam caſtitatis. 285. 364. D
Sathanas tentans S. Birgittam redargutus a Chriſto. 105. 119. B.
Satyrus certat de Muſica cum Appolline. 156. 190. D.
Scala Jacob, ſymbolum Dei Providentiæ. 650. 882. C.
Scandali fuga in Imp: Valentiniano. 137. 165 C
Scanderbergus a Turcarum Imp: requiſitus, mittit ei gladium, ſed non brachium. 357. 463. A.
Scapulare facit converti a ſæculo. 221. 277. C
S. ſyngrapha quietationis a debito peccati. 627 837. C.
S. fidejuſſionis inſigne. 792.
S. à deceptione diaboli liberat. 222. 281. A.
S. vellus novâ tinctură gratiarum donatum. 282 361. B.
Scapulari, mundatus leproſus. 222. 281. A.
Scapulare, mortis felicis amulethum. 223. 282 B
Scapulariani Evangelii diſcrimina examinantur 275. 349. D.
Scapulare, antemurale Eccleſiæ. 472. 618. A.
velamentum Eccleſiæ. 793.
Scapulariani Fratres, ſingulariter proteguntur in tentationibus. 794.
Scapular: Sodalium, typus in Muliere Apocalyptica 218. 274. A. C. D.
S. Armatura fidelium. 117. 135. A.
Scapularianorum Fratrum felicitas. 286. 395. A.
Scapularis Privilegio quietamur a debitis animæ. 621. 829. A.
Scapularis S. vis contra ignem. 474. 622. B.
Scapulare periclitantes de Caſtitate, ſaluat. 122 141. B.
Scapulariani Fratres, Cœleſtis muri ædificatores: quomodo? 475. 623. C.
Scapulariani Sodales morigerati, trahunt alios ad devotionem. 570. 755. B.
Scapulare, ſignum ſecuritatis contra pericula corporis. 630. 842. A.
Scapularianæ Coronæ, myrrha, gutta, caſia, myſterioſè applicata. 567. 751. B. C. ſeq.
Scapulariana veſtis, auguſtis nominibus phrygiata. 626. 835. D.
Scapularianæ gratiæ infinuantur. 281. 360. A.
Scapulare, Chriſti de vellere. 561. 740. B.
Scapularis miraculum in retuſione gladii. 121. 139. B.
Scapulare, lapideus pretioſus murus. 472. 620A
S. in periculis ſalus. 119. 137. D.
S. ſignatum in veſte Aaronis. 627. 831. D.
Scapularianorum obligationes figuratæ apud Pſalmiſtam. 567. 751. D.
Scapulare ſuſcipienti indulcoravit omnes in pœnitentia difficultates. 569. 754. A.
S. lorica fidelium. 118. 135. B.
Scapularis Typus cuiuſdam. 119. 137. C.
Scapulare a Maria irroratum. 281. 360. A.
Scapularis virtutem quidam in morte expertus. 224. 282. D.
Scapulare, iuvamen in Purgatorio. 631. 843. A.
Scapularianorum tres obligationes non ſtringunt ſub peccato. 567. 751. C.
Scapularianæ veſtis encomia ab odoribus celebrata per Dauid. 567. 750. B. C. ſeq.
Scapularis typus, pallium Eliæ. 225. 283. B.
Scapulariani carpinant, nent, texunt Byſſum Mariæ ſuis devotionibus. 282. 361. D.
Scapularianæ veſtis ſub præſidio, Iram Dei euadunt peccatores. 794.
Scapulare, vexillum Mariæ. 119. 136. D.
Scapularis S. miracula in aqua tanguntur. 474. 621. B.
Scapulariana veſtis, pigmentata. 560. 741. A.
Scholæ Salomonis. 263. 334. B.
Scientiæ abuſus reprehenſus 742.
Scientia faſtuoſa arguitur. 742.
Scientia, plurimis ruinæ occaſio. 742.
Scientia ſine charitate, nihil prodeſt. 742.
Sciolus vento doctrinæ circumactus, ſibi riſum nutrit, luctum verò Religioni. 742.
Scoti ſenſus de timore Dei in Maria. 724.
Scotus Doctor Subtilis viſitat cum S. P. N. Franciſco Purgatorium in Feſto Portiunculæ. 132. 157. B. C.
Scotus Subtilis, vlnis recipere meruit Chriſtum natum. 505. 665. A.
Scrupuloſorum & aridorum conſolatio. 276. ſeq. 351. B.

INDEX

Securitatis amuleta, nomina. 204. 254. A.
Secularium taxatur opinio, quòd ſaluabuntur alienis precibus. 433. 566. D.
Seculo implicatis, mors acerba. 409. 534. B.
Seculum corruptiſſimum temporibus S. P. N. Franciſci. 130. 154. D.
Semiramidis gloria, a viis publicis reparatis. 738.
Senectæ futuræ divinatio ex prima ætate. 800
Senes etiam quandoq; acriùs, quàm in iuventute tentantur. 105. 119. D.
Seniores Apocal: cur ante thronum mittunt Coronas. 294. 376. A.
Senum quædam vitia tanguntur. 600. 798. B.
Senſus quinq; qui bene cuſtodit, quinq; millia carminum decantat. 743.
Senſuum cuſtodia, ſtat in eorum mortificatione. 743.
Senſus quinq; humani, talenta Dei ſunt. 743.
Sententiam capitis die Feſto ferre vetitum. 502 251. B.
September hilaris ob meſſem & vindemiam. 322. 414. B.
Septembris prima dies, Hebræis obſervabilis: cur? 830.
Septenarius privilegiatus in Creatione. 322.414.C
Seraphini terreſtres, iuſti feruentes. 504. 663.D
Servorum Dei & diaboli diſtinctio figurata. 585. 501. B.
Servire Deo a iuventute, optimum. 294. 336.B.
Seſſio in Scriptura, iudicium ſignificat. 588. 778. A.
Sichima, portio Joſeph, myſticè explicata. 541. 710. D.
Sicli quinq; Mariæ, quinq; virtutum exempla in Purificatione. 746.
Siclus, olim ori defunctorum imponebatur, ut ſerviret pro naulo Charonti. 750.
Siclis quinq; Primogeniti Redemptio. 740.
Siclus ad pondus ſanctuarii, Maria. 144.
Sigiſmundi III. Regis Poloniæ, literæ ſupplices ad SS. Pontificem, pro myſterio determinando imm: Conceptionis B. V. 320. 412. B.
Signandi modus triplex Antiquis. 52. 57. A.
Signum prædeſtinati, exigua odiſſe peccata. 54 63. C.
Signum prædeſt: devotio in Mariam. 55. 62. D
Signum radicale prædeſt: bene radicata devotio in B. V. Mariam. 57. 64. D.
Sigilla Deorum, in victimis viſitata. 386. 503. C
Silentium docebat alios Maria. 273. 348. A.
Simia fingens ſe diu Domicellam, pomo prodita. 767.
Similæ tres decimæ, figuratè applicantur Indulgentiæ de Portiuncula. 830.
Simeoni viſus reſtitutus in Purificatione Mariæ 748.
Simulacra cur ſemper in galeis. 240. 304. B.
Sodalis negligens preces conſuetas, ab infernali territus Lamia. 344. 446. C.
Sol, Ægyptiis, ſymbolum nobilitatis. 520. 684C
Sol cur veſtit Mariam? 21. 23. D.
Solis encomium. 145. 175. B.
Solis velocitas, quanta. 569. 796. C.
Solis à radiis mors, felicitas cuidam viſa. 439. 575. A.
Solis Imago in ſepulchro Joſue, cur? 408. 532C
Sorores duæ Conſtantinopolitanæ à ſe diuellendæ in amplexu mutuo emortuæ. 761.
Sorbonici cuiuſdam acumen in redarguendis Magnatum Pompis. 194. 242. C.
Spes in Deo, munitiſſimum habitaculum. 660. 884. B.
Spes fundanda, in rebus ſtabilibus. 880.
Spes quæ ſunt incertæ. 658. 879. D.
Spes in Maria, non præjudicat Spei in Chriſto. 663. 888. D.
Spes Sancta, ſanctior, ſanctiſſima: quæ. 663. 887C
Spei in alio fundandæ, quæ fundamenta. 662. 886. C.
Spei fructus in Patria, ſecura beatitudinis tentio. 438. 573. C.
Spei bonæ filii, qui nam dicuntur. 664. 890. D
Spiritus S. calamus Patris. 382. 497. B.
Spiritus S. neſcit tarda molimina. 104. 118. B.
Tenrationes non obſtant virtutis curſui. 105. 119. A.
Spiritus S. procedendo a Patre, cur non dicatur Filius, nec Frater Verbi? 757.
Spina in Roſa, pœna peccati. 5. 4. D.
Sponſa ornatior, dum ſe ad obſequia proximorum ſalutis demittit. 253. 321. A.
Sponſorum certamen munerum. 159. 195. B.
Sponſa currens periodicè, typus hominum regulariter viventium. 337. 435. A.
Sponſa non proſperatur, dum ſibi ſoli, & non proximorum ſaluti, ſervit. 253. 320. A.
Sponſa, tabulata adhibet propter rimas ex cautela. 468. 612. B.
Sponſarum ritus comandi lanceâ viri. 189. 235.B
Sponſarum veſtes clypeatæ. 466. 608. C.
Statera Roſario favet in Judicio Dei. 297. 380B
Status diverſi contendentium ad Cœleſtem Coronam. 102. 114. C.
Stellæ in capite mulieris, typus virtutum & meritorum Mariæ. 437. 571. C.
Stellio, (qui ſuis victitat, non alienis,) confutat alienis meritis fidentes. 433. 565. D.
Stigma Damnationis, conſueſcere peccato. 66. 74. B.
Statua cum galea, haſta & libris, apud veteres, quo myſterio? 428. 558. D.
Stellæ, ſymbolum nobilitatis Hebræis. 520. 684 C
Studioſi devoti, Martyres dilecti Mariæ. 260. 331. B.

Sunami-

Sunamitis caſtrorum, Maria. 763.
Superbia, peſtilens cathedra. 65. 72. C.
Symbolum in Rubo Moyſaïco, Imm: Concept: B. V. M. 712. 662. D.
Symetria membrorum Eccleſiæ Dei. 363. 472. A
Syrenes Maris, Mariæ, qui? 560. 738. B.
Sybillarum de Maria nonnullæ prædictiones. 499. 656. B.

T.

Tactûs admiranda cautela in S. Nicetio. 243. 309. B.
Tædium ad beatitudinem, lucroſum. 18. 20. B
Talenta, ſunt nummi Dei a Deo conceſſi 741
Talenta Dei ſunt, ſenſus quinq; 743.
Talionis exempla. 779.
Templum Hodigetriæ ſeu Ducis viæ, apud Græcos famoſum. 739.
Templorum e proximo, ſcholæ erectæ. 262 333. D
Temporis diſpoſitionem docet Deus, dum creat mundum. 337. 435. B. C.
Tempus Dei obſequio dicatum, non obſervandum. 337. 436. C.
Tentatio prævenienda circumſpectione. 241. 304. C.
Tentationes non contriſtent. 325. 420. A.
Teſtamentorum defraudationes. 374. 486. C.
Teſtamenta morientium, papyracea vaſa. 374. 486. C.
Tereſſiæ S. Magdalenæ de Pazis ariditates ſpirituales. 279. 356. A.
Terra in Creatione fuit arida. 557. 733. B.
Terra maledicta, prodit peccata. 793.
Terræ incultæ adhuc, Creator operimentum providit. 798.
Ter repetitum nomen, ſupremæ laudis argumentum. 448. 585. C.
Thamaris Sorbitiunculæ figurantes Portiuncul: 130. 154. A.
Theſauraria Dei, Maria. 461. 604. C.
Theodoſii Imp: oculorum mortificatio, parem eum fecit Anachoretæ. 673. 902. C.
Theſilla, ſcholaſticorum ſuorum ope, Spartha-nos vicit. 428. 558. D.
Thomas Kempenſis reprehenſus a Maria ob neglectum devotionis. 427. 555. D.
Thomæ Kempenſis pro Roſario teſtimonium. 769.
Thomas Aquinas tutatus a Maria in periculo caſtitatis. 248. 315. A.
Theriſtra reprehenſa. 788.
Theriſtra pellucida, inſignia ſunt meretricum. 790.
Theriſtra ſeu pellucida veſtimenta, vberum denudationes, fornicationes dicuntur. 790.
Thus cum myrrha iungit Sponſa: cur? 744. B
Tibicen Gygas, Cæſari victoriæ omen. 833.
Timor Dei adfert iucunditatem conſcientiæ. 720. 972. A.
Timor Dei, ſeminarium omnium virtutum. 720 972. C.
Timor Dei, indivinat animam. 719. 970. B.
Timor Domini, Eſſentia eſt hominis: quo ſenſu? 719. 970. C.
Timoris Dei ob defectum, perditio multorum in exemplis. 721. 973. C. D.
Timor Dei, nedum incipientibus, ſed perfectis quoq; perneceſſarius. 732.
Timor Dei, promovet obſervantiam mandatorum. 720. 971. B.
Timor Dei ſuppletivus nominis Divini. 719. 969. C.
Timor Dei, expoſtulandus a Maria. 727.
Timoris Dei multiplex differentia. 718. 968. B.
Tincturæ, quantæ laudes in S. Scriptura. 804.
Tinctura prima animæ eſt fortis adhærentiæ. 800.
Tinea cordis, triſtitia. 325. 419. C.
Torcular Chriſti, Crux & Paſſio eius. 811.
Tornacum, veſte Mariæ defenſum. 284. 362. D
Tres infauſti lectuli moribundorum. 371. ſeq. 481. D.
Tres filiæ Job, Figura Mariæ. 151. 184. C.
Tres cauſæ, cur non ſapiant Cœleſtia? 167. 207. ſeq.
Tria difficiliora apud nos Catholicos. 91. 101. C
Tria mala hominis, carmine comprehenſa. 555. 730. B.
Tria prava condimenta menſarum. 124. 145. A
Trinitas ſalutata. 758.
SSS. Trinitatis lætitia ex immac: Conceptione. B. V. 198. 247. D.
Trinitatem SSS. confeſſus quidam, dæmonibus terribilis & a Chriſto honoratus. 207. 259. B.
Trinitatis SSS. ſub titulo, triumphus. 206. 257. D.
Trinitas SSS. invocata implet bonis. 205. 255. A.
Trinitatis SSS. Liber, Maria. 388. 505. C.
Trinitas SSS. Mariæ nomen imponit. 213. 267 C
Trinitas SSS. curatrix imm: Concept: B. V. 96. 79. A.
Trinitas SSS. in agone præſidium. 205. 256. D
Trinitatis SSS. devotio, bonis cumulat. 205. 256. B.
Trinitatis SSS. ſub nomine, placidè quidam agonizarunt. 207. 258. B. C. D.
Trinitatem explicavit Maria. 20. 23. B.
Trinitatis SSS. invocatio, iuvamen. 205. 254 B
Triplex origo errorum in nobis. 383. 498. C.
Triplex ſtatus currentium ad Coronam Cœleſtem. 102. 114. C.
Triſagium Seraphicum, applaudit immac: Conceptioni. B. V. M. 805.

Triſtari non debet conſcientia. 325. 419. D.
Triſtandum non eſt, ob tentationes. 325. 420 A
Triſtitia perfectos dedecet, ignis id docuit Ezechielis. 325. 419. A.
Triſtitiæ remedium, oratio. 325. 420. C.
Triſtitia, tinea cordis. 325. 419. C.
Triſtitia in largienda eleemoſyna, & rem & meritum perdit. 312. 401. C.
Triumphus nunquam ſine præcone. 101. 113. A.
Tuba Dei, ſunt inſpirationes Cœleſtes. 824.
Tuba piſces capiens. 834.
Tubæ gloriæ Dei, ſunt Angeli. 833.
Tubæ Neomeniæ myſterium. 831.
Tubæ, ſunt Apoſtoli. 832.
Tubarum vſus in Jubileo. 829.
Tubarum Familia in Hiſpania, unde? 828.
Turcæ fatentur Purgatorium: & remedia quæ? 392. 511. D.
Turcici velleris Equites, quales? 523. 688. A.
Turcis in veneratione, charta nuda. 392. 511. B.
Turcicum mancipium, ad cunas Chriſti miraculoſè converſum. 446. 583. C.
Turres Eccleſiæ, Apoſtoli, Doctores. 466. 609 C
Turris inclinata ad Aue Maria. 343. 444. A. B.
Turpiloquium, graviter reprehenſum. 116. 147. B

V.

Væ triplex, alienum a Maria. 592. 786. B.
Valentiniani Imp: exemplaritas in fuga ſcandali. 137. 156. C.
Valvæ Nobilium, patent Hebræis, clauduntur Mendicantibus Religioſis. 612. 816. A.
Vana ſunt plurium negotia vitæ. 490. 643. C.
Vana, trahunt ad illicita. 492. 647. A. ſeq.
Vanitas hominum deploratur. 491. 646. A.
Vanitas Theriſtrorum tam moralium, quàm realium taxatur. 788.
Vanitas occupationum. 491. 644. B.
Vanitatem qui non ſequantur, valdè pauci. 492. 648. A.
Vanitatum typus, vrbs Gethæorum. 492. 646 C
Vaſa papyracea, teſtamenta morientium. 374. 486. C.
Vbera, cur mulieribus in pectore. 578. 764. B.
Vbera Sponſæ, Eccleſiæ typus. 466. 609. B
Vbera, Maria producit dum orat. 368. 478 C.
Vbera nuda, theatrum mentalis fornicationis. 790.
Vberibus convicit Mater Coriolanum. 578. 764 C
Vberum oratio, efficax. 398. 478. A.
Vellus Gedeonis, Corpus Chriſti in Cruce. 276 351. B.
Vellus Gedeonis, typus animæ. 276. 351. C.
Velocitas in ſuccurrendo aliis, decor Majeſtatis. 547 864. A.
Velociùs Maria ſuccurrit, quàm Chriſtus. 652. 871. D.
Velocitas hominum ad malum. 229. 287. D.
Velocitas in obediendo voci Divinæ, Zachæum ſalvat, & filium Abrahæ facit. 826.
Venialia pertrahunt in mortale. 753.
Verbi Divini promotio ad lauream, in vtero B. Virginis. 633. 845. B.
Verecundia poſt peccatum, ſignum emendationis. 526. 692. A.
Verecundatis de peccato, citò approximat gratia ad pœnitendum. 527. 692. C.
Verecundiæ bonæ a praua diſcrimen. 528. 694 D
Verecundia, Protoplaſtis ſalutis initium. 527. 694. A.
Veſtes ex quodam lapide contextæ, igne non conſumuntur. 285. 364. B.
Veſtes clypeatæ Sponſarum. 466. 608. C.
Veſtiaria, Maria. 275. 350. B.
Veſtimentorum Jacob, fragrantia, benedictionê ei conciliat. 571. 755. C.
Veſtis Mariæ, Tornacum defendit, & patrat miracula. 284. 362. D.
Veſtis Mariæ pro vexillo, triumphos parat. 284 363. C.
Veſtis inconſutilis Chriſti, texta Mariæ manibus, ſaluat a periculo Pilatum. 797.
Veſtis Perſica, characteribus phrygiata. 626. 835. B.
Veſtis Theridatis, amuletum triſtitiæ Regis Artaxerxis. 797
Veſtis Aman ſuperbi, cum inſcriptionibus. 626 835. C.
Veſtis plumbea, Ægidii Montani. 215. 270. C.
Veſtis dierum, S. Gertrudi repræſentata. 148. 180. D.
Veſtibus inſcriptæ notæ, teſtimonium perſoluti tributi. 626. 836. A.
Veſtita pulchrè mulier, myſterium quale? 218. 274. C.
Veſtium luxus illudit veſtibus Chriſti. 217. 273 C
Veſtium ornatus, diluvii origo. 217. 272. C.
Veſtium luxum prohibent SS. Petrus & Paulus 136. 102. B.
Veſtium luxus, fontes mortis. 216. 271. A.
Veſtium luxus, peccati occaſio. 217. 271. B.
Veſtium ſyrmata reprehenſa acriter. 217. 273. A B
Veſtium luxûs, vanæ quædam excuſationes. 218. 275. B.
Vexillum, Mater dicitur militum. quare? 119. 136. D.
Via quadruplex ignota Sapienti, explicatur de Maria. 735.
Viæ virtutum facillimæ, tamen neglectæ: cur? 229. 289. C.
Viæ impiorum difficiles. 229. 289. A.
Viæ vitæ quæ? eas Dominus notas fecit: quando. 729.
Victimæ ſignatæ. 386. 503. C.

Victoriæ Roſarii miraculum, de Turcarum Imperatore. 355. 461. B.
Victoria de claſſe Turcica, cur SS. Roſario attribuitur. 699. 939. D.
Vidua cum prole famelica, mirabiliter de victu proviſa. 127. 150. C.
Viduis difficilior continentia, quàm Virginibus 265. 337. C.
Vigilans, facilè hoſtem ſuperat. 115. 133. A.
Vigilantia, Machabæis peperit triumphum. 116. 133. C.
Vigilat Sponſa, etiam dum dormit. 114. 130. D.
Vigilantibus tantùm, Piſcina probatica proficua 115. 131. B.
Vigilare, mandat Salvator. 114. 120. D.
Vigilandum pro virtute, omni momento. 114. 129. B.
Vincent: Ferr: iuvenis adhuc, iuvatur a Maria contra aſtus dæmonis. 260. 330. C.
Vindemia nova, in monte Calvariæ. 811.
Vindictæ condonatio, nobilitat genus. 515. 678 B
Vinum, ſymbolum ſpiritualis lætitiæ. 830.
Virga Cherontis, mirabilis, cuius attactu quæq; aurum fiebant. 440. 575. B.
Virgines pharetratæ, pompa nuptiarum Salomonis. 763.
Virgula fumi, Typus Virginis aſſumptæ 24. 26C
Virgula fumi, retundens tentationes mortificatio. 563. 745. A.
Virginitas, armanda humilitate. 246. 313. A.
Viridis color, ſpei ſymbolum. 377. 490. D.
Virtus, in cortice difficilis plerumq; 169. 211. C
Virtus, dum adhuc tenera eſt, molliùs tractari debet. 814.
Virtus ſine cuſtodia ſenſuum, paries litus ſine temperatura. 469. 614. A.
Virtus robuſta in pueritia, robuſtior fit in adultiori ætate, comprobatum exemplis. 803.
Virtus etiam in ſpiritualibus adverſitatibus hilaris debet eſſe. 325. 418. C. D.
Virtutum in agone curſus quorundam feliciſſimus. 104. 116. B.
Virtutis dignitas creſcit ex humilitate. 682. 914C
Virtutis typus, Nux, cur? 169. 212. A.
Viſio, in qua placabat Deum iratum Virgo. 296. 379. A.
Viſio B. Amadæi de humilitate Mariæ. 690. 926. D.
Viſio beatifica, reſpectivè ad fidem datur. 457. 572. C.
Viſio S. P. N. Franc: ad Eccleſiam Portiuncul. 131. 156. A.
Viſio Religioſorum diverſimode Cruces ſuas portantium. 267. 340. A.
Viſitans Eliſabetham Maria, Botrus uvarum. 44. 48. D.
Vita humana, mare. 413. 539. C.
Vita triplex explicatur. 663. 887. C.
Vitæ bonum omen, pupilla ſana. 595. 789. A.
Vitæ malæ inſtantanea mutatio, non ſine miraculo. 352. 483. D.
Vitis aurifera in Hungaria. 75. 85. B.
Vitulus cornua producens & vngulas, quid innuat: 562. 742. C.
Vivens nullum ſine pabulo. 16. 17. A.
Vmbra ſignat humilitatem mentis. 691. 928. A.
Vmbræ in Luna, unde? 691. 928. A.
Vngula idem aliquando, quod odoramentum. 562. 742. C.
Vnguentum deſcendens in barbam, gratiæ Chriſti eſt vbertas. 627. 837. D.
Vniverſum ruit ob peccata. 3. 3. B.
Vniverſum, ob Mariam conditum. 8. 9. B.
Vnum, neceſſarium animæ. 14. 15. A.
Voci Divinæ ad pœnitendum, citò obediendum. 825.
Voluntas propria transformat hominem in dæmonem. 636. 849. A.
Voluntas reſignata non errat in curſu virtutis. 103. 115. A.
Voluntatis reſignatæ officia. 634. 846. A.
Voluntas propria Petrum Sathanam reddit. 636 849. C.
Voluptuoſorum cadavera magis fætent. 312. 399. D.
Voluptuoſorum hereditas, vermis. 312. 399. B.
Voracitas ſtupenda quorundam in viſione repræſentata. 170. 213. A.
Vota in adoleſcentia, laudata. 264. 335. B.
Voti Mariæ, quæ fuit forma. 270. 342. D.
Votum Authoris, ut hæ ſyllabæ, iterum concreſcant in voces, quæ creverunt antea ex Alphabeto Mariæ ab eodem Authore edito. 835.
Vox Mariæ, dulcis Deo, Angelis. 369. 473. B.
Vox populi, vox Dei. 311. 398. C.
Vox Mariæ, conſolatio Joannis in vtero. 556. 730. D.
Uvæ vltrò fundentes vina. 48. 54. A.
Vſus moderatus opum licitus. 314. 402. D.
Vxorum vna, cremabatur cum defuncto marito. 179. 222. D.

X.

Xaverius S. ſolicitat Reginam de puerorum inſtitutione. 422. 571. A.
Xenia inter Chriſtum & Mariam. 782.

Z.

Zabulon, Mariæ typus. 413. 539. B.
Zachæus nomen novum acquirit liberalitate. 397 518. A.
Zachæus ditior dando. 397. 517. C.
Zachæus ditior erogando: priùs præmiatur, quàm dat. 397. 517. C.

INDEX

Zachæus figurabat S. P. N. Franciſcum. 299. 382. B.
Zeli veri Qualitates, in Rubo Moyſaico figuratæ 708. 952. B.
Zelotes ſuſpicioſus, ipſum etiam condemnaret Chriſtum, & Sanctos. 707. 950. C.
Zelozus prudens, manus Dei dicitur. 708. 953C
Zelozus pro animabus, liberatus à Purgatorio per eas, quibus obſequebatur. 255. 324. A.
Zeloſus animarum operator, gemmas ſibi colligere videbatur, quibus Chriſtum donaret. 255. 323. C.
Zeloſum operarium, animæ converſæ ab illo, defendunt in agone. 255. 323. D.
Zelus amarus, ſapientia diabolica. 707. 951. C.
Zelus imprudens, vitioſus, & iniurioſus aliis. 706. 950. A.
Zelus verus lucet, aſt non vrit. 706. 949. C.
Zelus imprudens a S. Paulo reprehenſus. 707. 950. B.
Zelus Regum Poloniæ pro immac. Concept: 320. 412. A.
Zelus animarum, glorioſiorem reddit. 254. 322 B
Zizaniæ dum parcitur, felicitas impiorum ſignificatur. 814.
Zizania eſt, concupiſcentia. 77. 56. B.
Zodiaci tria ſigna, ſymbolum Mariæ. 297. 379 C
Zona aurea, Paſſio Chriſti. 182. 227. A.
Zona pronuba, apud Antiquos. 182. 226. C.
Zonis menſurabantur fæminæ à Gallis. 184. 229 B
Zorawek Poloni baculus, facis vices ſubit. 412 537. D.

FINIS

Ad Majorem SSS. Trinitatis, B. Mariæ V. & S. Francisci Honorem.

Corrigenda notabiliora errata.

In Dedicatoria.

Fol: 3. *ver.* 14. matremq́; *corr.* acremq́;
Fol: eodem ver: 32. Pietatiiſq́; *corr:* Pietatiſq́;
Fol: 4. *ver:* 22. appellabantur *corr:* appellabatur.

In Opere.

Fol: 80.*ver.* 47. Adam de Perſens *corr:* Adam de Perſenis.
Fol: 788. *ver:* 47. Clementi XI. *corr:* Clementi IX.
Fol: 791. *ver:* 8. pulverentum *corr.* pulverulentum.
Fol: eod: ver. 10. Vigilia. *corr.* Vigila
Fol: 811. *ver:* 34. Medicantes *corr:* Mendicantes.
Fol: 1057. *ver:* 35. ex pondere *corr:* expendere.
Fol: 1066. *ver.* 52. certatum. *corr.* certatq́;

Alia leviora, ſi quæ ſunt, prudens Lector facilè per ſe corriget.

KSIĘGARNIA
ANTYKWARIAT
DOM KSIĄŻKI DOM
6000
Nr 799997